RERUM BOICARUM SCRIPTORES

NUSQUAM ANTEHAC EDITI
QUIBUS
VICINARUM QUOQUE GENTIUM
necnon GERMANIÆ univerſæ
HISTORIÆ
EX MONUMENTIS GENUINIS
HISTORICIS ET DIPLOMATICIS
PLURIMUM ILLUSTRANTUR.

Ex Membranis & Chartis vetuſtis collegit, deſcripſit
ac
Monitis prævijs Indiceque copioſiſſimo
inſtruxit atque edidit
ANDREAS FELIX OEFELIUS
MONACENSIS.

TOMUS II.

BIBLIOTHECA OENIPONTANA

HINC QUOQUE SERVATI CONTINGIT GLORIA CIVIS.
Autor carm. ad Pison.
G. S. Rösch sc: Cal: Aul:

AUGUSTÆ VINDELICORUM
Sumptibus IGNATII ADAMI & FRANCISCI ANTONII VEITH Bibliopolarum.
ANNO MDCCLXIII.

Illuſtriſs. HENRICUS CHRISTIANUS
L. B. de SENCKENBERG
Diſſert. de LL. Gentis Bavaricæ.

*Tenax vetuſtatis Bavaria, vel hodie adhuc in
multis conſuetudine regitur.*

SERENISSIMO PRINCIPI
CLEMENTI FRANCISCO
BAVARIÆ DUCI
COM. PAL. RH.
MUSARUM CONCENTU
NORICIO ARETHUSÆO
INTER ARCADES
ACCLAMATO
SEVERIORUM QUOQUE DISCIPLINARUM
FAUTORI CLEMENTISSIMO
RERUM BOICARUM
SCRIPTORUM ANECDOTORUM
VOLUMEN ALTERUM
TRICENNALIS OBSEQUII
MONUMENTUM
DICAT DEDICAT NUNCUPAT
EIUSDEM
SCIENTIARUM QUONDAM EPHORUS
FIDISSIMUS OBSEQUENTISSIMUS
EDITOR.

Georg. Sig. Rösch Ser. Ducis Clem. Cubic. et Calcogr. aul. del. et sc.



PRÆFATIO
AD LECTOREM.

En tibi alterum Scriptorum meorum Tomum, quem dum diutius expectare cogitur ille, qui anteceſſit, factum eſt, ut ambo tardius prodirent. Sat cito uterque ſi ſat bene. Utrum autem ceſſerit, conatus in laude erit, eventus in caſu. Simul emittere placuit, ut ſemel hoc labore defungerer & priore emiſſo, alteri interim nullæ in hoc temporis intervallo ab hominibus nec obſcure iniquis nec diſſimulanter his ſtudiis infenſis, aut (quod pene pejus eſt) maligne laudantibus inſidiæ ſtruerentur. Seculi notitia ad hanc cautionem me duxit, cui jam familiarius tranquillæ induſtriæ quam tumultuoſæ ignaviæ rationes expoſcere. Quæ vero circa inſtitutum ipſum, ejusque media, finemque ad præcedens volumen præfati ſumus, hic quoque locum habere, nemo eorum, qui rerum iſtiusmodi rationes tenent, non advertit.

Poterant multa copioſius dici & magnorum virorum exemplis atque teſtimoniis inſtituti utilitas probari, ſi in hac literarum undique circa nos circumfuſa luce res jam omnibus perſuaſa, argumentis indigeret. Illuſtris ſane LEIBNITIUS, vir ille tot ſecula victurus, quum *Rerum Brunsvicenſium* ſcriptores ederet, & exemplo hoc aliorum quoque Germaniæ populorum induſtriam excitandam non vane conjiceret, BAVAROS nominatim velut evocat INVENTUROS DOMI SUÆ, QUIBUS IN PUBLICUM PROLATIS ET GLORIÆ SUÆ ET PUBLICÆ UTILITATI VELIFICENTUR.

Quod etſi conſecuturum me hoc meo conatu temere non præſumam, audire tamen & ſequi provocantis vocem dum alii ſuccedant majores animi impetus edituri, a boni civis officio non abeſſe facile mihi perſuaſi. Miſerebat me tot monumentorum quotidie partim intereuntium, partim appropinquantium exitio ſuo, & genti meæ irreparabiliter periturorum. Erant non pauca jam olim oculis ſubducta & velut ad beſtias, blattas nimirum & mures, condemnata, quæ editionis illa via exitio ſubtrahere aut iis æternum carere neceſſe fuit. Quædam alia in uno alterove exemplari diutius periclitari indignum ſane oculato hoc ſeculo eaque gente viſum eſt, quæ inter primas Germaniæ, uti recte obſervavit illuſtris SCHEIDIUS, nuper rebus humanis & immaturo ſemper bonis literis & acerbo funere exemptus, (a) verum & genuinum hiſtoricum e ſinu ſuo protuliſſet. Cujus ego originum Guelficarum, magna parte ad Bavaros pertinentium collata opera LEIBNITII, ECKARDI, GRUEBERI ſummorum virorum, conditoris celeberrimi obitu, præter communem literarum jacturam privatim quoque dolenter afficior, quod ille paulo ante obitum ſcriptoribus meis, quorum partem priusquam

---

(a) Præf. in Bibl. Hiſt. Gottingenſem. P. I. pag. XLV.

publici juris fierent, nactus fuerat, non leviter ſuffragari viſus eſt (b), ita ut, ſi non ſuaſor & impulſor operis, approbator certe extiterit. Inter illos vero, qui ſuſcepto operi & deſiderato pollicem maxime preſſere, præcipuo loco nominandus venit illuſtriſſimus aulæ Bavaricæ Cancellarius ALOYSIUS WIGULÆUS L. B. DE KREITMAIR, ſcriptis publicis inclytus, & quanta legibus conſuetudinibusque gentis noſtræ ex vetuſtorum monumentorum editione, lucis acceſſio fiat, ipſa experientia edoctus. Ut nihil memorem de CELSISSIMO PRINCIPE *Emmeramenſi* FROBENIO, qui in privata etiamnum conditione pro ſumma in rem literariam, in qua ipſe eminet, propenſione, non ſolum verbis me ſed & auxiliis excitavit. Eadem reticentia virum de Bavaris juſto opere & brevi comparituro meritiſſimum JOANNEM HENRICUM DE FALCKENSTAIN, ut laudibus meis longe ſuperiorem modeſte pertranſeo, qui me non unis literis, ut in cœpto ex longo labore faſtidioſo, perſiſterem, amiciſſime cohortatus eſt. Ut alios æque de utilitate ejusmodi collectionum perſuaſos officioſo jam ſilentio pertranſeam, qui de conatu magis quam ſucceſſu operis mei ſecuri, intelligi potius quam nominari malunt.

Aliorum denique, per quos profeci, quique in monumentis ſuppeditandis auxilio fuere, ſuis locis pro debita ingenuitate mentio facta eſt, non tam quod ipſorum memoria me Statore indigeat, quam ne beneficiorum pereat; quorum oblivione hoc ſeculum præ aliis laborare videtur.

Poteram his præmiſſis Lectorem meum dimittere, niſi occaſione iſthac mihi utendum exiſtimaſſem, PRÆTERMISSA quædam, quæ tum elapſa vel poſterius cognita fuere, MONITIS PRÆVIIS adjiciendi, ante omnia vero, quod præcipue impetrare ab ejus benignitate, hic certe, cum ejus commoditate conjuncta contendo, illud eſt, ut ſphalmatum typographicorum indicem, iis ipſis monitis, neſcio, quo meo fato crebrius ineptiusque, cum cætera omnia emendatiſſime excuſa prodeant, inquinatis, adhibere non negligat.

Et priori quidem Scriptorum meorum volumine, iis, quæ de ANDREA RATISPONENSI præfatus ſum (c), porro adjiciendum, ejus *Hiſtoriam fundationum nonnullorum Monaſteriorum per partes Bavariæ* Chronico Bavariæ ſubjungi ſolitam, inſertam legi Tomo II. (d) *Collectionis ſcriptorum rerum Hiſtorico-Monaſtico-Eccleſiaſticarum variorum Religioſorum Ordinum*, quam magno eruditionis Eccleſiaſticæ incremento & com̄odo inſtituit *Reverendiſſimus ad exemptas Inſulas Wengenſes Ord. Can. Reg. D. Aug. Prælatus* MICHAEL III., quem in inſtituto tam laudabili per viam non turbari e voto ſit omnium eruditorum. Magna enim meſſis reſtat, falci ipſius debita, quam in vepribus & olentibus herbis obtundi cum tantum maturuerit, nobilioris ſegetis e dignitate non ſit tam indefeſſi meſſoris.

Ad

(b) In literis ad Reverendiſſimum *Præpoſitum Pollinganum* FRANCISCUM, amœnarum juxta ac ſeveriorum diſciplinarum cultorem & fautorem eximium, ſæpius nobis nominandum.

(c) pag. 10. §. IV.

(d) P. II. pag. m. 209.

AD LECTOREM.

Ad OTTONIS WALDSASSENSIS *Chronicon Monaſterii ſui*, quod pag. 50. exhibemus, forte non abs re fuerit obſervaſſe ejus edendi neceſſitatem atque utilitatem vel inde colligendam, quod Monaſterium illud antiquis monumentis ſuis variis exutum caſibus usque adeo fuerit, ut *Albertus* Abbas ſimul ac electus fuerat, libellum ſupplicem SERENISSIMO MAXIMILIANO EMANUELI ELECTORI anno MDCXCI. XXV. Januarii obtuliſſe inveniatur, liceret illi ex archivis Monacenſi & Ambergenſi pleniorem rerum Monaſterii ſui notitiam petere, conqueſtus literas fundationis, e quibus jura ſua & officia perdiſceret, ſibi deeſſe. Extat autem, præter hoc noſtrum, *aliud* ejusdem Monaſterii *Chronicum* in Cod. membranaceo Bibliothecæ *Kayſersheimenſis*, cujus a ſe viſi & curſim inſpecti fidem mihi nuperrime fecit vir rerum & ſcriptorum Ordinis ſui *Ciſtercienſis* indefeſſus inveſtigator, R. P. *Nepomucenus* GÜRTLERUS *Jettenpacenſis Bojus*, Monachus *Alderſpacenſis*, quem hic publice communis patriæ nomine pro amicitia noſtra exhortor, ut ſub digniſſimi Abbatis ſui & diſciplinis monaſticis, quæ literata pietate maxime vigent, intentiſſimi auſpiciis ſimilia monumenta, & in his præcipue Domeſticos WOLFGANGI MARII ſui *annales Alderſpacenſes*, illuſtri LUDWIGIO tantopere deſideratos in lucem aliquando proferat, qui Bruſchio laudati & a rerum noſtrarum ſcriptoribus paſſim adhibiti, hodie e bibliotheca Bavarica & hominum memoria immerito exulant.

LAURENTII HOCHWARTI ſcriptorum Catalogo pag. 157. adjiciendum carmen inſcriptum *querela peſtis* in *Henrici Stromeri Aurpachii Medici libellum contra peſtilentiam*, ſimul excuſum Lipſiæ in officina Schummaniana. 1519. in 4.

Ad ANGELI RUMPLERI *Abbatis Farnbacenſis* monumenta, quæ pag. 87. in lucem proferimus, GASPARIS BRUSCHII elogium adjicere placet, ex Centuria II. Monaſteriologiæ ejus, cura Cl. V. DANIELIS NESSELII Bibliothecarii Cæſarei edita, & laudatæ collectioni *Kuenianæ* inſerta excerptum. Ita autem ibi (e) BRUSCHIUS *Angelus*, *Rumplerus cognomento, ex vicino pago ortus eligitur in hujus loci Abbatem anno Domini MDI. in menſe Decembri. Pater bonus & eximie doctus, qui nil tam amabat quam verſari in literis & libris indeſinenti ſtudio. Præfuit is inter difficillima tempora plurimis gravatus (ut ipſe in Chronico, quod de Monaſterio ſuo ſcripſit, mire conqueritur) exactionibus, quibus totum cœnobium pene exhauſtum fuit. Præfuit autem annis XII. utiliter. Vidit bellum Bavaricum, quod ipſe & proſa & ligata oratione deſcripſit. Scripſit plurima, imprimis vero præter jam dicta dialogorum de contemptu Mundi Libros VI. geſtorum Bavariæ Libros VI. calamitatum ejusdem librum unum, ſermones varios, carmina varia, epiſtolas plurimas. Ornavit circumquaque templum ſuum variis inſcriptionibus, præcipue vero verſiculis, quorum non fuit infelix conſarcinator* (f). *Habuit amiciſſimum Wolfgangum Marium Abbatem Alderſpacenſem & ipſum mediocrem verſificatorem, cum quo ſtudia & exercitia ſua contulit. Obiit anno MDXIII. ſepelitur in meridionali abſide prope aram S. Benedicti.*

(e) T. II. p. m. 115. collect. memoratæ.

(f) Certe Bruſchio non impar, aliquando etiam ſuperior.

Ad pag. 245. ubi Excerpta ex Burckardi Zenggii *Chronico Auguſtano* inedito damus, nivei candoris & infucati animi hominis, velim panno noſtro ſummi Philoſophi Philologique Jacobi Bruckeri purpuram aſſui, qui in recondita eruditione referta *Diſſertatione de vita & ſcriptis* Achillis Pirminii Gasseri *Lindavienſis*, ubi de optimis plurimisque fontibus, e quibus auctor ille annales Auguſtanos hauſiſſet, inter alia ſentit: *ſcilicet non unum nec unius generis libros ſcriptos ad manus* Gasserus *habuit, ſed & optimæ notæ & a coævis viris iisque munerum gravitate conſpicuis conſcriptos: quorum haud unum noſtris quoque oculis viſum & lectum eſt. Inter quos præcipue ſuſpicimus* Chronicon *a* Burcardo Zinckio *Senatore Auguſtano medio ſeculo XV. conſcriptum.* Hæc illuſtris Bruckerus apud amœniſſimæ eruditionis ſcriptorem & amicum ejus atque muſarum, Cl. Joannem Georgium Schelhornium (g), cujus gemini Germaniæ literatæ luminis favore atque adeo amicitia me quoque gaudere, inter præcipua vitæ meæ literariæ decora merito computo. Ipſe Gasserus V. Cl. Joannis Burchardi Menckenii cura (h) e Codice autographo Bibliothecæ Ducalis Saxo-Gothanæ editus, ad annum MCCCCXX. (i) *Burckardi* noſtri diligentiam in conſcribendis ſua memoria Auguſtanis geſtis laudat. Operæ pretium igitur fuerit integrum viri integerrimi opus non diutius preſſum deliteſcere, emortuis haud dubie, ſi quæ fuerunt, premendi rationibus.

Ad Nicolai Burgmanni Decani Spirenſis *Hiſtoriam Impp. & Regum Spiræ ſepultorum* pag. 598. a me productam addendum, auctoris hujus mentionem etiam fieri in actis exauctorationis Wenceslai ad annum MCCCC. apud *Urſtiſium* P. II. p. m. 182.

Hæc fere ſunt, quæ ad præcedentis Tomi Monita prævia addenda judicavi; ad hujus vero, utpote recentioris curæ, quod porro adjicerem, nihil ſuppetit, (k) præter Votum, ut labore meo excitati alii, quod ſupereſt ejusmodi monumentorum (& ſupereſt ſane quam plurimum) diligentius quam antehac factum, conquirere & in communis patriæ bonum poſteritati typorum beneficio aſſerere in animum inducant, facturi rem ipſis honorificam, utilem civibus, patriæ decoram. Quid autem

Quid dignum ſtolidis mentibus imprecer?
Opes, honores ambiant:
Et cum falsa *gravi mole paraverint,*
Tum vera *cognoſcant* bona. (l)

(g) Tomo XII. amœnit. literar. p. m. 1037.

(h) Tom. I. Rer. Germ. pag. 1315.

(i) pag. m. 1564.

(k) Lapſum memoriæ ſi excipias, quo in Monito prævio ad Bonizonem Pauli Bernriedenſis opuſculum de rebus geſtis Gregorii VII. a Gretſero Ingolſt. 1610. in 4. editum, Tengnagelianæ collectioni, quæ A. 1612. ibidem prodiit, tribuitur.

(l) Boetius de conſolat. Philoſ. Lib. III. Metr. VIII.

ORDO & SERIES
MONUMENTORUM ANECDOTORUM
TOMI SECUNDI.

I.

MONUMENTA EBERSPERGENSIA: videlicet
- I. ANONYMI *Eberſpergenſis* CHRONICON EBERSPERGENSE *antiquius*, *ab A. C. DCCCC. ad A. MXLV.* pag. 4.
- II. ANONYMI *Eberſpergenſis* CHRONICON *poſterius.* pag. 11.
- III. NECROLOGIUM *antiquiſſimum ejusdem Monaſterii.* pag. 15.
- IV. CODEX TRADITIONUM *Eberſpergenſium*, CCXXVIII. Diplomata complectens. pag. 18.
- V. LIBELLUS CONCAMBIORUM *Monaſterii Eberſpergenſis.* pag. 44.

Ex binis apographis ad membranas *Eberſpergenſes* exactis.

II.

ANONYMI *Monachi Tegurini*, *Ord. S. Bened.* HISTORIA S. QUIRINI *Regis & Martyris cum fundatione* MONASTERII *in* TEGERNSEE *& ſucceſſione* ABBATUM. Ex *autographo.* pag. 49. Accedit
DIPLOMATARIUM TEGURINUM. pag. 80.

III.

Specimen DIPLOMATARII BOJOARICI. Ex Regeſtis potiſſimum Cl. Cl. Virorum AUGUSTINI KOELNERI & MICHAELIS ARODENII, *Tab. Boic. Cuſtodum.* pag. 99.

IV.

ADVERSARIA BOICA *Hiſtorico-Genealogica* ex *Regeſtis* antiquis excerpta. pag. 297.

V.

ANONYMI *Monachi Bavari* COMPILATIO CHRONOLOGICA RERUM BOICARUM *ab A. C. Milleſimo ad A. MCCCLXXXVIII.* Ex ſchedis V. Cl. CHRISTOPHORI GEWOLDI. pag. 331.

VI.

ANDREÆ ZAYNERI *Archigrammatæi Ingolſtadienſis* RERUM BELLO BAVARICO GESTARUM *a morte Georgii Divitis ad laudum Colonienſe* LIBER MEMORIALIS *incompletus.* Ad Exemplar unicum MSC. *Tabularii Ingolſtadienſis.* pag. 345.

VII.

EPHEMERIDES BELLI PALATINO-BOICI. Ex AUGUSTINI KOELNERI *Chartophilacis Boici* LIBRIS III. Operis inediti *de bello Boico* concinnatæ, V. Cl. ERASMO VENDIO abbreviatore. pag. 469.

VIII.

ANONYMI *Ingolſtadienſis* EJUSDEM BELLI *brevis* NARRATIO. pag. 494.

IX.

ANONYMI *Ratisponenſis* FARRAGO *hiſtorica* RERUM RATISPONENSIUM *ab A. C. DVIII. usque ad annum MDXIX.* Ex Cod. MS. *Gewoldiano.* pag. 498.

X.

VOLCMARI *Abbatis* CAMPI PRINCIPUM, *Ord. Ciſterc.* DE GESTIS PRINCIPUM *a tempore* RUDOLPHI *Regis usque ad tempora* LUDOVICI *Imperatoris* CHRONICA. Ex Cod. chartaceo *Bibl. Bav.* unico eoque ſemiputrido. pag. 524.

XI.

ANONYMI *Fürſtenfeldenſis* Breve CHRONICON BAVARIÆ. Ex ſchedis *Gewoldianis.* pag. 555.

XII.

LADISLAI SUNTHEMII *Ravenſpurgenſis*, *Presb. Conſtantienſis*, *Viennenſis Canonici*, *nec non* MAXIMILIANO I. *Cæſ. Aug. a Sacris & Hiſtoriis*, FAMILIÆ GERMANIÆ PRINCIPUM *illuſtratæ.* Ex apographo V. Cl. *Conradi Peutingeri* manu exarato. pag. 557. Sunt autem ordine :

Ordo & Series Monumentorum anecdotorum Tomi II.

I. *Familia* DUCUM BAVARIÆ *ex Comitibus de* SCHEWRN. pag. 562.

II. *Familia* PALATINORUM COMITUM RHENI *Ducum Bavariæ, ex Comitibus de* SCHEWRN & WITTELSPACH *orta.* pag. 575.

III. *Familia* MARCHIONUM VERONENSIUM, *nunc de* BADEN dictorum. pag. 582.

IV. *Collectanea Hiſtorico-Genealogico-Geographica* RERUM BADENSIUM. pag. 587.

V. *Marchionatus* BADENSIS *Deſcriptio.* pag. 589.

VI. *Familia generoſorum* COMITUM *de* WIRTEMBERG, *nunc* DUCUM. pag. 591.

VII. *Genealogia* WIRTEMBERGICA *latine conſcripta, inſertis Epitaphiis.* pag. 595.

VIII. *Provinciæ* WIRTEMBERGENSIS *Deſcriptio.* pag. 599.

IX. MONASTERIOLOGIA FRANCONIÆ, *inſertis Monaſteriorum quorundam* BAVARIÆ & SUEVIÆ *Antiquitatibus.* pag. 603.

X. HISTORIA S. HILDEGUNDIS. pag. 605.

XI. *Familia antiquorum* BURGRAVIORUM NURNBERGENSIUM. pag. 612.

XII. *Arbor & Familia modernorum* BURGRAVIORUM NURNBERGENSIUM. pag. 613.

XIII. *De Origine* DOMUS BRANDENBURGICÆ Opuſculum *tertium.* pag. 618.

XIV. *Indiculus Geographicus* RERUM BRANDENBURG. Opuſculum *quartum.* pag. 620.

XV. *Brevis* NARRATIO *de* URBE MOGUNTINENSI, *in turbis Iſenburgicis a* LUDOVICO NIGRO *Comite Palatino Rheni capta & direpta.* pag. 622.

XVI. *Ejusdem* BRANDENBURGICA, MISNENSIA, LUSATICA & MERSEBURGENSIA, MEGAPOLITANA, STETINENSIA, POMERANICA, THURINGIACA, HASSIACA, BOICA, *tam* AGILOLFINGICA *quam* CAROLINA. a pag. 623. ad pag. 644.

XIII.

MONUMENTA DIESSENSIA. pag. 645.

Videlicet:

I. ANONYMI *Dieſſenſis, Ord. Can. Reg. D. Auguſtini* CATALOGUS PRÆPOSITORUM DIESSENSIUM. Ex *autographo* V. Cl. CHRISTOPHORI GEWOLDI. pag. 648.

II. LUITOLDI *Presb. Dieſſenſis* NECROLOGIUM DIESSENSE *Seculi XII. a variis interpolatum & auctum, & ad membranas ejus autographas deſcriptum.* pag. 654.

III. NECROLOGIUM DIESSENSE *alterum ejusdem* LUITOLDI, *a variis item auctum & interpolatum.* pag. 674.

IV. CODEX TRADITIONUM DIESSENSIUM. Ex *Membranis* LUITOLDI. pag. 685.

V. *Breve* CHRONICON DIESSENSE *ab A. C. MCLI. ad annum MCCCCXXXII.* pag. 701.

VI. ANONYMI *Monachi Dieſſenſis* MEMORIA SEPULCHRALIS COMITUM DIESSENSIUM. pag. 703.

XIV.

VITI *Prioris Eberſpergenſis, Ord. S. Bened.* CRONICA BAVARORUM *ab origine gentis ad annum Chriſti MDIIII.* E Cod. MS. Bibliothecæ *Bavaricæ.* pag. 704.

XV.

V. Cl. JOANNIS AVENTINI ORIGINES RATISPONENSES *vernacule conſcriptæ.* E Cod. MS. Bibl. *Bavaricæ.* pag. 740.

XVI.

JOANNIS VETTERI *Grammatei Landishutani* FASTI CONSULARES CIVITATIS LANDISHUTANÆ *notis chronicis interpolati, ab anno Chriſti MCCCCXXXIX. ad annum MDV.* Ex autographo *Auctoris.* pag. 760.

XVII.

BONIZONIS *Sutrienſis primum, poſtea Placentini Epiſcopi* LIBER AD AMICUM, *ſive de* PERSECUTIONE ECCLESIÆ, *Libri novem.* E Cod. membran. unico Bibliothecæ *Bavaricæ.* pag. 780.

XVIII.

ROTULUS CENSUALIS *Canoniæ D. Salvatoris* POLLINGANÆ, *Ord. Canon. Reg. S. Auguſtini.* Ex Membranis *autographis.* pag. 822.

MONU-

MONUMENTA
EBERSPERGENSIA

Videlicet:

I.

Anonymi Eberſpergenſis CHRONICON EBERSBERGENSE *antiquius* ab Anno Chriſti DCCCC. ad annum MXLV.

II.

Anonymi Eberſpergenſis CHRONICON *poſterius*.

III.

NECROLOGIUM antiquiſſimum ejusdem Monaſterii.

IIII.

CODEX TRADITIONUM Eberſpergenſium, CCXXVIII. Diplomata complectens.

V.

LIBELLUS CONCAMBIORUM Monaſterii Eberſpergenſis.

* * *

Omnia ex binis Apographis ad Membranas
EBERSPERGENSES *exaratis, quam potuit curatiſſime*
deſcripſit atque edidit
ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Monitum prævium Editoris.

EBerſpergenſis Monaſterii haud procul Monachio inter Oenum & Sempta fluvios ſitum, primum D. AUGUSTINI (a), poſtea verò D. BENEDICTI *Regulam* profeſſi, Origines & Antiquitates, jam inde à Seculo nono res Bojorum illuſtrantes, viſum hoc loco, uno velut faſciculo exhibere, veteris maximè ut in his, ita in aliis quorum fors mihi obtigit, parœmiæ memor: ξυνὸν μὴ σὸν μόνον λέγε: *commune quod eſt, ne tuum ſolum dicas.* Quæ enim de iis AVENTINUS, HUNDIUS GEWOLDUS & Monaſteriologi alii tradidêre, ſi catalogum Abbatum excipias, valdè jejuna atque hiulca antiquariam ſitim excitant magis quam relinquunt. Prolixior copioſiórque cæteris ADAMUS WIDELIUS *Monacenſis Bojus* fuit, SOCIETATIS JESU *Presbyter*, ad quem Monaſterium illud anno MDXCV. GUILIELMI V. Bojorum Ducis beneficio pervênit. Sed is, etſi iiſdem, quæ hîc proferimus, Monumentis uſus fuerit, barbariem tamen ſtili pro ingenii poëtici elegantia aſpernatus, Hiſtoriam Rerum Eberſpergenſium condidit (b), eleganter quidem illam & nitidè ſcriptam; ſed quæ robur fidémque nunc primum ex editis hiſce Monumentis, quibus ſolis nixæ Hiſtoriæ hodie creditur, recuperatura eſt.

Continentur hæc omnia in CODICE MEMBRANEO valde ſpiſſo in quarta quam vocant forma, eáque majori, quem è Collegio Patrum Monacenſi Nobilis ac conſultiſſimus vir JOANNES LANGIUS *Relationum Hiſtorico-Bavaricarum* nuper editarum Auctor indefeſſus acceptum mihi exhibuit, horulæ ſpatio inſpiciendum. Cum redderem, auctor illi fui atque hortator, quoniam mihi non liceret, ipſe integrum deſcriberet, ac uteretur occaſione poſthâc non tam facile reditura. Quod & ab eo factum longo tempore poſt comperi & Apographum ejus mihi comparavi, ſed ita feſtinanter & ſupinè deſcriptum, ut parum abfuerim, quin ejus tam mendosè edendi animum penitus abjecerim. Vicit tamen argumenti raritas, patriæ charitas & autographum recuperandi difficultas ut reſcribendi Apographi qualiscunque, laborem in me denuo receperim; quibusdam tamen omiſſis, quæ Apographi mei Auctor inter deſcribendum vernaculè, neſcio quo conſilio, reddiderat. Ex horum numero fuit *Catalogus Abbatum Eberſpergenſium*, cujus tamen jacturam mitius tuli, quod eodem GEWOLDUM uſum animadverti. Tum & *Indiculus reliquiarum & vaſorum ſacrorum.* In membraneo Codice pictoris etiam manu expreſſorum, cujus tamen pleraque laudatus WIDELIUS eleganti ſermone memoravit. Ut taceam *Stemma Karoli Magni & Comitum de Sempta,* quod poſterius mox proferenda Chronica, aliáque Monumenta Eberſpergenſia plenius & certius exhibent.

Imperatorum, Regum, Principum diplomata, Pontificúmque bullas majorem partem ab HUNDIO & GEWOLDO jam edita omnia, ſtudiosè omiſimus, quod patrio ſermone reddita ingenuitatem perdidiſſent. Ad ea jam veniendum, quæ integra tranſcripta quibusque nihil intempeſtiva ſedulitas detraxit: Primo loco comparet CHRONICON idque VETUSTIUS paulo, *Anonymi Eberſpergenſis*, res Monaſterii ſui & Fundatorum præcipuè, ab anno Chriſti DCCCC. ad annum MXLVI. copiosè complectens. Hujus utpote præcipui, jam olim Apographum correctius nacti fuimus, quod diligentiæ viri inter nos multis nominibus clariſſimi, JOANNIS BAPTISTÆ FICKLERI JC. Bavarici debitum, Codex MS. Bibliothecæ Bavaricæ ſuppeditavit. Ad cujus fidem, utpote *Langiano* apographo multo emendatioris præſentem editionem adornavimus.

(a) Monet Cl. Langius atque ipſe me obſervare memini, Præpoſitos hujus regulæ in Codice depictos veſte candida palliolo ſub viridi, quem colorem Thalaſſinum vocat Lucretius, Pilo rubro.

(b) Sub hoc titulo: *Divus Sebaſtianus Eberſperga Bojorum propitius, ſeu de cultûs ejusdem glorioſi Martyris à prima loci fundatione ad noſtra usque tempora propagatus & tunc publica luci datus. Monachii typis Sebaſtiani Rauch.* 16[illegible] in 8. pagg. 428.

ALTERUM CHRONICON EBERSPERGENSE haud multo recentius ex Apographo *Langiano* damus; aliquibus in locis hiulcum, nec niſi collato autographo ſarciendum atque ſanandum, ejusmodi tamen, quod locum inter vetuſtiora collectionis hujus noſtræ Monumenta jure ſuo tueatur. Nec de hujus Auctore conſtat, niſi poſt abitum ECKBERTI (qui Benedictinorum Abbatum ordine quartus, eodem quo electus fuerat anno ad Fuldenſem Abbatiam regendam abiit) à *Monacho Eberſpergenſi* conſcriptam fuiſſe. Niſi is forte WILLERAMUS fuit, qui anno MXLVIII. ECKBERTO Succeſſor datus, in Actis Prædeceſſoris ſuis ſubſtitit. Erat autem WILLERAMUS, ut in Codice donationum patebit, litterarum ſtudioſus & in libris parandis minimè parcus; ut vel inde ſuſpicio noſtra vero non ita abſimilis videatur. Majus etiam robur accipit conjectura noſtra, ſi in memoriam revoccemus, hunc decantatiſſimum illum WILLERAMUM eſſe, cui *geminam Paraphraſin in Canticum Canticorum* priorem rythmis latinis, alteram eámque præcipuam veteri linguâ *Francica* & *Bojoarica*, debent litterati. Cujus viri memoriam & laudes juſta commentatione complectendi hic locus eſſet, ſi liquidò conſtaret eum Chronici hujus Auctorem extitiſſe. Interim ſufficiat obſervâſſe WILLERAMUM à nullo, qui vel de Scriptoribus Eccleſiaſticis vel de linguæ Germanicæ antiquitatibus egit illaudatum dimiſſum. (c) (c)

Tertio loco VETUS CALENDARIUM NECROLOGIO EBERSPERGENSI junctum proferimus, prout utrumque è membranis memoratis laudatus LANGIUS, curatius longè quam cætera, deſcripſit; inſigne Monumentum, & quod uſum non vulgarem tam Patriæ Scriptoribus quam Hagiographis univerſim præſtet in loco & tempore conſultum. *Necrologium* proximè excipit CODEX TRADITIONUM *Eberſpergenſium*, ducentas & viginti octo chartas complectens; verè fax Bojoariæ veteris, ut quæ mores & inſtituta ejus, conſuetudines etiam, nec non hominum locorúmque memoriam mirum in modum illuſtret, & lucis ſuæ ſtricturas in obſcuriſſima quæque mittat faciémque Bojoariæ, qualis poſt Hunnorum illam utrique parti exitioſam irruptionem devaſtationémque fuerit, graphicè ſatis ob oculos ponat

Codicem Traditionum in ultimo agmine ſubſequitur LIBELLUS CONCAMBIORUM, quem traditionibus ipſis inſertum, inde exemi, ut ſuo ordine legegeretur. Pleniorem in alio Codice extitiſſe, multa me inducunt, ut credam; ſed nos contentos eſſe hoc Catone oportuit.

Cæterum monendus mihi Lector, me excepto priori Chronico ad apographum *Ficklerianum* recognito, & *Necrologio* à Cl. V. JOANNE LANGIO diligenter deſcripto, circa nominum quibus perſonæ locíque exprimuntur, genuinam lectionem, in reliquis vadimonium in me minimè recipere, ut qui vel alienis oculis credere vel totum hoc è manibus abjicere debuerim. Ego alterum prætuli, non ignarus antiquitatis reliquias etiam mutilas placere, etſi non rarò contingat inter eruentium primum manus confringi.

(c) In ſpecimen videndum quot illuſtrium virorum teſtimonia congeſſit ejus Paraphraſis poſtremus Editor CL. V. JOANNES GEORGIUS SCHERZIUS T. I. *Theſauri Antiquitatum Teutonicarum* JOANNIS SCHILTERI.

I.

Anonymi Eberſpergenſis Chronicon Eberſpergenſe antiquius.

Ex binis Apographis ad Membranas Eberſpergenſes exaratis & inter ſe collatis.

* * *

HISTORIA

De primordiis Benedictinorum Cœnobii in Monte Aprino vulgò Eberſperg extructo ejúsque conditoribus, vel ſi mavis Fundatoribus: ex ejusdem Cœnobii libro venerandæ antiquitatis in Membrana exarato, ad litteram deſcripta à JOANNE BAPTISTA FICKLERO *JC. & Conſ. Bavarico &c.* *

* ita apogr. Fickleri.

SCire deſiderantibus ſcribere ſtudeo de longè retroactis temporibus & ſub breviloquio enarrare quemadmodum hujus præparatæ manſionis habitaculum à principio inceperit à ſuis conditoribus exerceri: qualiter etiam poſtmodum divinâ diſpenſante gratiâ ad divini cultûs gloriam & honorem caſtrum primitus inchoatum in monaſteriale ædificium ſit mutatum. Voluntati inquam legentium placere volens, ut ad eorundem conditorum mutationem & exemplum vos inſtituere valeatis, quorum recta fuit intentio: & qui poſt ſe beatitudinis exemplaria ſequacibus fideliter reliquerunt. Profectus ſiquidem eſt ad virtutum gratiam, qui noſcere quærunt, de quibus referre cupio, quod tam de generoſo claróque ſanguine ſuæ ſtirpis & propaginis proceſſerunt: Eorum enim qui fecêre virtutes, ut dicit Philoſophus, tanta habetur laus, quantum ipſos præclara doctorum ingenia viribus & præconio decenter extollere potuerunt ad eorum geſta ſalubriter imitanda. Licet quam plurimi non ſolum in ornatu verborum delectentur, ſed etiam rei ſcire appetant veritatem: unde veritati potius cupiens inſiſtere quam palliatæ falſitati.

Temporibus Carolomanni Regis filii Ludovici Regis fuit in Norica regione, quæ nunc Bavaria dicitur, quidam Comes præpotentiſſimus, genere ſpectabilis morúmque honeſtate præclarus & nomine nulli in actu militari ſecundus: in rebus bellicis, prout eventuum qualitas ſe obtulit, vir valde ſtrenuus & famoſus, nomen habens *Sigbardus*, hic ſecus fluvium naturalem(d), qui vulgari voce dicitur Sempta, quoddam forum fiſcale habuit, negotiorum mercimoniis utpote aptiſſimum per aliquod anni temporis ſpatium ibi manere cœpit. Qui Comes Sigkardus de genere Regum ſupradictorum tempore quodam autumnali ſylvam ſibi contiguam arborum denſitate nemoroſa repletam causâ venandi quâdam vice petiit, ubi nunc mutatione dextræ excelſi radicitus explantata totaliter eadem ſylvâ hoc Monaſterium eſt conſtructum. Cum verò ejusdem nemoris arcta peteret, caſu reperit ſingularem quendam aprum inſolitæ magnitudinis ad auſtralem partem ſylvæ inter harenaceum lapidem hoc eſt ſaxum in harena demerſum, & quandam tiliam immenſæ magnitudinis, cujus alta proceritas ramorum ſuorum propaginem ampliſſimè dilatavit, latentem reperit. Nullas moras paſſus fugiendo ſe inſequentes deluſit & evaſit, noctis horâ loca quæ dimiſerat, iterum recurrendo repetiit. Sighardus iterum à venatione non ceſſat: per aliquot dies quantumcunque fatigaretur, capi non potuit, demum verò pagum, id eſt metas latibuli ſylvarum & diſtrictus effugiens, omnem ſpem conaminis eorum aper ille fallendo deluſit, in tutioribus ſe ſylvis indidit & ingeſſit. Quam rem cum ipſi quaſi phantaſticam eſſe dicerent, & longè latéque pro miraculo narrarent (e), famoſæ religionis & admirandæ ſanctitatis vir quidam Conradus dictus de Heuwa, quod eſt oppidum juxta potamicum lacum, qui dicitur *Hodenſim*, pollens ingenio & virtute hujus novitatis famam audiens prædicto Comiti Sighardo, viro elegantiſſimo demandavit ita. Locus ille inter arenatium lapidem & tiliam, quæ in parte nemoris juxta ſe propè fuêre conjuncta, de quo ſingularis ille aper ingens ægre depulſus eſt, eradicari debet funditus & evelli: quia per Dei manifeſtationem prædictus illum divino ſervitio ſublimandum, & a Dei cultoribus perpetuo inhabitandum, qui humani generis inimicum populos venenoſo dente lædentem procul expellant, fraudisque diabolicæ machinamenta reprimant & confundant, baſilicálicáque in eodem ædificanda eſt continuo & ſeparatim in mundo loco conſtruenda juxta morem antiquorum, qui religionis non eſſe dixerunt propè lectiſternia, id eſt juxta ſecularia commoda vel caſtra, Eccleſias Dei viſitare. Si ergo ſumptus expenſarum ſuppetunt, mœnia mox conſtruantur: quia ſicut Deus unum flagelli *nervum* * id eſt vinculum induxit regno ex Mauritii Patritii Egidiique videlicet Attilam Regem Hunnorum ut eos debellaret, in præſenti generatione poſcentibus culpis, iterum ſecundum flagelli nervum, id eſt vinculum, incutiet & infliget. Interim Comite Sighardo hoc mandatum à tanto viro Dei ſibi miſſum cum mentis alacritate ſuſcipiente quidam alii de Argentina, quæ Strasburg dicitur, urbe venientes ſimilem prophetiam ibidem audierunt à quodam ſancto viro incluſo, nomine Gebehardo, eique Sighardo de loco provehendo retulerunt, ut idem ſanctus vir ſibi juſſerat intimare: unde aper ille ſingularis primitus fuerat effugatus, & ut hoc credi debeat ſpiritu præſago, id eſt prophetico in ſignum veritatis prædixit apros in nemore deficere, ut rei poſtmodum probavit eventus. Tempore enim Udalrici Comitis ſui nepotis poſt aliquorum añorum curricula devoluta contigit omnes in ſylva apros deficere & hoc per nivem maximam & profundam. His auditis Comes Sighardus zelo pietatis animatus imperat hunc locum exuncari, oppidum de lignis ibi conſtruitur, mœnia ſimiliter eriguntur, vallóque fit ſecurum, Eberſperg ſibi nomen imponitur, & ab omni parte ex ſylva munitur. Arnolfus igitur Cæſar eodem tempore, qui fuit Carolomanni prælibati Regis filius Comitem Sighardum (quia amicus & conſanguineus erat, & rem ſuam ſibi à Rege commiſſam ſtrenuè gubernabat) multis prædiis ditans ad novam ſui caſtri in Eberſperg plantationem, quam nuper inchoaverat in ſuplementum eandem traditionem firmans ſcripturæ teſtamento regale ſigillum habente. Anno itaque Dominicæ incarnationis nongenteſimo ſexto Sighardus Comes miles invictus moritur, & Friſingis cum honore debito ſepelitur, Gottina etiam ſua uxor paucis diebus poſtea evolutis obiit, & cum ſuo marito tumulatur. Ratholdus igitur Sighardi filius de patris ſui voluntate, dum adhuc viveret *Eberſpergenſis* caſtri locum poſſedit, qui in divinis ſecularibúsque rebus nimis erat ſtrenuus, acer ingenio, in bello ſæviſſimus: propter quod Cæſar *Arnolfus carentinos* & terminos ab hoſtium inſultu defenſandos recommiſit *. Obiit *Sighardus* Comes ſequenti die poſt Dionyſii Martyris, hoc eſt nono die menſis Octobris. *Gottina* ejus uxor obiit in vigilia S. Thomæ Apoſtoli. Hic *Ratholdus* prophetiæ *Conradi* de *Hrannach* (ſive Heubach) viri bonæ converſationis & vitæ merito commendati non immemor ac etiam *Gebhardi* incluſi de urbe Argentina, gratiâ ſanctitatis pleni, caſtri *Eberſpergenſis* ſuburbana ampliare diſponit omnibúsque ſumptibus locum mirabiliter dilatavit, uxor autem ejus nomine *Englmuta* genuit ſibi duos filios *Eberhardum* & *Adelberonem*, & unam filiam *Willibirgam*. Cum igitur *Ratholdus* Comes ſub habitu vitæ militaris velut agoniſta fortis, tempora ſui curſûs tranſiviſſet abſque metu, cum jam ad obitum propinquaret, filio ſuo ſeniori *Eberhardo* tradidit caſtrum in *Eberſperg* & ipſe *Juvavio* in urbe, quæ nunc dicta eſt Saltzburga, honorificè cum uxore ſepelitur in Eccleſia *S. Amandi* Epiſcopi & Confeſſoris ad occidentem anguli, qui crebro madeſcit ex ſanctis corporibus Sanctorum, qui inibi beatè requieſcunt. Obiit autem anno Dominicæ incarnationis nongenteſimo decimo nono. In illis diebus effera gens *Hunnorum*, quorum ſedes Ungari modo tenent, *Hunni* enim ſunt *Hungari*, à propriis ſuis ſedibus caſtra moventes potenter flumina & terminos orientales tranſeunt, terris & nationibus intermediis crudeliter devaſtatis: de quorum ferocitate hoc ſolum referre cupio. Apud Poëtas quidam ſerpens latuiſſe deſcribitur in palude, cujus uno præciſo capite naſcebantur triginta pro uno, de cujus origine Ungaros dico proceſſiſſe, utpote qui ſunt venenati per intimam malitiam, callidi per doloſam aſtuſtiam & de manibus capientium velut anguis lubricus elabuntur, quique cum à nobis ſemel contriti fuerint, poſt contritionem in majori denuò numero reviviſcunt: nam de locis quaſi paluſtribus ebulliunt tanquam ranæ. Eberhardus verò hujus gentis furorem intelligens alieno conſilio potitus caſtrum ſuum Eberſpergenſe muro circumdare promuralia cum propugnaculis erigere valliúmque foſſas juſſit ampliare. Interea dum quâdam nocte ſopore quietis uteretur gallo canente evigilans ad tempus, iterúmque dormitans æſtimavit ſe in viſione ſomnii cum multitudine militum ac Miniſtrorum ſuorum, quibus ſolito more cingebatur, in eodem ſuo caſtro deambulare, artificibus diverſis & operariis demonſtrare quales ſibi turres & officinas in unoquoque loco conſtrui vellet, viditque per ſomnium gallum excitatorem ſuum, cujus auditâ voce evigilaverat, in cujusdam pauperis & egeni effigiem viſibiliter converſum: qui idem Gallus ſe teſtatur eſſe opilionem ovium paſtorem orientalium partium & humanâ voce ſibi dicere: Eberharde noveris, quod caſtrum illud quod conſtruis inimicorum tuorum patet inſidiis: ſi non in eo manſionem ædificaveris, qua vigil ejus, id eſt cuſtos, domum totam cuſtodiat & vigilet inceſſanter & adjecit: ſi igitur meis conſiliis adquieveris, & hæc tria mihi dederis thus vinum & oleum, ego munia id eſt officia vigilis vel cuſtodis libenter ſuſcipio, ut tu ipſe cum omni domo tua tutus permaneas, nullius damna ſuſtineas, qui unà tecum hæc tria mihi ſtuduerit comportare. Dum igitur adhuc in ſomnii viſionibus teneretur mente anxius, propter hæc dicta vigilis & curſum valdè nuntios delegaret, donec ipſi cuſtodi manſionem ſumptibus conquirendos conſtrueret, & thus cum vino & oleo, quibus vigil

---

(d) ita Ficklerus. Apographum Langianum *Navalem.*

(e) „ P. Adamus Widl è Soc. Jeſu in *D. Sebaſtiano Eberſpergæ Bojorum propitio,*
„Cap. I. rem hanc narrat oratoriâ emphaſi, & ponderoſum aprum agili ſaltu
„retia tranſilientem, quaſi coram adfuiſſet, narrat, tandémque confidenter
„concludit, aprum hunc re verâ alium non fuiſſe quam perſonatum dæmo-
„nem &c. more græculorum, initia rerum accerſitis ejusmodi miraculis
„auguſtiora ementientium.

* Lang. nexum.

* ergo ante patri ejus comiſerat?

* Langii apogr. *ſpatio.*

conduceretur, nimio forent pretio * comparanda: præ laſſitudine ſudore maduit & expergefactus evigilavit. Sollicitabatur anxiè, ne ſomnium quid mali portenderet vel importaret: convocato Hunfrido ſuo Clerico & Capellano ſpeciali, viro præcipuo aliiſque ſapientibus ſomniorum ſecreta revelavit, ſed ſingulis ſecundum quod unicuique viſum eſt conjecturantibus: minus autem conjecturis ſive interpretationibus eorum placentibus Hunfridus Spiritu Dei plenus taliter interpretatus eſt hanc viſionem dicens: Gallus tuus ille excitator nocturnas horas canore diſcernens, qui de ovo matre gallina fovente generatur quique declinatâ nocte diem propinquare nuntiat, ex multis Sacræ Scripturæ documentis Dei Filium Jeſum Chriſtum de intemerata Virgine natum ſignificat, qui homines jubet tenebras, hoc eſt, mala opera fugere, mundi hujus delicias non amare & diem, id eſt, bona opera ſanctáque deſideria diligere & amplecti. Ipſe enim Chriſtus quaſi in forma pauperis & egeni, ſemper egens & indigens fuit in hoc mundo, ut nos ſua paupertate ditaret: unde dicit, vulpes foveas habent, & Pſalmiſta: pauper ſum ego & in laboribus à juventute mea. Ipſe etiam Chriſtus dicitur opilio, id eſt paſtor ovium, ſicut dicit Dominus in Ezechiele: ſicut paſtor viſitat gregem ſuam, quando fuerit in medio ovium diſſipatarum. & ipſe in Evangelio: ego ſum paſtor bonus orientalium, id eſt omnium Chriſtianorum, qui ab ipſo Chriſto vocantur, cujus nomen eſt Oriens, teſte Zachariâ prophetâ: Ecce Oriens nomen ejus, & inde orientales Chriſtiani nominantur. Civitatem verò vel caſtrum, in quo Dominus ipſe vigil vel cuſtos non eſt, patere inſidiis inimicorum dicitur Pſalmiſtâ teſtante, qui ait: Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, & idem paulò ante: neque dormitet, qui cuſtodit te. Ecce non dormitabit neque dormiet, qui cuſtodit Iſraël. Thus autem quod ad incenſum Deo in ſancta Eccleſia præparatur rectam fidem & devotionem orationis ſignificat juxta illud: ignis in conſpectu meo ſemper ardebit. Pſalmiſta: dirigatur oratio mea ſicut incenſum. Apocalypſis: incenſum ſunt vota Sanctorum & orationes. Vinum amaritudinem pœnitentiæ deſignat, unde David: potâſti nos vino compunctionis. Oleum etiam, quod vidiſti, ad miſericordiam pertinet, varióſque languores depellit, & lucem adminiſtrat, bona opera ſignificare videtur: unde vatuæ virgines oleo carentes à regno cœlorum ſunt excluſæ: unde amen dico vobis, neſcio vos. Cúmque Hunfridus ſeriem hujus interpretationis rectè per ordinem expreſſiſſet, Eberhardus hæc, quæ prudenter retexuerat, mente revolvens ait, & ſi mihi mille conjecturæ ſuper hoc ſomnium poſſent proferri, omnes comparatione illius, qui de divinis libris dicuntur, pro nihilo computabo. Ut ergo Deus renum ſcrutator & cordis meorum oblitus peccatorum, cœleſtis gratiæ donum mihi præbere dignetur, rectam fidem, cordis compunctionem & in bonis operibus perſeverantiam eum ſuper me deprecor adaugere: & ſi mihi dignabitur vitam prolongare quouſque ei templum ædificem, viſibiliter thus & vinum cum oleo ad ſervitium ejus dabo. Et ſequenti die ipſe primus tres lapides in loco, quo fundamentum verſus orientalem plagam collocare diſpoſuit, ſuper harenacium lapidem poſuit. Hunfridus verò futuri mali præſcius conſiderans locum hujus fundationis, nullam firmitatem aſſequi poſſe dixit: Domum Dei ſuper firmam petram potius quam ſuper harenam fundari debere, ibidémque aufferri lapidem harenacium tiliámque ſibi proximam dejicere & evelli radicitus, quoniam vulgus, utpote errore ſeductus, quaſi ſanctam venerabatur, ac ſi ſimulacrum eſſet Idolis & Idololatriæ conſecratum. Quibus ſecundum dicta ejus, ablatis fundamentum ponitur, & Eccleſia in crucis modum ædificatur anno Domini nongenteſimo vigeſimo octavo. Ad Miſſarum itaque ſollenia quotidie peragenda tabula quadrangula, id eſt quadrata & lapidea de marmore ac conſecrata ſuper altare ponitur, quod nondum ab antiſtite fuit dedicatum. Hæc tabula Sanctiſſimi Sebaſtiani reliquias venerandas continens, in cujus nomine dedit ad divinum ſervitium aream Ratiſpone in loco, qui vulgariter dicitur Lederbanck, quæ eſt ſita in platea ſive foro rerum venalium, ad thus Eccleſiæ in Eberſperg perpetuò comparandum & unam vineam quatuor jugerorum *Maſchachswindl, Chaps* * curiam, & locum, qui dicitur ad Sempta & Clethaim Eccleſias duas dotatas cum decimis ad Tegernbach & Othering & decimationem venationum & cedendarum arborum in nemore: inſuper quoque Ahaim dare voluit, ſed conſenſum Adalberonis ſui fratris ad hoc minimè habere potuit: Clericiſque regularibus de Ordine S. Auguſtini inibi coadunatis, Hunfridum virum prudentem, multæque elegantiæ in præpoſitum ipſis præfecit.

A. 928.

* Apogr. Langii: *Maſchach-Wincl, Chaps.*

Item iſte Ordo S. Auguſtini duravit in hoc loco usque ad annum incarnationis Jeſu Chriſti nongenteſimum nonageſimum. Ab illo tempore Comes Udalricus introduxit Ordinem S. Benedicti videlicet anno Dominicæ incarnationis nongenteſimo nonageſimo. Nunc ad ordinem redeamus. Eodem tempore Hunni qui & Hungari in multitudine ſui exercitûs nimium confidentes per Noricam regionem id eſt per omnes terminos orientales Alemaniæ & Bavariæ tranſeuntes, dirè vaſtant incendiis & rapinis per octo annos, nono verò anno numerum excedentes gloriantur in fortitudine ſua & per Noricum diſpergunt, id eſt per Alemaniam: trans flumen etiam Lyci fluvii, qui dicitur Lech & Danubii intrare præſumunt, civitates cum munitionibus in confinibus eorum expugnare conantur & omnia caſtra demoliri. Quorum legio adunata ad orientem caſtri Eberſpergenſis præpeti curſu in equis accurrens, ſuáſque ſagittas pro omine contra caſtrum emittens & id nimis eſſe tutum per omne ſentiens, in-

A. 990.

dignanter cum fremitu & gemitu abſcedere compelluntur. Ex qua re Comitem Eberhardum experientia certa docuit, quantum vigilantia cuſtodis neceſſaria ſibi ibi fuit: quoniam per viſionem ſomnii canente gallo exceperat, ſicut paulò ante eſt reſcriptum: res igitur mira & novitate plena. Licet enim regnum Hungariæ extenſione ſuæ latitudinis alia regna tranſcendant, rarò credatur poſſe conteri, quamvis fortè valeat in extremitate aliqua ſuperari. Ejusdem enim gentis ferocitatem noſtri quondam principes infortunatos ſenſere ſucceſſus & eventus illos ad prælia provocantes. Bela enim Rex Hungarorum ante quædam tempora pauca victoriam belli obtinuit adverſus Ducem Auſtriæ, quem interfecit. Conſtat enim maximam partem Auſtrenſium ſimul & Stirenſium gladio corruiſſe: unde quidam ait:

Bela triumphalis belli victricibus alis
Enecat Auſtrenſes ſtrato duce vel Stirienſes.

* Apogr. Lang. *modo talis.*

Res mortalis * priori fato diſſimilis, mutatur in contrarium divino ſuffragio ſuffragante.

* Lang. *ſua*

* Lang. *ibi*

Sævientibus itaque Hungaris nullis quodammodo parcentibus, Sereniſſimus Heinricus Rex Alemaniæ & Francorum mentis & animi conſtantia ſemper impavidus, robore fortis ut leo frendénſque dentibus ſicut aper, qui Arnolpho Cæſari Carolomanni Regis filio ſucceſſit in regno unà cum filio ſuo Ottone multis magnisque Principibus, Ducum ac Comitum Nobilium in ſimul coadunatis omnes ſimul quaſi unus ad conflictum belli procedere non differunt & patriæ ſive * regionis terminos præſumunt viriliter defenſare. Exercitu autem Hunnorum inæſtimabili in ipſo itinere propè fluvium Licum, ubi condita eſt civitas Auguſtenſis congregato, Heinricus Cæſar invictus cum ſuis acie bellatorum inſtaurata contra hoſtes tanquam Leo rugiens vehementer inſiliit, ibíque clipeus clippeo in prælio opponitur, umbo per umbonem retunditur: fit fragor & ſonitus armorum à fortibus, ſpicula ceu fulmina in hoſtes ſæviſſimè jaciuntur: fit * ludus militaris, non in alea ſed in haſta & gladio, ferox mucro gentis alienæ nimis avidè devoravit carnes, fortis dextra Cæſaris Ungaros terræ proſtravit, campus vernans fit cruentus & rore ſanguineo tellus ubique madeſcit, cedunt hoſtes & vincuntur, victores trophæo accinguntur omnes humi ſicut unus mortis exitium perferunt, nec fuit, qui evaderet: glorioſè enim gens Alemanica de ſuis hoſtibus eo tempore victorioſiſſimè triumphavit anno Domini nongenteſimo trigeſimo ſeptimo. Locus autem certaminis usque in hodiernum diem ſuper fluvium Licum, id eſt Lech, Latino eloquio nominatur, Conciolegis, vulgares verò vocant Gunzenlen: ibíque regalis magnificentia jure perpetuo thronum judicialem habere debet cum aliis terrarum Principibus ad faciendum judicium & juſtitiam ſive ad reipublicæ negotia prout jura ſunt condita providè gubernanda. Exercitu verò Hunnorum crudeli ſtrage damnato, milites Eberhardi, ſororiſque ejus Wilburgis, quæ tunc in ſæpè dicto caſtro morabatur Sur Regem & Leli Ducem cum aliis quam plurimis Ungaris ad Eberſperg caſtrum captos detulerunt. Sed Regem & Ducem Ratisponam Regibus & Cæſari, omni auro & argento ablato, remittens occidendos, reliquos Ungaros jaculatos dirè cruciant, & in foveam profundiſſimam præcipitant & detrudunt, terráque cooperiunt ac ſuffocant. Cæſar autem ſeptem Reges Hungarorum crucis patibulo juſſit appendi cæterósque vivos foſſatis ſubhumari: quo viſo Wilibirgis ait: nimis credula ſum verbis illorum, qui locum iſtum Dei ſervitio magnificandum jam dudum prædixerunt: quia malorum Principes & exterarum nationum Eccleſiam Dei devaſtantes ad honorem loci Dominus huc vinctos perduxit: Et Eberhardus primitias tollens de torquibus aureis, quæ ſunt ornamenta colli & tintinnabulis, id eſt aureæ campanulæ (f) in immis veſtium pendentibus tres libras auri ad calicem fabricandum, crucémque argenteam, quæ in ſcuto Regis infixa fuit, & aliud argentum ad Eccleſiaſtica ornamenta dedit. Poſt hæc Comes Eberhardus genere clarus & nomine decidit in lectum, paſſionum multas moleſtias graviter ſuſtinens, ſe moriturum eſſe præſenſit fratrem ſuum Adalberonem ad ſe vocari fecit: uxorem non habuit & gratiâ caruit filiorum. Qui Adalbero moras faciens aliquamdiu, tempus veniendi ad ipſum protractim & prolixè differret, veniens tamen tardè, dixit: Frater meus liberis carens, cum prædia ſua Clericis vult dare, petit me ad ſe feſtinare, non cogitans eſſe melius prædiis, quæ mihi hæreditario jure contingunt, filios meos ditari, quam alios injuſtè prædari. Et Eberhardus agonizans dixit: Deus miſerere mihi & erga locum iſtum voluntatem tuam operare. Et fratre ſuo tardè veniente mortuus eſt, & in Eccleſia Friſingenſi honore debito ſepelitur anno Domini nongenteſimo quadrageſimo nono. Adalbero autem Eberſpergenſis caſtri mœnia conſummavit, qui ſeptem filios habuit elegantes ex uxore ſua dicta Leutgardis, & inſuper octavum, quem Sanctus Udalricus Auguſtenſis Epiſcopus de ſacro baptiſmatis fonte levavit, æquivocum ſibi fecit: quem etiam puerum pater hoſpitibus præſentare noluit, occultabat eum alienis: quia natura plus aliis infirmior videbatur: diſſimilis enim fuit ſeptem fratribus, quoad elegantiam pulchritudinis ſui vultus ac etiam infirmior: ſed credo ipſum quoad augmentum meritorum & virtutum plus omnibus fuiſſe fortunatum: ob quam rem amica ejus Willibirgis, ætate plena, ſoror Adalberonis ſic ait:

(f)

A. 949.

(f) memorabilis hic locus antiquitatem hujus luxûs indicat Principibus adventum ſuum hiſce cymbalis annuntiantibus. vid. de eadem re V. Cl. *Joannis Georgii Keyſleri* Itinerar. Epiſt. VI. p. 27.

ait: indubitanter noſtris exigentibus peccatis iſte puerulus ſoſpitate eſt privatus, cum omnes ab infantulo Udalrico aliqua benedictione ſacrati gaudeant integro ſenſu & corporis ſanitate, nam ut de cæteris ſuis fratribus taceam, cum ego eum adhuc adoleſcentulum in Monaſterio S. Galli, ubi nutritus eſt, viſitans ut inedentulæ matrinæ ex parte carente dentibus, miſereretur, quæ ſenio affecta nimio dolore dentium & capitis intolerabiliter ego miſera perurgebar, ille aliqua, velut joculatoria verba, ad hæc reſpondens ait: Tandem ad tuam remeare debes patriam ſciens: quod tua petitio felicem efficaciam aſſequetur: juxta cujus dicta mihi repatrianti de Suevia in Bavariam, dentes mihi contra naturam veteranæ ſuccreſcunt, & major quam antea capitis mei ſanitas abinde perſeverat. Unde ſcio, quod Epiſcopale Baptiſma non parvam conferret ei proſperitatem, ſi delictorum noſtrorum enormitas non obſtaret. Adalberoni quoque fratri ejus ait *: procura feſtinus placare Deum ac S. Sebaſtianum, cui frater noſter Eberhardus bonæ memoriæ prædium Ahaim dare promiſit, de cujus penſionibus thuris, vini & olei votum ſuum ſolvit, quo conſilio percepto frater ejus Adalbero, caput filii ſui Udalrici ſuper altare S. Sebaſtiani depoſuit, prædium Teugingæ atque ii. manſos in Bundtlbach ** ſitos dedit, triginta quoque inſuper denarios dans, totidémque ſe aut puerum annuatim daturum ſpopondit, quos ipſe cum filii poſtmodum usque ad mortem ſolverunt. Igitur poſt hæc Udalricus idem viribus & virtute proficiens ab omnibus honore prævenitur. Pollet ingenio, ac inter multa, quæ geſſit prælia invulnerabilis ſemper extitit. Poſthæc fratribus ſuis omnibus ſucceſſivè decedentibus, ſolus ipſe Udalricus ſuperſtes remanſit, Willibirga amicâ ſuâ jam defuncta in die Othmari Abbatis.

* Lang. apogr. *Wiliburgis.*

** Lang. *Guntilbach*

Deinde paucis diebus evolutis patrem Adalberonem ac matrem Leutgardem mortuos Friſingis ſepelit, ac pro animarum earum requie ſempiterna S. Sebaſtiano prædium nomine *Veiſen* dedit. Adalbero obiit pater Udalrici in die Prothi & Jacincti Martyrum: Leutgardis autem mater Udalrici obiit ſequenti die poſt Simonis & Judæ Apoſtolorum.

Hunc de Comite Udalrico dicendum eſt. Igitur Comes Udalricus poſtæc duxit uxorem Richardem ſororem Marquardi Marchionis de Carinthia, quæ fuit nobiliſſima genere, cui & ipſe Udalricus ſuam ſororem dictam Hademudem (cujus tamen nomen ſuperius eſt ſuppreſſum) in conjugium tradidit, quæ poſt obitum mariti cuncta ſua pro Dei nomine derelinquens in Palæſtinæ partibus mortua, pluribus ſignis coruſcavit. *** Quo tempore Friſingenſis Epiſcopus nomine Abraham, Eberſpergenſem baſilicam dedicare denegat: & hoc ideo quia Udalricus Comes Othoni puero, tertio Regi multum fidelis fuit, Henrico Duci Bavariæ, cui idem Epiſcopus Friſingenſis favebat ad rebellandum Regi Ottoni, non conſenſit. Idem enim Dux Heinricus ungi ſe faciens in Regem, præliis multis Udalricum attentabat, ſed juſtitia prævalente victus eſt ab eo. Idem Abraham Epiſcopus Friſingenſis, qui eum deprædatus eſt, æquali facto in tantum coartatus eſt ut Friſingis adjutorio regali obſeſſus, caperetur, ac in cuſtodiam à Rege detruderetur, Dux etiam Bavarorum Heinricus non multo poſt ad deditionem in urbe Patavienſi cogitur, & in cuſtodiam mittitur: ex qua emiſſi ambo amicitiam cum Udalrico firmant, ita ut Dux Eberſpergenſe caſtrum petens copioſam pecuniam & novem Miniſtros ſuos S. Sebaſtiano delegaret: dixit enim ſibi Treveris, ubi tenebatur in cuſtodia, per viſum à S. Materno manifeſtatum eſſe non prius ſolvi carceris ſui anguſtias, quam promitteret ſe Beati Sebaſtiani interventu petiturum & Udalrici amicitiam habiturum. Epiſcopus ergo, quoniam olim dejuravit Udalrici Eccleſiam à ſe nunquam conſecrandam eſſe, dedit ei licentiam conſecrandi eam à quolibet Epiſcopo. Convocatur ergò Fridericus Juvavienſis Eccleſiæ Epiſcopus, quæ nunc eſt Saltzburga, qui conſecravit eam anno Dominicæ incarnationis nongenteſimo ſeptuageſimo, & villa Hermansdorff in dotem Eccleſiæ Eberſpergenſi donatur; poſt hæc Udalricus genuit Adalberonem & Eberhardum & Willibirgam & alias tres filias, qui fuerunt de regio ſemine Heinrici Cæſaris & Caroli M. Regis invictiſſimi. Adalbero duxit uxorem Richlinden filiam Rudolfi Suevi, ſororem Wolfhardi Comitis, qui rebellavit Heinrico Regi ſecundo. Hæc ſterilis fuit & infœcunda: Eberhardus verò duxit Adelheiden de Saxonia, quæ tres genuit filios. In eodem biennio, vix anno poſt Baſilicæ Eberſpergenſis conſecrationem, Dominicæ incarnationis nongenteſimo ſeptuageſimo ſecundo: Hunfridus primus Præpoſitus, qui viginti novem annis præfuerat, moritur, & Dietgerus eidem Eccleſiæ in præpoſitum ſubrogatur, viginti uno anno rexit, & poſt in Domino requievit. Eidem Meginpoldus in præpoſitura ſucceſſit, & ſexdecim annis præfuit, quo tempore Guntherus præpoſitus eligitur, Græcis ac Latinis litteris eruditus, qui erat Conſcholaſticus Gerberdi præpoſiti, præfuítque annos ſexdecim. * Deinde Udalricus virtute præclarus ſolicitâ mente ad hoc omnia conſilia ſua convertebat, nec non cogitationes & opera dirigebat, videns Eccleſiam ſuam rebus dotari ac etiam honoribus, quomodo ad laudem ſui Creatoris ad tam venerabilem & ſecurum ſtatum pertingere poſſet, & qualiter monaſticam vitam, ſanctámque converſationem pertingere poſſet, Monachorum Ordinis S. Benedicti in ſua baſilica inſtituere cogitaret, eorundem religioſitate Deo placita delectatus, & odoriferâ ſuavitate illectus & attractus, de magnorum conſilio ſuique Pontificis regularium ordinem transmutavit ibidem, *Eberſpergenſe* clauſtrum *Monachis nigris* de aliis Monaſteriis adunatis dotavit, qui per vitæ contemplativæ dulcedinem & munditiam im-

*** Apogr. Lang. & *claruit.*

* in apogr. Lang. *annos XI circiter.*

pollutam religionis quibuslibet prælucere ſolent univerſis.

A.990. Anno igitur Dominicæ incarnationis *nongenteſimo nonageſimo* Reginboldus *Auguſtenſis*, Abbas adunatis Monachis præficitur, cui quidam *miles Eberhardus* nomine filium ſuum *Altmannum* vocabulo, monaſticè educandum dedit, quem genuit de *Ruttbrude*, quæ fuit *Udalrici* filia ex concubina: *Reginboldus* verò cum undecim annis *Eberſpergenſi* abbatiæ præfuiſſet ab *Heinrico* Rege *ſecundo* Francorum ad regendam abbatiam apud *Lorſam* ſuſtollitur, & *Altmannus* ab eo Monachis *Eberſpergenſibus* præficitur, aliquantiſper Comite *Udalrico* renuente propter florem ſuæ primæ juventutis: annorum enim viginti erat, ſed incredibili ingenii aſtutiâ morúmque maturitate pollebat. *Udalricus* ergo cum nullam ex filiis ſuis prolem videret præter unam virginem *Hadewigam* vocabulo, neptem ſuam de filia *Willibirga*, hæc prædia *Sowen*, *Otackersberg* Eccleſiam dotatam in villa, quæ dicitur ad *Nuenkirchen* cum decimis, & duos manſos ad *Hündelbach* S. Sebaſtiano dedit, ut ejus interventu benigno impunè ſibi prolique ſuæ concederet uſum prædii *Abam*, quod *Eberhardus* patruus ſuus, frater *Adelberonis* piæ memoriæ, divinis ante pauca tempora devoverat ſervitiis; & ut etiam fœlicem mereretur poſteritatem: quam petitionem cum effectu conſequi non poſſe videret vel in ſenecta ſua peccatis ſuis deputans, quod exaudiri non meruit, toto niſu in amorem Dei ſe convertens Monaſteriis & egenis pecunias diſtribuit, poſteáque pauper ipſe pauperibus miniſtravit: mundum etiam relinquere peregréq; proficiſci voluit, ſed Laicus quidã *Adelgeris* * nomine à populis æſtimabatur ſanctus eſſe id decere contradixit, aſſerens ſibi in Divina Voce eſſe dictũ de poſſeſſis bonis eleemoſynam aſſiduè annuatim dare, melius eſſe quam ſemel omnibus relictis nihil poſſe poſtea pauperibus erogare. Talibus verbis credulus acceptis ab hoc concepto Propoſito Udalricus animum ſuum revocavit: Qui cum ſequenti tempore in Inckoven caſtro ſuo moraretur, conjunx ejus Richardis Deo devota, quâdam die ab eo petiit, ut ſecum Eberſpergenſe caſtrum pro ſibi neceſſaria cauſa viſitaret, quam cauſam dum ille diligenter inquireret, dixit: potius ſibi veritatem rei in actu ſe oſtendere velle quam per verborum ſeriem declarare. Cujus petitioni annuens ad Eberſperg venientes, ibi pariter morabantur. Accidit autem die quâdam fortuito eam ſolam ſedere in Reta ** id eſt in ſecretario æſtivali palatii, ubi pediſſequæ vel adoleſcentulæ virgines ſolitæ fuerant operari: ibi quædam virgo pulcherrima veniens niveis induta veſtimentis fulguroſo vultu apparuit ei dicens; ô Richart Domina chariſſima, quomodo te ſedere ſolam contigit, quod antea nunquam vidimus: hoc tuam diſciplinam, hoc tuam reverentiam non deceret: Ego autem, ut tui cuſtos ſim, veni: Quo dicto prædicta viſio virginalis ſtatim diſparuit. Quam viſionem uni presbytero duabúsque pediſſequis ſibi familiaribus dixit, & quod diem depoſitionis ſuæ vel diſceſſum ab hac vita portenderet, indicavit. Quæ ſtatim infirmata & die obiit nonas calendas Maij, & in eodem caſtro ſepulta eſt anno Dominicæ incarnationis milleſimo tertio decimo, à filiis ſuis. A.1013. Nullis ergo dubium in animo reſidere debet, quin eam credere debeamus ex puritate conſcientiæ, quam ſemper illæſam habuit & beatitudine ſuæ vitæ quorundam Sanctorum meritis, qui ante nos fuerunt, & in Chriſto beatè requieſcunt, non eſſe inæqualem. Hæc enim ex duplici caſu cognovit & prædixit diſſolutionem ſui corporis imminere: tum quia, quaſi præconſcia futurorum, ſuum maritum ſecum ab Inckoven ad Monaſterium venire rogavit, & hujus rei cauſam ſibi potius facto quam verbis monſtraturam, tum quia per viſionem pulcherrimæ virginis, quæ mox coram ea diſparuit, prænuntiavit familiaribus ſe in proximo eſſe morituram: quod realiter multis pærſentibus eſt monſtratum. Pater ergo poſthac vocatis filiis ait eis. Ego neſcius, ſi ultra vos conſpiciam paucis verbis vos amoneo, quæ ſigillet in cordibus veſtris memoria diei, quo mater veſtra terræ commendata eſt: in hoc enim conſequimini gratiam placabilem Domini noſtri & habebitis in mundo res & divitias temporales. Regi nunquam rebelletis, vel eum ad domum veſtram ulla occaſione invitare curetis, quia tunc opes veſtræ veraciter diſpergentur. Igitur à tempore paſcæ, poſtquam Richardis defuncta eſt, Udalricus carne abſtinuit, & à venationibus, à verbis otioſis, omnibúsque jucundis quælibet adverſa ſæculi proſperis chariora ferebat, cœleſtibus ſemper deſideriis volens inhiare. Unde cum quodam tempore in caſtro Eberſpergenſi cum ſuis familiaribus ſederet, atque de ſuccreſcentibus quotidie mundi malis ſermocinaretur contra Beati Sebaſtiani altare conquieſcens, id eſt, inclinans, ait: cum maximos dolores animo meo prius ingeret, quod nepotibus carere me oportuit, nullámque prolem de filiis meis habere potui, modo tibi mi Poſſeſſor Sebaſtiane, magnas proinde gratias ago. Quod cur diceret, cum ab aſſidentibus interrogaretur, ait: ſi mundanæ res & divitiæ temporales ita conſtarent, ut unusquisque vivere ac ſub pacis tranquilllitate ſua retinere poſſet & decenter, gauderem utique ſi procreationem ſobolis ac nepotum mihi Deus præſtitiſſet: ſed quia iſto tempore crebreſcentibus malis ubique aut ignominioſè unusquisque vivere ac degere cogitur, aut malè facere, charius habeo, quod nepotibus careo, quam eos absque ſui honore vel Dei gratiâ habere. Sed cauſam vobis enarro futuram, quæ ſequentem generationem poſtea malo acrioris infortunii eſt depreſſura: cum enim Romani Principes univerſis gentibus & terris imperarent: ita moderamine Legum ſcripto regebant, ut nulli impunè cederet factum, quidquid lex prohibuerat omnibus; cauſas actionum non aliter quam ſecundum Legis ſcripta judicantes: Poſtquam verò

* Apogr. Lang. *Adalgerio.*

** Apogr. Lang. *in Zeta.*

Germanum regnum à Romanis receſſerat, præcepta regalia ceſſavère. Sigebertus & Theodericus, ac deinde Carolus jura dictabant, quæ ſi quis potens ac Nobilis legere ignoraret ignominioſus videbatur, ſicut in me coævíſque meis apparet, qui jura didicimus. Moderni verò filios ſuos negligunt jura docere: qui quandoque mendoſo jure vel opinione pro ſuo libitu & poſſibilitate quosque juvant, aut deprimunt & per exlegem temeritatem. Hæc & plura ipſis ſuis familiaribus eo referente, verum eſſe, quæ dixerat, affirmabant.

Idem venerabilis Comes oculum ſiniſtrum in ſenecta doluit, quem non curare valuit: igitur Guntherus Heremiticam vitam ducens multæ contemplationi deditus, poſt ſecretam confabulationem cum eo, prædixit eum ante ſe moriturum, & prædia ejus de multis aggregata non in ſuos cognatos, ſed ea prænuntiat ad manus tranſire alienas. Deinde poſt paucos dies ſenex ipſe feliciter in Chriſto requievit quarto idus Martii, anno Dominicæ incarnationis milleſimo vigeſimo nono & digno cum honore ſepultus eſt juxta conjugem ſuam in Eberſperg. A. C. 1029.

A. C. 1037. Anno iterum Domini milleſimo triceſimo ſeptimo Adalbero cum Eberhardo fratre ſuo accepto ſuorum familiarium conſilio: ſicut etiam à patre eorum adhuc vivente præmoniti fuerant & instructi: ambo ſibi viciſſim conſentire videntur, & conveniunt in eodem, ut ad promerendam vitam æternam vigilanti induſtria efficerent: quomodo ſibi in terris Chriſtum lucrifacerent & hæredem eorum, quæ poſt ſe relinquerent, conſtituerent, diligenter advertentes quod hæc vita brevis brevitatis eſt ſemper amica & perpetuitatis inimica, indeficientis devotionis ad Eccleſias conſtruendas animum gerentes, commoda & honores earum deſiderant ſalubriter dilatare.

De Deſtructione caſtri & ampliatione clauſtri.

Anno eodem Adalbero diviſo cum fratre ſuo Eberhardo æquali ſorte Patrimonio, Eberſpergenſis caſtri ædificia quæque deſtruens, ipſum Monaſterium, quod ad idem caſtrum ſuus patruus Eberhardus cum fratre ejus Adalberone & poſt pater ejus Udalricus bonæ in Chriſto memoriæ extruxerant, ampliare diſpoſuit: ſolummodo ibi clauſtrum novum ædificans ad auſtrum Baſilicæ, tempore Altmanni Abbatis.

De fundatione clauſtri in Geyſenfeld.

Eodem tempore & anno Eberhardus frater Adelberonis de bona voluntate ſuæ conjugis Alheidis ad laudem & gloriam nominis Dei & ſanctæ Dei Genitricis Mariæ & Sanctorum incœpit de novo fundare Monaſterium ſanctimonialium ſuper Ilmam fluvium, dictum Geyſenfeld, Ordinis S. Benedicti in Diœceſi Ratisponenſi & laudabiliter Domino concedente conſumavit: ditans illud clauſtrum multis divitiis & honore.

De libertate Eccleſiarum in Eberſperg & in Geyſenfeld.

Tunc temporis glorioſiſſimus Imperator Heinricus III. Rex Francorum & Alemaniæ benigniſſimus amborum fratrum Adalberonis & Eberhardi petitione, quia multum ſibi familiares erant & chari, utrumque clauſtrum tam in Eberſperg quam in Geyſenefeld privilegio libertatis liberè ſublimavit. Inſuper Electionem liberrimam Abbatis in Eberſperg fratribus in perpetuum ibidem charta ſua & annulo confirmatam contradidit & conceſſit, ſimiliter & ſanctimoniales in Geyſenfeld liberæ ſuæ electionis authoritatem, dum Abbatiſſas eligere neceſſe eſt, ab eodem Hainrico Cæſare ſunt liberaliter conſecutæ quam etiam imperiali ſigillo eisdem confirmavit jure perpetuo conſervandam: in eadem cohærentia unionis & fidei permanentes, unum velle & unum nolle tenebant utrobique ſupradicti fratres. In eodem etiam Monaſterio Sanctimonialium Willibirgis ſoror eorum pro æterna vita terrena deſpiciens Monaſticæ religioni ſanctæque converſationi ſe ibidem in amore Chriſti ſubdidit, ac beatiſſimam vitam ducens usque quo de laborioſo certamine præſentis ſeculi ad emeritæ remunerationis mercedem à Domino fuiſſet evocata.

De converſatione Willibirgis ſororis Adalberonis & Eberhardi

De concordia amborum fratrum.

Quamquam verò uterque fratrum ſui clauſtri ſtructuræ perſeveranter inſtaret: tamen ipſi Adalbero & frater ejus Eberhardus nimio dilectionis affectu ſic ſe mutuo diligendo conſentiebant, ut neutrum ab altero crederes quin cunctis actibus, votis & voluntatibus aliqualiter diſſentire. Nam alter eorum vicariâ redditione alterius clauſtrum, quod extruxit, prædiorum ſuorum largitione dotavit: & ſic in cohærentia unionis & fidei permanentes unum velle, unum nolle tenebant utrobique: & licet ex utrisque partibus in Eberſperg & in Geyſenfeld Ordinis S. Benedicti fuerit una profeſſio, & ex libera donatione Regiæ Majeſtatis utraque ſtructura gaudere jure perpetuo debeat honore ſui Principatûs: tamen ob reverentiam ſexûs, ut ita dicam, debilioris, arbitrati ſunt pium eſſe ambo fratres & concordi charitate, imo papali autoritate de magnorum conſilio ſtatuerunt firmiter obſervandum, ut eisdem ſanctimonialibus non liceat aliquando in Geyſenfeld eligere Abbatiſſam, niſi primum ſuper his Abbas Monaſterii Eberſpergenſis ſit conſulendus. Quod ſi temporis opportunitas expoſtulat, niſi cauſa rationabilis & legitima obſiſtat, Abbas earum electioni canonicè debet intereſſe: & hoc ideo quia major perſpicacitas intellectus prædominari cognoſcitur magis apud fortes quam apud imbecilles: ſi ardua negotia ipſis aliquando vel ſpiritualia, ſive temporalia fortuito emerſerint, propter quæ finaliter decidenda neceſſe ſit ſublimium perſonarum conſilia invocare, Abbas niſi legitimè impeditus ipſis ſua conſilia communicet, prout viderit expedire. Exequialibus etiam officiis Abbatiſſarum ob reverentiam fraternæ charitatis ſi vocatus fuerit & requiſierit Abbas, debet intereſſe. Si vero neceſſitas expoſtulat diſcretum Confeſſorem pro confeſſionibus earum audiendis vel aliis ſacramentalibus ipſis porrigendis, requirere habent ab Abbate, quem ſi petierint, ipſum Abbas procuret tranſmittendum.

De contrahendo Matrimonio.

De hoc etiam liberaliter habere videntur tam Abbas in Eberſperg, quam & clauſtrum ſanctimonialium in Geyſenfeld licentiæ facultatem, quatenus ſalvis utriusque Monaſterii duntaxat militibus & perſonis militaribus quas habent, cæterisque hominibus ſuis, hoc eſt civibus, ruſticis & colonis licenter liceat cum familia alterius clauſtri unius ad alterum contractum matrimonium & etiam legitima conjugia celebrare ejusdem pacti conditio quibuslibet eorum hominibus alterutrum debet inviolabiliter obſervari: ita quod nullus pœnam offenſæ vel exactionis proinde incidant, ut diximus contrahentes: proviſo tamen quod proles ex hujusmodi matrimoniorum contractibus proveniens dividatur æqualiter inter ipſa Monaſteria & quot neutra partium ſtudiosè connubia hujusmodi ſatagat in præjudicium partis alterius procurare.

A. 1045. De teſtamento Adalperonis.

Anno igitur incarnationis Dominicæ quadrageſimo quinto obiit Adalbero in caſtro Poſenpeug, omnia committens Reuchlindi ſuæ conjugi rectè tractanda: & quod omnia ſua prædia poſt ejusdem ſuæ uxoris obitum, quæ in terminis haberet circa * Inchoven ſita, pro ſuæ remedio animæ Deo & S. Sebaſtiano donaret, ut ejus interventu Chriſtum haberet propitiabilem & placatum: quæ omnia ſicut dixit, adimplevit inſuper comitiam in Pöſenpeug cum omnibus ſuis adhærentiis, quam Adalbero adhuc vivens de conſilio ſui fratris Eberhardi S. Sebaſtiano legaverat, Richlind ſua conjux liberaliter & abſolutè Eccleſiæ Eberſpergenſi reſignavit, Abbas autem Altmannus ut hanc comitiam ſuſciperet, ivit cum Richlinde, quæ ſpreto conſilio quondam Udalrici invitat Cæſarem in caſtrum Pöſenbeug, ut beneficia cum comitia Adalberonis committeret, conferret Abbas Altmannus præſente Cæſare Welfhardo Duci, filio fratris ſui. Quod ad explendum conſentiente Cæſare in eodem caſtro cum Abbas ferulam quam in manu geſtabat, & pro ſigno conferendi beneficia tunc tenebat, Duci Welfhardo eandem comitiam cum omnibus attinentiis conferendo porrexiſſet: confeſtim tam Abbas Altmannus quam Richlindis nutu quaſi divino flagellati, de loco in quo pariter ſederant, quadam columna cadente in eodem ligneo cœnaculo cœciderunt deſuper in locum hominum balnearem, ubi vulgares ſoliti fuerant balneari. Id ipſum Balneum aqua ibidem effluens complevit pro neceſſitate hominum tempore ſibi congruo & opportuno; quam etiam jumentis & populo quantum ſuppetebat ſuper montem deducebant ad potandum. Ex qua ruina Richlindis deinceps & Altmannus graviter ægrotantes in brevi tempore ambo moriuntur.

* Apogr. Lang. *juxta*.

De feudi collatione in manus ſeculare.

II.

Anonymi Eberſpergenſis Chronicon poſterius.

Ex Apographo Cl. V. JOANNIS LANGII JC. ad Membranas Eberſpergenſes exarato.

* * *

TEmpore Karolomanni Cæſaris in Norica Regione quidam Præſes erat nomine Sigihardus, qui fiſcale forum habuit ſecus emporia fluvii Semnaba, unde locus æquivocum nomen ſortitus eſt. Qui Sigihardus animalia tempore cauſa venandi (g) primum nemus petens repperit ad Auſtralem ejus partem inſolitæ magnitudinis & ſingularem aprum ſylvarum, intra arenaceum lapidem & tiliam jacentem, qui . . . inde noctéque recurrens per aliquot dies capi non potuit, demum . . . . effugiens omnem conaminis eorum ſpem deluſit. Quam rem cum ipſi fantaſticam dicerent, latéque pro miraculo narrarent, famoſæ religionis Clericus Chuonradus de Hewa, quod eſt oppidum juxta Podamicum lacum, famam audiens, Sighardo demandavit ita: Iruncari jube locum, de quo ſingularis * inter arenaticum lapidem & tiliam jacens ægrè depulſus eſt, quod per Divinam manifeſtationem prædico illum divino ſervitio ſublimandum & à Dei ſervis incolendum, qui Satan populos venenoſo dente lædente expellant, ſi Baſilicam ædificaveris, mundo ſeparatis locum conſtruere juxta morem antiquorum, quod Religionis neceſſe dixerim prope lectiſternia Eccleſiam viſitare. Si ſumptus ſuppetit, mœnia conſtrue, quod ſicut Dominus unum flagelli nervum . . . . (h) videlicet Attilam Regem Hunnorum induxit; ita præſenti generationi delictis exigentibus ſecundum flagelli nervum incutiet. Ipſo tempore aliqui de Argentina urbe venientes ſimilem à Gebhardo ibidem incluſo prophetiam, de provehendo loco acceperunt. Retulerunt in ſignum hæc credendi prædixit apros in nemore ſingulares deficere, quod ſub Udalrico nepote ſuo contigit præ nive maxima. Poſt ipſe locus eruncatur, lignis oppidum conſtruit, quod Ebereſperch vocatum & flexa ſylva munitum. Arnolfus ergò Cæſar filius Karolomanni, qui conſanguineus erat

* ſubaudi: *aper*.

(g) Laborat hic ſenſus ut alibi ſæpius, an apographi vitio an barbarie Scriptoris, non facile dixerim.

(h) hæc ita palam mendosè in apogr. ut repetere piguerit.

Sighardo, multis ditans prædiis, ad novi caſtri Supplementum dedit tres manſos in villa Chagininga, & tres in villa Olinga cum omnibus ad eos pertinentibus, traditionem firmans teſtamento regale ſigillum habente.

A. 906. Anno Dominicæ incarnationis nongenteſimo ſexto Sighard obiens Eberſpergenſem locum filio Ratoldo dedit, qui in divinis ſecularibúſque rebus erat nimis ſtrenuus, ob quod ei Cæſar Karentinos terminos tuendos commiſit. Hic Chuonradi prophetiæ memor caſtri ſuburbana ampliavit, omnibus ſumptibus locum cumulavit. Hic gignit Eberhardum, Adalperonem, Willibirgam. Obiens verò Eberſperch dedit Eberhardo, ac Juvavio ſepelitur in Eccleſia S. Amandi ad occidentem anguli, qui madeſcit ex corporibus Sanctorum.

Hoc tempore Hunnis, qui & Ungri, orientales terminos devaſtantibus, Eberhardus caſtrum muro circumdare, foſſas ampliare cœpit. Cum quadam nocte dormiret, gallo canente evigilans verúmque dormitans, æſtimavit ſecum multitudine militum ac Miniſtrorum ſuorum in caſtro gradientem, operariis ſuis demonſtrare quales turres & officinas unoquoque loco conſtrui vellet, ac gallum excitatorem ſuum in egeni effigie converſum, qui ſe opilionem teſtatur orientalium eſſe, dicere ſibi: caſtrum hoc, quod extruis inimicorum, patet inſidiis, ſi non in eo manſionem, qua vigil ejus comaneat, ædificaveris. Sed ſi mihi thus, vinum & oleum dabis, ego munia ſuſcipio cuſtodis, ut tu ipſe tutus, (i) nullius qui tecum in hac .... (i) damnum patiaris. Diu ergò anxius inſomnis propter hæc dicta, cuſtodes oppidi curſu delegaret, donec cuſtodi manſionem ſumptibus longe conquirendis extrueret, & thus cum vino & oleo, quibus vigil educeretur, nimio forent pretio comparanda, præ laſſitudine ſudans & tremebundus evigilavit. Solicitus verò ne ſomnium aliquid mali præſagiret evocato Hunfrido Clerico ſuo, laiciſque ſapientibus ſomnum dixit, & ſingulis ſecundùm quod ſibi viſum eſt, conjectantibus minus autem animo ejus conjecturis eorum placentibus, Hunfridus dixit: gallus, qui de ovo matre fovente generatur, quique declinata nocte diem propinquare nuntiat, multis ſcripturæ documentis Jeſum de Virgine natum ſignificat, qui homines jubet tenebras has & mala opera fugere & diem, id eſt bona opera diligere: ipſe pro nobis egens ac indigens in hoc mundo; juxta illud: vulpes foveas habet &c. Ipſe opilio ſic per Ezechielem dicit: ſicut paſtor viſitat &c. & in Evangelio: Ego ſum Paſtor bonus, orientalium, id eſt Chriſtianorum, quia ab ipſo cujus nomen eſt Oriens propheta teſte orientales vocantur. Civitatem verò, in qua ipſe vigil non eſt, hoſtibus patere etiam Pſalmiſta teſtatur, dicens: Niſi Dominus cuſtodierit &c. Thus autem, quod Domino incenditur, rectam fidem & devotionem oraminis ſignificat. Dirigatur oratio. Apocal. Incenſum & orationes Sanctorum. Vinum, amaritudinem pœnitentiæ ſignum. Potâſti nos vino compunctionis. Oleum, quod languores depellit, lucémque adminiſtrat, bona opera ſignificat; unde virgines oleo carentes regno cœlorum excluſæ ſunt. His auditis Eberhardus ait: Similes conjecturæ mihi ſuper hoc ſomnium poſſent proferri, omnes comparatione illius, quod de divinis libris dicitur, pro nihilo computarem. Ut ergo Dominus meorum oblitus peccatorum cœleſtem dignetur mihi gratiam præbere, rectam fidem, cordis compunctionem, cum bonis operibus eum nunc deprecor, augere: & ſi mihi vitam dignabitur prolongare quousque templum ædificem viſibiliter thus vinum & oleum ad ſervitium ejus dabo. In ſequenti die ipſe tres lapides in loco, quo fundamentum orientale jaci voluit, ſuper arenarium lapidem poſuit. Hunfridus domum Dei dixit ſuper firmam petram, potius quam ſuper arenam fundari debere, auffertéque lapidem arenacium tiliámque decere, quæ vulgus quaſi ſancta venerabatur. Quibus ſecundum ejus dicta ablatis, Eccleſia in crucis modum L. pedum in latitudine, LXXX. pedum in longitudine ædificatur, diebus VIII. intermiſſis omne cemeticum opus conſummatur, quem numerum in veteri nováque Lege non pauca Myſteria Hunefridus continere demonſtravit, tabula conſecratum marmor habens ſuper aram ponitur continens S. Sebaſtiani reliquias, in cujus nomine Domino ad ſerviendum dedit aream Ratisponæ in platea rerum venalium, ad thus emendum, vinea IIII. Jugera in Aſcah (eſt locus in Auſtria) Junnchil, Chapfas, locum qui dicitur ad Semitaha, Cleteheim, Eccleſias II. dotatas cum decimis ad Regerenbach & Ongoltingen & decimationem venationum &c. cedendarum arborum in nemore. Aheim quoque dare voluit, ſed conſenſum fratris ad hæc non habuit. Clericis coadunatis Hunfridum præfecit, quo tempore Hunni VIII. annis Noricum vaſtantes, in ... numerum excedentes per Noricum diſperſi ſunt. Quæ Legio ad orientem caſtri Eberſpergenſis in equis accurrens, ac ſagittas pro omine extra caſtrum emittens, & id unum pro omine ſentiens, cum gannitu ab eo profugit. In qua re vigilantiam cuſtodis nundinati Eberhardus ſe cognoſcere dixit; exercitu verò Hungarorum ipſo itinere propè fluvium Leche ab Henrico Rege & filio ejus Ottone devicto.

Milites Eberhardi ſorori ejus Willibirgæ, quæ jam in ſuperdicto caſtro morabatur Sur Regem & Leli Ducem Ungrorum cum aliis Ungaris ad Eberſperch detulerunt, Sur Regem & Ducem Ratisponam regibus remittentes reliquos Ungaros jaculatos ingenti foſſæ immerſos. Jam Willipirgis ait, nimis credula ſuis verbis illa, quæ locum iſtum Dei ſervitio magnificandum prædixerat, quod malos Principes Eccleſiam Dei devaſtantes ad honorem loci

---

(i) Deſunt quædam nonniſi collato autographo reſtituenda.

Dominus huc vinctos perduxerit, & Eberhardus primitias de torquibus aureis & tintinabulis veſtium pendentibus III. libras auri, ad calicem fabricandum crucémque argenteam, quæ in ſcuto Regis infixa fuerant, & aliud argentum ad Eccleſiaſtica ornamenta dedit. Sentiens poſt hæc mortem propinquam, miſit protinus ad fratrem ſuum, qui tardè veniens dixit: Frater meus liberis carens, cum ſua prædia Clericis vult dare, petit me ad ſe feſtinare, non recogitans eſſe melius, videns quæ in hæreditate contingunt, filios meos ditari, quam alios injuſtè prædari. Eberhardus dixit, Domine miſerere & erga locum iſtum voluntate tua operare; & fratre ſuo tardè veniente mortuus eſt & in Friſingenſi Eccleſia ſepelitur. Frater autem ejus mœnia conſummavit, qui ſeptem filios habuit elegantes, & octavum, quem S. Oudalricus baptizans æquivocum ſibi fecit, occultavit hoſpitibus propter ignaviam ſuam & deformitatem. Ob quam rem amita ejus Willibiric ait: Indubitanter noſtris exigentibus peccatis iſte privatus eſt ſoſpitate, cum omnes à filiolo meo Oudalrico aliqua benedictione ſacrati, gaudeant integro ſenſu & corporis ſanitate; nam ut de cæteris taceam, cum ego eum adhuc adoleſcentulum in Monaſterio S. Galli, quo nutritus eſt, viſitans orarem, ut edentulas matrinæ ſuæ, quia mortem præ inedia timerem, miſereretur ille aliqua velut jocularia ad hæc reſpondens: tandem ad tua ait remea: Petitio tua felicem efficaciam aſſequetur. Juxta cujus dicta etiam repatrianti, dentes contra naturam veterantem ſuccreſcunt, & major quam ante capitis ſanitas inde perſeverat. Unde ſcio, quod Epiſcopale Baptiſma non parvam ei conferret proſperitatem, ſi delicti noſtri non obſtaret enormitas. Procura ergo placare Dominum ac S. Sebaſtianum, cui frater noſter prædium Aheim dare promiſit de cujus penſionibus thuris, vini & olei votum ſuum voluit ſolvi. Quo conſilio percepto frater ejus Oudalrici caput ſuper aram S. Sebaſtiani poſuit, prædium Teigingun atque II. Manſos ad Huntilipach ſitos dedit, XXX. quoque denarios dans totidem ſe aut puerum annuatim denarium ſpopondit, quod ipſi & Adalpero propterea usque ad mortem ſolveretur. Poſt hæc ſpaſſat præpollet, ac inter multa prælia, quæ geſſit, invulnerabilis extitit. Patre ac matre Lutecarde mortuis Friſingis ſepulti, ac pro animarum eorum requie S. Sebaſtiano prædium nomine Riſun dedit. Poſt hæc duxit uxorem Richardem ſororem Marquardi Præſidis de Carinthia, cui ipſe ſuam in conjugium vocabulo Hademudem dedit, quæ pro obitu mariti cuncta ſua prædii nomine derelinquens in Paleſtinæ partibus mortua plurimis ſignis declaratur. Quo tempore Epiſcopus Friſingenſis Abraham Eberſpergenſem Baſilicam dedicare negat, quia Oudalricus Ottoni puero Teutonio Regi fidelis, Heinrico Duci Bavariorum, cui Pontifex idem favebat, ad rebellandum Regi non conſenſit. Idem enim Dux ungi ſe faciens in Regem, populus multis Oudalricum attemptabat, ſed juſtitia prævalente victus eſt ab eo. Epiſcopus quoque præfatus, qui eum deprædatus eſt, æquali facto in tantum coartatus eſt, ut Friſingis adjutorio regali obſeſſus caperetur ac in cuſtodiam à Rege detruderetur. Dux etiam propter hæc in Patavia ad deditionem cogitur & in cuſtodiam mittitur. Ex qua emiſſi amicitiam cum Oudalrico firmant, ita ut Dux Eberſpergenſe caſtrum petens copioſam pecuniam & VIIII. Miniſtros ſuos S. Sebaſtiano delegaret. Dux enim ſibi Treveris ubi cuſtodiebatur, per viſum à Sancto Matutino manifeſtatum eſſe, non prius ſolvi carceris ſui anguſtias quam promitteret ſe B. Sebaſtiani Monumentum petiturum & Oudalrici amicitiam habiturum. Epiſcopus ergo, quod olim dejuravit Oudalrici Eccleſiam à ſe nunquam benedicendam eſſe, dedit ei licentiam conſecrandi eam à quolibet Epiſcopo. Convocatur ergò Fridericus Juvavienſis Eccleſiæ Præſul, qui conſecravit eam anno Dominicæ incarnationis DCCCCLXX. ac villa Ruothartesperc in dotem data. Poſt hæc Oudalricus genuit Adalperonem, Eberhardum, Williburgam & alias tres filias. Adalpero duxit uxorem Rihlindem, filiam Ruodolfi Suevi ſororem Welfhardi Comitis, qui rebellavit Henrico Regi II. hæc ſterilis fuit. Eberhardus verò duxit Adelheidem Saxonem, quæ tres genuit filios, quorum biennio vix, anno Dominicæ incarnationis DCCCCLXXII. Hunfridus moritur, quem Dietgerus ſequitur. Poſt quem Meginpoldus ſubrogatur XVI. annis. Quo tempore Guntzo ſucceſſit, Græcis ac Latinis litteris doctus, qui erat etiam Scholaſticus Gerwerti PP. præfuítque annos XI. Anno Dominicæ incarnationis DCCCCXC. Reginpold Auguſtenſis Abbas adunatis Monachis præficitur, cui quidam miles Eberhardus ſuum filium Altmannum vocabulo monaſticè educandum dedit, quem genuit Dervotrude, quæ fuit Oudalrici filia ex concubina. Reginpoldus verò cum XI. annis Eberſpergenſi Eccleſiæ præfuiſſet à Henrico Rege II. Francorum ad Lorſam Abbatiam regendam ſuſtollitur, & Altmannus ab eo Monachis Eberſpergenſibus præficitur, aliquantiſper Oudalrico renuente propter florem juventutis; annorum ſcilicet XX. erat, ſed incredibili ingenii aſtutia motúmque maturitate pollebat. Oudalricus ergò nullam ex filiis prolem videns præter unam virginem Hadamuoden vocabulo, neptem ſuam de filia Willibirga, prædia hæc: Sevvn, Otacheresperc, Eccleſiam dotatam in villa, quæ dicitur ad Nuwenkirchen, cum decimis & duos manſos ad Hunnilbach S. Sebaſtiano dedit, ut ejus interventu benigno Dominus impunè ſibi, proléque ſuæ concedert uſum prædii Ahaheim, quod patruus ſuus Divinis devovit ſervitiis & ut felicem mereretur poſteritatem; qua petitione, cum effectum conſequi non poſſe videret, & in ſenecta ſua peccatis ſuis deputans, quod exaudiri non meruit, toto niſu in amorem Dei Monaſteriis & egens pecunias diſtribuit, poſteáque pauper ipſe pauperibus miniſtravit, mundum etiam relinquere, peregréque proficiſci voluit: Sed Laicus quidam Adalgerus nomine pro Sancto habitus, id decere contradixit, dicens: ſibi in Divina voce dictum, de poſſeſſis bonis elemoſynam aſſiduè annuatim dare, melius eſſe, quam ſemel omnibus relictis nil poſtea conferre pauperibus: talibus verbis credulus acceptis, animo ſe retraxit; qui cum ſequenti tempore Intinchove moraretur, conjux ejus Rihcari Domino devota, quadam die petiit eum, ut ſecum Eberſpergenſe caſtrum pro ſibi neceſſaria cauſa viſitaret, quam cauſam dum ille requireret, dixit ei, actu potius quam verbis illam ſe intimaturam: cujus petitioni cum annuens caſtrum adiret, alia die fortuito accidit eam ſolam ſedere in ceta * qua pediſſequæ ſolitæ fuerant operari, ubi pulcherrima virgo, niveis induta fulguroſo vultu apparuit, ei dicens: ô Richari! Domina chariſſima quomodo te ſedere ſolam contigit, quod antea nunquam vidimus: hoc tuam diſciplinam, hoc tuam reverentiam non deceret. Ego autem, ut tui cuſtos ſim, veni. Quo dicto diſparuit, quam viſionem uni Presbytero, duobúſque pediſſequis ſibi familiaribus dixit, & quod diſceſſum ſuum portenderet, intimavit, quæ ſtatim infirmata ac die obiit VIIII. kal. Mart. & in eodem caſtro ſepulta eſt anno Dominicæ incarnationis MXIII. à filiis ſepulta, quibus pater ait: Ego neſcius ſi ultra vos conſpiciam, paucis admoneo, quæ ſigillet in cordibus veſtris memoria diei, quo mater veſtra terræ commendata eſt, in hoc enim aſciſcitis Dei placorem & mundialem honorem. Regi nunquam rebelletis, & Dominum ulla occaſione noceatis, quia tunc opes veſtræ diſperdentur. Igitur à Paſcate, per quod Richart defuncta eſt, Oudalricus carne abſtinuit, venationibus, verbis otioſis, omnibúſque jucundis; adverſa mundi proſperis chariora ferebat. Unde quodam tempore cum in Eberſpergenſi caſtro cum familiaribus ſederet, atque de ſuccreſcentibus mundi malis ſermocinaretur, extra Beati Sebaſtiani altare conquieſcens ait: cum maximos dolores animo meo prius ingereret, quod Nepotibus careo, modo tibi Deus, tibíque mi Poſſeſſor Sebaſtiane magnas perinde gratias ago. Quod cur diceret, dum ab aſſiſtentibus interrogaretur, ait: cum mundanæ res ita conſtarent, ut quiſque tranquille ſua retinere poſſet ac decenter vivere, gauderem, ſi mihi Dominus propagines concederet. Iſto verò tempore quod malis multiplicatis aut ignominioſè degere quiſque cogitur aut malè facere: charius habeo nepotibus carere, quam eos abſque ſui honore & Domini gratia habere. Sed cauſam vobis enarro venturam, quæ ſequentem generationem pondere acrioris infortunii eſt depreſſura. Cum Romani terrarum orbi imperarent, ita moderamine legum ſcripto regebant, ut nulli impunè cederet facere, quod lex vetuerat. Poſtquam verò Germanum regnum à Romanis receſſerat, Sigibertus & Theodericus ac deinde Carolus jura dictabant, quæ ſi quis potens ac nobilis legere neſciret, ignominioſus videbatur, ſicut in me coævíſque meis, qui jura didicimus, apparet. Moderni verò filios ſuos negligunt jura docere, qui quandoque pro ſuo lubitu & poſſibilitate mendoſo jure quosque juvant, aut deprimunt & per exlegem temeritatem.

*ita Apogr. an *cellâ*?

Oculum ſiniſtrum in ſenecta doluit, quem non curari voluit. Guntherus Eremita per ſecretam & fabulatam prædixit eum ante ſe ſe moriturum, & prædia ejus de multis aggregata in multos ſed non in ſuos cognatos partiri. Obiit Senex IIII. kal. Mart. anno Dominicæ incarnationis MXXVIIII. Indict. XI. & ſepelitur etiam Eberſpergæ juxta conjugem. Pro cujus animæ requie filius Adalpero prædium Haſelbach dedit.

Anno MXXXI. Chuonradus obiit, adoptivus filius Richlindis amitæ ejus, quo obitu Henricus III. Rex Francorum libertate donavit Monaſterium Adalperonis petitione & electionem Abbatis cum charta fratribus conceſſit anno MXXXVII.

Anno MXXXVI. ſua ædificia diruens novum clauſtrum conſtruxit ad Auſtrum Baſilicæ.

Anno MXLV. obiit in caſtro Perſinpiuga omnia committens conjugi rectè tractanda, quæ pro anima ejus S. Sebaſtiano dedit comiciam in Perſinpeuga cum omnibus attinentiis ſuis, pro qua ſuſcipienda Altmannus Abbas ivit cum Richlinde, quæ contra conſilium Oudalrici Cæſarem convocat domum in Perſinpiuga, ut beneficia comitatúmque Adalperonis committeret Welfhardo Duci, filio fratris ſui, quod ad explendum eum Cæſar ferulam Abbatis Welfhardo porrigeret. De loco cedente columna lignei cœnaculi, in quo ſederunt, ceciderunt in locum balnei, quod aqua ſuper in montem ducta congruo tempore complevit. Ex quo caſu Rihlint & Altmann ægrotantes mortui ſunt. Fratres electionem Abbatis à Cæſare conſecuti, Gerwicum eligunt, ſed miſſi fraudulenter à neſciente Cæſare Etich Abbatem impetrant prælaudatum ab Altmanno. Hic præfuit anno uno & dimidio converſus de Clerico, conſanguineus Adalperonis. Dehinc Ekkibertus de Herisfuelte Tegernſewenſis Abbas anno dimidio, & præficitur Fuldenſibus Monachis, Reginpolt, Altman, Etich, Ekkibertus omni laude digni in monaſticis & ſecularibus rebus.

III.

Necrologium antiquiſſimum Monaſterii Eberſpergenſis.

Ex Apographo Cl. V. JOANNIS LANGII ad Membranas Eberſpergenſes deſcripto.

* * *

JANUARIUS.

A.	Kal. Jan.	Octav. Domini.
B.	IIII. Non.	
C.	III. Non.	
D.	II. Non.	
E.	Nonæ.	Wilram hujus loci Abbas obiit.
F.	VIII. Id.	Epiphania Domini.
G.	VII. Id.	
A.	VI. Id.	Herhardi Epiſcopi.
B.	V. Id.	
C.	IIII. Id.	
D.	III. Id.	
E.	II. Id.	
F.	Idus.	Octav. Epiphaniæ Domini.
G.	XVIIII. Kal. Febr.	
A.	XVIII. Kal.	
B.	XVII. Kal.	Marcelli Epiſcopi.
C.	XVI. Kal.	
D.	XV. Kal.	Benedicta femina obiit.
E.	XIIII. Kal.	Ekkirich miles obiit. Gunduni pater obiit.
F.	XIII. Kal.	Sebaſtiani Mart. Ratolt Comes obiit.
G.	XII. Kal.	
A.	XI. Kal.	Vincentij Mart.
B.	X. Kal.	
C.	VIIII. Kal.	
D.	VIII. Kal.	Converſio S. Pauli.
E.	VII. Kal.	
F.	VI. Kal.	
G.	V. Kal.	Octava Agnetis.
A.	IIII. Kal.	
B.	III. Kal.	Perhta femina obiit.
C.	II. Kal.	

FEBRUARIUS.

D.	Kalend.	Brigidæ virginis.
E.	IIII. Non.	Purificat. Mariæ.
F.	III. Non.	
G.	II. Non.	
A.	Nonæ.	Agathæ virginis.
B.	VIII. Id.	
C.	VII. Id.	
D.	VI. Id.	
E.	V. Id.	Altonis Confeſſoris.
F.	IIII. Id.	Scolaſticæ virginis.
G.	III. Id.	
A.	II. Id.	
B.	Idus.	
C.	XVI. Kal. Mart.	Valentini M.
D.	XV. Kal.	
E.	XIIII. Kal.	
F.	XIII. Kal.	
G.	XII. Kal.	
A.	XI. Kal.	
B.	X. Kal.	
C.	VIIII. Kal.	
D.	VIII. Kal.	Cath. S. Petri.
E.	VII. Kal.	
F.	VI. Kal.	Mathiæ Apoſtoli.
G.	V. Kal.	Waldburgæ V.
A.	IIII. Kal.	
B.	III. Kal.	
C.	II. Kal.	

MARTIUS.

D.	Kal. Martii.	Albini Epiſcopi.
E.	VI. Non.	Hardrun mulier obiit.
F.	V. Non.	
G.	IIII. Non.	
A.	III. Non.	
B.	II. Non.	
C.	Nonæ.	Felic,
D.	VIII. Id.	
E.	VII. Id.	
F.	VI. Id.	
G.	V. Id.	Ovdalricus Comes obiit. Meginwart Laicus obiit.
A.	IIII. Id.	Gregorii Papæ.
B.	III. Id.	
C.	II. Id.	
D.	Idus.	Glodosvindæ virginis.
E.	XVII. Kal. April.	
F.	XVI. Kal.	
G.	XV. Kal.	
A.	XIIII. Kal.	Egilolf, Gisla & Egilolf filius ejus obierunt.
B.	XIII. Kal.	
C.	XII. Kal.	
D.	XI. Kal.	Egilpertus Monachus obiit.
E.	X. Kal.	
F.	IX. Kal.	Riheri miles & Raza mulier obierunt.
G.	VIII. Kal.	
A.	VII. Kal.	
B.	VI. Kal.	Ruodperti Epiſcopi. Adalpero Comes filius Ovdalrici obiit.
C.	V. Kal.	Hunfrid Presbyter & Præpoſitus obiit.
D.	IIII. Kal.	
E.	III. Kal.	
F.	II. Kal.	

APRILIS.

G.	Kal. Aprilis.	Ludovvic miles obiit.
A.	IIII. Non.	

B.	III. Non.	
C.	II. Non.	Ambroſii Epiſcopi.
D.	Nonæ.	
E.	VIII. Id.	
F.	VII. Id.	
G.	VI. Id.	
A.	V. Id.	
B.	IIII. Id.	
C.	III. Id.	
D.	II. Id.	
E.	Idus.	
F.	XVIII. Kal. Maij.	Tiburtij M.
G.	XVII. Kal.	
A.	XVI. Kal.	
B.	XV. Kal.	
C.	XIIII. Kal.	
D.	XIII. Kal.	Engildico miles obiit.
E.	XII. Kal.	
F.	XI. Kal.	
G.	X. Kal.	
A.	VIIII. Kal.	Rikkart Comitiſſa, uxor Oudalrici obiit.
B.	VIII. Kal.	Georgii Mart.
C.	VII. Kal.	Marci Evangeliſtæ.
D.	VI. Kal.	
E.	V. Kal.	Guntheri Presbyteri & Præpoſiti obitus.
F.	IIII. Kal.	Vitalis M.
G.	III. Kal.	
A.	II. Kal.	

MAJUS.

B.	Kal. Maij.	Philippi Apoſt. Fridericus Archiepiſc. obiit.
C.	VI. Non.	
D.	V. Non.	Invent. S. Crucis.
E.	IIII. Non.	
F.	III. Non.	
G.	II. Non.	
A.	Nonæ.	
B.	VIII. Id.	
C.	VII. Id.	Etich. Abbas obiit.
D.	VI. Id.	
E.	V. Id.	
F.	IIII. Id.	Pancratii M.
G.	III. Id.	
A.	II. Id.	
B.	Idus.	
C.	XVII. Kal. Junij.	
D.	XVI. Kal.	
E.	XV. Kal.	
F.	XIIII. Kal.	Potentianæ virginis.
G.	XIII. Kal.	
A.	XII. Kal.	Meginpolt Præsbyter, Præpoſitus obiit.
B.	XI. Kal.	
C.	X. Kal.	
D.	VIIII. Kal.	
E.	VIII. Kal.	Urbani PP.
F.	VII. Kal.	
G.	VI. Kal.	
A.	V. Kal.	
B.	IIII. Kal.	
C.	III. Kal.	
D.	II. Kal.	Petronella virgo.

JUNIUS.

E.	Kal. Junij.	
F.	IIII. Non.	
G.	III. Non.	
A.	II. Non.	Chuonradus Imperat. obiit.
B.	Nonæ.	Bonifacius Martyr.
C.	VIII. Id.	
D.	VII. Id.	
E.	VI. Id.	
F.	V. Id.	
G.	IIII. Id.	
A.	III. Id.	Barnabæ Apoſtoli.
B.	II. Id.	Richlind Comitiſſa obiit uxor Adalperonis.
C.	Idus.	
D.	XVIII. Kal. Julij.	
E.	XVII. Kal.	Viti Mart.
F.	XVI. Kal.	Altman Abbas obiit.
G.	XV. Kal.	
A.	XIIII. Kal.	
B.	XIII. Kal.	
C.	XII. Kal.	
D.	XI. Kal.	Albani Mart.
E.	X. Kal.	
F.	VIIII. Kal.	
G.	VIII. Kal.	Joannis Baptiſtæ.
A.	VII. Kal.	
B.	VI. Kal.	
C.	V. Kal.	
D.	IIII. Kal.	
E.	III. Kal.	
F.	II. Kal.	

JULIUS.

G.	Kal. Julii.	
A.	VI. Non.	
B.	V. Non.	
C.	IIII. Non.	Ovdalrici Epiſcopi.
D.	III. Non.	
E.	II. Non.	Ruodprecht de *Stiriſheim* * obiit. *Lect. dub.
F.	Nonæ.	Wilibaldi Epiſcopi.
G.	VIII. Id.	Abram Friſingenſ. Epiſc.
A.	VII. Id.	
B.	VI. Id.	
C.	V. Id.	Benedicti Abbatis.
D.	IIII. Id.	Margaretæ virginis.
E.	III. Id.	
F.	II. Id.	
G.	Idus.	Cyriaci Mart.
A.	XVII. Kal. Aug.	Wichmañ miles obiit.
B.	XVI. Kal.	
C.	XV. Kal.	
D.	XIIII. Kal.	
E.	XIII. Kal.	
F.	XII. Kal.	
G.	XI. Kal.	Mariæ Magdalenæ.
A.	X. Kal.	Altman miles obiit & Chuonradus puer.
B.	VIIII. Kal.	Eberhardus Comes, filius Oydalrici obiit.
C.	VIII. Kal.	Jacobi Apoſtoli. Obitus Ruodperti Laici.
D.	VII. Kal.	
E.	VI. Kal.	

F. V.

F.	V. Kal.	Pantaleonis M.
G.	IIII. Kal.	
A.	III. Kal.	
B.	II. Kal.	

AUGUSTUS.

C.	Kal. Aug.	SS. Petri & Pauli.
D.	IIII. Non.	
E.	III. Non.	Inventio Stephani.
F.	II. Non.	
G.	Nonæ.	
A.	VIII. Id.	Xixti Epiſcopi M.
B.	VII. Id.	
C.	VI. Id.	
D.	V. Id.	
E.	IIII. Id.	Laurentii M. Gerolt de Eberruha obiit.
F.	III. Id.	Radegundæ Virg.
G.	II. Id.	
A.	Idus.	Hypoliti Mart.
B.	XVIIII. Kal. Sept.	
C.	XVIII. Kal.	*Aſſumpt.* * S. Mariæ.
D.	XVII. Kal.	
E.	XVI. Kal.	
F.	XV. Kal.	Agapiti M.
G.	XIIII. Kal.	
A.	XIII. Kal.	
B.	XII. Kal.	
C.	XI. Kal.	
D.	X. Kal.	
E.	VIIII. Kal.	Bartholomæi Apoſt.
F.	VIII. Kal.	
G.	VII. Kal.	
A.	VI. Kal.	
B.	V. Kal.	Herman Mart. Waltrich obiit.
C.	IIII. Kal.	Decollatio Joannis.
D.	III. Kal.	Dietram miles obiit.
E.	II. Kal.	

* hæc vox in apographo meo deleta.

SEPTEMBER.

F.	Kal. Sept.	
G.	IIII. Non.	
A.	III. Non.	
B.	II. Non.	Erintrudis virgo.
C.	Nonæ.	
D.	VIII. Id.	
E.	VII. Id.	
F.	VI. Id.	Natalis S. Mariæ.
G.	V. Id.	Babo de Hagamingun obiit.
A.	IIII. Id.	
B.	III. Id.	Adalpero Comes, pater Ovdalrici obiit.
C.	II. Id.	Liubolf Laicus obiit.
D.	Idus.	
E.	XVIII. Kal. Oct.	Exaltatio S. Crucis.
F.	XVII. Kal.	
G.	XVI. Kal.	
A.	XV. Kal.	Landperti Epiſcopi. Dietker Presbyter & Præpoſitus obiit.
B.	XIIII. Kal.	
C.	XIII. Kal.	
D.	XII. Kal.	
E.	XI. Kal.	Mathæi Apoſtoli.
F.	X. Kal.	Mauritii Mart.
G.	VIIII. Kal.	
A.	VIII. Kal.	Ruodberti Epiſcopi.
B.	VII. Kal.	
C.	VI. Kal.	
D.	V. Kal.	
E.	IIII. Kal.	
F.	III. Kal.	Michaelis Arch.
G.	II. Kal.	

OCTOBER.

A.	Kal. Octobris.	Remigii Epiſcopi.
B.	VI. Non.	
C.	V. Non.	
D.	IIII. Non.	
E.	III. Non.	Heinrich Imperat. II. obiit.
F.	II. Non.	
G.	Nonæ.	Marci PP.
A.	VIII. Id.	
B.	VII. Id.	Dionyſii Mart.
C.	VI. Id.	Sigishard Comes pater Ratoldi obiit.
D.	V. Id.	
E.	IIII. Id.	Maximiliani Confeſſoris.
F.	III. Id.	Reginpoldus Epiſcopus Spirenſis obiit.
G.	II. Id.	Tuto miles obiit.
A.	Idus.	
B.	XVII. Kal. Nov.	Galli Confeſſoris.
C.	XVI. Kal.	
D.	XV. Kal.	
E.	XIIII. Kal.	
F.	XIII. Kal.	
G.	XII. Kal.	Richeri miles obiit.
A.	XI. Kal.	
B.	X. Kal.	Severi Epiſcopi.
C.	VIIII. Kal.	
D.	VIII. Kal.	
E.	VII. Kal.	Amandi Epiſcopi.
F.	VI. Kal.	
G.	V. Kal.	Simonis & Judæ.
A.	IIII. Kal.	Luitkard Comitiſſa uxor Adalperonis prioris obiit.
B.	III. Kal.	
C.	II. Kal.	

NOVEMBER.

D.	Kal. Novembris.	Feſtum omnium SS.
E.	IIII. Non.	
F.	III. Non.	
G.	II. Non.	
A.	Nonæ.	
B.	VIII. Id.	
C.	VII. Id.	Wilibrordi Epiſcopi.
D.	VI. Id.	
E.	V. Id.	
F.	IIII. Id.	
G.	III. Id.	Martini Epiſcopi.
A.	II. Id.	Obierunt Berhtgozus Monachus & Welfart Dux.
B.	Idus.	
C.	XVIII. Kal. Decembr.	
D.	XVII. Kal.	
E.	XVI. Kal.	Otmari Abbatis. Obiit Eberhardus Comes filius Ratoldi, Willipirc ſoror ejus.

F. XV. Kal. Egpertus Abbas obiit.
G. XIIII. Kal. Adalbertus Monachus obiit.
A. XIII. Kal. Engilbertus Laicus de Grubkingen obiit.
B. XII. Kal.
C. XI. Kal.
D. X. Kal. Ceciliæ Virg.
E. VIIII. Kal. Clementis M.
F. VIII. Kal.
G. VII. Kal. Willibirc Comitiſſa filia Oudalrici obiit.
A. VI. Kal.
B. V. Kal. Hiltipurc mulier obiit.
C. IIII. Kal.
D. III. Kal.
E. II. Kal. Andreæ Apoſtoli.
Heinrich Presbyter obiit.

DECEMBER.

F. Kal. Decembris.
G. IIII. Non.
A. III. Non.
B. II. Non. Barbaræ Virg.
C. Nonæ.
D. VIII. Id. Nicolai Epiſcopi.
E. VII. Id.
F. VI. Id.
G. V. Id.
A. IIII. Id. Eulaliæ Virg.
B. III. Id.
C. II. Id.
D. Idus. Luciæ Virg.
E. XVIIII. Kal. Januarij.
F. XVIII. Kal.
G. XVII. Kal.
A. XVI. Kal. Ignatii Epiſcopi.
B. XV. Kal.
C. XIIII. Kal.
D. XIII. Kal. Gotini Comitiſſa uxor Sighardi, obiit.
E. XII. Kal.
F. XI. Kal.
G. X. Kal.
A. VIIII. Kal.
B. VIII. Kal. Nativ. Domini.
C. VII. Kal. Stephani.
D. VI. Kal. Joannis Apoſtoli.
E. V. Kal. Innocentum.
F. IIII. Kal.
G. III. Kal. Walchuon miles obiit.
A. II. Kal.

IIII.

Codex Traditionum Eberſpergenſium.

* * *

I.

NOtum ſit omnibus Chriſtianis tam præſentibus quam futuris, quod Comitiſſa Rihkard uxor Gebhardi Comitis, & filius ejus Ingilph petitione Miniſtri ſui Arbonis dederit molendinum unum apud Chletheim ſitum cum omnibus ad id pertinentibus in manum nobilis viri Gebolfi de Hohenperhe poteſtativa manu tradendum ſuper altare S. Sebaſtiani loco Eberſpergenſi . . . fratribúsque ibi manentibus ad ſervitium, quam traditionem devota mente complevit idem Gebolfus, teſtésque iſti per aures ſunt tracti. Rafold de Brucca, Odalſcalh, Adalbero, fratres ejus, Dietmar de Strinhart & filius ejus Hartman, Odalrich de Walda, Egilof de Hag, Gottſchalh de Marpach, Aribo Eng *, Henfolch de Chreiza & Odalrich, Fridrich de Albradperc, Fridric de Lamin, Adalhard de Steinn. Miniſtri Gebolf, Adelo, Wirund, Rodolf, Herrand, Henfloh, Radolf, Golph, Richeri. (k)

* ita Apogr.

(k)

II.

Quidam liber nomine Rathold tradidit Domino & Sebaſtiano ſuum prædium, quod habuit Hunzinisperch pro anima ſua & pro animabus omnium parentum ſuorum, ſimúlque omnium fidelium defunctorum. Econtra venerabilis Abbas Ruodpertus præſtitit eidem cotidianæ præbendæ victum. Super hac traditione teſtes iſti tracti per aures notati ſunt hoc ordine: Aribo & Gilhalmingen Herifolch & frater ejus Odalrich, Adalhard de Steinheringen, Wirund de Bigilhalming, Henfolch, Ruodprecht, Gozprecht fratres, Ruodolf, Warmund fratres, Gebolf, Hartwic de Lintaha fratres, Oberolf de Zeizingen & filii ejus Adalprecht, Wecil.

III.

Quidam miles Wichmannus de Waiterſchuchen pro illato nobis ante damno delegavit prædium quoddam apud Chruovelingen ſitum, in manus cujusdam conſanguinei ſui de Billungi, delegandum ſuper altare Martyris Sebaſtiani, quod & factum eſt licentia Domini ſui Friderici Palatini Comitis, cujus erat miniſterialis. Teſtes ſunt, Albero de Chrantz, Marquart, Heinrich Miniſteriales, fratres, Odalrich, Chono, Miniſteriales fratres, Heitvolch, Sibot, Einwich, Rudiger & filius ejus Gotefrid Miniſteriales, Rodolf de Harpfarc, Burcart de Oberolvingen, Gerwich & filii ejus, Gerwich & Sifrit de Gundingen, Heinrich de Stochel, Bilunch de Salman, Rudiger de Schawaze, Heinrich de Stein, Urteler Wittigo de Zorngoltingen, Ruodprecht de Appenthvele, Chunrad de Sprinze & filius ejus Heinrich de Spurolfingen, Wernher de Schrotingen & frater ejus Sifrit, Rudiger de Sprenningen, Ekkehart de Stankirchen & alii quamplures per aures tracti.

(k) In apogr. meo erat adſcriptum. *Sub Ruodperto Abbate MLXXXIX,*

IIII.

Notum ſit omni Chriſtianitati, quod quædam matrona Willibirg dicta tradidit ſervum ſuum Sigivinum ſuper altare S. Sebaſtiani ea conditione, ut pro vita ipſius matronæ Domino & prædicto ſancto ſerviturus ſit jure legalis miniſtri. Et teſtes iſti ſuper hoc ſunt per aures tracti Gotti frater ejusdem Dominæ, Ebbo de Urſprink, Gotebold & frater ejus Eberard de Tala, Babo & frater ejus Warmund de Sundirhuſen, Heitfolch, Ruodolf, Richeri, Liubrad, Odalrich.

V.

Cognoſcant omnes fideles Chriſti, quod prædicta Willibirg propter petitionem Heinrici, tunc volentis adire ſepulchrum Domini tradidit ſuam ancillam nomine Berhtam, uxorem Sigiwini ſuper altare S. Sebaſtiani, ut cum omni poſteritate generis ſui præfato Sancto ſerviant jure legalis miniſtri. Teſtes: Gotti, frater ejusdem Dominæ, Altman, Sigemar filii eorum, Dietmar de Stainhard & Hoholt filius ejus, Warmund de Sonderhuſun, Babo, Odalrich, Bertold de Geindorf, Gebolf, Wirund, Henfolch, Richeri, Varbrad.

VI.

Notum & manifeſtum ſit omnibus, qui cupiunt juſtitiam, quod Berchtoldus Comes de Andeſſe ob factam S. Sebaſtiano, ſervitoribúsque ejus injuriam prædium, quod habuit apud villam Diechun, tradidit Deo ſuper altare prædicti Sancti cum mancipiis in eodem prædio tunc manentibus & cum omnibus ad ipſum pertinentibus, ea lege firmiter interpoſita, ut ſub aliquo Abbate ipſum prædium alicui homini in beneficium concedatur, protinus à proximo hærede prædicti Comitis in proprietatem poſſideatur; & ob hoc teſtes iſti per aures ſunt tracti: Heinrich de Askheim, Udalrich de Walda & filius ejus Eberhard, Ruodprecht de Peridiesdorf, Chuono de Emmindorf, Ekkirich & filius ejus Goteſcalc, Aribo de Engilhalming, Askwin de Seiſsiedan (l), Odalrich de Skiltaren, Ebbo de Sewon, Henfolch & frater ejus Goteſcalc, Fridarich de Albratiberga, Balzo & frater ejus Bebemann, Chuono de Diengin, Henfloch & frater ejus Ruodprecht, Wezil & filius ejus Heinrich, Gebolf de Scerf. (m)

VII.

Cognoſcat omnium Chriſti fidelium multitudo, quod quidam nobilis Iſinriche vocabulo, tradidit Deo & S. Sebaſtiano prædium, quod ipſe habuit apud Gebairnum, ſcilicet agris, ſylvis, pratis, pro anima & pro omnibus fidelibus defunctis. Teſtes per aures tracti, Adalpero de Huniwanche, Deimar de Aſinchofen, Gerold de Ualda, Dietrich de Swindacha, Odalrich de Haida, Hartwich de Perchoven, Adalpero de Sahſincheim, Hontipold & Babo de Ualde.

VIII.

Concambium quod fecit *Wiltramus* Abbas cum Sighardo de Fanrichin in præſentia Advocati ſui Walthari. Idem enim Sighard dedit unum agrum & unum pratum in loco, quod dicitur Saliechin pro ſubmerſione, quia in prædio S. Sebaſtiani fecit Molendinum ſuum in eodem loco fractum. Teſtes hujus rei ſunt Pero de Gwinbruc, Wernher de Houachirchen, Meginold Miniſter advocati, Gozpronis Miniſter & filius ejus Warmunt, Meginhart de Unting.

VIIII.

Mirabilis Dominus in ſuis ſanctis humilibus & quietis ſemper ſuavis ac mitis, multos pauperes & egenos hactenus exaltavit de fœtore ſtercoris, quos & fecit ſedere cum potentiſſimis; de quorum numero cum ego Ruodpertus absque meo merito adhuc quaſi puer perveniſſem ad Eberſpergenſis Abbatiæ dignitatem, multisque aliquando turbinibus bellorum, variisque inſidiis malignantium incurri totius laboris inquietudinem & propter immenſas tribulationes, quæ invenerunt me nimis, coactus ſum ad defendendum me ipſum locúmque mihi commiſſum, nonnulla prædia S. Sebaſtiani beneficium præſtare tam inimicis quam amicis, poſtquam autem pervêni ad maturam ætatem, immiſit mihi Dominus ſenſum ſalubrem, quod in diminuta mea fratrúmque meorum ſubſtantia nimis peccâſſem. Unde pœnitentia ductus cùm ingenti ſtudio cœpi colligere circumquaque prædia, quæ ſuperare valerem eorumdem beneficiorum decrementa. In temporibus enim meis ex aquiſitione mea S. Sebaſtiano ſunt adaucta hæc prædiorum vocabula: Walda ubi ſunt quinque manſi, Cheminatin, Grieza, Hauanarisheim, Podalungisheim, Langangazzon, Wintpollingen, Ellinboldisperch, Stireilheim. Servi quoque iſti: Urlic cum ſuo prædio apud Aſcouva, Gnanno, Heizo, Sinprecht cum ſingulis eorum prædiis apud Werinbrehtsheim, Hartwic cum ſuo prædio apud Balldachisdorf. Prædium quoque apud Moſaha comparatum ab Ebbone quinque talentis. Apud eandem villam prædium quod erat patris mei, vix acquiſitum viginti libris cum dotata Baſilica ejusdem loci & quatuor molendinis in villa Quantula quatuor manſi & dimidium in partibus Stubaſe duo manſi apud Nuitres & Inidres, apud Staringin plusquam unus manſus; prædium quoque in villa Ficha, prædium apud Studahe, Wedarmingin juxta Glana, ſuper Roſſoltiſperch dimidius manſus. Apud Diechon optimum prædium juxta Semitaha una mola, juxta Suilnaha una mola, apud Oſingin duo manſi & una mola, apud Luvingin dimidius manſus apud Gramanisdorf duo manſi, apud Hunzinſperch dimidius manſus, apud Suaben una mola, & una mola Dekkehardo.

(l) ita apogr. quod utinam conferre cum membranis licuiſſet!

(m) erant in marg. nomina ſequentia: *Wiemuth*, *Azela*, *Hadaldecum filiis eorum.*

X.

Cognoſcat omnium Chriſti fidelium multitudo, quod quidam Nobilis Sigisbert vocabulo tradidit Domino & Sancto Sebaſtiano prædium apud Diechun ſibi de poteſtativa manu traditum eo pacto, ut ſua neptis Luitkart ſingulis diebus acciperet præben-
(n) dam unius Monachi . . . . . (n) Teſtes: Dietmar, Hoholt, Rafolt, Adalber, Maltmann, Ebbo, Rotmunt, Aribo, Ovdalriche, Gebolf, Wirint, Henfolc, Routprecht, Ruodolf, Adalo, Richero, Gnanno. Hæc ſunt nomina teſtium per aures tractorum, ubi quidam Nobilis nomine Gebolf coram multis Chriſti fidelibus in perpetuum abnegavit ſibi unquam vendicare molam ad Moſacha & prædium, quod pater ſuus Dietmarus tradidit S. Sebaſtiano pro victu ac veſtitu filii ſui Duringi eidem ſocio ſervituri. Herolt Comes, Rapholt & Adalſchalc, Ruodprecht, Staroband, Wilihalm, Lanipian, Ruodprecht, Wiemann.

XI.

Quidam miles nomine Ekkihart tradidit ſervum ſuum Lanzonem & ejus uxorem cum mola, in qua habitaverunt, ſuper S. Sebaſtiani altare, pro ſua anima & pro animabus patris ſui ac matris ſuæ & ſpecialiter pro anima fratris ſui Ruodperti nuper defuncti, & pro animabus omnium fidelium defunctorum. Teſtes: Dietmar, Chuono, Aribo, Henfolch, Ovdalrich, Aribo, Goteſchalc, Frideprecht, Ruodolf, Wezil, Richeri.

XII.

Cognoſcat omnium Chriſti fidelium congregatio, quæ à quodam nobile viro nomine Dietmaro, acta eſt traditio. Tradidit enim in fidem filii ſui Hartmanni prædium apud Wolvoldiſperch eo tenore, ut hoc idem traderet cuidam Ovdalrico nepoti Eberſpergenſis Abbatis poſſidendum poteſtativè, ea tamen impoſita lege, ut ipſe Ovdalricus, ſi juxta conſilium Dominæ Chunizæ ſororis prædicti Abbatis nuberet, abſque omni contradictione ipſum prædium poſſideret; ſi autem abſque legali conjuge aut prole una decederet, prædictum prædium Deo & S. Sebaſtiano ad Eberſpere pro animabus omnium Chriſti fidelium deſerviret. Teſtes ſuper hoc tracti fideliter ſunt hic ſcripti: Aribo, Ovdalrich, Otachar, Hoholt, Aribo, Gebolf, Richeri, Gebolf, Wirund, Henſolc, Warmund.

XIII.

Quidam liber de Chaphes nomine Reginboto dedit S. Sebaſtiano medietatem ſui prædii, quod habuit in Eſingen, pro ſuæ animæ omniúmque Chriſti fidelium remedio alteram quoque partem ejuſdem prædii id eſt dimidium manſum in concampium S. Sebaſtiani Monaſterio, pro tantundem agrorum pratorum ſylvarúmque cumulo. Teſtes Goteſchalc de Marpach, Ovdalrich, Dietmar, Ruoprecht, Richeri, Wezil, Gozprecht puer pro inveſtitura. Teſtes: Adalbero, Goteſchalch.

XIIII.

Quidam miles nomine Udalricus tradidit Domino & S. Sebaſtiano unam molam apud Suaben cum duobus mancipiis pro remedio animæ Ruodperti & pro requie animarum omnium fidelium defunctorum. Teſtes: Dietmar, Wecil, Aribo, Ekkihard, Chuono, Ebbo, Aribo, Cudalric, Adalhard, Fridrich, Aribo, Frideprecht, Ruodolf, Warmund, pro inveſtitura Ebb & Aribo.

XV. (o) (o)

A generatione hac in æternum Domino credentibus ſit in memoria, quod regnante primo Henerico Rege Francorum Eberhardus Comes, ejúſque frater Adalpero nomine ad exemplum Jacob Patriarchæ lapidibus in titulum erectis in Eberſpergenſi caſtro Monaſterium conſtruxerit in honorem Dei & Sanctæ Matris Genetricis ejus, Sanctorúmque Martyrum Sebaſtiani, Cyriaci, Viti & S. Martini Confeſſoris Chriſti atque Pontificis ad quorum commemorationem inibi perpetualiter retinendam, adunatis Clericis aliqua de prædiis ſuis tradiderit anno ab incarnatione Dominica nongenteſimo trigeſimo quarto pro redemptione corporum, animarúmque ſuarum atque proſperitate parentum ſuorum & omnium ſucceſſorum ſuorum, poſt hæc autem ipſum (l)
Monaſterium dedicatum eſt à Friderico Juvavienſi Archiepiſcopo nongenteſimo ſeptuageſimo anno Dominicæ incarnationis, Indictione VII. XIII. kal. Febr. Udalrico ſereniſſimo Comite prædicti Adalperonis filio licentiam in hac re obtinente ab Abraham (m)
Friſingenſi Antiſtite. Prædia verò ipſi Monaſterio data & undecunque acquiſita, in hoc libro conſcripſimus, in cujus poſteriori parte concambia ex eis facta notare ſtuduimus, ut eorum nomina, quæ eleemoſynis ſuſtentantur, nulla nobis oblivio poſſit abolere ac ut ſi aliqui avari, inſtigante Diabolo quicquam ex eis temptent ſibi injuſte

---

(n) Hic quædam ita palam mendosè deſcripta, ut reſcribere pigeat, nec etiam conjecturæ locus, ipſo autographo adhuc extante, ſed preſſo.

(o) Videtur hoc inſtrumentum, præfationis loco Codici traditionum præmittendum.

vindicare, religioſi quippe proximis impendentes ea, quæ ſibimet ab ipſis concedi nolunt per harum litterarum veram aſſertionem incitentur, pro Domini amore nobis ſuffragium contra eos exhibere.

XVI.

Omnibus, quos Catholica fides erigit ad ſpem regni cœleſtis, quosque perfecta charitas edocet ſuis prodeſſe proximis, ut ſibimet ipſis intimamus donationem Comitis Eberhardi, qui primus erat inſtitutor Eberpergenſis Monaſterii. Tradidit enim B. Sebaſtiano Martyri Chriſti, qui in prædicto loco requieſcit, ſuam Fiſcalem curtem, quæ dicitur Semttaha, & quidquid juxta rivum Erilibach habuit, in mancipiis, agris, pratis, paſcuis, ſylvis molendinis & decimationes venationum & cædendarum arborum in nemore, eo pacto ut nullus poſterorum ſuorum, imo nullus hominum poteſtatem ſibi vendicandi in illis habeat, ſcilicet ob remedium animæ ſuæ parentúmque ſuorum Clericis Domino, Martyrique prædicto miniſtrantibus ſine contradictione deſerviant. Teſtes per aures tracti: Hiltiprecht de Lohe, Rotprecht de Gōtingen, Outo de Steiña, Erchamprecht de Piburc, Arnolt de Hampfinvelt, Willihalm de Oppinburc, Ratold de Semitaha. Atto de Kuningiswiſun, Iſso de Alinpach, Moimar de Umenheim.

Huic traditioni addidit aream Ratiſponæ juxta mercatum ſitam, ea ſcilicet pactione ut omnis penſio, quæ de ea ſolvi poſſit, in (p) jure daretur … (p) Chriſtiano in ipſa Baſilica placet. Teſtes qui ſupra.

Dedit & curuculam vulgo Capſas dictam, cum ſylvis & omnibus ad eam pertinentibus eo tenore ut adminiſtrationibus æditui obſequatur & per eum uſum, qui de gregibus diverſi pecoris aut apibus inibi conſervatis poſſit in quacunq; re contingere, cera & oleum ad Eccleſiæ luminaria ematur. Teſtes qui ſupra.

Addidit etiam his quatuor vinea, in Aſha, Hauvinckil ut abſque contradictione cunctorum uſibus cedant Clericorum. Teſtes qui ſupra.

Hæc traditio facta eſt anno incarnationis Dominicæ nongenteſimo trigeſimo quarto, Heinrico primo Rege Francorum. Poſthæc autem idem Eberhardus S. Sebaſtiano duas Eccleſias dotatas dedit cum omnibus ad eas pertinentibus decimationibus, quarum ſcilicet Eccleſiarum altera ſita eſt in villa Ongoltingun dicta, altera ad Tegrinpach; & ut locus eſſet, ubi expenſæ utriusque Eccleſiæ ſervari deberent, ſingulos etiam manſos eis contiguos addidit; inſimul verò ſuum ſalicum jus & octo manſos dedit in villa, quæ vocatur Cletheim cum omnibus, quæ ad eas pertinent, areis ſcilicet, paſcuis, molendinis, communione ſylvarum & pratorum, ut deinceps inconvulſa poteſtate ea ſervitores S. Sebaſtiani poſſiderent.

Simili voto prædium quod à Rege percepit ſitum in Juvavienſi pago in villa Froſcheim donavit S. Sebaſtiano ea lege, ut omnis, qui inde deberetur cenſus, in cera ſolveretur ad Eccleſiaſtica Miniſteria. Teſtes per aures tracti: Popo de Rota, Potolo de Widinbach, Hatto de Potenreina, Dietrich de Arnowa, Ludowic & Oudalrich & Chiſſingun, Volchrat de Habahſuente, Dietrih de Atila, Unare de Lerun, Goteſcalh de Giebingen, Ingildeo de Holheim, Gaminolf de Struchchisdorf, Ebararo Piupinperc, Adolt de Etilingun.

XVII.

1.

Idem G * ab exordio conſtruendi Monaſterii dare promiſit in Miniſterium Domini donaria thuris vini ac olei, quibus augmentum fidei compunctionisque cordis & operum bonorum, quæ prænotatæ res deſignant ſpiritualiter, promereretur, & ob hoc Ahaheim prædium ſuum, ex cujus penſione tria hæc inſimul exſolverentur, Domino ſibique dilecto S. Sebaſtiano devovit donare, ſed ad voti expletionem fratris ſui Adalperonis, qui multos filios habuit, aſſenſu; nec in hora ſuæ mortis impetravit. Quo defuncto cum idem Adalpero ipſum prædium poſſideret, ut opinabatur licenter jure hæreditario, per hoc expertus eſt in ſe extendi manum Domini in retribuendo: nam in brevi temporis ſpatio tres filiæ & duo filii, qui ei elegantiſſimi erant, vitam finierant, & cum ei durum & impœnitens cor necdum deſineret theſauricare ſibi iram in die vindictæ, non eſt in his averſus ab eo Domini furor, ſed adhuc manus ejus extenta tetigit os & carnem Ovdalrici, qui ei ſolus erat ſuperſtes de plebe maſcula, ita ut ſuccreſcente per dies langueret ignavia: cujus caput pater ſuper altare ponens, eum Domino Sanctóque Sebaſtiano commendavit, & per ejus manum triginta argenteos offerens devovit pro ſoſpitate ejus ab ipſo pleraque ſua altari totidem offerendos.* Prædium quoque Teñgun & manſos duos ſitos ad Huntilipach dedit in Monaſterium altari propriè poſſidendos, ut ſi quid delicti eſſet in retentione prædii, quod ſuus germanus S. Sebaſtiano devovit, hac datione expiaretur, Teſtes per aures tracti: Dietmar de Perchovan, Dieto de Viliſa, Volchrat de Aragarten, Adalpero de Iſimanningun, Heimo de Emmindorf, Lantric de Champaripurc, Meginhart de Mohhingun.

* ita apogr.

* laborat hic ſenſus.

XVIII.

Hujus Adalperonis & primi temporibus Ottonis Regis Francorum, non modica pars prædii, quod dicitur Chletheim noſtræ Eccleſiæ ſubtracta eſt: nam ejus habitatoribus civili ſeditione infra regionem bachante, ſæpè & ſæpè deprædatis, tandem etiam ab exercitu Hunnorum ſive captivatis ſive occiſis habitatoribus, vix aliquis agros potuit ſine jurgio obtinere.

Poſt mortem igitur Adalperonis Ovdalricus filius ejus, S. Sebaſtiano patrono no-

---

(p) hic duæ voculæ hiant ex autographo aliquando reponendæ.

ſtro dedit in proprietatem quicquid in villa nomine Riſun in poſſeſſionibus habuit, exceptis duobus nobilibus manſis, quos Friſingenſi Eccleſiæ S. Mariæ dedit pro ſepultura & commemoratione patris ſui. Teſtes per aures tracti: Otker de Perſinpiugun, Adalhoh de Walda, Pero de Lerun, Erchanger de Scamaha, Rihheri de Hohinperc, Adalrich de Monſareine Warmunt de Tengilingun, Brun de Sura.

XIX.

Idem Udalricus accerſiens Juvavenſis Eccleſiæ Archiepiſcopum nomine Fridericum, licentia Friſingenſis Antiſtitis Abrahæ fecit ab eo dedicare cultui divino Baſilicam Eberſpergenſem, cui ſecundum Chriſtianum ritum in dotem dedit vicum vocabulo Ruotareſperc cum mancipiis & omnibus, quæ ipſo die conſecrationis in quacunque utilitate inibi poſſidebantur. Hæc autem dedicatio facta eſt nongenteſimo ſeptuageſimo anno ab incarnatione Dominica, regnante primo Ottone Rege Francorum.

XX.

Idem S.Sebaſtiano dedit prædium ſuum, quod dicitur Otachereſperch cum omnibus ad id pertinentibus, videlicet agris, ſylvis, paſcuis, pratis, eo pacto, ut absque contradictione cedat uſibus Monachorum, qui Domino Martyrique jam dicto deſerviant. Teſtes per aures tracti: Podolunc de Suindaha, Otprecht de Poucha, Werinheri de Diengin, Huninger de Haga & filii ejus Hunniuuc, Huninflor, Huninlen, Hunintöt, Tagini de Oberenhus, Sighart de Volchmaresdorf, Eberhart de Milingun, Magonus de Frihindorf, Pero de Lerun.

XXI.

Ipſe S. Sebaſtiano dedit prædium, quod habuit in villa, quæ dicitur ad ſevum cum omnibus ad id pertinentibus, ſcilicet agris, ſylvis, pratis, paſcuis, piſcationibus. Teſtes per aures tracti: Eberhart de Milingun, Eberhard de Chreienacheven, Oudalrich de Heida, Tagini de Obernhus, Erchanger de Scamaha, Adalhoh de Walda, Herrant de Opingin & alii multi.

XXII.

Tradidit etiam prope lacum, qui dicitur Wirmiſeo duos manſos in villa, quæ vocatur Holchhuſun & in villa Perchoven dimidium manſum & communionem piſcationis per omnem lacum, excepta illa parte, qui privati * ad villam Tuzemgun determinata eſt. Teſtes per aures attracti: Pero de Lerun, Papo de Peninunanc, Hendic de Tiuffida, Milo de Chriehisdorf, Engilhart de Viliſa, Rapoto de Ratpotingun, Sigihart de Veldun, Erhart de Paſingin, Helmprecht de Goldarn, Heriger de Volcholteſſvant Engilpero de Fulinpach.

XXIII.

Concambium Eccleſiæ ad Ongoltingin require in libro concambiorum.

XXIIII.

Concambium vinearum in Aſhaha Winchil, require in eodem libro.

XXV.

Ipſe ergo in Miniſterium altaris S. Sebaſtiani, cui eum pater ſuus commendavit, triginta argenteos annuatim usque ad mortem pro tutela ſua præſentans, Adalperoni primogenito ſuo, cui Monaſterium Eberſpergenſe & Ahaheim prædium dedit, de cenſu quamdiu viveret, dare præcepit.

XXVI.

Dedit etiam ipſi altari pro redemptione ſæpè dicti prædii Ahaheim dotatam Eccleſiam cum ſuis decimis in villa, quæ dicitur ad Niuuenchirhin, & duos manſos ſuos ad Hunulpach. Teſtes per aures tracti: Wieman de Potenraina, Sighart de Volchmaresdorff, Otker de Perſinpiugun, Engilwan de Giebingen, Goteſchalh de Horapach, Otpolt de Vendinbach, Ebarhart de Aragarten, Hartwic de Tontingin, Magon de Frihindorf, Engilpero de Haholtesperge.

XXVII.

De prædio Tetingun require in libro concambiorum.

XXVIII.

Cum orationem veſtram ô oviculæ S.Sebaſtiani ad Dominum effundatis pro his, qui Eccleſiam veſtram ſuis bonis accumulaverunt, ne obliviſcamini Guntherii primi Eberſpergenſis Præpoſiti, qui Eccleſiæ noſtræ complura bona conferens etiam in annonæ veſtræ ſupplementum dedit in villa Undiengin unum manſum, & in villa Ruodolveshuſun, unum. Teſtes per aures attracti: Hunintöt & frater ejus Huninwe, Podolunc de Suindaha, Sigiboto de Breitenpach, Waltheri de Sconinreina, Gaminolf de Lohen, Wicheri de Tegrinpach, Engiluuan de Engilhalmingen.

XXIX.

Effundite quoque preces pro anima Adalberti, qui dimidians dies ſuos ac ſperans in Domino, tres in vico, qui dicitur Gouuiprucca noſtro herò Sebaſtiano dedit manſos & de militia ſemet ipſum abnegans ſuam crucem portando ſui additione auxit in numero Monachos. Teſtes pro datione ipſius prædii Purchart de Statingen, Adalwart de Frouuenhoven, Herih & Papo de Noteingin, Waltrich & Chuniperht de Stumpfharte, Meginhart de Ekkihartesdorff.

XXX.

Non pigeat vos Domino commendare Rilherii milites animam, qui noſtræ Eccle-

ſiæ

* fortè legendum *privatim*, vel *privatis*.

ſiæ dedit utilem ad ædificia Scaftloh ſylvam. Teſtes per aures tracti: Adalpero de Sahſincheim, Patto de Tulihhingin, Tuto & Wiemann de Gaſteiga, Adalpero de Uualda, Timo de Prunnen, Hartuuic de Tontingin, Papo de Haganingin, Ebarhart de Aragarten.

XXXI.

Snelmuot Clericus, S. Sebaſtiani ſervus cum fugeret herile ſervitium, prædium, quod habuit ad Ruodmundesdorf, ſecundum jus ceſſit poſſeſſori ſuo.

XXXII.

Ne parvi pendatis donationem, quam fecit Rihheri miles de Pipurc, quia S. Sebaſtiano dedit prædiolum ſitum ad Auſtralem partem villæ, quæ Aslinchove dicitur. Teſtes per aures tracti: Adalram de Rimidingun, Erchanfrit & Ellenhart & Ouſo de Piburc, & alii multi.

XXXIII.

Mementote à Domino deprecari in requiem animæ militis Dietrami (q) qui in ſupplementum veſtri victûs dedit manſum in loco, qui dicitur Sallandorf. Teſtes: Adalwart filius Dietrami, Engilmann de Engilhalmingen, Adalram de Rimidingin, Witto de Witingin, Wittigowo de Glana, Giſilolt de Hohinberc, Peringer de Atila, Alahker de Ilminacha, Adalfrid de Haſalpach.

XXXIIII.

Concambium trium manſorum ad Gowinprucca, require in libro concambiæ.

XXXV.

Gaudete, ne tute miles imperet (r) vobis habere negligentiam pro anima ſua, quia S. Sebaſtiano, imo vobis, dedit manſum ſitum in villa vocata ad Drahſilum pro ſepultura in veſtibulo Monaſterii veſtri, cujus animam debetis ſtudiosè commendare gratiæ Domini (s). Teſtes per aures tracti: Papo de Rota, Engilmar de Lutterenbach, Hartman de Steinhart, Oudalrich de Gaſteiga frater Tutonis, Ekkehart de Ehſingin, Sigihart de Einhart, & Einhart de Einhartingin, Meinhabri de Emmindorf, Adalfrid de Spilperga, Volcnant de Hohinharte.

XXXVI.

Sicut tu quoque frater ad omnia tardus propter illa, quæ ingluviei famulantur, deprecare tu ſaltem modo veniam his, qui bona ſubminiſtrant aviditati tuæ, quorum unus Ekkirich (t) miles nos tunc temporis inopes prædiis ſatis lætificavit, dimidium manſum in villa Harthoven ſitum dans pro ſepultura, & commemoratione ſui & . . . conjugis ſuæ. Teſtes per aures tracti: Adalwart frater Ekkirici & filii ejus Aſchun & Reginoldt, Ekkirich filius Ekkirici, Into de Puocha, Waltker Ouvisla, Adalhart de Niuswingen, Adalhart de Sprinchinpach, Ebaraco de Witinpin, Almar de Alamaringin.

XXXVII.

Quoque notum eſſe volumus tam præteritis quam præſentibus præſentia ſcripta legentibus, quod quidam Miniſterialium noſtrorum Heinricus de Puto (u), prædium ſuum, quod apud Wernbrechtsheim habuit, cum VII. mancipiis ſuis in beneficiatis ſuper aram Beati Sebaſtiani Martyris, ea conditione tradiderit, quatenus beneficium quoddam quod Peſſenhuſen ſuſciperet; ita ut ſi ipſe absque liberis vita decedat, utrumque prædium & beneficium absque omni contradictione in uſus fratrum redeat. Teſtes: Saunherei, Berhtolt de Spetenmoſen, Marquart de Eberſperc, Heinrich, Chuono, Hettvolch, Wirunt, Warmund de Steinhering, Chuonrat, Ortolf, Gerunch de Prato, & alii quam plures.

XXXVIII.

Notum ſit omnibus in Chriſtum credentibus quia venerabilis Adalpero filius Oudalrici prædium ſuum, quod dicitur ad Haſelbach, in proprietatem dedit Domino, Martyrique ejus S. Sebaſtiano, qui in Eberſpergenſi caſtro requieſcit, eo tenore, ut absque contradictione omnium hominum uſibus Monachorum inibi militantium deſerviat cum omnibus ad id pertinentibus agris, ſylvis, pratis, paſcuis & omni utilitate. Hanc autem donationem fecit pro requie patris ſui nuper ſepulti & matris ſuæ & pro omnibus amicis ſuis, & omnibus Domino credentibus vivis & defunctis. Teſtes per aures tracti: Eberhart Comes, frater ipſius Adalperonis, Otker de Peſſinpiuga, Timo de Prunnen, Magonus de Frichindorf & frater ejus Erchanger, Adalhoh & Gerold frater ejus de Walda, Gerold de Ebraha, Tagini de Obernhus & filius ejus Ruoprecht, Adolph de Walda & filius ejus Huontipolt.

XXXIX.

Ut hæc eſt traditio, quam fecit idem Adalpero & Rihlint conjunx ejus. Nam prædium ſuum vocabulo Tandorf dederunt in ſupplementum victûs Monachorum in Eberſpergenſi loco, Domino, Martyrique ejus Sebaſtiano ſervientium, ſcilicet Eccleſiam Parochianam cum ſuis decimationibus & omnes villas ad idem pertinentes, cum mancipiis ſylvis, vinetis, pratis, paſcuis, molendinis, piſcationibus comunione ſylvæ in Otinhouva quæ privatim ad ipſum prædium & Gundilinchova & ad duas areas in villa, quæ dicitur Pahhen pertinentem, lege quoque conſtituendarum navalium molarum in Iſara fluvio, de Ruſowa usque ad villam Ehingin; hanc etiam ſicut & omnes ſuas traditiones, quas in ſequentibus invenies, fecit pro anima patris & matris ſuæ & pro cunctis amicis ſuis & pro omnibus in Dominum credentibus vivis & defunctis. Teſtes per aures tracti: Otko de Perſinpiuga, Eberhard de Aragarten, Meginhart de Ekkihartersdorf, Otprecht de Talaheim, Sigimunt de Lerun, Timo de Prunnen, Udaſchalh de Eliſindorf.

(q) *Vid.* Necrologium ad III. Kal. Septembris.
(r) fortè legendum: *Cavete, ne improperet vobis.*
(s) *Vid.* Necrol. ad II. Id. Octobris.
(t) *Vid.* Necrol. ad XIIII. Kal. Febr.
(u) In marg. *Obiit Id. Novembris.*

XL.

Ipſo tempore idem ab incarnatione Dominica milleſimo vigeſimo octavo Chuonradus II. Rex Francorum dedit S. Sebaſtiano & duos agros adjacentes ſuperiori villæ Tandorf. Concambium dotis Baſilicæ, quæ eſt ad Tandorf require in libro concambiorum.

XLI.

Concambium ſylvæ pertinentis ad prædium quod dicitur ad Scuun, & concambium Baſilicæ ad Tegrinpach & de Niurutingin & concampium decimarum de villa, quæ eſt ad occidentem caſtri Eberſpergenſis, require in libro concambiorum.

XLII.

Univerſi Dominum colentes ſciant, quia Comes Eberhardus filius Udalrici dedit in proprietatem S. Sebaſtiano prædium, quod dicitur Teutlingun (modo Abtshoven (x)) cum omnibus ad id pertinentibus, ſcilicet agris, ſylvis, pratis, paſcuis, molendinis dedit & duas partes decimæ, quæ ſolvi debet ex quinque manſis ejusdem prædii ſitis ad Sneckinhoven, ex quibus etiam omnia novalia ſylvæ ad easdem villas pertinentis ſolvendæ ſunt. Super hæc quidem dedit & ſextam partem caſtelli jam dicti quo vicina familia tempore neceſſitatis habere poſſet locum refugii. Hanc donationem germanus ejus Adalpero ſuſcepit, quia ipſe Monaſterii Dominus erat. Teſtes per aures tracti: Adalpero de Sahſincheim Adalpero de Hüninwane, Gerold de Walda, Dietmar Volchmaresdorf, Papa de Walda, Dietrich de Suinda, Ovdalrich de Heida, Hartwic de Perchoven.

XLIII.

Quidam vir nobilis Otcoch nomine, ſervo ſuo Adalgero tradidit tria jugera per tres campos ſingulos, idem ſimul novem jugera & aream ſitam in villa, quæ nominatur Langachgislingen, & eundem dedit S. Sebaſtiano libertate donandum pro nummo annuatim dando, & ut ipſum prædium poſt mortem ejus ipſi Sancto deſerviat. Teſtes per aures tracti: Papo Nochcingin, Fritilo de Riſun, Sigimunt de Helmprecht, Delerun, Otpercht de Talahei, Otpercht de Cleſſcheim, Eberhart de Aragarten.

XLIIII.

Quædam libera mulier nomine Erchambirc prædium ſuum, quod poſſedit in villa dicta ad Weſterendorf dedit S. Sebaſtiano eo pacto, ut ipſa cum marito ſuo Diethero ſervo ſcilicet S. Sebaſtiani usque ad mortem ſuam haberent cenſum ſuam haberent cenſum dimidii manſi, quem incoluerant in vila, que dicitur ad Trachfilen, teſtes Williprecht de Luvingen & filius ejus Ludowic, Aripo & Adalram de Rimidingin Miniſtri S. Sebaſtiani Gochprecht & Dietmunt. Concambium ipſius prædii require in libro concamptorum.

XLV.

Perhtcochus Fiſcalis Præpoſitus quoddam pratum juxta Erilipach ſitum emit à duobus fratribus Diepoldo & Rihherio, quod ipſi tradiderunt in manus Eberhardi Fiſcalis Advocati ſuper altare S. Sebaſtiani. Teſtes Adalram & filius ejus Dietrich de Suindaha, Einhart de Einhartingen. Servi S. Sebaſtiani, Gochprecht Luitfrit, Engildeo & Adalhart, Adalprecht, Perhirih.

XLVI.

Quidam Libertus Periwic cum non haberet hæredes, tradidit S. Sebaſtiano pro ſuæ, cunctarúmque animarum fidelium remedio prædium, quod apud Otingin poſſedit. Et iſti ſunt teſtes tracti per aures: Eberhart Comes, Sigihart de Volcmaresdorf, Tagin de Obernhuſen, Otker de Perſinpuiga, Adalram de Suindaha, Meginrat de Herilicheim.

XLVII.

Notum ſit omnibus, quod Adalpero præſes Oudalrici filius dedit conjugi ſuæ Richlindi caſtrum Eberſpergenſe cum adjacentibus agris & ſylvis, ſcilicet Pruil, Wiſintespouh, inſuper etiam quatuor viculos hos Mazanvelt, & quinque Oberendorf, cum molendinis duobus ac nemoris partem, quæ interjacet duabus viis, quas Eckilinpurgariwec & Halwec dicuntur, & Aheim prædium ac quidcunque ad illud pertinet in Pozana & aliundè ſitum, eo pacto, ut ſi ipſa ſuperſtes illi fieret, usque in finem vitæ ſuæ teneret, ſimiliter & ille ſi ſupervixiſſet ipſam, poſt amborum verò deceſſum Domino & altari S. Sebaſtiani cum mancipiis, quæ die obitus eorum inhabitare viderentur, ſervirent, cum eo cenſu ac conditione & jure, quo ipſis ſervierant. Teſtes autem hujus traditionis ſecundum jus per aures tracti ſunt hi per ordinem aſſcripti: Eberhart Comes frater

---

(x) An Gloſſema ſit, & quando inſertum, non niſi Autographæ membranæ decidant.

Adalperonis, Otker de Perſinpiugun miles & Werinheri, Magonus de Frihindorf, Ruodprecht de Sliwisheim, Hartwic de Heida, Hartwic de Tontingen Zuntipolt & frater ejus Papo de Viliſa, Wiemann de Chunigswiſun, Roudolf de Rota, Erchanfrid de Jetinſtein.

XLVIII.

Poſthæc autem quia nimia fuit præditus ſapientia, præſciens decimas venationum & cædendarum arborum in nemore, quas Inſtitutor Monaſterii Eberhardus S. Sebaſtiano dedit, aut vix aut nullatenus concedendas ab his, qui poſt ſe nemus ipſum eſſent poſſeſſuri prædictæ conjugi ſuæ Richlindæ dedit Foreſti partem, quæ eſt ad orientem viæ quam Purcwec nominant, & quicquid in villa Undiengin habuit, & quoscunque vituios à prædicta via contrà Orientem poſſedit, Eberſpergenſi caſtro obſequentes, ut usque ad finem vitæ ſuæ haberet, poſt amborum verò mortem cum mancipiis tunc inhabitantibus, Domino ac S. Sebaſtiano ſervirent, eo jure quo ipſis miniſtrabant. Iſti ſunt teſtes in hoc: Marchwart de Viehtpach, Dietmar de Volemaresdorf & frater ejus Noe, Magonus de Frichindorf & frater ejus Erchanger, Ruodprecht de Obernhus, Ruodprecht de Gowinacheren, Gerolt de Eberaha, Adalpero de Walda, Adalpero de Ismaningen, Dietrich de Suindaha, Hartwic de Gartheringin, Hartwic de Perchoven & alii multi.

XLIX.

Idem Adalpero & ejus conjux Rihlint omnipotenti Domino Sanctóque Sebaſtiano in Eberſpergenſi Baſilica requieſcenti ſuum dederunt prædium, quod dicitur Pfeffenhuſun cum omnibus ad id pertinentibus villis, agris, ſylvis, pratis, paſcuis, Eccleſiámque dotatam in ipſo prædio cum duabus partibus, decimis ad eam pertinentibus, & aream unam in Ratiſpona, ea ſcilicet pactione, ut ipſe Adalpero & uxor ejus Rihlint, Eberhardus frater Adalperonis usque ad mortem ſuam retineret, & poſtmodum absque contradictione redigendum eſſet propriè ſub prætitulati cœnobii ditione. De mancipiis ſicut antea diximus, firmata conſtitutione. Priusquam autem hæc perpetrata eſſet traditio, exceperunt decem manſos in adjacentibus viculis ejusdem prædii, ut quocunque vellent ipſi ſolummodo videlicet Adalpero & Rihlint licenter redigere poſſet: Si autem nemini traderent in proprietatem, redigerent in Monaſterii utilitatem. Teſtes hujus traditionis notantur, ordine ſubſcriptionis: Poppo Comes de Rota & filius ejus Cuonrat, Marchuvart de Viehtpach, Gerolt de Walda, Gerold de Ebraha, Magonus de Frichindorf, Roudpreht de Sliwisheim, Ougo de Pelaheim, Oudalrich de Heida, Ovdalrich de Gaſteiga, Eberhart de Aragarten, Pillunc de Lerun.

Eodem Anno.

Hac ergo donatione peracta, ac legaliter ſub teſtimonio Virorum Nobilium per aures tractorum confirmata, quoddam territorium vocabulo Tagirhhingin dederunt in proprietatem ad ipſum altare, in primis baſilicam dotatam cum omni decima ad eam pertinenti, omnia quoque ad idem prædium pertinentia, oppida duo, agros, villas, prata, paſcuas, ſylvas, molendinos, culta & inculta quæſita & inquirenda, ut poſt obitum eorum absque craſtinatione cedant uſibus Monachorum in ipſo loco Domino & S. Sebaſtiano miniſtrantium. Mancipiis verò eandem, quam ſupradiximus (y) editionem, & jam per hanc ſtatuerunt dationem. Teſtes per aures tracti: Eberhartus Comes frater Adalperonis & Wetti miles, & alii omnes, qui ſupra videntur conſcripti.

L.

Et hæc datio facta eſt manu Adalperonis ejúsque religioſæ conjugis Rihlindis, villam enim Gislingin, quam aliqui Graving vocant, dederunt Domino & S. Sebaſtiano cum omnibus ad eam pertinentibus, villis, agris, ſylvis, paſcuis, pratis molendinis, ut poſtquam ambo vitam finirent, per manum Domeſtici portarii duodecim pauperum ſemper alendorum & in hoſpitium ſive divitum ſive inopum uſui neceſſaria ſubminiſtrarent. Superſcriptum autem jus mancipiorum in hac ſicut in prioribus eſt idem dationibus prædiorum. Hi ſunt teſtes: Meginhart de Eckihartesdorf, Perenhart de Affingin, Papo & Zountipolt de Walda, Adalpero de Huninwanc, Atto de Spiliperga & Adalfart, Engilpero de Haholtesperga, Eberhart de Aragarten & filius ejus Eberhart, Dietrich de Suindaha. His ita perpetratis idem Adalpero præfatum Monaſterium prædiis donatum dedit in manum tertii Heinrici Regis Francorum, qui per cartam more regio ſigillatam illi libertatem concedens, ſtatuta ipſius Adalperonis imperatoria auctoritate confirmavit, & Monachis inibi degentibus in eligendo Abbate liberum arbitrium annuit, milleſimo quadrageſimo kal. Jan. anno ab incarnatione Domini.

LI.

Defuncto igitur Adalperone jam dicta Rihlint ejus vidua dedit Domino & S. Sebaſtiano in Miniſterium villam, quæ vocatur minus Wizzinvelt, ut ab ipſa die cœnobii uſibus ob remedium animæ ſui mariti, deſerviret. Teſtes: Ovgo de Pelaheim, Papo de Haginingin, Zountipolt de Walda, Gerolt de Ebraha, Routprecht de Silwisheim, Magonus de Frichheim, Hartwic de Heida, Dietmar de Volemaresdorf.

(y) Hic quædam videntur minus exactè deſcripta ex autographo. fote *conditionem.*

LII.

Simili voto & pacto decem manſos Nobiles ſitos in Norico Ripenſi in prædio, quod dicitur ad Champa, dedit eum omnibus ad eos pertinentibus, ſcilicet mancipiis, agris, pratis, paſcuis, vineis, lege quoque cedendorum lignorum abſque redemptione in ſylva quam vocant Nortwalt, qua utuntur omnes habitatores reliqui prædii. Teſtes qui proximè ſcripti.

LIII.

Dedit & partem nemoris, quæ ſita eſt inter vias, quæ vulgo Burgwec & Eckilinpurgariwec nominantur cum medietate ſumptuum, quæ de occidentali parte Foreſti in quacunque utilitate conquirerentur excepta venatione, duos addens manſos à Foreſtariis obſeſſos ut per obitum ſuum ſervitoribus altaris obaudiant, cunctis etiam qui propter cedenda ligna in ipſo Foreſto Avenæ modium, quem dicunt *Hartmutto* ſolvebant, ob remedium animæ ſui mariti Adalberonis, mediam partem idem usque ad uſualem modium remiſit. Hi ſunt teſtes per aures tracti: Roudprecht de Sliwisheim, Roudprecht de Gowinacker, Magonus de Frickindorf, Hartwic de Heida, Hartman de Tontingen, Dietrich de Suindaha, Gaminolf de Scat, Megingoz de Niuruten, Wolvolt de Iſimaningen, Zountipolt Wittingin, Papo de Haginoin, Rilheri de Hohinperc, Eppo de Neninpach.

LIIII.

Hæc eadem Oudalrico, qui filius erat Hadomoudæ, filiæ Willipirgæ, ſororis Adalperonis dedit prædium Peringin & majus Wizzinvelt cum attinentiis omnibus & partem nemoris, quæ eſt ſita ad occidentem viæ, quæ dicitur Eckilinpurganiwec cum venatione totius nemoris, excepto eo uſu, quem antea dedit S. Sebaſtiano ea pactione, ut ſi idem Oudalricus vita decedat abſque prole de legali nobilique matrimonio procreata, quæ illi ſuperſtes fiat, omnia perpetuo Eberſpergenſi Sancto deſerviant. Teſtes: Guntpolt Comes, Roudprecht de Sliwisheim, Routprecht de Gowenacker, Hartwic de Heida, Hartman de Perchoven, Oudalrich de Pfetarah, Rihheri de Hoheim, Werinheri de Lintaha, Eppo de Nenninpach. Redemptionem hujus prædii reperies in libro concambiorum.

LV.

Dedit etiam Werinherio militi ſuo tres manſos, ſuos in prædio Peſſenheim & tres Clerico ſuo nomine Gunduni eo pacto ut per vitam eorum cœnobio Eberſpergenſi deſervirent. Teſtes: Erchanfrit de Jetinſtetin (z), Routprecht de Gowenacker, Adalprecht de Staina, Eppo de Nenninpach, Roudolf de Rota.

(z)

LVI.

Hæc ergò detenta languore, quæ & mortua eſt, in manum Routperti de Sliwisheim, ſcilicet Advocati Fiſcalis dedit prædium, quod habuit apud Aſcafurt, ut per eum Monaſterio traderent vineas quoque novem ſitas in Aſaha Winchil, & in Lecu Leneinesperga cum area, quam vocant Ladaſtat & omnibus ad eas pertinentibus delegavit in manum ipſius, eo pacto, ut ſibi & Monaſterio pari taxatione eas partiretur. Teſtes: Erchanfrit de Jettinſtein, Ruodolf de Rota, & alii qui proximè ſcripti.

LVII.

Deſuncta igitur Rihlinde anno MXLV. II. Id. Jun. quo & Adalpero maritus ejus mortuus eſt, id eſt ab incarnatione Domini milleſimo quadrageſimo quinto, Welfhardus Dux, qui erat filius Welfhardi fratris ejus, dedit Domino & Sebaſtiano in Miniſterium duos manſos & dimidium in loco, qui dicitur Stiga, cum omnibus attinentibus mancipiis, ſilvis, pratis & omnibus reditibus, duobus quoque fabris Salathone & Adalperto, ut ab ipſo die cœnobii utilitatibus ad medelam amitæ ſuæ deſervirent. Quam dationem Roudprecht Advocatus ſuſcepit. Teſtes: Roudprecht de Gowinacker, Magon, Zountipolt de Camin, Hartwic de Perchoven, Hardwic de Haida, Meginhalm de Emmindorf & alii multi.

LVIII.

Idem Welfhardus dedit dimidium manſum S. Sebaſtiano ſitum in villa Gruckingin cum mancipiis & omnibus ad eum pertinentibus pro pallio Serico Eccleſiæ, quod in elemoſynam dedit pro anima amitæ ſuæ. Teſtes: Erchanfrit, Hartnitt, Suevus, Adalram de Rimidingin, Megngoz & Eppo, & Hiltolf de Niurutingen, & alii multi.

LVIIII.

Quidam vir liber, vocabulo Nitthard monachicam vitam cupiens, B. Sebaſtiano dedit manſum ſitum in villa Umpilisdorf, cum omnibus attinentibus ſylvis, pratis, mancipiis. Teſtes: Eberaro de Hagingin, Williprecht de Luvingin & filius ejus Ludowic, & alii multi.

LX.

Quidam vir, nomine Ludolf prædium ſuum, quod habuit in loco Locinesriet dicto, dedit S. Sebaſtiano, id ſuſcipiente Eckberto honorifico Abbate, eo tenore ut usque ad mortem ſuam pro eo retineret prædium, quod idem S. Sebaſtianus poſſedit in villa, quæ dicitur Riſun. Teſtes Otker de Prucca, Penno de Roubenhoven, Poubo de Spiliberga, Gaminolf de Scatt de familia Gozprecht, Dietmunt, Rihhilt, Perenhart.

LXI.

(z) ſuperius Num. XLVII. erat *Jetinſtein*.

LXI.

Notum ſit omnibus Chriſtianis quamdam liberam mulierem nomine Hiltigundem dediſſe in precarium Beato Sebaſtiano quoddam prædiũ in villa Iſiningrin ſitum, eo pacto, ut poſt vitæ ſuæ terminum prædicto Sancto deſerviat: econtra ut ipſa domum juxta S. Valentini atrium cum Clerico Gunduni, cujus eſt Presbyteriſſa, depacta eſt poſſidere & præbendam unius Monachi in noſtro loco. Adhæc quoque villam Oberendorſperc Clericum, & ea, quæ ad ejus beneficium pertinent, usque ad finem vitæ ſuæ poteſtativè poſſidere pacta eſt, ut hæc eadem Gundeni habeat, ſi eam ſupervixerit. Hi ſunt teſtes: Gerolt de Ebraha, Gaminolf de Scatt. Eberaro de Wittingin Chraft de Furnimos-mos *. De familia Roudmunt & Engilrich, Adalhoh, Peppo, Walah, Dietmunt, alius Dietmunt, Dietmar, Salahho, Rihhart. Poſt hæc ipſum (a) dedit venerabili Abbati Egperto (a) in inveſtituram & poteſtatem poſſidendi: præfatus autem Abbas dedit ipſis ſæpè dictum prædium in beneficium quoadusque viverent. In hoc teſtis eſt Gerolt.

* ita Apogr.

LXII.

Ovdalricus Comes, Nepos Adalperonis S. Sebaſtiano dedit dimidium manſum in Ueingin ſitum & oppidum quoddam cum adjacenti ſylvula pro Miſſalibus rebus noſtræ Baſilicæ, quas perdiderunt ſervi ejusdem Ovdalrici. Iſtam donationem fecit per manus Ezzonis de Jetinſtetin. Teſtes Arnolt de Undiengin, Gerhart de Furnimos, de familia Gozpreht, Walah, Dietmar, Milo, Reginhart, Perenhart.

LXIII.

Routpertus Comes de Sliwisheim Beato Sebaſtiano dedit dimidium manſum, ſitum in villa Heriſinchoven cum omnibus attinentibus. Teſtes: Routpreht & Tagini filius ejus, Penno de Rorigimoſe, Liutwin, Gebhart.

LXIIII.

(b) Liubolf S. Sebaſtiano dedit aream poſſeſſori ſuo (b) ſitam in villa, quæ dicitur Ufheim ut poſt obitum ſuum propriè poſſideat eum. Teſtes: Loudolf, Wiſtrih, Hecil de Töntingin, Eberaro de Uuttingin, Dietrat de . . . Engilt.

LXV.

(c) Meginwart (c) S. Sebaſtiano, qui ſervus ei erat, dedit dimidium manſum ſitum in villa Harthoven. Teſtes: Hiltolf de Scrotingin, Into de Poucha, Reginmar de Capfingin.

LXVI.

Roudolf miles S. Sebaſtiano dedit duas partes manſi in villa, quæ dicitur Meskilinvelt habendas, poſt mortem ſuam conjugísque ſuæ Adilhildæ.

LXVII.

Concambium agri de prædio Cletheim quære in libro concambiorum.

LXVIII.

Donativus quidam S. Sebaſtiani nomine Othalmus habens prædiolum in vico, qui dicitur ad Haſalah, cum moreretur, non habens prolem Dominus ejus hæreditavit ea, quæ habuit.

LXIX.

Quidam miles nomine Hecil donavit S. Sebaſtiano ſe jugera & aream ſitam in villa Orongoltingin, ut pro ſe ſuáque conjuge nomine Benedicta præfato Martyri in perpetuum deſervirent. Teſtes: Wecil de Seiſſiedun, Eberaro de Wittingin, Engildico & Arnolt de Undiengin, Aripo & Wttigowo de Rimidingin.

LXX.

Miles quidem Routprecht dedit in precarium S. Sebaſtiano prædium ſitum in vico Adalhartesheim eo pacto, ut poſt vitæ ſuæ terminum deſerviat Monaſterio Eberſpergenſi. Econtra verò de pacto etiam poſſideret usque ad obitum ſuum manſos quinque in villa Franchindorf & duos ad Huntilpach, & duas vineas in villa Tandorf. Teſtes Oudalrich & frater ejus Piligrin de Poucha, Sinprecht de Arnowa, Engildico, Lanzo, Reginpolt de Engilhalm, Eberaro de Wtting. Depactus eſt etiam ſi illa, quæ pro mutuo ſubcepit (d) regali potentia & (d) jure gentium ſibi auferantur, ſua recipiat. Teſtes: Oudalrich, Piligrin, Engilic, Lanzo, Reginprecht, Eberhart, Aripo, Hauvart, Sintprecht. Poſt hæc inveſtituram & jus poſſidendi dedit Geroldo Fiſcali Advocato. Teſtes: Oudalrich, Piligrin, Sintprecht, Engil, Aripo. His peractis Advocatus ipſum prædium triduo ſecundum jus poſſedit.

LXXI.

Quidam miles Egilolfus nomine dedit prædiolum ſitum in villa Ciundorf in manum cujusdam Gaminolfi tradendum ad altare S. Sebaſtiani in Eberſpergenſi loco, pro redditione ſervi unius, quem occidit ſervus ejusdem Egilolfi. Teſtes: Eberhard, Adalpero, Ruodolf, Gerolt, Rahauvin, Amalperht, Engildieco; quod prædiolum idem Gaminolf ad prædictum altare dedit cum iſtis teſtibus, Willipreht de Luvingin & filius ejus Eppo, Aripo & Witigowo de Rimidingen.

(a) *Vid.* Necrol. ad XV. Kal. Decembris.
(b) Legendum haud dubiè *poſſeſſionis ſuæ.*
(c) *Vid.* Necrol. V. Id. Mart.
(d) hæc negligentius haud dubiè deſcript.

LXXII.

(e) Duo Nobiles Viri Eberaro (e) & Pa-
(f) po (f) de Hagingin prædium quod habuerunt in vico, qui dicitur Oudalharteſſtetin, Beato Sebaſtiano dederunt pro remedio animarum ſui patris & matris & fra-
(g) tris, id eſt Egilolfi. (g) Teſtes per aures tracti: Megingoz de Furnimos & Megingoz nepos ejus, Megingoz de Niurut, & frater ejus Adalhart, Eberaro de Untting, Dietmar de Harda, Wiſrih, Gozprecht, Perenhart & Milo, Rihhart.

LXXIII.

De area in Aſcauvinchil, id eſt, Ladaſtat & concambio Roucinesriet & Ejundorf lege in libro concambiorum.

LXXIIII.

Quædam mulier nobilis dicta Himildrud prædium quod habuit in villa nomine Altchiricha, Domino & S. Sebaſtiano dedit in poteſtatem poſſidendi, exceptis mancipiis ipſius, eo pacto, ut ipſa & maritus ejus Chuonradus, usque ad finem vitæ ſuæ cenſum, qui inde ſolveretur, acciperent, poſt vitam autem ipſorum prænominati Sancti excubitoribus ſerviat. Teſtes: Into de Pouha Gotti, Wolfliez, Volchrat, Puman.

LXXV.

Quidam miles Haudauvin nomine filium ſuum Roudolfum offerens ad monaſticam vitam, pro ſtipendiis ejus S. Sebaſtiano dedit aream & XL. jugera agri, prati, ſylvæ, ſita in villa nomine Umpiliſheim. Teſtes: Megingoz de Perga, Gerhart de Hohſteti, Perenhart Cocus, Gozpreht, Milo.

LXXVI.

Pro ſimili cauſa Megingoz miles dedit integrum manſum in eadem villa teſtes: Diepolt de Perga, Sigiwart de Sevvn, Lanzo de Engilhalmingen.

LXXVII.

Item pro ſimili cauſa Meginhart dedit molendinum juxta Moſaha cum ſylvula & aliquot agris & duos manſos in villa, quæ dicitur Wacrein. Teſtes Erchambolt, Kerhart, Lanzo. De familia Gozprecht Gebolf, Richart.

LXXVIII.

Kerhart de Furbinimos Sancto Sebaſtiano dedit agrum pro dicto molendino contiguum, pro remiſſione peccatorum animæ filii ſui Dietmari defuncti impetranda. Teſtes: Lanzo filius ejus, Chraft de Furnimos & Otto filius ejus, Durinc de Moſaha. De familia Gozpreht, Dietmunt.

LXXIX.

Quidam homo liber nomine Liuto ſuſcepto pretio ab Abbate Williramo prædium ſuum, quod habuit in villa Rimidingin, dedit S. Sebaſtiano, ut absque contradictione id poſſideat, id eſt duas areas & duas partes manſi. Teſtes: Maginhart, Reginpolt, Eberaro de Witting, Papo de Strubingin, Lantrich de Goutingin.

LXXX.

Quidam liber Reginger nomine jugera IIII. & aream ſitam in ipſa villa dedit prædicto Abbati, eo pacto ut ipſe tamen usque ad mortem ea retineret: ac in precario ea, quæ Liutonis erant, poſſiderent. Teſtes: Ludowic, Eppo, Engilhalm, Adalram, Aripo.

LXXXI.

In eadem etiam villa idem venerabilis Abbas emit à quodam Arippone prædium Rimiden X. libris argenti, videlicet unum manſum & dimidium & duas areas ſylvæ & pratorum ſatis commodum ſumptum in manum Nobilis Viri Ebararonis de Wttingin, ut per eum traderetur S. Sebaſtiano. Hujus rei teſtes ſunt: Engildico, Lanzo, Eppo, Regimpolt. Quam dationem ipſe Eberaro explevit dans illud eo tenore, ut ſi Beato Sebaſtiano per jus aufferretur, à quoquam ipſe ſecundum jus æqualis utilitatis Alodem
redderet. Teſtes Engeldico (h) & Lanzo (h)
de Engil. Eppo, Aſewin, Gerunc.

LXXXII.

Presbyter quidam Gunduni nomine cum Presbitriſſa ſua Hiltigunde pro Dei amore, Sancto Sebaſtiano dedit manſum ſitum in ipſa villa Rimidingin cum omnibus ad eum pertinentibus pratis & ſylvis, eo pacto, ut poſt vitam ſuam & *Sociæ* ſuæ eum propriè retineat. Teſtes: Otto de Purchſtala, Hecil de Tontingin, Eppo, Engildico.

LXXXIII.

Quidam Nobilis nomine Adalram, pro venia impetranda animabus ſui patris & matris dedit duo jugera ſylvæ S. Sebaſtiano, ſita ad Rimidingin. Teſtes Aripo, frater ejus Engiledo, Williprecht & filius ejus Ludowic.

LXXXIIII.

Dietmarus Fiſcalis Præpoſitus emit ab Aripone quinque jugera ſylvæ ſita ad Rimidingin. Teſtes: Gozprecht Præpoſitus Waltchuon filius Ariponis.

LXXXV.

(e) Nota in autogr. ait *V. Id. Septembris* obiiſſe.
(f) Nota in autogr. habet *XIIII. Kal. April.* obiiſſe.
(g) *Confer hoc loco* Necrol. XIII. Kal. April. *&* V. Id. Sept.
(h) Hoc nomen nonnunquam in Apographo exprimitur *Engeldico.*

LXXXV.

Quidam vir Nobilis Ludowic morti ſero morbo detentus prædium, quod habuit in loco, Luvingin dicto, dedit in manum Chuonradi Domini ſui, quod per eum S. Sebaſtiano traderetur ad indulgentiam peccatorum ſuorum, quod & explevit ipſe Chuonradus. Iſti ſunt teſtes: Ippo, Erchanpolt . . . . Adalhoh, Ruodmunt, Eberhart.

LXXXVI.

Gozpreht quidam Hero ſuo Sebaſtiano dedit III. jugera, ſingula per tres campos ſingulos in prædio Tagalcichungin pro cœleſti gratia impetranda animæ conjugis ſuæ Gotini jam defunctæ. Teſtes: filii ejus Gebolf, Warmunt, Gozpreht, Perenhart, Eberaro, Rihhart.

LXXXVII.

Venerabilis Abbas Williramus à quodam nobili viro Eppone vocabulo prædium emit, ſitum in villa Luvingin, id eſt aream, agros, prata, ſilvam, quæ omnia ipſe Eppo dedit S. Sebaſtiano. Teſtes: Engildieo de Engilhalmingen & Lanzo & Regipolt.

LXXXVIII.

Engilperht donativus S. Sebaſtiani pro denario, poſſedit aream propriam ad Tagaleichingin, quam moriens reliquit Domino ſuo. Hujus diſtractionem quære in libro concamiorum.

LXXXIX.

Libertinus quidam nomine Gebehart, accepto pretio ab Abbate Williramo, dedit S. Sebaſtiano duas partes manſi cum area ſita in vico, qui dicitur ad Aſpah.

XC.

Dietmar Præpoſitus S. Sebaſtiano quoddam rus emit à Perhtrico ſervo S. Sebaſtiani ſitum in campo ad Aſpah. Teſtes: Gozpreht, Aldico, Chraft, Dietmunt, Timo.

XCI.

Hiltolf quidam nobilis S. Sebaſtiano dedit aream & medietatem manſi, ſiti ad Undingin, quem ipſe Hiltolf accepit à quodam Presbytero Reginperto pro pretio ſuſcipiendo ab dicto Williramo Abbate.

XCII.

Nobilis quidam Engilpreht nomine, cupiens monachicam vitam dedit Domino & S. Sebaſtiano prædium, quod habuit in loco, quod dicitur ad Uſhoven. Teſtes: Hecil de Tatingen, Aſſewin, Hartwic, Engildeo, Eppo de Wittingen, Louf, Lanzo, Starchant.

XCIII.

Concambium manſi ſiti ad Drahſiluri lege in libro concambiorum.

XCIIII.

Quidam Engilpreht habens prædium, hoc eſt dimidium manſum in vico Paltheim cum iret in peregrinationem, prædium reliquit S. Sebaſtiano, quia ſervus ejus erat. Obiit x. kal. April.

XCV.

Duo Romani proſeliti quos nos Parſcalcos nominamus in proprium dederunt S. Sebaſtiano novem jugera ſita in vico dicto Heienperc.

XCVI.

Engilpero quidam S. Sebaſtiani ſervus cum apoſtataret prædium, quod habuit ad Pfeffenhuſun Dominico juri ceſſit, hoc eſt dimidius manſus.

XCVII.

Tertius Heinricus Rex Francorum dedit Domino & S. Sebaſtiano prædium, quod eſt ad Lanthartesdorf in areis, agris, pratis, paſcuis, vinetis. Ipſe quoque dedit VI. manſos regales ſitos in loco, qui dicitur Langaztal cum omnibus attinentibus. Iſtius filius Heinricus Rex dedit quatuor manſos ſitos in villa, quæ dicitur Traſivileingin cum omnibus ad eos pertinentibus & magno ambitu ſilvæ eruncandæ. Ottone Marchione (i) licentiam in hoc annuente, (i) qui obiit IIII. kal. Octob.

XCVIII.

Quædam mulier nobilis Liutpurc nomine S. Sebaſtiano dedit aream & dimidium manſum ſitum in villa Eckilinpurc eo pacto, ut ei pecunia redderetur.

XCIX.

Quidam Sacerdos nomine Roudacher S. Sebaſtiano dedit dimidium manſum, ſitum in villa dicta Richiniricha. Teſtes: Eppo, Heimo, Lanzo.

C.

Quidam Sacerdos nomine Perhcozus ac ejus Presbiteriſſa Liutpurc nomine, & liber homo Ciſlolt dictus, prædia quæ habuerunt in villa Otingin, ſcilicet duas areas, agros, & prata S. Sebaſtiano dederunt, ut pro his reciperent usque ad obitum uniuscujusque ſui duas partes Eccleſiaſticæ decimationis.

CI.

Quidam Presbyter nomine Chuonradus manſum unum ſitum in vico dicto Sullingin dedit S. Sebaſtiano poſt mortem ſuam poſſidendum, ob id, ut ipſe annuatim pro eo de prædio Giſlingin accipiat Lardarium porcum, cereviſiam plenam, quinque modios ſigalis & unum modium tritici. Teſtes. (k) (k)

CII.

Idem Chuonradus S. Sebaſtiano dedit dimidium manſum, ſitum in villa, quæ dicitur Egininchoven, eo pacto, ut poſt mor-

---

(i) erat inter lineam ſcriptum: *Duce.*

(k) in apogr. non recenſentur.

tem ſuam eum habeat, ac ipſe pro eo emendo ſuſcipiat annuatim de prædio Gislingin modios V. ſigalis, & V. modios avenæ & libram lini. Teſtes: Ezzo, Willipreht, Eberaco.

CIII.

Libera mulier nomine Hiltipurc, quæ obiit V. kal. Decembr. (pro mariti ſui Engilperti jam XIII. kal. Decemb. defuncti) requiè dedit aream & XII. jugera ſita in villa Gruekingin, poſt mortem ſuam ſervitura. Hæc dedit per manum Helmperti de Lerun. Teſtes: Roudpreht, Routhart, Gamin. De familia Gozpreht, Dietmunt, Gebolf, Warmunt.

CIIII.

Quidam nobilis nomine Reginmar molendinum & quindecim jugera pratorum ſita prope Semitaha dedit S. Sebaſtiano ob id, ut quidam Presbyter Heinricus (qui obiit II. kal. Decembris) qui eundem molendinum in proprio poſſedit, acciperet ab ipſo S. Sebaſtiano in precarium, alium molendinum cum inhabitantibus mancipiis aliisque mancipiis & agris, quibus à ſe datum molendinum excoli poſſet. Teſtes: Eberhart de Chreienacheren, Into de Poucha & filius ejus Boubo, Eberaco, Hecil, Engildieo.

CV.

Vir nobilis Eberaro de Witingin S. Sebaſtiano dedit III. jugera ſita in campo villulæ Sigirisdorf nominatæ, ob impetrandam veniam animæ conjugis ſuæ, quæ dicta eſt Hardrun, quæ obiit V. Non. Mart. Teſtes: Engildieo, Reginpolt, Werinheri, Dietmar, Lanzo, Gerunc, Wecil, Gotepolt.

CVI.

Quidam Waltrih nomine (l) hero ſuo
(l) S. Sebaſtiano dedit aream ſitam in villa dicta Sigirisdorf, cum quodam novale, quod poſt mortem conjugis ſuæ Routrudis ſervituti ejus cederent. Teſtes: Gozpreht, Dietmunt, Ratolt, Dietpolt, Volchrat.

CVII.

Quidam nobilis Waltchoun (m), &
(m) uxor ejus nomine Himiltrud S. Sebaſtiano dederunt XII. jugera ſita in villa, quæ dicitur Gieſingin cum area pro ſepultura & comemoratione ipſius Waltechounis. Teſtes Reginpolt, Tiemo, Engildieo, Lanzo, Eppo. de familia Gozpreht.

CVIII.

Quidam Rihhart Domino ſuo S. Sebaſtiano pro ſepultura & interventu conjugis ſuæ nomine Raze (quæ obiit VIIII. kal. April.) dedit III. jugera per ſingulos tres campos ad Undingin. Teſtes: Obrolf, Gozpreht, Wolfhart, Meginhart, Eberhart, Gebolf.

CIX.

Eberhardus S. Sebaſtiani ſervus VIII. jugera pratorum dedit in manum Præpoſiti Dietmari pro pretio & ea pactione ne *Salica opera* cogeretur unquam facere, niſi in curte, quæ eſt ad Semttaha. Teſtes: Aldieo, Wolfunc, Marhwart, Winirat, Lintolt: & hæc pactio in legali placito Geroldi advocati dicta ac firmata eſt.

CX.

Wolfliez quidam, cum prædiolum, id eſt duo jugera poſſideret ad Cletheim, & uxori ſuæ, quæ foret extranea, daret, juxta jus ceſſit S. Sebaſtiano, cujus ſervus erat.

CXI.

Mortuo quodam Tagaberto S. Sebaſtianus hæreditavit dimidium manſum, quem habuit in villa Orongoltingin, quia donativus ejus pro donario fuit.

CXII.

Quidam donativus dimidium manſum habens ad Gramanesdorf, cum eum uxori ſuæ, quæ exteræ familiæ fuit, daret, jure perdidit.

CXIII.

Quidam Engilpertus habens propriam aream & dimidium manſum in villa, quæ dicitur ad Foreſtarin, de Domini ſui S. Sebaſtiani ſervitio apoſtatavit, ac ei prædium reliquit.

CXIIII.

Quædam mulier Dietrat nomine, duo jugera ſita in campo villæ Gislingin dedit in manum ejus ſervi ſui Ratoldi, ut ipſe daret Domino ſuo S. Sebaſtiano ea poſſidenda, poſt obitum mariti ſui Dietpoldi, quod perpetravit idem Ratoldus. Teſtes: Otpreht, Liupolf, Anaſtalt, Dietmunt.

CXV.

Quidam nobilis Otloh nomine dedit S. Sebaſtiano prædium, quod habuit in loco, qui dicitur Erlipach, eo pacto, ut à venerabili Abbate Williramo pro eo reciperet usque ad obitum ſuum molendinum cum mancipiis & agris ad eum pertinentibus, & dimidium manſum ſitum in villa, quæ dicitur Paltheim. Iſti ſunt teſtes in hoc: Gaminolf, Aſewin, Roudpreht, Helmpreht de Lerun, Geroloh, Oudalrich, Adalperht de Echinheim, Gozpreht, Gebolf, Gozpreht. Poſt hæc Abbati jam dicto dedit ipſum prædium in inveſtituram & poſſeſſionem. In hoc ſunt teſtes: Gaminolf, Aſewin, Routpreht, Helmpreht; dedit autem ei dimidium manſum. Teſtis: Helmpreht.

CXVI.

Quidam vir nobilis Anfrit dictus, S. Sebaſtiano dedit in proprietatem tertiam par-

tem

(l) *Vid.* Necrolog. V. Kal. Septembris.

(m) *Vid.* Necrol. III. Kal. Januarii.

(n) tem Baſilicæ, quæ ſita eſt ad Harthoven & tertiam partem in eadem villa ſitum (n). Teſtes: Aſpreht, Reginpolt, Aripo, Milo, Sinzo, Eginolf. Dedit etiam mox ipſius prædii inveſtituram Abbati Williramo, in hoc teſte Aſperto.

CXVII.

Poſt hæc gener ejuſdem Anffridi, nomine Waſigrin dedit jam dicto Martyri Chriſti nobilem manſum ſitum in eadem villa cum inveſtitura. Iſti ſunt adhibiti teſtes per aures tracti: Aſisfrit, Eppo, Aripo, Adalpreht. De familia Gozpreht & filius ejus Gozpreht, Milo, Eppo, Pillunc.

CXVIII.

Quidam vir nobilis videlicet Arnolt de Rihheriſhuſun in manum Geroldi, qui erat Advocatus loci Eberſpergenſis, donavit decem jugera ſilvæ, ſita in ſylvæ, quæ dicitur Leginhart, eo pacto, ut per eum darentur quinque ſervis S. Sebaſtiani pro culpa, quam in eis fecit Bertholdus ejuſdem Arnoldi filius. Nomina autem ſervorum hæc ſunt: Rihhart, Adalhoh, Dieteli, Engilrich, Gundilpreht. Iſti ſunt teſtes: Heimo, Engildieo, Eppo, Dietpolt, Rihheri de Pahheim, Luitpolt, Hermant, Heltfolch. Quod pactum Geroldus implevit, dans prædictis ſervis ea jugera quæ denotavimus, quorum duo Dietmarus Præpoſitus emit à Gundilberto cum his teſtibus: Luitpoldo, Rihhardo, Engilrico, Waltherio, Adalperto. Ab Engilrico quoque emit adhibitis his teſtibus: Luitpoldo, Selprado, Heſſone, Dietmundo, Aldicone. Ab eo quoque, qui dicitur Dietili, emit II. cum his teſtibus: Routpoldo, Dietmundo, Reginwardo, & filio ejus Reginwardo, Adalperto; Adalhoh etiam duo dedit cum teſtibus Reginwarto & filio ejus Rihholfo, Helmperto, Luitfrido, Hauvardo, Gundilberto, Walthero. Rihhart verò ſua duo jugera pro remedio animæ ſuæ S. Sebaſtiano dedit. Teſtes. *

* non comparent in apogr.

CXIX.

Quædam libera mulier nomine Gundrat prædium ſuum, quod in villa Gruckingin poſſedit, id eſt, dimidium manſum ſuper manum Helmperti ſui ſcilicet Advocati S. Sebaſtiano tradidit, eo pacto, ut ipſa pro eo, dum videret annuatim de prædio Giſlingin quinque modios ſigalis, & quinque modios avenæ & dimidium porcum ſaginatum & dimidium linteum Stuppeum reciperet. Teſtes Routpreht, Chadalhoh, Walto, Luitpreht, Gozpreht. Poſt hæc dedit inveſtituram ipſius prædii. Teſtes: Gamin, Helmpreht, Aripo, Piligrin, Eppo, Benno.

CXX.

Quidam nobilis vir Aripo nomine filium ſuum Meginhardum Domino & S. Sebaſtiano offerens ad monachicam vitam, pro victu & veſtitu illius cedit manſum unum ſitum in vico, qui dicitur Aſpah, & in villa Aſpah, & in villa Undicigin, unum & dimidium. Quam dationem ſuſcepit Geroldus Advocatus cœnobii. Teſtes: Aripo, filius ipſius Ariponis, Engildieo, Aripo, Willipreht.

CXXI.

Miles quidam vocabulo Magonus de Frihindorf manſos binos ſitos in villa Mencingin dedit in Miniſterium Domino & S. Sebaſtiano cum omnibus ad eos pertinentibus ea pactione, ut eorum proprietati cederent poſt obitum Gerrici Miniſtri ipſius, qui tunc eos in beneficio habebat. Teſtes. *

* non comparent in apogr.

Sequitur hoc loco liber concambiorum, cujus ſæpius fit mentio, quem ſeorſim exſcriptum adjecimus.

CXXII.

Quidam homo liber Into nomine dedit manſum ſitum ad Tandorf. Teſtes: Helmpreht de Goldaren, Adalhoh de Gundilichoven, Meginhart de Eckihartesdorf, Marhwart de Furte, Engilpero de Haholtsperc.

CXXIII. (o)

(o) Ego Routpertus Eberſpergenſis Abbas & Dominus, notum facio univerſis Chriſti fidelibus, quod quidam liber nomine Dietricus noſter conſanguineus, cum pro tollendo ſibi injuſtè prædio ſuo apud Stamheim, à quodam Gebemanno miſerabiliter eſſet afflictus, ut ſibi propter Dominum cum conſilio vel alicujs pecuniæ adjutorio ſuccurrerem, ad me venit proſtratus meis pedibus, cui cum miſertus dediſſem octo libras argenti ad ſemetipſum ſuúmque prædium redimendum, ſponte ſua permiſit ipſum prædium ſuum, Domino & S. Sebaſtiano poſt vitam ſuam eſſet daturum & illico in ipſa hora me præſente in manus ac fidem cujuſdam nobilis viri, cui nomen Ebbo de Furlimoſe commiſit prædictum prædium, ut, cum Dominus juberet ſe tranſire ex hoc mundo abſque omnium contradictione traderet illud Domino & S. Sebaſtiano ad Eberſperch pro omnium fidelium animarum remedio. Super hoc tracti ſunt iſti teſtes: Wezil de Ebraha, Rapold de Pruccha, Sigihart de Ellenchophon, Adalhart de Steinhergen Purch.. Gebolf & filius ejus Adalo, Roudolf, Warmund, Irinch, Richere. Deinde poſt duorum circiter annorum expletionem prædictus Ebbo de Furlimoſe propter meam & prædicti Diethrichi petitionem ſolvit ſuam fidem, tradens in præſentia Waltherii Advocati ipſum prædium cum omnibus ad id pertinentibus ſuper altare S. Sebaſtiani ad laudem Domini, ſemper ſerviturum omnium fratrum ad Eberſperc Domino fabulantium utilitati. Teſtes: Dietmar de Steinhard & filius ejus Hartman, Oudalrich de Chreizheim, Dietrich de Herlenchovon, Willihalm de Riſin, Wirinth de Tala, Gebolf, Warmund Miniſtri, Aribo de Egelhalmingen, Irinch, Richere, Routpreht de Scattenheim, Adalhart de Stenheim.

(n) Videntur quædam deficere, fortè *tertiam partem prædii.*

(o) Deficiebant hoc loco in apogr. litteræ concambior. à nobis ſeorſim datæ, quæ poſt Num. CXXII. initium ſumpſerant.

CXXIIII.

Quidam miles Oudalricus dedit ſuper altare S. Sebaſtiani tria jugera agrorum in loco, qui dicitur Walda pro filii ſui Eberhardi, apud Eberſperch ſepulti, anima & pro omnium fidelium defunctorum memoria. Iſti ſunt teſtes: Wita, Werinhart, Adalhart, Chuono, Hettfloch, Ovdalarich, Ruodolf, Gnanno, Richeri.

CXXV.

Notum & manifeſtum ſit univerſali Eccleſiæ quale remedium Otto Comes de Scirun præfecturus Hieruſalem, promiſit animæ ſuæ. Tradidit enim in manus cujusdam Nobilis Viri nomine Hoholt ſuum prædium apud Alinpach & aliud prædium apud Chimatingen, quod tunc Ebbo de Seuuen ab ipſo habuit in beneficium utraque prædia tradenda Domino ſuper altare S. Sebaſtiani ad utilitatem fratrum Domino ad Eberſperc famulantium ea conditione firmiter interpoſita, ut ſi ab aliquo Abbate unquam alicui ipſa prædia conceduntur, à proximo ſuo hærede aureum nummum ſuper altare prædicti Sancti ponente ipſa prædia perpetualiter poſſideantur. Quam traditionem idem Hoholt complevit fideliſſime, ſub horum teſtium, ut moris eſt, per aures tractione: Hartman de Stainhart, Bertholt de Emendorf, Aribo de Engelhalmingen, Burchart de Vorſtarn, Adalhart de Steinhering, Gebolf de Eberacho, Wolfoz, Roudeger, Arnolt, Engilmar, Bertholt, Wirinth, Heidfolc, Rodolf, Roudpreht, Warmunt, Werinhero.

CXXVI.

(p) Simili (p) devotione Eberhardus miles de Aragartin dimidium manſum ſitum in eadem villa dedit S. Sebaſtiano ad remedium ſui & omnium amicorum ſuorum fidelium vivorum & mortuorum. Teſtes: *

* in Apogr. non comparent.

CXXVII.

Quædam libera mulier nomine Dietrat dimidium manſum ſitum in villa Uſheim dedit S. Sebaſtiano pro ſepultura mariti ſui defuncti Routheri & pro commemoratione animæ ejus. Teſtes: Wiſirh, Pranrihe, Gozpreht, Penno, Milo, Dietmunt.

CXXVIII.

De concambio manſi ſiti ad Drahſilim & de area ſita ad Tandorf, aliquot agellis & de area & prato quodam ad Foreſtam pertinente, lege in libro concambiorum.

CXXIX.

Duo Romani Proſeliti (q), quos non Parſcalcos (r) dicimus, Amalunc & Alberich prædium ſuum, quod habuerunt in loco, qui dicitur Eigenberch S. Sebaſtiano dederunt pro remedio animarum parentum ſuorum, & ut acciperent pro eo dimidiam libram argenti aut pretium ejus. Teſtes: Golzpreht, Ratold, Eginolf, Sintpreht, Dietmunt, Milo, Nithart, Ouci. (q) (r)

CXXX.

Quidam vir nobilis Engildieo nomine mortifero morbo detentus aream & dimidii manſi agros & quatuor jugera pratorum ſita ad villam Undingen in manus alterius, qui æquivocus ei erat, tradidit, eo pacto ut ea daret S. Sebaſtiano pro ſepultura corporis ſui & com̄emoratione animæ ſuæ, utrum ab ipſa infirmitate convaleſceret, an non. Teſtes: Gamanolf Adalwart, Diethalm, Dietmunt. Cujus traditionis pactum quia is, qui id accepit, obſervavit, teſtes ſunt: teſtes ſunt: Gamanolf de Scattinhovin, Peſo de Lerin & filius ejus Gotebolt, Reginbolt & Aribo de Engilhalmingen, Fridrich de Langingislingin. De familia: Golzpreht, Sinzo, Etzo. Poſt etiam traditor ipſum prædium dedit in inveſtituram & poſſeſſionem, & per hoc teſtis eſt Gamanolf.

CXXXI.

S. Sebaſtiano quædam famula ſua nomine Pezala dedit duo jugera ſita juxta villam Richinchircha dictam, ut poſt obitum ſuum illius obſequio cedat. Teſtes: Eberaro, Chacili, Einhart, Gebolf, Mahtfrid.

CXXXII.

Quædam mulier ingenua Elica nomine, prædium, quod poſſedit in villa Undingin, dedit S. Sebaſtiano, eo pacto, ut poſt obitum ſuum maritique ſui Sinzonis, qui ſervus erat jam dicti Sebaſtiani Monachis, Domino & ipſi miniſtrantibus in uſum cedat, & ut dimidium manſum, quem Engildeo prior ejus maritus prænotato S. Sebaſtiano dedit ipſa cum Sinzone, dum vivant, in beneficium habeant. Teſtes: Aribo de Boubinheim, Engildieo & filius ejus Aripo, Perholt de Rotenperc, Reginolt. De familia: Gozpreht, Wieman, Mahtfrit, Gebolf, Purchart, Gozpreht.

CXXXIII.

Eberſpergenſi Patrono quidam vir nobilis Megingoz nomine tradidit medietatem prædii ſui, ſiti in villa, quæ Mesquilinvelt dicitur, ut pro remedio animæ conjugis ſuæ Himiltrud, quæ obiit IIII. Non. Mart. jam defunctæ, omniúmque ſuorum debitorum perpetualiter deſerviat: aliam verò medietatem dedit in precarium, ut pro eo recuperet debitum manſi nobilis, ſiti in villa, quæ dicitur ad Sevun. Teſtes: Gaminolf, Selprecht de Furpimos, Pertholt, Dietmar, Gozpreht, Warmund, Wiemann, Mahtfrit.

(p) Sequitur hæc traditio in Apographo *Inſtrumentum* Num. XXVIII. ſign. in *libello Concambior.*

(q) Liberæ conditionis, ſed advenæ tamen & exteri.

(r) *Parſcalci* ſeu ut Cl. Ducangius in Gloſſ. *Barſcalci*, homines mediæ conditionis inter liberos ſeu *Barones* & *Scalcos* ſive ſervos. Ita Ducang. Gloſſar. in hac voce. T. I. p. m. 498. qui plura de hoc argumento ex monumentis ut plurimum Boicis.

CXXXIIII.

S. Sebaſtiano cenſualis ſuus Altmann dictus dedit prædium, quod poſſedit in villa Wedarmingin nomine, eo pacto, ut pro eo reciperet cottidianam præbendam & veſtem unius pauperum, qui ad mandatum Domini annotantur. Teſtes: Roudmunt de Rihcozzin . . . *

* plures non exprimit Apogr.

CXXXV.

Quidam Presbyter Gunduni dictus & Presbyteriſſa ejus Hiltigunt nomine molendinum ſuum, quod habuerunt in villa vocabulo Gucilinchuſun dederunt S. Sebaſtiano per manus Engilperti de Hovechirichun cum omnibus ad eum pertinentibus eo pacto, ut pro remedio Dominorum ſuorum, Oudalrici, Rihardis, Adalperonis, Richlindis & omnium debitorum ſuorum ei cedat in perpetuam ſervitutem. Quam traditionem ſuſcepit Waltherius Fiſcalis Advocatus frater prædicti Engilperti. Teſtes: Perhtolt de Wivingin, Gaminolt de Se . . . Dietrih de Egilgoeteshoven, Erinpreht de Ipah & frater ejus Rihheri, Gotti de Urpach, Rihhart de Marutta.

CXXXVI.

Prænominata etiam Hiltegunt Presbyteriſſa dedit S. Sebaſtiano prædia, quæ ipſa & Gunduni poſſederunt in loco Ucimanesdorf dicto, ac ea, quæ in Erlipah. Hujus traditionis ſuſceptor ac teſtes, qui proximè ſubſcripti ſunt & inſuper Engilpertus.

CXXXVII.

Prædicta quoque Hiltigunt Molendinum ſitum in villa, quæ dicitur Hohendorf cum agris & pratis ad eum pertinentibus dedit S. Sebaſtiano eo pacto, ut poſt obitum ſuum ei perpetuò ſerviat. Teſtes: Hartwic, Hettfolc, Adalwart, Sigiwart, Rihhart, Roudpreht. De familia Gozpreht, Heinrich, Reginheri. Poſt hæc dedit inveſtituram ipſius Abbati Williramo in poſſeſſionem æternam. Teſtes: Hetfolc, Hartwic, Adalwart.

CXXXVIII.

Quidam miles Hadiwin nomine cum uxore ſua Alachilde dicta, dimidium manſum ſitum in villa Umpilisheim dedit ſub teſtibus in manus Meginozi Nobilis Viri, ut eum traderet in perpetuitatem altari S. Sebaſtiani pro orationibus & ſepultura facienda prædictæ Alichildi, quæ idem prædium tradidit; quam traditionem peregit jam dictus Megingozi ſub iſtis teſtibus: Diepolt de Perga, Aribo de Engilhalm, Eckihart filius Roudperti, Cacili de Gaſteiga. De familia, Gozpreht & filius ejus Geb. . . & Eberhart.

CXXXIX.

Quidam vir nobilis Adalpreht dictus, agrum ſuum pertinentem ad villam, quæ Grenſingin dicitur, ſitum, & ædem ad meridianam partem plateæ dedit S. Sebaſtiano in proprietatem pro ſepultura fratris ſui Zlawani; Chadalhoh, Aripo, Mahtfrid, Gozpreht, Milo.

CXL.

Quidam miles Rihheri nomine dedit prædium, quod habuit in vico, qui dicitur ad Lintpach S. Sebaſtiano eo pacto, ut ab ipſo die Monachis Domino & ipſi S. Sebaſtiano ſervientibus in uſum cederet. Aſpertus de . . . Aripo de Poubenheim, Louf. . Ruodpreht de Ginivil, Reginheri.

CXLI.

Cowo & Wago dederunt S. Sebaſtiano jugera, ſita in villa nomine ad Sewan. Teſtes: Lanzo de Tagal, Eppo de Engilheim, Gozpreht & filius W.

CXLII.

Quidam miles nobilis Dietmar nomine cupiens Monachicam vitam S. Sebaſtiano pro ſtipendiis ſuis dedit aream in Pozana ſitam, & vineam. Teſtes: Gamann, Engildieo, Aripo, Eppo de Engilheim, Adalwart de Pering, Warmunt de Sunderendorf.

CXLIII.

Gamanolf de Scatteheim prædium, quod Herimannus de Gamanolvesdorf habuit in villa dicta ad Suilnaha, dedit S. Sebaſtiano ad præſens ſerviturum, ea pactione ut Herimanno præfato, quæ ſubjungimus annuatim dum vivat, dentur octo unciæ denariorum, carrada vini de Tandorf, carradæ cereviſiæ II. Porci ſaginati III. Lini libræ II. Frumentum, quod ſolvitur de tribus manſis liberorum in Peſfenheim, jugera II. prati inſularis in Tandheim. Teſtes: Arnolt Præſes Hallenſis, Lantfrit de Lohen, Aripo de Poubenheim, Diepolt de Perga, Eckirich, Eckihart, Guntpreht, Irminhart de Wet. . . Megingoz. Poſt hæc dedit inveſtituram. Teſtes: Arnolt, Lantfrit.

CXLIIII.

Dietpolt de Perga, Henricum filium offerens ad Monachicam vitam pro ſtipendiis ejus dedit S. Sebaſtiano prædium, quod habuit in vico, nomine Roudmundesdorf. Teſtes: Arnolt Præſes, Lantfrit, Aripo, Megingoz de Perga, Engildieo & Eppo de Engilheim, Eckirch.

CXLV.

Quidam homo liber nomine Dietrich, prædium, quod ipſe & ſoror poſſederunt in villa, quæ dicitur Otingin, dedit in manus Waltherii, qui erat Fiſcalis Advocatus Eberſpergenſis Eccleſiæ, eo pacto, ut id daret, quandocunque eum ipſe Dietrich peteret. A quo poſtmodum petitus ipſum prædium per manum Gaminolfi Nobilis viri dedit S. Sebaſtiano, ut jure concambii, agris Dietrico redderetur in loco, qui dicitur Patichinriuti. Teſtes: Engilpreht de Hovechirichan, Perhtolt de Poumgartin. De familia: Gozpreht, Gebo, Diemunt, Mahtfrit, Gozpreht.

CXLVI.

Quidam miles nobilis Tagini dictus Domino & Sebaſtiano pro mercede Domini dedit prædiolum, quod habuit in villa, quæ dicitur Wedarmingin. Teſtes: Megingoz de Peridieosdorf *, Poubo de Spilibergа, Gottepolt de Riut, Ruopreht de Poucha.

* ita Apogr.

CXLVII.

Quidam Vir Nobilis Adalhart dictus propter petitionem cujusdam Madalgozi nomine, tertiam partem decimæ, quæ pertinet ad Baſilicam ſitam ad Harthoven tradidit S. Sebaſtiano in ſervitium pro mercede Domini. Teſtes: Routpertus de Poucha, Aripo de Engilheim, Irminolt de Rihdieosdorf, Chacili de Gaſteiga.

CXLVIII.

Quidam homo nobilis huc nomine, prædium, quod Eberhardus regalis ſervus emit in villa ſita ad Suilnaha, tradidit S. Sebaſtiano eo pacto, ut præfato Eberhardo, dum viveret, annuatim pro eo darentur VIIII. unciæ denariorum. Teſtes: Routpreht de Poucha, Ehinhart de Tapulun, Engildieo & Eppo de Engilheim, Hiltimar regius Foreſtarius Wolfker, Timo, Gebolf, Warmunt, Vocho.

CXLIX.

Miles quidam nobilis Adalpero nomine prædium idem, agros XXX. contiguos Salico juri Gravingenſi dedit S. Sebaſtiano in perpetuam ſervitutem, ut quidam Mancus & Eccus (s) Waltlieri nomine dum viveret panem I. & dimidium, & duo pulmenta, biberes II. (t) cottidie pro eis haberet. Teſtes: Wecil de Hovechircha, Gaminolf. De familia: Gozpreht, Gebhart, Reginheri.

CL.

Notum ſit omnibus fidelibus, quod Imma quædam nobilis fœmina S. Sebaſtiano dedit prædium, quod poſſedit in vico nomine ad Harderun eo pacto, ut ex ipſa die Monachis jam dicto Sancto ſervientibus pro remedio animæ ſuæ, Hartmannique mariti ſui omniúmque debitorum ſuorum cum omnibus ad id jure pertinentibus, cedat in perpetuum ſerviturum. Teſtes: Dietmar filius ipſorum, Maldawin de Diechon, Adalhart & Irminolt de Spincbach.

CLI.

Quædam libera mulier Hiltigund nomine S. Sebaſtiani dedit prædia ſua, quæ hæc ſunt nomina ad Stiga, Ouckilishuſon, Vihihuſon, eo pacto, ut pro ſua anima ſuique dilecti ſæpedicti Gunduni Presbyteri jam defuncti ac pro animabus Dominorum ſuorum Adalperonis, Richlindis atque omnium debitorum ſuorum, Monachis, jam dicto Sebaſtiano miniſtrantibus perpetuam exhibeat ſervitutem. Teſtes: Erehenger de Viliſa, Roudpreht de Poucha, Aribo de Rimidingin, Herman puer, Aribo de Engilhalmingin, Gozpreht ſenior, Richieri, Gozpreht junior. Poſt hæc dedit inveſtituram ipſius prædii Williramo Abbati. Teſtis, Erchanger.

CLII.

Quidam miles nomine Eberhardus prædium, quod poſſedit in vico, qui dicitur de Perga, ſitum autem prope lacum Wirminſeo dictum dedit S. Sebaſtiano, quatenus ipſius Monachi pro jure ſepulchri ſibi concedendi, cum orationibus perpetuis ex ipſa die piſcium uſum perpetuo haberent, & prænominati teſtes per aures tracti ſunt.

CLIII.

Quidam ſervus S. Sebaſtiani, Oudalman dictus, ad extrema perductus, dedit prædiolum ſuum, quod habuit apud Aslachoven in manus cujusdam Wazelini, tradendum ſuper altare Domini ſui prædicti eo pacto, ut per mortem filii ſui Rihkeri, fratribus Domino, Sanctoque dicto inibi ſervientibus perpetualiter ſerviat. Quod fecit idem Wazelind ſub his teſtibus: Aribo de Rimidingin, Engildieo & filius ejus Aribo, Eppo de Wittringin, Reginheri & frater ejus Hiltipreht, Gozpreht Præpoſitus, Wolfliez.

CLIIII.

Nobilis homo Aſcuwin nomine tradidit prædium ſuum, quod habuit in Eckilinbure ad altare S. Sebaſtiani cum area & ædificio, cum agris cultis, incultis, pratis, paſcuis, modica parte ſylvæ. Teſtes: Rinheri de Glana, Ruopreht de [illegible], Eckihart & frater ejus Ruopreht, Reginolt, Richart.

CLV.

Quædam mulier nobilis nomine Williburg prædium, quod habuit in vico, qui dicitur Trunheringen cum uno ſervo nomine Wunpreht, filiiſque ſuis Domino & S. Sebaſtiano dedit pro requie mariti ſui Werinheri jam defuncti & pro remedio animæ ſuæ, animarúmque patris ſui & matris & omnium parentum ſuorum. Hujus rei teſtes ſunt per aures tracti : Gotte, Luitprant de Hohſtetin, Ebbo de Nurtingen.... Dietrih de Herliheim Werinheri de Tatingon, Pabo, Aribo & Ovdalrich de Maruta, Ebbo de Urſpringi, Bertolt de Rorinpah, Chadalhoh de Seffriedon, Eberhart, Pabo de Sciltarin; dedit etiam ipſius prædii inveſtituram Abbati Williramo in poſſeſſionem æternam. Teſtis Ebbo de Nurtingen.

(s) ita apogr. haud dubiè reponendum *cæcus*.

(t) *Biberes*, ſive hauſtus. De his fusè Du Cangius Gloſſar. T. I. p. m. 546. in hac V.

CLVI.

Starchant quidam miles de Eigilſewanch dedit ſuper altare S. Sebaſtiani unum manſum in villa Staringin pro remedio animæ Ottonis de Rota, & omnium parentum ejuſdem, & pro anima Wiradæ uxoris prædicti Ottonis & ſepultura ipſius. Teſtes: Thiemo de Holtza, Eppo de Vurlimoſa, Mazili, Warmunt Præpoſitus, Hiltipreht de Eſinchoven, Egilolf, Tiemo, Erchanger, Penhart.

CLVII.

Quidam Nobilis vir nomine *Fritilo* dedit ad altare S. Sebaſtiani prædium, quod (u) habuit in villa Eicha (u) pro remedio animæ ſuæ omniúmque parentum ſuorum. Hujus rei teſtes ſunt: Goteſcalch de Notringin, Wago de Lerun, Tiemo de Holza, Aribo de Hunzinheim, Gotafrid, Adalhart, Warmunt, Gozpreht, Ruodolf.

CLVIII.

Quidam liber homo nomine Ratboto dedit ad altare S. Sebaſtiani II. jugera in prædicta villa pro remedio animæ ſuæ. Teſtes: Albwin, Warmunt, Roudolf. Dedit etiam inveſtituram ipſo tempore. Teſtis Albwin.

CLIX.

Tres nobiles viri, Arnolt, Jedung, Iſimgrin dederunt prædium, quod habuerunt juxta Glana in manum cuidam Nobili viro nomine Dietrih de Herlincheim tradendum ad altare S.Sebaſtiani poſt mortem Iſimgruni prædicti, pro remedio animæ propinquorum ſui Bernhardi occiſi. Quod prædiolum dedit prædictus Dietrich ſuper altare ipſius Sancti, ſcilicet in manum Fiſcalis Advocati Waltharii ſub his teſtibus: Wilihalm de Sunſingon, Roudpreht de Arnowa, Erinpert, Werinheri de Tatingon, Wolfgrim, Warmund, Gnanno de Laſger.

CLX.

Quidam liber vir nomine Piligrim. & quædam vidua nomine Rihkart dederunt S. Sebaſtiano quoddam prædium, ſcilicet Studahe pro ſepultura mariti ſui Megingozi & pro remedio animarum ſuarum patriſque ſui & matris ſuæ. Hujus rei teſtes ſunt: Wirint, Aribo, Ebbo, Ougo, Gamanolf, Dietloh, Isker, Roudpert, Egilolf, Dietbolt, Ekkihart, Adalpero, & frater ejus Werinher, Irminhart. Dederunt etiam ipſius prædii inveſtituram in poſſeſſionem externam. Teſtes: Dietpolt Chadalhoh.

CLXI.

Quidam ſervus nomine Wezil conſentiente uxore ſua dedit ad altare S. Sebaſtiani Domini ſui tale prædium, quale habuit in villa, quæ dicitur Forſtarin, cultum atque incultum, quæſitum & inquirendum ea conditione, ne ipſe alicui poſthæc in beneficium præſtaret, & quoadusque viverent, beneficium, quod tunc habuerunt, poſſiderent. Hujus rei teſtes ſunt: Warmunt, Dieterich, Wezil, Perhterih, Aribo de Hunzingen.

CLXII.

Traditio, quem illuſtris memoriæ Comes Waltherus fecit altario S. Sebaſtiani, nota & manifeſta in perpetuum maneat univerſæ Chriſtianitati. Tradidit enim omnipotenti Deo & prædicto Sancto & cæteris Sanctis Eberſperc. honorificè quieſcentibus, ad uſum Monachorum, Deo ibi militantium tale quale Stircilheim habuit prædium cum omnibus ad id pertinentibus, pro anima patris ſui Waltherii & pro anima matris ſuæ Hemmæ, & pro anima avunculi ſui Comitis Arnolfi & pro anima fratris ſui Engilberti, & pro animabus omnium fidelium defunctorum. Hujus rei teſtes ſunt Dietrich de Herlichoven, Oudalrich de Walda, Dietmar de Steinhart filius Ekkirim, Ortuvin, Gerung de Uutingin, Aribo de Rimidingin, Marchward frater Erimberti, Henfloch & frater ejus Oudalrich, Oudalrich puer, Gebolf, Gozpreht, Waltichuon, Gerold. Deinde cum in Oriente infirmaret, petiit omnes ſuos fideles, ut cum illorum adjumento apud Eberſperg ſepeliretur. In præſentia quoque nobiliſſimorum regionis illius adjunxit ſupradicto prædio ea, quæ fideliter ſubnotamus, id eſt: Cheminaun, Grieza, Havanarisheim, Podalungisheim, Langangazzon, Wintpollingin, Walda & tradidit illa in manus cujusdam nobilis ſui militis Werinherii de Winchelſazzen tradenda poteſtativè S. Sebaſtiano pro ſuæ & prænominatarum animarum remedio. Quam traditionem fecit Werinherius cum ſervis & ancillis & cum omnibus ad prædicta prædia pertinentibus, priusquam ſepeliretur Venerabilis Comes Waltherus tractis per aures his teſtibus: Wirund, Goteſcalch, Wilihalm, Dietloch, Kerunc, Werinheri Ekkart, Aribo, Adalbero, Gebolf, Gozpreht, Hetvolch, Ruopreht, Burchart, Adalo, Reginwart, Hetvolch, Ebbo, Dietrich.

CLXIII.

(u) Ille, qui apographum confecit, monet dubiam hic lectionem eſſe & perinde *Fietta* legi poſſe.

CLXIII.

Werinherius ſupra nominatus ex traditione prædicti Comitis Waltherii tradidit S. Sebaſtiano in proprietatem unum manſum in loco, qui dicitur Ellinpoldesberc. Iſti ſunt teſtes: Dietmar, Oudalrich, Goteſchalch, Engilmar, Gebolf, Ovdalrich, Fridipreht.

CLXIIII.

Wolftrigil quidam nobilis ſuperveniens in hora exitus morituri jam cito Waltherii, ſuſcepit de manu ejus unum manſum apud Effingin, in loco, qui dicitur Gravingin, tradendum pro remedio animæ ejus altario S. Sebaſtiani ſerviturum fratrum utilitati. Quod idem Wolftrigel ſub his teſtibus devotiſſimè implevit. Teſtes: Engilmar, Hartman, Chuonrad, Eginolf, Altman, Werinheri, Gozpreht, Chazili, Sigiloch, Oudalrich, Wolfheri, Gebolf, Ruodmund, Wirund, Oudalrich.

CLXV.

Dietrich junior de Herlichoven ex traditione prædicti Comitis Waltharii tradidit S. Sebaſtiano in proprietatem ſervitii quemdam, qui vocatur Hartwicus. Teſtes: Dietrich pater ejusdem traditoris, Werinheri, Wirund, Marchward, Ovdalrich.

CLXVI.

Hos ſervos tradidit bonæ memoriæ Comes Waltharius S. Sebaſtiano cum prædiis ſuis: Urlwich cum ſuo prædio Aſcowa, Gnannon & Hezilon & Sinpreht cum ſuis prædiis apud Werinherisheim. Ex quibus Urlwich tradidit filiis ſuis, iisdem etiam ſervis S. Sebaſtiani ſuum prædium apud Aſcowa ſub his teſtibus: Oudalrich & frater ejus Henvolk & filius ejus Henvolck, Adalhart, Gottfrid, Piligrim, Fridipreht, Miman, Wezil, Rihheri.

CLXVII.

Nihil, ut ait ſcriptura, intulimus in hunc mundum, haud dubium quin nec auferre quid valeamus, niſi bona, quæ ob remedium animæ noſtræ facimus. Hæc ego Heinricus conſiderans & molem peccatorum meorum mecum reputans, ad remedium miſeræ animæ meæ & animarum parentum meorum & omnium fidelium defunctorum, petitione etiam Roudperti Abbatis tradidi ad altare S. Sebaſtiani, quod eſt adEberſperch *Quantulam* & duos manſus in Tubaiet cum manu materteræ meæ Willibirgæ, cujus ipſum prædium erat, & poſt ejus mortem hæreditario jure in meum jus venerat. Ea quippe lege tradidi ipſum prædiolum ad prædictum altare cum cultis & incultis, cum quæſitis & inquirendis ut illuc perpetualiter deſerviat fratribus ibi Domino & S. Sebaſtiano ſervientibus. Hujus rei teſtes tracti ſunt per aures: Goteſchalc, Dietmar, Rafolt, Hartwic, Ebbo, Otto, Warmund, Altmann, Pabo, Hettvolck, Irminhart, Gebolf, Roudolf, Hettvolck, Adelo, Heinrih, Wirind. Dedit etiam inveſtituram ipſius prædii. Teſtes: Goteſchalc, Dietmar.

CLXVIII.

Domina Willibirg matertera ſcilicet prædicti Heinrici petitione Domini Abbatis Roudperti dedit ob remedium animæ ſuæ & mariti ſui Werinharii cunctorúmque amicorum ſuorum. . . . Teſtes: Altman, fratres ejus Gotti & filius ejus Sigimar, Rafolt & frater ejus Adalbero, Ebbo, Reginpreht, Weriant, Rihwin, Altman, Hettvolck, Iſingrin, Wieman, Bernhart de Epphenbrunnen, Bernhart. Pro inveſtitura teſtes: Altman & frater ejus Gotti.

CLXIX.

Quidam Nobilis nomine Askwin tradidit ſuum prædium, quod habuit apud Erlipach Deo & S. Sebaſtiano pro ſuæ animæ & omnium fidelium animarum remedio, ut cum moreretur ſub umbra S. Sebaſtiani altarii, & ſub orationibus fratrum Eberſperc Deo famulantium honorificè ſepeliretur. Teſtes ſuper hoc ſunt tracti: Ekkirich, Roudpreht, Aribo, Hettfolch, Oudalrich, Eberhard, Pertold, Gebolf, Chuono, Hettfolch, Heinrich.

CLXX.

Miles quidam Goteſchalh dictus ad extrema vitæ perductus dedit prædium ſuum, quod ſuper Roſſoldesberc juxta flumen Merilaha habuit, in manus Hartmanni pueri de Stainhart pro jure ſepulchri ſib concedendi. Quod idem Hartmannus implevit ſub his teſtibus: Dietmar, Pater Hartmanni, Hartwic de Owiſte, Goteſcalch, Heinrich, Gebolf, Wolfliez, Ekkirih.

CLXXI.

Quidam liber homo nomine Ebbo, petitone Roudperti Abbatis, ſuſceptis ab eo V. talentis, prædium ſuum, quod apud Moſaha habuit, cultum & incultum pratis & paſcuis, & ſylvis, excepto molendino, tradidit Deo & S. Sebaſtiano ob animæ ſuæ remedium omniúmque defunctorum fidelium. Teſtes per aures tracti: Ekkirih, Dietpreht, Aribo de Engilhalmingen, Ebbo, Oudalrich, Henfloch & frater ejus Gozpreht, Dietmar, Rihheri, Gnanno, Heizo.

CLXXII.

Rihkart Oudalrici Comitis filia dedit manu poteſtativa ſuper altare S.Sebaſtiani tria mancipia, Routmundum ſcilicet & ſororem ejus cum filiis ſuis & omni poſteritate ſua. Teſtes: Rafolt de Brucca, Amalpert, Adalpero, Aribo, Wolfram, Ekkirih, Dipolt.

CLXXIII.

Quidam liber nomine Adalo, tradidit ſe ipſum cum filio ſuo Riherio ſuper altare

S. Sebaſtiani eo pacto, ut idem ſuus filius acciperet uxorem de familia prædicti Sancti, & prædium quod Luvingin habuit, quamdiu viveret cum uxore ſua in beneficium de poteſtate Abbatis poſſideret. Si autem abſque matrimonio vitam finiret, prædium prædictum ob animarum omnium fidelium ſalutem Deo & S. Sebaſtiano, ad utilitatem fratrum eidem Sancto famulantium perpetualiter ſerviret. Iſti ſunt teſtes: Werinheri de Winchilſazin, Oudalrich puer de Stainhart, Hettfloch junior, Gnano de Scerigo, Richeri.

CLXXIIII.

Quidam Nobilis nomine Heinricus tradidit Deo ſuper altare S. Sebaſtiani ad uſum fratrum eidem Sancto famulantium, quod ad Grammanisdorf habuit prædium, pro anima patris ſui Romæ occiſi & pro animabus omnium fidelium defunctorum, Teſtes iſti ſuper hoc ſunt tracti Hartman, Gerunc, Adalhart, Ovdalrich, Oudalrich, Walbrun, Eberhard, Ruodpreht, Gebolf, Warmund, Gebolf, Ruodmund, Gnanno, Heinrich, Wirund. Tradidit etiam inveſtituram ipſius prædii pro memorato Sancto. Super hoc tracti ſunt teſtes: Gerunc & Oudalrich.

CLXXV.

Nota & manifeſta maneat univerſæ Chriſtianitati devotio cujusdam nobilis viri de Steinhart Dietmari, qui tradidit ſuper altare S. Sebaſtiani prædium apud Moſaha, quod ante fuit felicis memoriæ Meginhardi, patris ſcilicet Eberſpergenſis Abbatis Ruodperti, cum omnibus ad id pertinentibus, ſcilicet Baſilica, agris, ſylvis, pratis, paſcuis, molendinis, pro animabus patris ejusdem Abbatis, & Adalæ ejus matris, Duringi quoque ejus fratris, omnibus Chriſtianis animabus fideliter admixtis. In auditu quoque omnium ad hanc traditionem manentium, ab eodem venerabili Abbate reſtitutum eſt & laudatum, ut fratribus hic Domino famulantibus ipſum prædium ſerviat ad veſpertinalis cœnæ ſupplementum, & in anniverſario ſuo promptius celebrando habeant ſufficiens obſequium. At ſi ab aliquo Abbate hæc conſtitutio fortaſſe, quod abſit, deſtruatur: juxta decreta omnium illicò pro proximo hærede in illo tunc genere aureum nummum ſuper S. Sebaſtiani altare ponente, perpetuo jure prædium jam dictum poſſideatur. Iſti ſunt horum teſtes: Aribo de Hag . . Oudalrich de Walda, Otachar de Marchpach, Hartman, Hoholt, Aribo de Englheim, Waltman de Oeſele, Raffold de Prucca, Oudalſalc, Gebolf, milites, Henfolc, Warmunt, Wezil, Heinrich, Chono, Rihheri Miniſtri noſtræ Eccleſiæ. Pro inveſtitura ipſius prædii teſtes: Aribo de Hag, Oudalrich de Walda, Oudalrich de Poziprunnen, Aribo de Egheim, Henfolc, Warmunt, Richere. (x)

CLXXVI.

Omnibus Chriſti fidelibus notum ſit, quod Irinch Miniſter hujus loci tradidit per manum Advocati Ekkihardi, præſente Abbate Adalberone & fratribus, prædium quod habuit in villa Pollemoſe ſuper altare S. Sebaſtiani ea conditione ut uxor & filius ejus tale beneficium ſuſciperent, quale ipſe habuit, & per hoc dedit duo talenta. Et iſti ſunt teſtes: Walthere de Perhericheshuſen, Roudpertus de Moſa, & de Miniſtris Advocati Heinrich de Gravingin & filius ejus Heinrich, Baldwin, Markward, Ratold, Adalpertus, Miniſtri hujus loci Roudpertus & frater ejus Heitvolch, Wirunt & filius ejus Wirunt, Wecil, Skillinch, Hiltiprant.

CLXXVII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo nomine Burchardus prædium ſuum quod habuit apud Watenpach (y) cum omnibus ad id pertinentibus Deo & S. Sebaſtiano fratribúsque Eberſpergenſi loco ipſi Sancto ſervientibus, abſque ulla contradictione in proprietatem dedit pro ſepultura & pro requie animæ fratris ſui Chonradi occiſi, ſuæque animæ requie ac parentum ſuorum atque omnium fidelium defunctorum, ea tamen conditione interpoſita, ut ſi unquam ab Abbate ipſius loci in beneficium concedatur, proximus ejus hæres aureum nummum ſuper altare prædicti Sancti ponat, ſicque hæreditario jure poſſideat. Hujus rei teſtes ſunt: Chuno de Megeligen, & frater ejus Meginhart, Oudalſchalch de Bruge, Bercholdus de Winebuiren, Marchwart de Torrigen, Fritilo, Gotepolth de Sindoltigen & filius ejus Reginmar, Hoholt puer.

CLXXVIII.

Notum ſit omnibus Chriſtianis præſentibus & futuris, quod Præfectus urbis Ratiſponæ Otto nomine Romam proficiſci ſtatuens tradidit pro remedio animæ ſuæ ſuorúmque parentum altario S. Sebaſtiani tempore Waltheri cujusdam familiæ advocati *Trutam* & ejus ſororem *Juſulam* in proprietatem ad qualecunque ſervitium fratribus perſolvendum. Hujus rei teſtes ſunt: Wezil de Ebra, Regiholt de Reginoltesberge, Aſcuvin de Herranteſcadme, & ejus frater Eppo. De familia Gozpreht & ejus filius Gozpreht, Warmunt, Gebolf, Wirnt, & ejus filius Irinc.

CLXXIX.

Noverint omnes Chriſtiani tam præſentes quam futuri traditionem, quam fecit quidam miles nomine Dietpolt ſuper altare S. Sebaſtiani loco Eberſpergenſi. Dedit enim poteſtativa manu Deo & prædicto Sancto prædium, quod apud Perga habuit cum

---

(x) Sequitur hoc loco concambium, quod in libello concamb. Num. XXIX. refertur.

(y) erat in marg. *In valle æni.*

CLXIII.

Werinherius ſupra nominatus ex traditione prædicti Comitis Waltherii tradidit S. Sebaſtiano in proprietatem unum manſum in loco, qui dicitur Ellinpoldesberc. Iſti ſunt teſtes: Dietmar, Oudalrich, Goteſchalch, Engilmar, Gebolf, Ovdalrich, Fridipreht.

CLXIIII.

Wolſtrigil quidam nobilis ſuperveniens in hora exitus morituri jam cito Waltherii, ſuſcepit de manu ejus unum manſum apud Effingin, in loco, qui dicitur Gravingin, tradendum pro remedio animæ ejus altario S. Sebaſtiani ſerviturum fratrum utilitati. Quod idem Wolſtrigel ſub his teſtibus devotiſſimè implevit. Teſtes: Engilmar, Hartman, Chuonrad, Eginolf, Altman, Werinheri, Gozpreht, Chazili, Sigiloch, Oudalrich, Wolfheri, Gebolf, Ruodmund, Wirund, Oudalrich.

CLXV.

Dietrich junior de Herlichoven ex traditione prædicti Comitis Waltharii tradidit S. Sebaſtiano in proprietatem ſervitii quemdam, qui vocatur Hartwicus. Teſtes: Dietrich pater ejusdem traditoris, Werinheri, Wirund, Marchward, Ovdalrich.

CLXVI.

Hos ſervos tradidit bonæ memoriæ Comes Waltharius S. Sebaſtiano cum prædiis ſuis: Urlwich cum ſuo prædio Aſcowa, Gnannon & Hezilon & Sinpreht cum ſuis prædiis apud Werinherisheim. Ex quibus Urlwich tradidit filiis ſuis, iisdem etiam ſervis S. Sebaſtiani ſuum prædium apud Aſcowa ſub his teſtibus: Oudalrich & frater ejus Henvolk & filius ejus Henvolck, Adalhart, Gottfrid, Piligrim, Fridipreht, Miman, Wezil, Rihheri.

CLXVII.

Nihil, ut ait ſcriptura, intulimus in hunc mundum, haud dubium quin nec auferre quid valeamus, niſi bona, quæ ob remedium animæ noſtræ facimus. Hæc ego Heinricus conſiderans & molem peccatorum meorum mecum reputans, ad remedium miſeræ animæ meæ & animarum parentum meorum & omnium fidelium defunctorum, petitione etiam Roudperti Abbatis tradidi ad altare S. Sebaſtiani, quod eſt ad Eberſperch *Quantulam* & duos manſus in Tubaiet cum manu materteræ meæ Willibirgæ, cujus ipſum prædium erat, & post ejus mortem hæreditario jure in meum jus venerat. Ea quippe lege tradidi ipſum prædiolum ad prædictum altare cum cultis & incultis, cum quæſitis & inquirendis ut illuc perpetualiter deſerviat fratribus ibi Domino & S. Sebaſtiano ſervientibus. Hujus rei teſtes tracti ſunt per aures: Goteſchalc, Dietmar, Rafolt, Hartwic, Ebbo, Otto, Warmund, Altmann, Pabo, Hettvolck, Irminhart, Gebolf, Roudolf, Hettvolck, Adelo, Heinrih, Wirind. Dedit etiam inveſtituram ipſius prædii. Teſtes: Goteſchalc, Dietmar.

CLXVIII.

Domina Willibirg matertera ſcilicet prædicti Heinrici petitione Domini Abbatis Roudperti dedit ob remedium animæ ſuæ & mariti ſui Werinharii cunctorúmque amicorum ſuorum. . . . Teſtes: Altman, fratres ejus Gotti & filius ejus Sigimar, Rafolt & frater ejus Adalbero, Ebbo, Reginpreht, Weriant, Rihwin, Altman, Hettvolck, Iſingrin, Wieman, Bernhart de Epphenbrunnen, Bernhart. Pro inveſtitura teſtes: Altman & frater ejus Gotti.

CLXIX.

Quidam Nobilis nomine Askwin tradidit ſuum prædium, quod habuit apud Erlipach Deo & S. Sebaſtiano pro ſuæ animæ & omnium fidelium animarum remedio, ut cum moreretur ſub umbra S. Sebaſtiani altarii, & ſub orationibus fratrum Eberſperc Deo famulantium honorificè ſepeliretur. Teſtes ſuper hoc ſunt tracti: Ekkirich, Roudpreht, Aribo, Hettfolch, Oudalrich, Eberhard, Pertold, Gebolf, Chuono, Hettfolch, Heinrich.

CLXX.

Miles quidam Goteſchalh dictus ad extrema vitæ perductus dedit prædium ſuum, quod ſuper Roſſoldesberc juxta flumen Merilaha habuit, in manus Hartmanni pueri de Stainhart pro jure ſepulchri ſib concedendi. Quod idem Hartmannus implevit ſub his teſtibus: Dietmar, Pater Hartmanni, Hartwic de Owiſte, Goteſcalch, Heinrich, Gebolf, Wolfliez, Ekkirih.

CLXXI.

Quidam liber homo nomine Ebbo, petitone Roudperti Abbatis, ſuſceptis ab eo V. talentis, prædium ſuum, quod apud Moſaha habuit, cultum & incultum pratis & paſcuis, & ſylvis, excepto molendino, tradidit Deo & S. Sebaſtiano ob animæ ſuæ remedium omniúmque defunctorum fidelium. Teſtes per aures tracti: Ekkirih, Dietpreht, Aribo de Engilhalmingen, Ebbo, Oudalrich, Henfloch & frater ejus Gozpreht, Dietmar, Rihheri, Gnanno, Heizo.

CLXXII.

Rihkart Oudalrici Comitis filia dedit manu poteſtativa ſuper altare S. Sebaſtiani tria mancipia, Routmundum ſcilicet & ſororem ejus cum filiis ſuis & omni poſteritate ſua. Teſtes: Rafolt de Brucca, Amalpert, Adalpero, Aribo, Wolfram, Ekkirih, Dipolt.

CLXXIII.

Quidam liber nomine Adalo, tradidit ſe ipſum cum filio ſuo Riherio ſuper altare S.Seba-

S. Sebaſtiani eo pacto, ut idem ſuus filius acciperet uxorem de familia prædicti Sancti, & prædium quod Luvingin habuit, quamdiu viveret cum uxore ſua in beneficium de poteſtate Abbatis poſſideret. Si autem absque matrimonio vitam finiret, prædium prædictum ob animarum omnium fidelium ſalutem Deo & S. Sebaſtiano, ad utilitatem fratrum eidem Sancto famulantium perpetualiter ſerviret. Iſti ſunt teſtes: Werinheri de Winchilſazin, Oudalrich puer de Stainhart, Hettfloch junior, Gnano de Scerigo, Richeri.

CLXXIIII.

Quidam Nobilis nomine Heinricus tradidit Deo ſuper altare S. Sebaſtiani ad uſum fratrum eidem Sancto famulantium, quod ad Grammanisdorf habuit prædium, pro anima patris ſui Romæ occiſi & pro animabus omnium fidelium defunctorum, Teſtes iſti ſuper hoc ſunt tracti Hartman, Gerunc, Adalhart, Ovdalrich, Oudalrich, Walbrun, Eberhard, Ruodpreht, Gebolf, Watmund, Gebolf, Ruodmund, Gnanno, Heinrich, Wirund. Tradidit etiam inveſtituram ipſius prædii pro memorato Sancto. Super hoc tracti ſunt teſtes: Gerunc & Oudalrich.

CLXXV.

Nota & manifeſta maneat univerſæ Chriſtianitati devotio cujusdam nobilis viri de Steinhart Dietmari, qui tradidit ſuper altare S. Sebaſtiani prædium apud Moſaha, quod ante fuit felicis memoriæ Meginhardi, patris ſcilicet Eberſpergenſis Abbatis Ruodperti, cum omnibus ad id pertinentibus, ſcilicet Baſilica, agris, ſylvis, pratis, paſcuis, molendinis, pro animabus patris ejusdem Abbatis, & Adalæ ejus matris, Duringi quoque ejus fratris, omnibus Chriſtianis animabus fideliter admixtis. In auditu quoque omnium ad hanc traditionem manentium, ab eodem venerabili Abbate reſtitutum eſt & laudatum, ut fratribus hic Domino famulantibus ipſum prædium ſerviat ad veſpertinalis cœnæ ſupplementum, & in anniverſario ſuo promptius celebrando habeant ſufficiens obſequium. At ſi ab aliquo Abbate hæc conſtitutio fortaſſe, quod abſit, deſtruatur: juxta decreta omnium illicò pro proximo hærede in illo tunc genere aureum nummum ſuper S. Sebaſtiani altare ponente, perpetuo jure prædium jam dictum poſſideatur. Iſti ſunt horum teſtes: Aribo de Hag.. Oudalrich de Walda, Otachar de Marchpach, Hartman, Hoholt, Aribo de Englheim, Waltman de Oeſele, Raffold de Prucca, Oudalſalc, Gebolf, milites, Henfolc, Warmunt, Wezil, Heinrich, Chono, Rihheri Miniſtri noſtræ Eccleſiæ. Pro inveſtitura ipſius prædii teſtes: Aribo de Hag, Oudalrich de Walda, Oudalrich de Pozipruннen, Aribo de Egheim, Henfolc, Warmunt, Richere. (x) (x)

CLXXVI.

Omnibus Chriſti fidelibus notum ſit, quod Irinch Miniſter hujus loci tradidit per manum Advocati Ekkihardi, præſente Abbate Adalberone & fratribus, prædium quod habuit in villa Pollemoſe ſuper altare S. Sebaſtiani ea conditione ut uxor & filius ejus tale beneficium ſuſciperent, quale ipſe habuit, & per hoc dedit duo talenta. Et iſti ſunt teſtes: Walthere de Perhericheshuſen, Roudpertus de Moſa, & de Miniſtris Advocati Heinrich de Gravingin & filius ejus Heinrich, Baldwin, Markward, Ratold, Adalpertus, Miniſtri hujus loci Roudpertus & frater ejus Heitvolch, Wirunt & filius ejus Wirunt, Wecil, Skillinch, Hiltiprant.

CLXXVII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis homo nomine Burchardus prædium ſuum quod habuit apud Watenpach (y) cum omnibus ad id pertinentibus (y) Deo & S. Sebaſtiano fratribúſque Eberſpergenſi loco ipſi Sancto ſervientibus, absque ulla contradictione in proprietatem dedit pro ſepultura & pro requie animæ fratris ſui Chonradi occiſi, ſuæque animæ requie ac parentum ſuorum atque omnium fidelium defunctorum, ea tamen conditione interpoſita, ut ſi unquam ab Abbate ipſius loci in beneficium concedatur, proximus ejus hæres aureum nummum ſuper altare prædicti Sancti ponat, ſicque hæreditario jure poſſideat. Hujus rei teſtes ſunt: Chuno de Megeligen, & frater ejus Meginhart, Oudalſchalch de Bruge, Bercholdus de Winebuiren, Marchwart de Torrigen, Fritilo, Gotepolth de Sindoltigen & filius ejus Reginmar, Hoholt puer.

CLXXVIII.

Notum ſit omnibus Chriſtianis præſentibus & futuris, quod Præfectus urbis Ratiſponæ Otto nomine Romam proficiſci ſtatuens tradidit pro remedio animæ ſuæ ſuorúmque parentum altario S. Sebaſtiani tempore Waltheri cujusdam familiæ advocati *Trutam* & ejus ſororem *Juſulam* in proprietatem ad qualecunque ſervitium fratribus perſolvendum. Hujus rei teſtes ſunt: Wezil de Ebra, Regiholt de Reginolteſberge, Aſcuvin de Hertanteſcadme, & ejus frater Eppo. De familia Gozpreht & ejus filius Gozpreht, Warmunt, Gebolf, Wirnt, & ejus filius Irinc.

CLXXIX.

Noverint omnes Chriſtiani tam præſentes quam futuri traditionem, quam fecit quidam miles nomine Dietpolt ſuper altare S. Sebaſtiani loco Eberſpergenſi. Dedit enim poteſtativa manu Deo & prædicto Sancto prædium, quod apud Perga habuit cum

---

(x) Sequitur hoc loco concambium, quod in libello concamb. Num. XXIX. refertur.

(y) erat in marg. *In valle æni.*

omnibus ad id pertinentibus, id eſt, agris, pratis, paſcuis, ſylvis, quæſitis & inquirendis in proprietatem eo tenore, ut poſt mortem ipſius fratribus ibi Domino ſervientibus perpetualiter deſerviant absque omnium hominum contradictione pro remedio animæ ſuæ & parentum ſuorum atque omnium fidelium defunctorum. Econtra conceſſit illi Abbas Hartwicus unum molendinum apud Moſaha & duos manſos, unum apud Wedarmingen & alium apud Otaceresperh & fiſcalem locum apud Hunichiren quousque viveret. Teſtes ſunt iſti: Oudalrich de Walda, frater ejus Babo de Luterenbah, Oudaſcalhe de Brucca, Egilolf de Haenigen, Wirinhero de Latingen, Dietholt de Ouſte & frater ejus de Dietramigen, Dietmar de Holtzen, Megingoz de *Loufzoren*, Gaminolf de Wttlingen, Lanzo de Furlinmos & frater ejus Aſcuuin de Wetingen atque Friderich, Luitholt de Adaligen & Werinhart frater ejus, Roudperht de Moſaha, Wirunt, Hertfolc, Roudolf, Wezil, Freſo Miniſtri.

CLXXX.

Quidam liber homo nomine Roudolf iturus Jeruſalem & volens lucrari animam ſuam tradidit Deo ſuper altare S. Sebaſtiani in uſum fratrum ipſi Sancto Sebaſtiano ſervituris unum Molendinum apud Purin ſitum & prædium quod habuit apud Tagalcichingin cum omnibus ad id pertinentibus, ſcilicet duobus mancipiis, Hezil & Adalhart, pratis, paſcuis, ſylvis, quæſitis & inquirendis pro remedio animæ ſuæ parentúmque ſuorum atque omnium fidelium defunctorum, interpoſita ea conditione, ut ſi cui in poſterum in beneficium præſtetur, ſibi proximus hæres aureum nummum ſuper altare prædicti Sancti ponat, ſicque hæreditario jure poſſideat. Teſtes ſunt hujus rei per aurem tracti: Oudalſchalh de Brucca, Dietpolt de Berga, Roudpreht de Scattenhoven, Warmund de Sunderhuhen, Lanzo de Furlinmos, Waldman de Tagel, Adalheim de Steinheim, Petto, Hartwic, Chuno Miniſtri.

CLXXXI.

Anno ab incarnatione Dominica MCXXXIIII. conſtitutus eſt Abbas Heinricus & Dominus. Sub ipſo Abbate facta eſt hæc traditio. Cognoſcat omnium Chriſti fidelium multitudo, quod quidam nobilis Roudpertus vocabulo, tradidit Deo & S. Sebaſtiano prædium apud Steinheringen ſibi de poteſtativa manu traditum, eo pacto, ut Eppo ſingulis diebus acciperet præbendam unius Monachi de ejusdem Sancti clauſtro, ſimúlque ut victus & veſtitus darentur ejusdem. Teſtes: Waldman de Tagel, Giſilold de Urdorf, Adalhard de Steinheim, Henfloch, Ruodpertus &c. Miniſtri.

CLXXXII.

Simili modo Engelmar miles de Milingin dedit Deo & S. Sebaſtiano prædium apud Sconinprunen. Teſtes: Adalbero de Brucca, Berhtold de Rota, Heinrich Dipolt &c.

CLXXXIII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam liber nomine Friderat & uxor ejus Chuniza tradiderunt ſuper altare S. Sebaſtiani Deo & ipſi Sancto prædium apud Ridingin ad uſum fratrum Eberſperc Deo famulantium, pro animabus eorum & omnium fidelium defunctorum. Teſtes: Roudpert de Moſaha, Alwin de Giſindorf, Heitfolch, Roudpreht, Wirund, Irinck, Warmund, Hildibrand, Rihart, Otto de Wittlinſpach & filius ejus Otto, Heinrich de Aſcham, Oudalſcalc de Walcheshovel, Rahiwin de Gozoldesheim, Oudalriche de Starngin, Heinrich, Waldman.

CLXXXIIII.

Notum ſit cunctis fidelibus Chriſti, quod Aribo de Anchdorf tradidit ſuper altare S. Sebaſtiani prædium apud Altmaniſperg. Et iſti ſunt teſtes: Engilmar de Milingin, Gozwin, Ekkihard de Engilhalmingen, Pernger, Adalram de Henvolch, Roudpreht, Eppo, Herrant, Irinch &c.

CLXXXV.

Simili modo quidam nobilis vir nomine Dietmar prædium ſuum apud eundem locum Altmaniſperg, tradidit Deo & S. Sebaſtiano. Iſti ſunt teſtes: Arnolt de Ellinrichin, Engilmar de Milingin, Roudpreht, Luiſpold, Herrant, Eppo, Roudmund, Gerwig, Gozpreht, Dietmar, Chuono &c.

CLXXXVI.

Omnibus Chriſti fidelibus notum ſit, quod Herrant Miniſter hujus loci tradidit prædium ſuum apud Sewen ſuper altare S. Sebaſtiani.

CLXXXVII.

Omnibus Eccleſiæ Chriſti fidelibus præſentia pandimus, quod Dominus Otto de Aſcheim Nobilis, partem molendini ſupremi, quod erat ei nobiſcum commune juxta ripam Semithæ fluvii & viam citeriorem per bona ſua Deo Sanctóque Sebaſtiano potenti manu libera delegatione tradidit, & ab Abbate Roudperto juniore conſanguineo ſuo fratrum Miniſteraliúmque conſilio, ſex talenta proinde recepit. Super hoc teſtes ſunt: Albo de Rorſtorf, Fridrich de Juden, Ovdalrich de Scouhel, Bernhart de Swaben, Gozpreht de Engelhalmingen Miniſteriales, Waltman, Marquard, Eberwin, Fridrich, Heinrich, Heinrich de Frieſe, Chuonrath, Ekkehart de Hevelt.

CLXXXVIII.

Item ejusdem Ottonis proprius quidam miles Oudalrich de Schuchel * licentia Domini ſui tradidit eidem Martyri S. Sebaſtiano pratū quoddam & viam juxta eandē Semitæ

ripam,

* qui ſuperius inter Miniſteriales.

ripam, poſt mortem ſuam ſic ut ipſe ſuperſtes manuteneretur, uſum autem nobis & vivens & moriens relinqueret. Super hoc teſtes ſunt Miniſteriales: Heinricus, Wirnto, Heitvolch, Luitfride, Sotenhoven, Herman de Spocperch, Dietrich de Rieden, Chouneher de Preco, Pernhart de Garwart, Pernhart de Swilanche, Ekkehart de Sperling.

CLXXXIX.

Notum fieri volumus, quod Irmingar-
dis de Poubenhoven ſe & hæredes ſuos, &
fratres ejus Chunz & Heink, ſcilicet à Fri-
derico Solido & Heilka ad altare S. Sebaſtia-
ni jure cenſuali & pro quadam ſumma pe-
cuniæ præſente Abbate Chuonrado Hofmei-
(z) ſter Fridericus Solidus . . . . (z) rei teſtes
ſunt, Heinricus, Huno, Heinricus de
Schuhlaer, Ulricus de Gaſteige & alii quam
plures.

CXC.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam
præſentibus quam futuris, quod duo fra-
tres de Sigolsprunne annuatim debent per-
(a) ſolvere, quilibet . . . . (a)

CXCI.

De Familia S. Sebaſtiani quidam vir nomine Gelont dedit Deo & ejusdem Sancto prædium ſuum, quod habuit apud Steinherigin & unam ancillam nomine Goldrim pro quinque denariis annuatim more capiat pro animæ ſuæ Engilu & omnium fidelium animarum remedio & pro ſepultura ejus. Teſtes ſunt iſti: Ekkehart Advocatus Megingoz, Henſolhe, Ruopreht, Chuono, Luitpolt, Gerwic, Gerwil de Wiung, Heinrich, Chuonrad.

CXCII.

Notificamus cunctis Chriſti fidelibus, quod nobilis quædam Willipirch de Tegrenpach in manus Willihalmi fratris ſui de Riſin prædium in eodem loco ſitum Tegrinpach conſentientibus liberis ſuis tradidit, Deo Sanctóque Sebaſtiano tribuendum pro remedio animæ Richeri mariti ſui & omnium parentum eorum, omniúmque fidelium defunctorum. Hujus rei ſunt teſtes: Witilo de Wartinperc, Luitpolt de Ridingen, Perhtolt & Albune de Giſindorf, Friderat de Ridingen, Heinrich & Prun de Staringen. De familia Iſingrin de Pfeffenheim, Heinrich de Tandorf, Chuono filius Hattfolchi, Hatfolch filius Ruodperti, Heinrich de Luvendehun, Hilteprant de Gravingen, Richer, Pero. Deinde ſupradictus Willihalmus petitione ſororis ſuæ perſolvens idem prædium S. Sebaſtiani altare famulantium ibidem fratribus præſentibus tradidit; & idem Willihalmus ejusdem rei eſt teſtis & Wilcbolt de Rubendorf, Gerwich de Wittingen, Loudewic de Engilheim, Gotebreht de Sewen & ſupradicti Miniſtri S. Sebaſtiani.

Eodem anno.

Cunctis Chriſti fidelibus notificamus mulierem quamdam de familia S. Sebaſtiani Outam nomine de Oundingen prædium ſuum in eodem loco ſitum eidem Sancto contradidiſſe ea conditione ut ipſa vivente, uſui ſuo cederet, illáque ex hac luce migrante, annonæ frumentum perpetuo deſerviret. Hoc teſtificant: Altwom de Ellenchoven, Oudalrich de Afilchoven, Oudalrich de Herimoutsdorf. De familia S. Sebaſtiani, Hentvolch Routpertus, ejus filius Hentvolch, Routpertus de Moſaha, Burchard de Herimoutesdorf, Hiltimar de Oundingin, iterum Hiltimar de Oundingin, Wolfoldus, ejus frater Luduwic de Ellenchoven.

CXCIII.

Cunctis Chriſti fidelibus ſcriptis præſentibus inſinuamus, quod quidam nobilis homo Comes ſcilicet Eckehardus principalis Advocatus Eccleſiæ noſtræ tradidit poteſtativa manu, nemine renuente ſuper aram S. Sebaſtiani, Molendinum quod dicitur Ruomoldesmule & prædium quod dicitur Husmaningen, pro remedio animæ ſuæ parentúmque ſuorum. Hujus rei teſtes hi ſunt: Gotſchalc de Hageningen & frater ejus Marchwardus de Mochingen, Kunther de Cholbach, Marcwart de Perchoch, Winhart de Giſenbach, Helmpreht de Solaren, Mengengoz de Diegen & frater ejus Hartman de Uttingen, & alter frater ejus Dietrich, Mengengoz de Zulesdorf & frater ejus Sigehart, Haitfolch & filius ejus Chuno & frater ejus Roupreht de Eberſperch, Wirnt & filius ejus Richer, Ulrich de Hermoutsdorf & filius ejus Marchwart, Purckhart de Eckelburg, Wolfliz de Eberſperc, Liutpolt & filius ejus Gerwin, Trutmunt, Fridrich de Undingen & filius ejus Heinrich.

CXCIIII.

Nobilis quidam Werinhero nomine de Riheisdorf tradidit mancipium unum vocabulo Eberlint ſuper altare S. Sebaſtiani ad miniſteriale ſervitium primitus ſibi ea conditione traditum per manus duorum fratrum Eberhardi & Finwigi de Eiginin. Huic traditioni Miniſteriales præfati S. Sebaſtiani interfuerunt, & aſſenſum eidem traditioni confirmatione teſtimonii ſui præbuerunt, per aurem tracti: Eberhardus de Chinouttingen centurio. Miniſteriales S. Sebaſtiani, Hettvolch de Eberſperch & filius ejus Chuono, Purchart de Hermutesdorf, Rudolf & Dietmar de Moſaha Werinhero de Gislingen, Dietrich de Pizze & ejusdem mancipii traditores, Eberhart, Finwich.

CXCV.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam vivis quam defunctis qualiter quidam ingenuus vir nomine Engelmar delegavit in ma-
. . . . pus

(z) Hic quædam videntur hiare.

(a) Reliqua ita ineptè deſcripta, ut reſcribi non debuerint.

hus fratris ſui nomine Ruodeger de Chatzelpach quoddam prædium ſuum Willingen & aliud prædium apud Smidehuſen delegandum Deo ſuper altare S. Sebaſtiani & confratribus illic Deo ſervientibus, quam delegationem complevit idem prædictus Roudegerus ea conditione ut frater ſuus præfatus prænominata prædia ad conveniens ſervitium quamdiu viveret, in beneficium haberet: Poſt mortem illius, ſi uxor ejus ſuperviveret eadem prædia ab Abbate in beneficium acciperet pro laudato ſervitio, ſicut & ipſe prius acceperat. Hujus rei teſtes ſunt: Roudeger filius Roudegeri & frater Roudhart, Magenes de Biberbach, Waltman de Cale & filius ejus Waltman, Erbe de Linthac, Hadebreher & Heinrich de Dorffen, Wolfolt de Horbach, Roudpreht & Gebhart de Pfeffingen, Kerolt de Goutinougen; Miniſteriales Warmund, Marcwart, Gerwic, Herſolc & frater ejus Roupreht, Couſne, Purchart, Roudolf, Otte.

CXCVI.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam præſentibus qualiter quidam vir nomine Magonus delegavit poteſtativa manu ſuper altare S. Sebaſtiani & confratribus ibidem Deo ſervientibus quoddam prædium ſitum ad Pruerpach poſt vitam ſuam, conſenſu & rogatu uxoris ſuæ pro remedio animæ ſuæ & omnium parentum ſuorum. Illius rei teſtes ſunt Roudeger & filius ejus Roudeger, Waltman de Tale, Erbe de Lintaha, Hadelbrech & Heinrich de Dorfen, Wolfolt, Rouprecht de Horbach, Gebehard de Pfeffingen, Herolt de Goutinoutingen & Miniſtri Hetfolc & frater ejus Ruodpreht, Counene, Purchart, Roudolf.

CXCVII.

Quidam nobilis vir nomine Rahewin & Engelmar tradiderunt ſuper altare S. Sebaſtiani rogatu Aſwini quoddam prædium ſuum ad Tanne pro remedio animarum ſuarum & omnium parentum ſuorum. Teſtes ſunt Adalbero de Prukke, Oudalrich de Hermuntesdof & Miniſtri Henſolc & filius ejus Chuone, Purchart, Waltmann, Roudpreht, Luitpold, Otto.

CXCVIII.

Noverint omnes Chriſtiani tam præſentes quam futuri, qualiter quidam miles nomine Ekkehardus de Zorngoltingen tradidit cum quodam ſerviente ſuo Regenhero in Eberſpergenſi loco, Deo & confratribus ibidem ſervientibus pro remedio animæ ſuæ & omnium parentum ſuorum. Hujus rei teſtes ſunt: Anno de Ellenchoven, Pabo de Luterbach, Ekkart de Bolzen, Cuono, Purchart, Wolfleiz, Fridrich, Engelmar, Heinrich, Wernher de Engelhalmingen.

CXCIX.

Notum ſit tam futuris quam præſentibus qualiter quædam mulier nomine Juditta delegavit rogatu & conſenſu Adalberonis Parochiam de Hechingen in manus cujusdam Minſterialis nomine Chuononis delegandum S. Sebaſtiano & confratribus ibidem Deo ſervientibus pro remedio animæ ſuæ & omnium parentum ſuorum, iſti ſunt teſtes per aures tracti: Chuono, Purchart, Wolfleiz, Luitpolt, Tragebot, Roudpreht, Heinrich.

CC.

Quidam Miniſter S. Roudperti Saltzburgenſis Eccleſiæ nomine Aribo pro ſepultura matris ſuæ Mahthildæ poſuit ſuper altare S. Sebaſtiani quandam poſitionem prædii quam habuit apud Roudemunesdorf, quam poſitionem confirmavit Aribo ſub Abbate Heinrico à quodam viro Friſingenſis Eccleſiæ nomine . . . . qui ſibi poſuerat ea conditione, ut perpetualiter ſerviat prædicto Sancto, vel ſi quis hæreditario jure ex cognatione velut retinere, cum tribus talentis redimat. Hujus rei teſtes: Babo, Tagino, Iſingrin, Wolfolt, Wolfgoz, Choune, Purchart, Wolfliez, Liutpold.

CCI.

Notum ſit tam futuris quam præſentibus qualiter quidam nobilis vir nomine Chuono de Minendorf cum conſenſu uxoris ſuæ, & filius ejus Perinhart tradidit ſuper altare S. Sebaſtiani quoddam prædium ſitum Sconrainen pro remedio animæ ſuæ & omnium parentum ſuorum. Hujus rei teſtes ſunt: Chuono, Purchart, Warmunt, Adelram, Wolflez, Otto, Heinrich, Adalber.

CCII.

Quædam mulier noſtræ familiæ nomine . . . . cum filio ejus Dieterico delegaverunt prædium ſuum Piburch ſuper altare S. Sebaſtiani Deo & confratribus ibidem Domino ſervientibus pro remedio proprio & omnium defunctorum . . . prædictos teſtes in teſtimonium ſubjungimus.

CCIII.

De Familia S. Sebaſtiani quidam vir nomine Adelc de Geroute dedit Deo & ejusdem Sancto prædium, quod habuit apud Zidelaren cum omnibus id pertinentibus pro remedio animæ ſuæ & pro omnibus fidelibus defunctis. Et iſti ſunt teſtes: Chuono, Purchart, Wolflez, Otto, Heinrich, Warmunt, Adelhart, Richere.

CCIIII.

Notum & manifeſtum in perpetuum maneat omni Chriſtianitati qualiter quidam nobilis vir nomine Witovezella in hora exitus ſui delegavit quoddam prædium ſitum apud Diengen cum tribus mancipiis, & cum omnibus ad id pertinentibus, in manus quorundam nobilium virorum, Gotefridi de Anctdorf, & Ortolphi de Rotenpahe, uxore ſua Wirada annuente delegandum pro ſepultura ſua ſuper altare S. Sebaſtiani omnipotenti Deo & confratribus ibidem Deo ſervientivientibus, pro remedio animæ ſuæ & pro cunctis fidelibus defunctis. Quam traditionem devotiſſimè impleverunt prædicti Gotfrid & Ortolph ſub his teſtibus: Chuono de Emmendorf, Sigeboto de Saiſſieden, Tageno de Untlingen, Otto de Mitebahe, Dietrich & Megengoz de Struſtorf, Jageno & frater ejus Waltmann, Uz de Momoſe, Megengoz de Diengen, Ebberhart & Gotefrid, Ovdalrich, Hawart de Zoudelsdorf, Hartwihe de Rotenbahe, Heinrich de Surlmos, Miniſtri hujus Eccleſiæ Chouno, Purchart Wolfleiz, Heinriche, Sigeboto de Zella.

CCV.

Quidam cenſualis noſtræ Eccleſiæ nomine Megenhardus tradidit ſuper altare S. Sebaſtiani Deo & confratribus ibidem ſervientibus pro remedio animæ ſuæ quoddam prædium ſitum apud Ringoltesdorf ſub his teſtibus: Choune, Purchart, Wolfliez, Otto, Luitpolt, Heinrich, Frieſe, Arnold, Ruodolf de Undingen.

CCVI.

Notum ſit tam futuris quam præſentibus qualiter quædam nobilis matrona Outa dicta de Mitebahe tradidit quoddam prædium ſitum apud Forſtaren ſuper altare S.Sebaſtiani Deo & confratribus ibidem ſervientibus pro remedio animæ ſuæ & pro ſepultura mariti ſui Ottonis ea conditione ut poſt vitam ipſius matronæ abſque omni contradictione Deo & prædicto Sancto ſerviturum ſit. Quam donationem confirmavit prædicta Outa in teſtimonium cum uno denario annuatim ſolvendo, & teſtes ſunt ſuper hoc tracti: Oudalrich de Camere, Adelpreht de Ouwe, Oudalrich, Adelbreht & Oudeſcalchus & Ekkehardus de Mitepach, Erchenger de Chroulingen. Miniſtri hujus Eccleſiæ Choune, Wolfliez, Otte, Roudolf, Rihhere, Marchart, Luidpolt, Mazele.

CCVII.

Omni futuræ poſteritati notum eſſe decrevimus, quod Perhta de Stainhart quædam Nobilis potenti manu ſine contradictione pro remedio animæ ſuæ, parentúmque ſuorum delegavit ad aram Beatiſſimi Martyris Sebaſtiani, tria mancipia in jus Miniſterialium Brigidam & filium ejus Peringerum, Hattfolchum. Hujus rei teſtes ſunt Meginhart de Maiſahe, Adalpreht de Stainhart, Adalpreht de Nuszdorf. Miniſteriales: Chuno, Richer, Marcwart, Wiſo, Gozpreht, Adalhart, Heinrich, Roudolf, Mazilo & filius ejus Wirnt, Hattfolch, Wirint & cæteri quam plures.

CCVIII.

Notum ſit tam futuris quam præſentibus qualiter quidam cenſualis nomine Irmidie ſub Abbate Adalberone Advocato Chadelhoc conſentiente, tale jus retinuit, ut uxor ejus Hilta cum omni poſteritate ſua per ſingulos annos quinque denarios perſolveret. Hujus rei teſtes ſunt: Perchtolt, Hartlief, Oudalric, Frieſo, Adalhoc, Roudiger, Marcwart, Eppo, Iſingrin, Gutman, Irmifrit.

CCIX.

Notum ſit tam præſentibus quam futuris ancillam nomine Richart de Luuigin cum filiis ſuis Dietrich, Hartwic, Gertrud, Hiltigunt, Juditha & deinceps cum omni poſteritate eorum annuatim ſolvere decem nummos, mares præpoſito qui tunc erit, fœminas autem camerario Dominorum. Hujus rei teſtes ſunt Marcellinus de Swaichove, Marcwin & frater ejus de Eberſperc, Marcwin de Swab, Garwic de Undingin, Routmar de Oriente, Liupolt de Luuigin, Dietmar ... Wernher de Luvigin.

CCX.

Notum faciamus omnibus Chriſti fidelibus qualiter Comes Sifridus de Lubenowe tradidit prædium ſuum, quod dicitur Hattelingen cum omnibus ejusdem prædii appendiciis ſuper aram S. Sebaſtiani pro remedio animæ ſuæ, parentúmque ſuorum. Teſtes hi: Sifridus de Wazerburch, Heinrich de Glone, Arbe de Gunzenheim, Gerhunc de Pizen, Chuno de Eberſperch, Richer, Marcwart, Luitpolt, Udalſchalch de Undingen & alii multi.

CCXI.

Notificamus tam futuris quam præſentibus Chriſti fidelibus præſentia ſcripta legentibus, quod Comes Palatii Otto & filius ejus Otto tradiderunt ſuper altare S. Sebaſtiani Molendinum, quod dicitur Sindoltingen pro redemptione ſuæ parentúmque ſuorum, animarum. Teſtes ſunt: Dietrich de Dorfn, Ulrich de Burinbach, Fridrich de Hattinchaim, Ouſrich & frater ejus Sifrit, Wernhart de Tanne, Dietrich de Struzesdorf, Rudolf de Paſtperch, Hartwic de Richolfesdorf, Pernhart de Rute, Ebo de Wazerburc, Chuno, Richer, Marcwart, Liupolt de Eberſperch, Berwin de Undingen, & Oudelſcalc, Eckehart & alii non pauci.

CCXII.

Agnoſcant omnes Chriſtum colentes, quod quidam cenſualis Geroldus prædium quoddam Hegelingen ſitum Deo fideliter obtulit, & ſuper altare S. Sebaſtiani Martyris pro remedio animæ ſuæ parentúmque ſuorum ad thus annuatim comparandum in uſus Sanctorum delegavit. Hujus rei teſtes: Wurento, Gotfrid, Adelhoh, Hiltmar, Precoz, Chunradus & alii quam plures.

CCXIII.

Noverint omnes Chriſto credentes præſentia ſcripta legentes, quod quidam Miniſterialium noſtrorum Wichmandus nomine. & frater ejus Eberhardus prædium ſuum Wintbozingen S. Sebaſtiano potenti manu, legitimáque traditione vendiderit, ſumptis ab Abbate Roudperto . . . VIII. talentis, uxore ipſius Wichm. Egelen hoc etiam annuente & abdicationem ipſius prædii coram fratribus & Miniſterialibus faciente. Teſtes: Sigelonius de Wazzerburch, Counradus & filia ejus Allpeidis & Benedicta de Veltchirchen.

CCXIIII.

Cognoſcant omnes præſentia ſcripta legentes, qualiter quædam Methildis de Aſelchoven Miniſterialis S. Sebaſtiani prædium, quod apud Walde habuit, ſuper aram ipſius Martyris eo pacto delegavit, quatenus filii ejus tum pro traditione ipſius prædii, tum quia de miniſteriali matre fuerant geniti ad hoc admitterentur, ut quilibet annuatim quindecim denarios perſolveret, & ab omni ſervitio deinceps liberi, id jus apud poſteros Abbates inviolabiliter habere deberent. Teſtes Marquard, Wirinto, Dietmar, Chouno, Roudprecht omnes de Eberſperc, Eberwin de Engiehalm, Weezel de Sweich, Dietmar de Huſen, Pernolt de Cremsm̄. Babo, Wernhart, Adelhoch, Sifrit omnes de Eberſperc, Engildic de Poullen, Engelbert de Mouſe, Sifrid de Oberen, Fridrich de Dorf & alii quam plures.

CCXV.

Notum ſit omnibus tam futuris quam præſentibus, qualiter quædam Matrona nomine . . . . cum ſorore ſua potenti manu, legitimáque traditione prædium ſuum ſitum apud Spicentrenche ſuper aram S. Sebaſtiani delegaverit, Ottonis Ducis Bavariæ & Advocati noſtri necnon Friderici fratris ſui quondam Advocati. Teſtes: Comes Counrad de Valleie, Meinhard de Harge, Heinrich de Stouphe, Chunrad de Monacho . . . . . tradidit cum ccc. lib. ad altare S. Sebaſtiani in Eberſperc. Hujus rei teſtes ſunt quam plures.

CCXVI.

Cognoſcat univerſitas credentium poſterorum & præſentium qualiter quidam Fridericus de Tale prædium ſuum, quod apud Sunderenſtorf habuit, in præſentia & licentia Domini ſui Friderici Palatini, cujus erat Miniſterialis ſuper aram S. Sebaſtiani Martyris potenti manu, legitimáque traditione delegavit, retento ſibi fructuario uſu quouſque viveret. Poſt obitum verò ſuum in uſus fratrum abſque contradictione omnium cedere deberet. Teſtes ſunt: Rudigerus de Lintahe, Albero de Chranz, Irmenſtain de Iningingen & frater ſuus Chunradus, Marquardus, Hainricus, Wirnto, Chuno, Statfolcus, Roudpertus, Wichnandus, Ottmarus de Eberſperch, Chuonradus de Eckkelpurch & alii quam plures.

CCXVII.

Subſecuturam ſcire volumus poſteritatem qualiter Dominus *Fridericus Palatinus* Nemoris (b) Domini dicentis: Ego ſum Lux mundi, qui ſequitur me, non ambulabit in tenebris, ipſius oc . . . rem, prædium quoddam apud *Wintpolingen*, & aliud apud *Tettenbach* ſuper aram S. Sebaſtiani Martyris potenti manu legitimáque traditione delegavit, *contentus* (c) de Impenſa eorum, lumen de oleo in Eccleſia jugiter adminiſtretur, ut patrocinio fultus Sanctorum in precatione quoque hominum hoc in loco famulantium . . . . . . feliciter perfrui mereatur. Teſtes: Albo Cranz, Fridericus Stir, Roudiger de Lintahe, Roudpertus Sagittarius, Irmenſtain de Ininginnen & frater ſuus Chunradus, Waltmannus de Tale, Marquardus, Heinricus, Wirnto, Chuno, Hatfolcus.

CCXVIII.

Notum eſſe volumus præſentium & futurorum temporum fidelibus qualiter quiddam Ekkehardus de Puche licentia Domini ſui Walchuoin de Staine, conſenſu quoque uxoris ſuæ prædium ſuum ad Gundelchoven pro remedio animæ ſuæ parentúmque ſuorum ſuper aram S. Sebaſtiani delegavit, ita ut idem prædium, quouſque viveret, poſſidens, annuatim decem denarios in feſto S. Martini inde ſolveret. Poſt obitum verò ſuum in uſus fratrum eidem Martyri ſervientium cedet hac conditione firmiter interpoſita, ut ſi à quoquam Abbatum alicui in beneficium concedatur, continuo à filiis ſororis ſuæ in uſus ſuos mancipare debentibus, jure beneficiali poſſideatur. Teſtes ſunt: Marquardus, Wirnto, Chouno, Hattfolcus, Roudpertus, Ottmar, Wichnant de Eberſperch, Oudalricus de Hermitesdorf, Gebolf & Albo de Tanne, Ottpoldus de Puche, Bernhardus de Richartingin, Eberhardus & Fridricus de Chersdorf, Egilolfus de Moſaha, Hanfolcus & Chunradus Inſtitor de Wazzerburch ad v. denarios & uxor ejus ad duos denarios Willibirgis nomine.

CCXIX.

Quædam mulier nomine Adalhaidis de familia S. Sebaſtiani cum pro transgreſſione juris ſui ſtatuti continuo fructu in ſervitio mancipari debuiſſet, cum matre ſua Methilde & fratre ſuo Liutoldo prædium ſuum in villa Tätichingin ſuper altare S. Sebaſtiani delegavit ea conditione, ut à ſervitio debito ſoluta ad cenſum ſex denariorum annuatim cœnobio cum filiis ſuis perſolvendum, pertineret. Geſtum ſub Abbate Chunrado & præpoſito Eberhardo. Teſtibus per aurem tractis Friderico Tauro, Miniſteriales: Folco, Roudperto, Wirintone, Berwico & Sifrido, Wicnando, Gebolfo & Hermanno de Richingin & Arnoldo de Haſelbach & aliis quam plurimis.

CCXX.

Noverint omnes Chriſtianam fidem tenentes, quod mulier iſta Diemudis ſecundario ſe redemit de manibus & beneficio Dominorum extraneorum ea conditione, ut amodo ſit cenſualis cum liberis ſuis Chuonrado & Luitkarde, ſuper altare S.Sebaſtiani Martyris, quam denique juſtitiam firmavit eis Dominus Abbas Eberſpergenſis cum hac inſcriptione & cum his teſtibus: Waltmanno, Malzchoſte de Eberſperch, Haitfolco, Wirnto, Chuno Miniſterialibus Henrico Dapifero.

(b) ita Apogr. quid ſi legendum: *memor ſis Domini dicentis?*
(c) ita Apogr. fortè *quatenus.*

CCXXI.

Decedentibus nobis ſuccedentes, qui noſſe velint, noverint, quod Abbas Burchardus comparavit prædium ſitum in Hornbach à Comite Chuenrado de Valeie pro centum talentis. Traditio autem iſta & confirmatio conſummata fuit & confirmata in vico Wernhersmute ſecus fluvium Manicvalt in præſentia Ducis Ludovici eo exiſtente adhuc parvulo & coram Principibus & Comitibus & Miniſterialibus, qui pro diverſis cauſis illic convenerant. Ibi aderat Abbas cum ſuis & Comes Chunradus cum uxore ſua & filio ſuo & Miniſterialibus ſuis & primo omnium juramento confirmavit, quod prædictum prædium poteſtativè tradere poſſet, cui velit, & ſic ipſum prædium ſuum, uxoris ſuæ & filii ſui delegavit & contradidit in manum Fridrici Palatini Comitis ad obſervandum Eccleſiæ Eberſpergenſi. Præterea ad majorem cautelam aliud prædium, quod tunc carius habebat, videlicet *Odoldesbuſen* ſimiliter in manu fidelitatis ejus depoſuit, ut ſi aliquando contingeret Eccleſiam in prædio comparato ne-
*Lect. dub. variter * moleſtari, illud prædium, ſcilicet *Odoldeshuſen* obligatum teneretur Eccleſiæ centum libris argenti cum omnibus appendiciis ſuis. Teſtes qui judicaverunt & audiverunt: Dux Ludovicus, Palatinus, Fridericus Palatinus, Otto, Burggravins, Henricus, Landgravius, Otto de Stepheningen, Comes Sigebotto cum filiis ſuis. Comes Chuenradus de Moſeburch, Comes Altmannus & frater ſuus Eberhardus de Abenſperch, Henricus de Tolenzare, Brunoaldus de Staine, Bertoldus & frater ſuus de Baingen, Ulricus de Haſelbach, Wernherus de Giebedorf, Bernardus de Grunenbach. De Miniſterialibus Otto & Siefridus Ciphi, Luitoldus de Chelehaim, Pertholdus de Schelluc, Ruobertus de Wolf, Oulricus de Valchenberch, Heinricus de Holzenare, Fridricus Stier, Chunradus Sprintze & filius ejus, Sigehardus & filius ejus Chunrad de Ellenchoven, Eberhardus de Werde, Pubo de Perge, Gotefridus Zunt, Ruemhardus de Schmutingen, duo fratres de Haimenhuſen, Rubertus de Moſah cum filiis ſuis, Gerungus de Bizo cum filiis ſuis, Rudolphus de Solwe frater ſuus Wolfkerus de Hohenkirchen & filii illius Henricus, Ulricus & frater ejus, Bertoldus de Hohenkirchen, Waltman & filius ejus Heinricus de Tale, Marcwartus, Wirndo, Hattfolcus, Chuno, Rubertus, Henricus Eckelburger, Chunradus de Sprinza, Dietmar Preco & filius ejus Ulricus de Schwaighuſare, Truhſaze de Abenſperc &c. (d) (d)

CCXXII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod uxor Wilhalmi in Graevingen tabernarium nomine Alhaidis, & ſoror ejus Mergardis, proprietates quasdam in Lowugen cuſtodiæ Eberſpergenſi Eccleſiæ cuſtodi Fridrico pro VI. ſolid. videlicet tali conditione aſſignaverunt, ut ipſe ac liberi earundem, videlicet illarum duarum fœminarum à cenſuali penſione abſolverentur.

CCXXIII.

Quædam mulier de Goldenhoven cenſualis S. Sebaſtiani uxor Chuonradi cum quatuor pueris . . . Gertrut & filia ejus Herbrech . . . . apud . . Owwe Ulricus Oubelin judex earum: Waltheri Sagittarii pro hominibus de Abſtorf Eccleſiæ delegatis . . . Abteshoven. (e) (e)

CCXXIIII.

Noverint univerſi, quod Mehthilt, Goza & filia ejus Herluga cenſuales ſunt huic Eccleſiæ ad quinque denarios.

CCXXV.

Sciant univerſi, quod Richart mulier libera & Tiemut & Libſa & Fridricus tradidit ſerpſos (f) ſuper altare noſtrum in ſervitutem perpetuam. (f)

CCXXVI.

Notum ſit cunctis Divina Sede unitis, quod Chunradus de Hohſtetten, Gener Chunradi de Elleckoven delegaverit, Henricus de Hohſtetten unàcum ſorore ſua Mechild cum ſuis pueris & filiabus ſuæ materteræ ſuper altare S. Sebaſtiani ita quod annuatim Den. cuſtodi pro remedio animæ ſuæ V. denarios.

CCXXVII.

Notum ſit omnibus qualiter Chunradus Tauernaere de Clerehaim unam aream in Hofſtat, unam ſitam apud Tabna pro duobus talentis in pignore habuit, quæ duo talenta ea ratione remiſit, & inſuper dedit medium talentum, ut eandem aream ipſe & poſteri ejus pro ſervitio XXX. denariorum annuatim dando, hæreditario jure poſſiderent. Geſta ſunt hæc ſub Abbate Wirntone, Præpoſito Eberhardo, præſentibus Burckhardo, qui fuerat Abbas, & Miniſterialibus Wirntone, Haitfolco, Chunone, Heinrico Ekkelburgere, Henrico de Rotenpach, Bernhardo, Heinrico de Wure, Heinrico de Riedere, Heinrico filio Wirntonio, Heinrico filio Marquardi, Chounrado Louffen, Ortwino de Lerchaim, & alii quam plures. Hoc eo pacto factum eſt, ut ſine dampno totius prædii Cletehaim hanc aream obtineat.

(d) Accedunt quædam ſed ita mendosè deſcripta, ut lucem non ferant.
(e) Mutilum hocce inſtrumentum, ita ut in apographo invênimus, deſcriptum damus.
(f) quid hoc monſtri? an *Servos*?

CCXXVIII.

Notandum quod Dominus Arnolt de Pucheler dedit noſtro Monaſterio hos homines, videlicet Henricum Holzel, Ulricum & Andream fratres & Alheidem eorundem ſororem.

V.

Libellus Concambiorum Monaſterii Eberſpergenſis.

* * *

Liber Concambiorum Eberſpergenſium.

Qui ſcire cupis concambia facta de prædiis noſtræ Eccleſiæ, lege litteras hujus ſcedulæ.

I.

GLorioſus atque Domino devotus Oudalricus Comes cuidam amico ſuo nomine Eberhardo donavit prædium S. Sebaſtiani in Eberſpergenſi loco requieſcentis, ſitum in villa Ongoltingin, hoc eſt, dotatam Eccleſiam & omnes decimationes ad eam pertinentes, ac manſum unum ipſi Eccleſiæ contiguum, & pro his reddidit quinque nobiles manſos ſitos in villa, quæ nominatur Groupa & unum ad Gramanesdorf & dimidium ad Ecklinſpurc, familia Monaſterii id laudante, coram Reginpoldo primo iſtic Abbate, poſtea verò Spirenſi Epiſcopo. Ipſe quoque Oudalricus pro vinetis IIII. ſitis in Aſcahauvinchil dedit curticulam, quæ dicitur Hellingin & duos manſos ad Huntilpach, prædicto Abbate hoc petente, familiáque favente.

II.

Meginpoldus Eberſpergenſis Præpoſi-
(g) tus (g) & Didaſcalus, vicum Teiningin dedit in beneficium Moutherio fratri ſuo, ac poſt eum filio ejus Hartwico, ſícque per incuriam & negligentiam Præpoſitorum ſequentium ipſe vicus in illa poſteritate, quæ Comitibus Oudalrico & Adalperoni ſerviunt, poſſeſſus eſt, donec per mortem Adalperonis inter regalia beneficia, quæ ipſe habuit, deputaretur, noſtróque loco prorſus alienaretur.

III.

Prædictus Comes Oudalricus pro tribus manſis ſitis ad Gowinpruca dedit unum manſum ad Peringin & duos ad Erminoltingen pro majori parte prædii ſiti ad Gebeharteschirchan, quod datum fuit in dotem Baſilicæ conſtructæ ad Tandorf.

IIII.

(h) Venerabilis Altmannus (h) Abbas cuidam militi Ovdalrico dedit aliquam partem ſilvæ pertinentis ad prædium nomine Sevun, & ipſe recepit ab eo partem aliam contiguam, in cujus parte piſcinas inſtagnari juſſit. Teſtes concambii: Wiemann & Tuto fratres Ovdalrici, Einhart & Sigihart de Einhartingin, Witto de Wittingin, Adalram de Rimidingin.

V.

Notum ſit omnibus Domini fidelibus concambium, quod Engilpertus Friſingenſis Epiſcopus effecit cum Adalpetone filio Oudalrici ſtrenuiſſimi Comitis. Dedit enim idem Antiſtes prædicto Adalramo præſidi per manum Oudalſcalch fiſcalis Advocati Baſilicam ſitam in vico, qui dicitur Obertendorf cum decimatione & dote, univerſóque ſacro regimine Eccleſiaſtici Ordinis. Addidit ipſum ſupraſcriptum viculum cum areis, ædificiis, agris, paſcuis, pratis, ſylvis ſcilicet omnibus ad eum pertinentibus, exceptis mancipiis; & in alia villa Rimidingin dicta unum adjacens manſum abſque contradictione cunctorum poſſidendum. Nec mora jam memoratus præſes ſuper affluenti recompenſatione Epiſcopo cuncta retribuit, reddens aliam Baſilicam dotatam & unum manſum ſitum in vico, in quo eadem extructa eſt, Tegrinpach appellato ſecundum conditionem ſuperius comprehenſam. Quodcunque autem in eodem loco æquæ ſibi retributionis defuit, in aliis villis complevit, dans unum manſum in villa, quæ dicitur Roudolveshuſun, & in aliis duabus villis utriusque. Huntilpach nuncupatis, quattuor manſos. His ita peractis præfatus Comes acceptum à Pontifice prædium, veluti moris eſt: *Triduana poſſeſſione* in proprium jus vendicavit. Pactum namque hujus mutuæ traditionis peractum anno MXXXIIII. ab Incarnatione Dominica, Indict. II. collaudantibus id Clericis, militibus ac familia utriusque partis, regia auctoritate Cæſaris Chuonradi Secundi ipſiúſque filii Heinrici Noricorum Ducis roboratum eſt, ne quisquam illud præſumat evellendo violare. *Nam juxta antiqua jura omne concambium Eccleſiaſtici prædii quinque manſos continens inſtabile computabatur, niſi regia auctoritate firmaretur.* Poſtmodum verò Comes idem compunctus inſtinctu divino pro remedio animæ ſuæ ſuorúmque parentum & omnium fidelium ipſius prædii proprietatem cum inveſtitura ſecundùm omne jus, quo ipſe hanc ſuſcepit, ad altare S. Sebaſtiani dedit, ad uſum Domino militantium in Eberſpergenſi cœnobio. Teſtes in hac requiras, quibus in concambiis & teſtamentorum datione non eget regia auctoritas.

(g) *Vid.* Necrol. ad XII. Kal. Jun.
(h) in marg. nota : *Obiit II. Id. Junii.*

VI.

Multitudini credentium innoteſcat, quia miles quidam Roudpertus nomine Goteſcalchum Friſingenſem Epiſcopum advocans ut Divino cultui conſecraret Parochianam Baſilicam in villa, quæ propter novalia circumjacentia Rutingin dicebatur, pro dote mancipavit ipſi Baſilicæ omnem decimationem, quæ Chriſtiano ritu de villis infra Parochiæ ipſius ambitum conſtructis aut conſtruendis in quibuscunque rebus ſolveretur. Poſthæc etiam ipſam Baſilicam cum parochiola decimiſque commendavit jam dicto Antiſtiti, qui Epiſcopali jure eam & alias duas Baſilicas ſitas in villis Hagingin & Lutterenpach determinavit ad Eccleſiam parochianam, quæ ſita eſt in vico, qui Operndorf nuncupatur, quatenus ab illius Sacerdote omnem Chriſtianam Legem percipiant ac Baptiſmatis ordinem viciſſim altero in Operendorfenſi altero in Steinheringenſi Baſilica filiis ſuis tanquam à proprio Sacerdote expoſcant.

VII.

A cunctis Domino credentibus concambium agnoſcatur, quod Comes Adalpero quidam miles quidámque Adalbertus inter ſe mutuò peregerint. Dedit enim idem præſens memorato viro condictam pecuniam & ex Beati Sebaſtiani Eberſpergenſi Baſilica medietatem manſi ſiti in villa Eckilinpure per eundem tradendam S. Michaelis Baſilicæ in eadem villa ſtructæ, quam idem vir à patribus ſuis poſſedit hæreditariè: qui mox econtra fecit mutuam redhibitionem prædicto Præſidi hujus loci tutori, data quadam parte parochiæ pertinentis ad antedictam Baſilicam S. Michaelis, videlicet ab occidentali termino, qui dicitur Ruthartesperg, ſive Rutmansdoff, usque quo Operendorfenſis Parochia deſinit in Eberſpergenſi Suburbano, ut quicquid inhabitantes hæc loca debent exſolvere Lege Chriſtiana, in S. Sebaſtiani perſolvant Eccleſia. Ipſe autem præſes hæc accepta ab Adalperto dedit S. Sebaſtiano. Hi ſunt teſtes: Engilhart, Adalhart, Noe, Eberhart & filius ejus Eberhart, Dietrih, Reginpolt.

VIII.

Quidam homo liber Adalpero nomine prædium ſuum, quod habuit in villa Urſindorf, dedit S. Sebaſtiano, pro eo prædiolo, quod ipſe S. poſſedit ad Weſterendorf. Teſtes: Aripo, Adalram, Reginpolt, Gozpreht, Dietmunt, Rihhart.

IX.

Quidam miles Eckihart nomine duo jugera ſita ad Chletheim S. Sebaſtiano dedit pro uno jugero propè fluvium, quod dicitur Semitaha jacente, in quo poſſet molendinum extruere. Teſtes: Eberhart, Adalram, Graman, Jacob, Hartman.

X.

Cum Udalricus Marchio Chreinenſis, Nepos Adalperonis Comitis per traditionem Rihlindis prædia Peringin & Wizzinvelt poſſideret, antequam nupſiſſet, ea tertio Henrico Cæſari petenti tradidit, quæ cum venerabilis Williramus Abbas ſecundum jus ab eo repoſceret, ipſe in hora ſui obitus Imperatrici Agneti commiſit ea reddere: pro quibus redimendis ipſa Agnes per Advocatum ſuum Ovdalricum S. Sebaſtiano dedit de eodem prædio decem manſos nobiles, in diverſis locis circa nemus ſitos ac quinque vineas ſitas in Ibiſivelde cum mancipiis & omnibus ad eas pertinentibus.

XI.

Omnibus Chriſti fidelibus ſit notum, Adalperonis Comitis & Altmanni Eberſpergenſis Abbatis, quod invicem iniere factum * præſtitit enim prænominatus Abbas avunculo ſuo Comiti prædicto prædium Otingen, quod quidam Periwic tradidit S. Sebaſtiano tali pacto, ut poſt mortem cujusdam Oudalrici & conjugis ſuæ Raſilæ & Hartuwici filii eorum abſque contradictione iterum ſerviret Fratrum Eberſpergenſium commodo. Comes autem, cum prædictum prædium concederet, præfato Oudalrico & uxori ejus ac filio in beneficium præſentia Eberhardi Advocati juxta Abbatis voluntatem horum confirmavit cautela teſtium: Tagini de Obenhuſen, Magonis de Frichindorf, Sigihardi de Volcemarsdorf, Bilungi de Lerun, Adalrami de Suindaha, Hardwici de Heida, Geroldi de Ebraha, Gozperti Senioris.

XII.

Quidam homo nobilis Otto nomine pro condicta pecunia & prædio, quod S. Sebaſtianus habuit in vico dicto Roudeinesriet, dedit nobilem manſum ſitum in villa, quæ nominatur Oberentagarihhingin, & prædium propè rivum Roniga, ipſi rivo æquivocum. Teſtes: *

XIII.

Liber homo nomine Bero dedit dimidium manſum in villa, quæ dicitur ad Hevelt pro prædio, quod habuimus in Ciendorf & ad Planchenperc. Teſtes: *

* ſubaudi: *concambium.*

* in Apographo meo deſiderantur.

* non apparent.

XIIII.

Gozpreht ſervus S. Sebaſtiani dedit prædiolum ſitum ad Luvingin pro area, quæ fuit Donativi in villa & Tagaleichingin & tribus jugeris, quæ pro ſepultura conjugis ſuæ Gotini dedit.

XV.

Eberſpergenſis Abbas Williramus & Fiſcalis ejus Advocatus Waltheri fecerunt hoc concambium cum quodam viro nobili Wilihalmo, quod dedit in manum prædicti Advocati Waltheri prædium, quod ſua conjux Engila nomine poſſedit in loco, qui dicitur Studahi, eo pacto, ut pro eo recuperet manſum unum ſitum in villa, quæ vocatur ad Drahſilum. Teſtes: Gaminolf, Dietrih de Herilinehoven, Penno de Eitlarin, Adalpero, Chuonrat, Loudolf, Walter ... Megingoz.

XVI.

Quidam nobilis Adalpertus S. Sebaſtiano dedit aream & quatuor jugera per tres ſingulos campos in villa Langangislingin pro area & decem jugeris ſitis in villa Grenſingin. Teſtes: Gaminolf, Ezzo, Chadalhoh, Erhinpolt, Reginpreht, Engildeo.

XVII.

Liber homo Heinrich nomine dedit aream & prædiolum ſitum ad Tandorf pro area & agris æquali pretio taxatis, qui ſitu ſunt in palude prope flumen Iſaram.

XVIII.

Quidam vocabulo Routhart pro area & prato quodam pertinentibus ad villam, quæ dicitur ad Forſtarin reddidit aream & agros novem ſitos in villa dicta Harthoven.

XIX.

Quidam Libertus nomine Waltman nobilem manſum, quem poſſedit in villa Tagirichingin dedit jure concambii in manum Waltherii Fiſcalis Advocati, qui econtra conſenſu venerabilis Abbatis Willirami & familiæ, tradidit eidem aream cum ſumma xxx. jugerum agri pratorúmque ſitorum in Norico Ripenſi, villa Togolottingin. Teſtes: Gaminolf de Scatinhovin, Rapoto, Dietrich de Herilinchovin, Megingoz, Eppo, Ruotprecht, Magonus, Pero.

XX.

Quidam homo liber nomine Ederam aream & tria jugera per ſingulos campos & prata ſita prope villam Richinchiricha dedit S. Sebaſtiano in concambium pro alia area & IIII. jugeribus ac pratis ſitis in prædio, quod dicitur ad Rotenmannum. Teſtes: *

* non erant expreſſi in Apogr.

XXI.

Quidam miles Purchardus nomine manſum unum ſitum in vico, qui dicitur Studahi & dimidium, in vico Pfrumarin dedit S. Sebaſtiano jure concambii, & pro his recepit manſum unum tum in villa nomine Wenge, pertinente ad curtem Tetilingam. Et hæc traditio manu Waltherii Fiſcalis Advocati firmata eſt. Teſtes: Engilpreht de Houenkircha, Porn de Groninpach, Magonus de Gebeneſpach, Horirant.

XXII.

Noſtrates ſciant concambium, quod Venerabilis Abbas Willeram ac quidam miles Rorichi nomine mutuo peregerunt. Idem enim Abbas per manum Waltherii Fiſcalis Advocati, jam dicto Rorichio dedit duos manſos in villa Gutingon ſitos, & unum ſitum in loco, qui dicitur ad Stadalaren. Econtra verò Rorichi Parochianam Baſilicam in oppido Eckilinpurc dicto ſitam cum decimatione ad eam pertinente & ſalico rure & omnibus ad id pertinentibus ſylvis acquiſitis & acquirendis dedit in manum præfati Waltherii Fiſcalis Advocati, quatenus ea S. Sebaſtiano pro talione jam dicto delegaret perpetuo ſervitura. Teſtes: Raffolt de Heimprehteshoven & filius ejus Engilmar, Waltehoven de Scirin, Dietrich de Heredinchoven, Otto de Mulidorf, Ættovin de Lohen, Ezzo de Jettenſtetten, Roudolf de Perga, Adalwart de Beringen.

XXIII.

Bernardus de Saſſencheim fecit concambium cum Eberſpergenſi Abbate Williramo, dedit enim præfatus miles per manum Gamanolfi de Scattanhovan prædium, quod habuit in Zorogoltingen, pro prædio, quod habuit Abbas in Bouſincheim. Iſti ſunt teſtes: Dietericus, Margwardus de Funſingon, Wernheri de Tatingon, Aribo de Engilhalmingon, Richeri de Wittingon.

XXIIII.

Item fecit concambium quidam liber miles nomine Ebbo cum Eberſpergenſi Abbate Williramo, dedit enim ipſe miles prædium, quod habuit in Uſheim pro ejusdem quantitatis prædio in villa, quæ dicitur Giriuta. Iſti ſunt teſtes eidem: *

* in Apogr. non erant expreſſi.

XXV.

Item fecit concambium Miniſter quidam nomine Warmundus cum Domino ſuo Williramo Abbate. Dedit enim idem miles prædium, quod habuit in Umbilesheim pro uno manſo in Seuuon. Iſti ſunt teſtes: Gaminolf ... *

* reliqui deſiderantur in Apogr.

XXVI.

Nota ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam præſentibus concambium & commutatio, quam inter ſe fecerunt Dominus Heinricus Tridentinus Epiſcopus & Eberſpergenſis Abbas Wilramus, anno quo tertium bellum geſtum eſt ab Henrico Rege contra Saxones. Dedit namque præfatus Epiſcopus amico ſuo Abbati in vinetis, quæ ſita ſunt in ſeptentrionali plagæ Pozanæ villæ ultrà fluvium Talaverna, unam vineam feracem trium Carradarum pro lapidea Eccleſia infra triennium ædificanda in territorio S. Vigilii, qui dicitur Siccanhovan juxta

Foreſtem Eberſpergenſem, & alias binas vineas in eodem loco cum area & aquarii decurſibus & rivulationibus pro commutatione librorum, quos idem Epoiſcopus concupiverat de ſcriniis Abbatis, ſcilicet Miſſali optima & lectionario emendatiſſimo & matutinario, quæ utique vineæ eidem Epiſcopo priori anno traditæ ſunt, ab uxore cujusdam Nobilis viri Ezzonis, cum omnibus appendiciis ſuis. Dedit etiam idem Epiſcopus in Foreſte ſua Ritanenſi vinitoribus S. Sebaſtiani paſcua & ceſuram lignorum ad ædificandas areas & vineas colendas, ea ſcilicet ratione ut familia S. Vigilii in Siccranhoven & Ottenhovon, quicquid utilitatis prius in Eberſpergenſi Foreſte per Annalem cenſum habuerat, deinceps liberè & ſine cenſu poſſideat, conlaudationem etiam ab utriusque partis ſapientibus, ut xx. modii avenæ, quæ ſingulis annis à familia S. Vigilii ſolvebantur, decimali donatione, ſigalis eadem menſura Eberſpergenſi Eccleſiæ reſtituantur.

XXVIII.

Quidam Diethart cum conjuge ſua Eliſſa de Trubiggin pro accepta pecunia, id eſt XII. ſiclis argenteis, ab Abbate Ruodperto dederunt ancillam ſuam Diemouddam in manus cujuſdam nobilis viri nomine Babo de Sunderhuſun poteſtativè in proprietatem tradendam ſuper altare S. Sebaſtiani, quam traditionem fecit idem Babo ſub his teſtibus: Dietpolt de Perga & ejus frater Waltheri, Warmund de Sunderhuſun, Gebolf, Roudolf, Irinc, Wirinth, Wernher.

XXIX.

Notum ſit univerſæ Chriſtianitati concambium, quod fecit Dominus *Otto de Wittlinſpach* cum Eberſpergenſi Advocato Ekkihardo; dedit enim prædictus Otto ſuper altare S. Sebaſtiani in manus Ekkihardi Advocati duo jugera in villa Ufheim ſita, pro aliis duobus, quæ erant S. Sebaſtiani, & quæ ſita ſunt in monte Wartenberc. Hujus rei teſtes ſunt Wernheri de Frichindorf, Goteſchalh de Marhpach, Oudalſchalche de Walcheshoven, Oudelſchalche de Brucca, Eppo de Sewan, Chuonrad de Gegenbah, Chuonrad, Gebolf, Warmund, Herrand, Richeri, Wirund Miniſtri.

XXX.

Notum ſit univerſæ Chriſtianitati concambium, quod fecit Eberhardus Parrochianus Sulchingen, cum Eberſpergenſi Abbate Heinrico, Ottone Advocato conſentiente dedit enim prædictus Eberhardus ſuper altare S. Sebaſtiani quoddam prædium, ſitum apud Hiriſperch, prò alio prædio, quod ſitum eſt in Aichinloch ea conditione, ut prænominatum prædium quamdiu viveret, in beneficium haberet: In auditu quoque omnium ad hanc traditionem manentium ab eodem Eberhardo collaudatum eſt, ut confratribus hic Deo ſervientibus in teſtimonium quindecim denarios annuatim perſolvat. Poſt vitam verò ſuam prædium jam dictum cum omnibus ad id pertinentibus, perpetuo jure ab Abbate poſſideantur. Hujus rei teſtes ſunt: Chuone, Prun, Purchart, Wolfliez, Ruedolf, Mezele, Fridrihe, Heinrich, Lutwin, Fridrich, Otto, Heinrich.

XXXI.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam præſentibus, qualiter quidam Abbas montis S. Georgii Eberhardus nomine Eberſpergenſis Eccleſiæ Prælatum Heinricum, fratréſque ſuos pro prædio quodam in eorum confinio Hegebach vulgariter dicto interpellaverit. Ipſo diu renuente & contradicente S. noviſſimè rogatu & obtentu hominum religioſorum vix precibus ejus acquieſcens prædium id ipſum Hegebach hubas duas ſcilicet eo quo poſſederat, jure legitimo obtinuit traditione, illis econtra duas recipientibus hubas juxta cambitionem unam ad quantulam, & alteram Luogesvelt. Facta autem eſt cambicio legitima ut eo firmior haberetur & in convulſa permaneret, Advocati ipſorum conſenſu Ottonis de Iringesburch Abbate jùbente, conſentientéque & Præpoſito eorum hoc implente & perficiente & noſtro Advocato Ekkehardo Comite præſente & cæteris viris religioſis & Eccleſiæ familiaribus præſentibus & annuentibus. Illius rei teſtes ſunt Idonei per aures tracti: Henvolch & filius ejus Cuono, Routpertus & filius ejus Routpertus, Wolfliz, Purchart, Heribert & frater ejus Roudolf Mezele, Luitpolt, Heinrich, Freſo, Otto, Gerwich.

XXXII.

Notum eſſe volumus à progenie in progenies omnibus Chriſtianæ fidei cultoribus qualiter area quædam Ratisponæ ſita, quæ nomine vulgari Lederſtain vocatur, S. Sebaſtiano reſtituta eſt adjutorio Domini Hermanni Abbatis ſagaciſſimi: eadem quippe area ab antiquis loci fundatoribus in dotem S. Sebaſtiano fuerat tradita, ut exinde thus ad incenſum & cera ad illuminationem templi tribueretur, quæ poſtmodum ab Abbate H. conſilio pravorum vendita & Eccleſiæ prorſus alienata, diu ab injuſtis hæredibus poſſeſſa eſt. Deinde Divina favente gratia per multi temporis curricula Dominus H. * Abbas Eccleſiæ diſpendio condolens, anxiè cœpit meditari, ſi quando poſſet tanta res perdita recuperari: & aggreſſus confidenter contra ſpem omnium hujus rei ſuſcepit negotium, in Deo ponens totius cauſæ finem & principium. Sed quoniam validis poſſeſſoribus area præfata tenebatur, difficultate rei primum graviter arctabatur. Nam multis placitis inaniter habitis, fruſtrabatur & copioſis ſumptibus impenſis rebus ſine profectu alioquin minuebatur, ſiquidem ea tempeſtate juſtitia & pax valdè periclitabatur. Conſiderans tamen, quod labor improbus omnia vincit, laborare non deſiit, ignominioſum exiſtimans animum ab incepto retrahere ſine laudabili conſumatione. Regnante igitur victorioſiſſimo Cæſare Friderico, anno VII. Imperii ejus, ſub Duce glorioſiſſimo Heinrico, qui ducatum obtinuit

* in marg. *Hermañus.*

Principum judicio privato Domino Henrico de Auſtria, qui prius extiterat Dux in Babaria pax & æquitas eſt tandem Eccleſiæ reddita, quæ diu ante ſubverterat Diabolica aſtutia, tunc velut à principio Dominus Abbas indulto ſibi temporis illius ſolatio cœpit indeſinenter jus à judicibus petere, ſtatuta placita frequentare, benevolentiam Principum muneribus captare, præcipuè Dominum Fridericum Comitem Palatinum jugi prece ſolicitare, poſtremo ſingula, quæ profutura credebat, attemptare . . . Abbatis induſtria perdurante Dominique gratia præſtante: tandem completur cauſa felici termino coram Duce Henerico plurimorum Principum juditio. Nam dum ſeries rei ſubtiliter ab exordio diſcuteretur à perditiſſimis & loquaciſſimis rhetoribus pars adverſariorum ſuperabatur, Teſtibus in ordine locatis, quorum probaretur teſtimonio, quod inique direptione præfata area ſubtracta fuiſſet ab Eccleſia: cernentes itaque Adverſarii validis aſſertionibus ſe repelli ne funditus fruſtrarentur, xxv. talenta receperunt & abdicationem proprietatis coram Duce & Principibus omnibus modis fecerunt promittẽtes, quod de cætero nec ab ipſis nec à poſteris ſuis ulla naſceretur contentio; tali enim lite ſedata, juſſu Ducis, & ſententia Principum Dominus Abbas ſuper idem prædium in eadem urbe Ratiſpona glorioſè deducitur noſtris gaudentibus & exſultantibus, illis verò mœrentibus atque contriſtantibus. Hoc quoque poſteros ſcire volumus, quod Comes Palatinus Fridericus talem in eadem area ſuſcepit portionem ut dimidia pars cenſûs annuatim illi, dum viveret, donaretur; ſed poſt obitum ejus à nullo conſanguineo generis ipſius idem ſibi vendicetur. Quod ita fieri neceſſarium fuit, quoniam ipſius diligentia reſtaurata ſunt perdita & eo protegente defenſata ab hoſtium injuria. Hujus rei teſtes ſunt hi Principes: Comes Ekkebertus de Nuinburch, Comes Otto de Stepheningen, Comes Chunradus de Rongen, Dominus Babo de Zollingen, Alramus de Chambe, Ulricus de Stain, Wernher de Gibesdorf, Altman de Sigenburch, Dietrich de Pomgarten, Fridrich de Pruchberch & frater ejus Albertus, Otto de Moſen, Dietrich de Dorſn & alter Dietricus de Stibingen, Henricus de Stophen.

XXXIII.

Notum ſit omnibus Chriſtianæ religionis cultoribus qualiter Dominus Fridericus Aulicus Comes concambium cum Eberſpergenſi cœnobio pactuerit ita, ut quod dedit mutuo & accepit ipſo vita decedente: Liber cœnobii ſit * molendinum, quod dicitur Roumoldesmule, pro prædio quodam Huncisperch delegatum eſt in manus Domini Dietrici de Sliwingen ipſi Comiti, quamdiu ſupereſſet obſervandum & per vitæ ſuæ terminum . . . eidem cœnobio ab eodem cõmune delegatore ſuo per fidem propriam ammonito præſenti loco relegandum. Hujus rei teſtes ſunt: Albo de Prukke, Albo de Sliwingen, Oudalarich & frater ejus Luitolt de Chelheim, Gotpolt de Gieſenpach, Pilgrim de Tanna, Oſerich de Struſtorf. Miniſteriales: Fridrich & frater Roudiger, Wiltman, Chuono, Marcwart, Heinrich, Wirnto de familia.

* ita Apogr. parum accuratè, ut videtur, deſcriptum.

XXXIIII.

Item facta eſt delegatio à Friderico de Steinheringen viro noſtræ familiæ, qui prædium ſuum Zaizingen ſitum ſuper aream S. Sebaſtiani ea conditione delegavit, ut Domino Marcwardo inbeneficiaretur. Teſtes ſunt: Chouno, Wirnto de Eberſperc, Eberwin & frater ejus Fridrich de Engelhalming, Routprecht & frater ejus Roudiger de Chraize.

XXXV.

Noſſe velint hæc ſcripta legentes, quomodo proceſſum eſt inter nos & *Slierenſes* in concambio ſuper duobus prædiolis, uno noſtro in *Swiental* illis contermino, & altero eorum in *Tarchingen* noſtris inibi contiguo. Unanimi enim conſenſu fratrum utriusque Eccleſiæ Abbas noſter Dominus *Wirnto* & Præpoſitus illorum Dominus *Tageno* cum Advocato ſuo *Iſenrico de Waldecke*, in præſentia Ducis Ludiwici Advocati noſtri conveniunt, etiam dicta prædia ſtabili jure & perpetua firmitate ſecundum Legis ſcita ſibi invicem tradiderunt. Teſte præfato Duce Luodowico etiam Domino Iſenrico & Comite Chunrado de Moſeburch, Kalehoho de Chirhberch, Chunrado de Hornbach & aliis quam plurimis. Geſtum in civitate Munichenin die S. Mathiæ Apoſtoli.

ANO-

ANONYMI MONACHI TEGURINI
ORD. S. BENEDICTI
HISTORIA S. QUIRINI
Regis & Martyris
Cum Fundatione Monaſterii in TEGERNSEE & Succeſſione Abbatum.

* * *

Ex Autographo edidit

ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Accedit ejusdem curâ

DIPLOMATARIUM TEGURINUM
nunquam antehac editum.

Monitum prævium Editoris.

JAm denuo Hiſtorici Anonymi Opus proferimus, ut putes, apud nos jam olim Hiſtoricis nullum nomen eſſe. Sed hujus quidem partum Lucina parum benefica in ipſo ortu ſuppreſſit, quæ fortè cauſa cur faſtidito operi nomen in Exemplari præſcribere Auctor neglexerit, Monachus Tegernſeenſis non ille quidem indiligens, ſed qui ad Hiſtoriam ſcribendam præter affectum Monaſterii, credendi facilitatem & ſtilum Monaſtico Latinum, nihil afferret; cætera vir bonus, & qui Abbatum quorundam vitia nec indagaret callidè, nec ſpontè oblata attenuaret.

Is Hiſtoriam ſuam Superiorum mandato cenſoriæ virgulæ ſubdere juſſus, Cenſorem nactus eſt, rigidum & immitem & Auctori, ut videtur, privatim quoq; parum faventem; ſed in multis tamen (eſt enim ubi iniquius judicavit) à recto judicio non alienum. Cenſuram ſuam Cenſor ille Anonymus ſeptem capitibus complexus eſt, quæ hîc ſuo ordine damus, ut in fronte Codicis noſtri reperimus.

Cenſura in Hiſtoriam de S. Quirino. I. De parentibus & vita S. Quirini citari ad verbum deberent antiqua Monaſterii Chronica, quæ allegantur, res enim eſt dubia Eruditis.

II. De Martyrio ejus, quæ narrantur, probabilius Surius S. Quirino Tribuno militum tribuit.

III. De translatione S. Quirini minimè mirum eſt, noluiſſe Surium ſuis eam tomis inſerere, qui in hoc ſcripto, ut mihi videtur, temerè ſatis culpatur.

IIII. Inter miracula equus pariter cum homine in ſaxa converſi, vereor, ne cæteris miraculis imminuant fidem: etſi per ſtatuam uxoris Loth defendi poſſint.

V. In Abbatibus pauci commendantur, turpiter plerique culpantur, pauca de religioſis ipſorum moribus attinguntur, verbum de conſtitutionibus & regulis planè nullum.

VI. Solœciſmi & Barbariſmi plurimi in hoc ſcripto ſunt: cum tempora noſtra erudita ſtylum bonum deſiderent.

VII. Dubitatur, an prudenti ſatis conſilio privilegia Monaſterii Tegernſeenſis typis mandari poſſint, cum Prælati Monaſteriorum prudentes ſua privilegia celare potius quam in lucem edere ſoleant.

Quæ cenſura cum *Conſilio Eccleſiaſtico Monacenſi* innotuiſſet, (ut habent pro captu Lectorum fata ſua libelli) *Adamo Bergio* Bibliopolæ *Monacenſi* inter noſtros non incelebri, edendi licentiam petenti, Decreto VIII. Aprilis MDLXXXVII. dato ſignificatum eſt; Auctori *Manuſcriptum* unà cum *cenſurâ* redderet, ad cujus normam ſi Hiſtoriam emendâſſet, licentiam typis excudendi facilius impetraturum.

Auctor, ſupra quam dici poteſt, cenſurâ tam inclementi offenſus, totum amicorum ſuorum agmen in operis defenſionem excitavit. Horum duo alicujus certè in Hiſtoria Litteraria Bojorum nominis JOANNES ENGERDUS & JOANNES BAPTISTA FICKLERUS, *Jurium Doctor & Curiæ Archiepiſcopalis Salisburgenſis Conſiliarius, Conſiſtoriíque Aſſeſſor*, Auctoris opus calculo ſuo & copioſo elogio comprobârunt, teſtimonio, utriusque propria manu ſubſcripto, quam Codex noſter hodie quoque exhibet. ENGERDI teſtimonium non moror, utpote Poëtici ingenii hominis & inſuper amici, ſed FICKLERUM non ita facile fero cenſentem. *Hanc S. Quirini Philippi Imperatoris F. deſcriptionem à fide antiquitatis non abhorrere,* cum ille vir non ſolùm in Theologia Eriſtica (quâ ſalvâ potuit hæc non intelligere) ſui temporis plurimum valuerit, ſed præterea Antiquitatum Græcarum Romanarúmque ita peritus fuerit, ut Nummophylacii Boici theſaurum HUBERTI GOLTZII, JACOBI STRADÆ, SAMUELIS QUICCELBERGII, JOANNIS JACOBI FUGGERI ſtudio & inveſtigatione collectum, juſtis commentariis illuſtrârit, quorum tres Tomi Manuſcripti, qui nummos ex auro argentóque ſingulatim deſcribunt, adhuc ſuperſunt. Quos, quoties intueor, cupio illi de *Philippi* filio alterò, *Quirino* non credere. Sed nemo majori impendio Auctoris defenſionem molitus eſt JOANNE FABRICIO DILLINGANO JC. & Conſiliario Salisburgenſi, qui non obiter & perfunctoriè, ſed datâ operâ Cenſoris ſeptem capita refellere conatus eſt, ea contentione, ut ne ab injuriis quidem, cum rationes non ſuppeterent, abſtinuerit. Longum ſit & tædio plenum repetere, quæ ille refutandis quatuor capitibus prioribus & QUIRINI *Legendæ* ſtabiliendæ in medium protulerit. Cum nihil fortius invictiúsque dici à Cenſore potuerit, quam ejusmodi eſſe *Legendam* hanc, ut ei credere ne SURIUS quidem voluerit.

Auctori hircum mulgenti, cribrum etiam ſuppoſuit FELICIANUS NINGUARDA Ordinis D. Dominici ſodalis, Theologus magni nominis & Concilii *Tridentini*, cui intererat, per *Salisburgenſem* Eccleſiam Executor ſcriptis in hoc argumento, & pluribus Epiſcopalibus in eum ordine collatis, inter ſuos memorabilis. Sed non perinde in diſcutiendis trutinandíſque hiſtoricis monumentis accinctus, quæ quoties attingunt ejusmodi ingenia utut in Scholaſtico Agone præclara, in litterariam arenam translata, non retiariis ſolùm & mirmillonibus, ſed meridianis etiam & beſtiariis nudum latus præbent. Speciminis loco ſint, quæ Diſputator tam ſubtilis, in Cenſoris caput primum obſervavit. *Ad primum*, inquit, *nihil aſſequitur Genſor, quicunque is fuit: Si enim res per ſe dubia eſt, ut ejus verba innuunt, neque Monaſterii Chronica, ut ſunt, in medium allata fidem facient Eruditis, quibus efficta ac proprio ingenio excogitata videri poterunt. Quid verò refert, ut diverſis verbis idem referatur, ſi modo res ſibi ipſi ſemper conſtet? Adde quod in Hiſtoria, quæ nihil eſt aliud quam ſimplex & aperta rerum geſtarum narratio veritate nitens, nullum genus requiritur probationis, niſi inter Hiſtoricos variè de eadem re ſcribentes aliquid incideret controverſum: qualis hîc nulla eſt occaſio.* Hæc ille, & cum eo multi adhuc hodie, qui Hiſtorias ſcribere æquè facile putant ac ipſis difficile non eſt de rebus, quas nunquam didicerunt, judicium ferre. Sed in quo memoratorum virorum prudentia & ingenuitas, longè ſupra cenſorem emicuit, Capitum poſtremi & quinti, refutatio fuit, ubi proprio ipſius gladio eum jugulant. Ille enim, qui fidem documentorum tantoperè requirebat in priori criſi, jam ipſe ſibi diſſimilis, vitia Abbatum diſſimulari, privilegia verò, quæ non niſi avitæ pietatis monumenta ſunt, parum grato ſilentio tegi debuiſſe pudendo conſilio contendit. E re fortaſsè inſtituti noſtri fuerit, quid tam callidæ impudentiæ oppoſuerint Auctoris noſtri Defenſores, ad poſteros transmittere. JOANNES FABRICIUS, acriter & nervosè: *Reſpondetur ad poſtremum caput, falſum eſſe, prudentes Monaſteriorum Prælatos ſua privilegia celare. Conſuetudo enim laudabilis contrarium docet, qua receptum eſt, ut prudentes Prælati ſua privilegia divulgare potius, quam celare ſoleant. Privilegia enim dicuntur privatæ leges, quæ de jure ideo ſciri debent, ut melius & rectius obſerventur, ne per contrarium uſum amittantur, quod ſæpius accidit, atque ne longi temporis præſcriptione pereant, omnémque occaſionem adimant iis, qui libenter contra hujusmodi privilegia ſiniſtri quid moliuntur. Præterea virtus Religioſorum, publicatis hujusmodi privilegiis clarius eluceſcit, qua talia & tanta obtinere meruerunt, velut præmia quædam virtutum. Laus quoque Regum & Principum qua liberaliſſimè atque munificentiſſimè hujusmodi loca ſacra ditârunt & ornârunt, optimè conſervatur & propagatur & ad ſimilia virtutis exempla invitat. Nec etiam video, quæ ſit utilitas, theſauri hujus abſconditi, cum ſæpius uſu eveniat, quod hujusmodi privilegia bellis, incendiis & rapinis pereant, quæ memoria hominum & publicis ſcriptis apud omnes melius ac diutius conſervantur.* Quæ poſtrema etiam adducto & laudato, ut par erat, WIGULÆI HUNDII Exemplo, confirmat & velut obſignat. ENGERDUS in eandem ſententiam, ſed paucioribus ivit. Rem tribus quod dicitur verbis, ſtrinxit NINGUARDA, *quorſum deliteſcant*, quærens: *ſi ad uſum referri deberent?*

Prolixius & ut virum bonum gravémque decuit pernitioſæ de eorum, quorum geſta referuntur, tegendis & diſſimulandis vitiis ſententiæ obviam ivit ſanctam illam & humanæ ſocietatis vinculo ligatam Hiſtoriæ legem ei velut æs triplex opponendo, *ne quid falſi dicere audeat, ne quid veri non audeat.* Quam cum Anonymus noſter, in iis quibus par erat, accuratè obſervârit, dignus haud dubiè eſt, cui lux, quam ei tempora ſua denegârunt, noſtris contingat. Utinam per nos ſtaret eandem & nomini ejus ſimul oriri! ſed cum ejus rei neque in opere neque in Eruditorum Promachorum ſuorum ſcriptis nullum veſtigium à nobis repertum, memoriæ ejus curam iis relinquimus, quibus integrum eſt ex domeſticis tabulis de ſe bene merito, gratiam referre; ego certè ne ejus *Caput ſeptimum* turpiter hiaret, MONUMENTA DIPLOMATICA *Tegurini* Monaſterii, Mantiſſæ loco opportunè Hiſtoriæ ejus adjungi poſſe exiſtimavi. Etſi de Apographorum fide & diligentia, unde deſumpſi, non parnm ſubindè dubitem. Faxint ii, qui autographa poſſident, ut nihil dediſſe videar,

. . . . . *Nulla magis ſententia menti*
Fixa meæ. (a)

(a) Valer. Flacc. Argonaut. L. I.

Anonymi Monachi Tegurini Hiſtoria S. Quirini Regis & Martyris, cum Fundatione Monaſterii in Tegernſee, ejusdémque Succeſſione Abbatum.

Ex multis ac pervetuſtis Codicibus nunc breviter in certum ordinem redacta.

* * *

Elenchus Capitum Hiſtoriæ.

I.
De Parentibus & vita S. Quirini.

II.
De Martyrio ejusdem.

III.
De Translatione S. Quirini.

IIII.
De Fundatione Monaſterii in Tegernſee.

V.
De Miraculis S. Quirini.

VI.
De Æquivocatione nominis S. Quirini.

VII.
De Privilegiis dicti Monaſterii.

VIII.
De Succeſſione Abbatum ac eorum rebus geſtis.

CAPUT I.

De Parentibus & vita S. QUIRINI.

ANno à Chriſto nato ducenteſimo quadrageſimo ſecundo, ab V. verò C. noningenteſimo nonageſimo ſeptimo. M. Julius Philippus Imp. Aug. Gordiano in Imperio ſucceſſit, atque Philippum filium conſortem regni fecit. Anno deinde tertio Imperii, qui erat natalis milleſimus ab V. C. kal. Jan. theatrales & circenſes ludos maximo rerum apparatu ſpectandos populo per triduum in campo Martio exhibuit, venationes quoque omnis generis feris confectis. Solebant enim hi ludi centeſimo quoque anno repeti ex inſtituto Valerii Publicolæ à ſeculo nomen ducentes, quod eſt humanæ vitæ ſpacium. Eodem anno Philippus Imp. unà cum uxore ſua Severa, aliàs Genofeva dicta, liberísque ſuis Philippo & Quirino ac tota Familia, Sacroſanctum Baptiſma à Fabiano Papa ſuſcepit, atque primus Cæſar nomen eſt profeſſus Chriſti, qui ut exemplo religionis fidem comprobaret, in ipſis paſcæ vigiliis cum ſacris intereſſet, atque myſteriis divinis communicare vellet, à loci Antiſtite admonitus, ultro inter pœnitentes ſtetit, & peccatis integrè confeſſis, ſumma cum animi ſubmiſſione pœnitentiam acceptavit, pacémque publicam toti Eccleſiæ obtulit. Hoc ſcriptis & hortatu Origenes perfectum eſt, Patris & Doctoris quidem celeberrimi, qui tunc temporis in Græcia claruit, atque Pontii Epiſcopi & Martyris ejusdem internuntii nec non opera Fabiani Papæ Sanctiſſimi in cujus electione Spiritus Sanctus in columbæ ſpecie apparuiſſe, Eccleſiaſtica Hiſtoria perhibet. Sed Decius à Chriſtiana fide alienus re bene geſta in Galliis, indignè iſtud ferens Philippum Imperatorem Veronæ gratulandi cauſa obviam factum clam per inſidias militum occidi jubet, medio capite ſupra dentium ordines præciſo. Romam deinde reverſus cum Senatus ob patrios & avitos gentilitatis ritus hoc factum approbâſſet, cum Prætorianis agit, ut Philippus quoque filius jam primum duodecim annos natus, pari de cauſa interiret: qui ſibi metuens omnes theſauros patris & ſuos, prius Pontifici Summo Fabiano aſſervandos tradidit, Romæ deinde à Prætorianis occiſus eſt. Sic ambo Imperatores ob religionis ac fidei profeſſionem anno imperii ſeptimo, glorioſum Martyrii triumphum reportârunt. Decio autem Imperium Romanum ex populari favore obtinente adeo ſævitia & tyrannis ejus invaluit, ut omnium graviſſima ſubſecuta ſit Chriſtianorum perſecutio & quidem talis & tanta, quanta nunquam anteà audita fuerat, ut uno ore Hiſtorici teſtantur. Ea de cauſa Imperatrix Severa Auguſta, *Quirinum* filium ſuum unicum & adhuc parvulum ac primum ſeptennem, tenerrimè amans & ab hac Decii tyrannide declinans, latuit aliquamdiu cum cæteris Chriſtianis atque filium Quirinum usque ad tempora Claudii Cæſaris ſpatium xx. annorum continuè occultavit. Quirinus verò tanto vitæ tempore, unà cum reliquis abditus & latens, reconditis quidem in locis, reconditam certè ac ſingularem prorſus adeptus eſt Dei gratiam, qua innocens ac purus ab omni labe criminis ab ineunte hac ætate in Dei laude vixit, adoleſcentiæ &

juventutis florem Deo O. M. conſecrans, inter Confeſſores omnes eximia vitæ ſanctimonia claruit, quæ diu multúmque occultata, majores indies vires aſſummens celebritate famæ ac nominis & tandem in mediam lucem prodiens, omnibus ſummæ admirationi fuit. Neque enim tot tantæque virtutes diutius celari poterant, quibus Altiſſimus Sanctum Quirinum illuſtraverat.

CAPUT II.

De Martyrio S. QUIRINI.

ELapſis viginti annis poſt Philippum Imp. Fl. Claudius ſecundus adeptus eſt Imperium anno Domini CCXLII. qui publico edicto promulgato, Chriſtianos omnes inquiri, ac diverſis ſuppliciis afficiendos juſſit. Itaque fama beati Quirini, atque regiæ dignitatis nomen ad Claudium Cæſarem defertur, à quo B. Quirinus requiſitus, confeſtim libera voce illuſtrem ſuam familiam, atque Chriſtum verum Dei filium, ejúsque fidem & religionem profitetur. A qua fidei conſtantia, cum nullis neque perſuaſionibus abduci, neque ullis etiam minis abſterreri poſſet, facultatibus ſuis ac opibus omnibus nudatis, verberibus etiam & plagis ſubditus, præſente Claudio tam acriter fuit cæſus, ut corpus ejus inſtar purpuræ totum ſanguine perfuſum maduerit. Inter quæ ſæva corporis vulnera conſtantiſſimus Dei Martyr, invicto animi robore perſtitit, qui dudum hujus mundi pompis ac illecebris ſpretis honorificum ſibi reputârat contumeliam atque verbera pro Jeſu Chriſti nomine perpeti. Cujus conſtantiam cum admiraretur tyrannus, atque ob eam vehementer commoveretur, illum fame & inedia conficiendum, in caſtro quodam Ravennatium dicto, trans Tyberim arctiſſimæ cuſtodiæ atque vinculis mancipat, ne ulla vi aut impetu amicorum evaderet.

Accidit verò iiſdem temporibus, ut de Perſide Nobiliſſimus quidam vir Marius nomine Maromeni Imperatoris filius cum uxore ſua Martha, reguli Cuſuntis filia, Romam ad orationem Apoſtolorum veniret, unà cum duobus filiis Audifax & Habacuc. Cúmque per carceres & ſepulturas Sanctorum corpora inquirerent, veniunt in caſtrum trans Tyberim & in carcere beatum Quirinum conſpiciunt, ad cujus pedes ſe ſubmittentes obſecrant, ut Deum oret pro eis. Ibique manſerunt dies octo, ac eidem vinculis conſtrictos pedes laverunt & de facultatibus ſuis neceſſaria vitæ miniſtrârunt. Inſuper ablutionis aquam ipſam ſuper Capita ſua effundentes pio commiſerationis affectu dilaniatione corporis ſui deflent, eúmque conſolantur, amplexatum venerantur & deoſculantur. Verùm publicato Cæſaris mandato, ut Chriſtiani paſſim omnes ſive in vulgo ſive in cuſtodia eſſent reperti ſine ulla interrogatione punirentur. Compertum eſt à ſapientioribus, matura ea de re conſultatione habita, longè melius ac tutius fore, beatum Quirinum regia ſtirpe procreatum, clam medio noctis ſilentio interimendum quam in publicum producendum eſſe, ob metum & tumultum popularem evitandum. Quod cum Cæſari placuiſſet ſtatim Chriſti Athleta Quirinus morti adjudicatur atque noctu in carcere ſine omni ſtrepitu à rerum capitalium judice capite plectitur, útque lateret omnes ejus peremptio ex ponte projectum fuit corpus in Tyberim. Sic Beatiſſimus Dei 'Martyr Quirinus ætatis ſuæ anno XXVII. vitam hanc mortalem cum cœleſti commutans martyrii palmam glorioſiſſime eſt adeptus atque laurea inſigni redimitus regnat & triumphat nunc cum Domino in ſempiternum. Divina autem Providentia factum eſt, ut Sanctiſſimum Corpus jactatum in Tyberim alveo defectum in inſula quadam Licaoniæ remanſerit, quæ nunc inſula S. Bartholomæi dicitur. Sed Marius & Martha una cum filiis diu cum mœrore S. Quirinum è caſtro ſublatum inquirentes ex Presbytero quodam Paſtore nominato intelligunt, quæ acta interim cum eo fuiſſent. Qui omni cum ſollicitudine ad indagandum Sanctiſſimum ejus Corpus ſe accingunt, repertúmque in Licaoniæ inſula, multis cum lachrymis & ſuſpiriis debitáque reverentia tollunt, & Romam ſincera cum devotione reportant, atque illud honorificè aromatibus conditum in cæmeterio Pontiani ſepeliunt in crypta, VIII. kal. April. Anno Domini CCLXIX. Quo quidem in loco, quadringentis & octoginta duobus annis incorruptum requievit usque ad tempora Pipini Regis Francorum, qui Caroli M. fuit parens. Eò loci usque adeo S. Quirinus miraculis claruit, ut ab univerſis Romanis excellentia venerationis, nulli poſt Sanctos Apoſtolos haberetur ſecundus.

CAPUT III.

De Translatione S. QUIRINI Regis & Martyris.

TEmporibus Zachariæ Summi Romani Pontificis anno Domini DCCXLVI. erant in partibus Noricorum Illuſtres duo Principes opibus ac divitiis præpollentes, ambo fratres germani, ex patre Burgundi, ex matre Bavari Pipini Regis Francorum propinqui, quorum unus Albertus novem comitatus poſſedit in Germania: alter verò Occarius ducatum tenuit in Burgundia, qui & ætate provectior ab oſſium magnitudine Offiger dictus fuit. Hic in aula Pipini Regis tenerum habuit filium, qui cum ſæpius cum filio dicti Regis ludum quemdam Scacorum luderet, peritior in ea arte inveniebatur, quod apud ipſum haud mediocris iræ fomitem ei præbuit. Dum igitur die quadam ſimul operam huic ludo darent, filius Regis multoties victus rixas movet, atque ira incenſus filium Ducis Rocho petit ictúque mortifero tempus trajicit, ut reſoluto vitæ ſpiritu ſubito mors ſit ſubſecuta. Qua re cognita Pipinus Rex vehementer admodum perturbatur ſolitóque triſtior factus funus ipſum clam tegi jubet, ne qui rumores facile de eo hinc inde ſpargerentur, qui occaſio eſſe poſſent mutuæ diſſenſionis. Nam rebus Italiæ afflictiſſimis regnandi primum poteſtatem in Gallia & Germania iisdem ferè diebus obtinuerat. Depoſito Hilderico Rege Francorum. Itaque conſeſſu Principum per triduum celebrato Rex jubet accerſiri Occarium Ducem, ex eo quærens, quid de re facta, quæ infecta fieri nequeat, agi poſſit aut debeat? Qui non advertens in eum hoc retorqueri reſpondit: Res, quæ mutari non poteſt, æquo animo eſt ferenda: Quæ ſententia cum omnium aſſenſu approbaretur, Rex, dubius inter ſpem & metum, pueri caſum primò patruo inſinuat, ac demum per eum patri. Quibus auditis pater graviter ingemiſcens, filii caſum acerbiſſimè ferens præ triſtitia & dolore tam inſperati mali conticuit. Rex verò conceptum ejus mœrorem lenire verbis & modis omnibus extenuare aggreſſus, monet, ut ſententiam à ſe modo dictam re ipſa comprobet; qui animo ſe colligens reſpondit: multis rerum indiciis docemur nihil eſſe prorſus hic firmum aut ſtabile, ſed dies hominis velocius umbra declinare. „Quod cum alias perſpicuum ſit, præſentis rei caſus id ipſum evidentiſſimè demonſtrat. Si vero quod morte filii abreptum eſt, id regiæ majeſtatis tuæ decus & fratris mei ſuperſtitis amor facile totum compenſaverit. Quibus verbis ſingularem benevolentiam & gratiam ſibi apud Regem conciliavit, dimiſsóque Principum conſeſſu, ipſe cum fratre ad propria eſt reverſus; ſed cum ſolatio hæredis deſtitutus filium ſibi unicè charum multum diúque luxiſſet, fratrem in conſilium adhibet quocum de mundi hujus vanitate multa confert, quam ſingula ſint tam fluxa & caduca, & tandem commutata ſententia, cum eo de vita religioſè inſtituenda cogitat opibúsque relictis & abdicatis, uterque ſe totum Deo devovere, omnino ſibi proponit. Quare ſic divinitus illuſtrati Duces, in prædiis ſuis juxta lacum Tegernſee, idoneum locum ad divini ſervitii cultum deligunt, & in eo Baſilicam in honorem Salvatoris conſtruunt. Sylvam deinde locum ambientem omni diligentia radicitus exſcindi curant & juxta prædictam Baſilicam Monaſterium fundare, cum ædificiis ſufficientibus uſui Monachorum, inſtituunt. Diſpoſitis itaque facultatibus & ſumptibus pro exigentia hujus inſtituti operis, Romam orandi gratia, nec non pro reliquiis Sanctorum cum nobiliſſimo comitatu profecti ſunt, acceptis ſecum litterarum teſtimoniis, à Beato Bonifacio Moguntinæ Sedis Archiepiſcopo, quem hujus ſacri propoſiti conſiliarium & coadjutorem aſſumpſerant. Quò cum perveniſſent Apoſtolorum liminibus piè viſitatis, cum prædictis litteris honeſtáque munerum oblatione Zachariæ Papæ ſe præſentârunt. Quorum adventu Apoſtolicus multum lætatus & cladem urbi nudius tertius illatam per incurſum Barbarorum non ſine ingenti dolore animi commemorat, atque eos rei bellicæ gloria & nobilium comitatu illuſtres obnixè orat, ut jam direptis Eccleſiæ theſauris atque urbe majori ex parte incendiis & latrociniis devaſtata Romanis opem & auxilium ferrent; qui ejus petitioni ultrò acquieſcentes ac ſimul deſidiam Romanorum incuſantes eos pro Patriæ & Reip. ſalute, pro aris & focis, atque Eccleſiæ theſauris recuperandis ad fortiter dimicandum exhortantur, acceptáque benedictione Apoſtolica ipſimet Romanas aquilas regunt, & inſtructa belli acie hoſtes in maritimis prædam dividentes & eam navibus applicantes, valida manu aggrediuntur, eóſque acriter reſiſtentes ſic ferro dejiciunt ac proſternunt, ut fractis eorum viribus poſt diuturnos conflictus omnes vel terra cæderentur, aut mari ſubmergerentur; paucis quibuſdam in fugam converſis, atque ita optata victoria potirentur; quod Dei benignitate propè ſingulari factum eſt, ut nemo ex eis deſideratus nec mortiferè vulneratus, ſed ſub ſignis albis victoriæ ad unum omnes ſalvi Romam redierint. Voluit enim Apoſtolicus, ut pro more conſueto victores ſub candidis, victi autem ſub rubeis vexillis reverterentur. His itaque cum amplis ſpoliis & recuperatis theſauris advenientibus, Summus Pontifex cum omni Clero in hymnis & canticis eis obviam procedit ac ſummis cum tripudiis, coram ſanctiſſimo D. Petri ſepulchro proſtratus præ gaudio lachrymas fundit, cum tripudiis eos excipit, & in urbem comitatur. Pontifex autem Romanus cum Senatu heroicam virtutem tantorum, támque illuſtrium Ducum perpendens ob rem præclarè ac fortiter geſtam, liberam eis optionem offert eligendi & retinendi quæcunque inter ſpolia voluiſſet, multiſque muneribus ac prœmiis eos afficit, qui tamen omnia hæc pro nihilo ducentes, aliud nihil ſibi dari exoptant, quam ſacroſanctas Beatorum reliquias, gratia, quarum potiſſimum illud iter ſuſcepiſſent, & confertam hoſtium aciem ſtrenuè ſubire non dubitâſſent. Quibus annuentibus Papa ſeorſim iis convocatis clam habita de negotiis eorum conſultatione liberam optionis facultatem tribuit, ut poſt reliquias Apoſtolorum eligerent quaſcunque vellent. Qui confeſtim petunt corpus S. Qurini Regis & Martyris, quod compertum haberent neminem poſt Apoſtolos eſſe Romæ neque fama celebriorem neque miraculis clariorem. His auditis, Pontifex velut attonitus obſtupuit minus cautè forſan optionem hanc proferens neque ullo modo ſe petitioni eorum acquieſcere poſſe, metu civium Romanorum aſſerit, quibus nihil eſſet S. Quirino charius nec quicquam in optatis prius. Illi contra magis ſupplicando inſtant, ut precibus tandem victus Romanus Pontifex eorum petitioni acquieverit, ſub hac tamen conditionis lege, ut dilatione temporis interpoſita, per nuntium occultè tranſmiſſum voti ſui fierent compotes, ne qua ſeditio ejus rei gratia inter cives Romæ ſuboriri poſſit. Interim particulis quibuſdam Divi Petri & Pauli, atque cypho S. Quirini & complurium aliorum reliquiis, & digitum S. Benedicti, traditis, eos cum benedictione Apoſtolica gratiosè à ſe dimittit. Hi Patrono tanto impetrato læti in patriam redeunt, à quibus Otto eorum Sororius, vir clericatus dignitate ac morum nobilitate probatus, ſtatim advocatur & pro jam dicto negotio expediendo, apparatu honorifico Romam dirigitur. Cum igitur illuſtris vir Otto legatione avunculorum functus, Apoſtolicum ea de re adiiſſet, litteris oblatis fit ſponſionis ſuæ memor, noctiſque ſilentio reverentia condigna, locum S. Quirini Martyris accedit, in qua jam CCCCLXXXII. annis requieverat, & diverſis miraculis claruerat, elevans corpus ejus de tumba, reponit illud in thecam de ſpatulis palmarum contextam ſuóque ſignaculo diligenter obſerratam & communitas legatis offert, & ait: cum defertis pretioſum pignus S. Martyris, à commnnia via regia deflectite & videte, ne ſignaculum noſtrum ullo modo infringatis, qui aliam viam ingreſſi, ne inſidiis Romanorum interciperentur, morem ei gerunt, atque celeri curſu verſus maritima iter accipientes usque ad montem Bardani pervenerunt; & jam ſuperatis alpibus, magis ſecuri per triduum à labore ſuſcepti itineris quieſcere ſtatuunt, pheretrum juxta Eccleſiam quandam deponentes. Cum verò quidam eorum nimium vino indulgerent, ac diſſolutius ſe gererent, exquirentes cauſam cur tam ſtrictè Apoſtolicus ſigilli ruptionem eis inhibuiſſet: atque ſe deluſos exiſtimantes corpus ſanctum inſpicere geſtiunt, ac velamen thecæ auſu temerario removent, ſigillo adhuc intacto, qui flammis erumpentibus ſubito concidunt, ac velut ictu fulguris tacti vel puncto temporis pereunt. Horrendo hujus rei eventu divulgato, concurſus fit undique maximus vicinorum ex oppidis adjacentibus, qui Deum admirantur & prædicant in Sancto ſuo Martyre, viſis in terra proſtratis ſacrilegis & exuſtis. Quo in loco adhuc extat ſacellum S. Quirini in Atheſi juxta Rivum Dalfer dictum, Otto verò cum reliquis perteritus, avunculis ſuis rem geſtam denuntiant, qui ob ſigni magnitudinem, viros gravitate morum ac pietate conſpicuòs remittunt, à quibus athleta Chriſti ſumma cum veneratione & comitatu proſpero in fines Noricorum fuit translatus. Cujus adventu Duces multum gaviſi ſunt, &, ut in Tegernſee ducerentur, juſſerunt. Cum juxta lacum Tegernſee pernoctarent, ac die illuceſcente Sanctum Martyrem ſublevarent, confeſtim ſub pheretro ejus fons ſaluberrimus aquis ſcaturiit, qui hodiernum in diem emanans, bibentes ex eo à diverſis languoribus curat. Itaque magna multitudine populorum comitante, cum devotis hymnorum canticis proceſſerunt ad locũ habitationis ſuæ & corpus ejus ſanctiſſimum collocârunt in ſacellum Salvatoris anno à Chriſto nato DCCLII. quod tamdiu erat ibi reſervandum, quoad digno digniſſima fabricaretur aula Imperatori.

* * *

CAPUT IIII.

De Fundatione Monaſterii in Tegernſee.

Cum igitur S. Quirinus annos duos integros ac decem & octo hebdomadas in dicto ſacello Salvatoris reconditus requieviſſet, omniáque jam eſſent perfecta, quæ ad Monaſterii ac Domus Dei decorem ad conſecrationis ſolemnitatem & monaſticæ religionis obſervantiam ſpectare videbantur: tres Epiſcopi provinciales invitantur, Dominus Joannes Salisburgenſis, D. Erinbertus Friſingenſis & D. Gaybaldus Ratisbonenſis, atque viri religioſi complures, quorum diligentia eadem Domus Dei celeberrimo ſtudio dedicatur & conſecratur, in honorem D. Petri & Pauli Principum Apoſtolorum. Peractis Encæniis proceſſio ſolennis cum cereis & crucibus inſtituitur, verſus ſacellum Salvatoris ex quo reliquiæ S. Quirini in locum divinitus præparatum, devotis hymnorum præconiis ſtipantibus undique turbis, religioſiſſimè deferuntur. Is locus erat crypta ſubterranea & teſtudinata in cujus medio lapis exciſus erat olei ſacri unctione conſecratus.

Igitur Antiſtes Dei Athletam Quirinum elevat ex ea parte, qua pedes erant, & Presbyter venerabilis Reinpertus ex parte adverſa: & cum jam in ſarcophagum mitteretur (res mira dictu) elapſa eſt particula Sacri Corporis per foramen ſportæ palmeæ in manus ejusdem Presbyteri madens adhuc recenti ſanguine, velut eo ipſo die, quo paſſus fuit inclytus Martyr pro Chriſti nomine anno ſalutis CCCCLXXXIII. ab ejus decollatione Romæ facta usque ad annum Domini DCCLIIII. viſo tali ſigno aſſiſtentes præ admiratione in ſtuporem converſi, ſanguinem unà cum carne colligunt affectu erga Martyrem condigno, iterum atque iterum Deo in altiſſimis laudem & gloriam referentes. Hanc portionem Principes Ilminenſi poſtea cœnobio ab eis quoque fundato tradiderunt: cruor verò emiſſus adhuc hodiernum in diem incorruptus perdurat, & concretus aliquantulum in magna ſatis copia hic in Tegernſee reconditis cum reliquiis ſervatur, & in quadrangulari argentea monſtrantia quam vocant, populo monſtratur, ſub vitro criſtallino incluſus. Quo ſigno admoniti omnes facile vident, Sanctum Quirinum Regem & Martyrem, hanc quoque Domum Dei, proprio ſanguine fuſo & fundâſſe & conſecrâſſe, neque ulli fas eſſe eam ſacrilego auſu profanare. Poſthæc lapideo huic S. Quirini ſarcophago ſub crypta venerabiles Dei Epiſcopi quatuor thecas ſanctarum reliquiarum plenas, quatuor diverſorum graduum, videlicet Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum atque Virginum circumquaque religiosè coaptârunt, ita ut ſingulæ thecæ ſingulis quatuor lateribus ſarcophagi reſponderent. Pro quorum veneratione tunc ſtatutum fuit, ſicut vetus conſuetudo adhuc obtinet, ut XIII. kal. Aug. horum &

aliorum omnium Sanctorum in circuitu ejusdem Monaſterii quieſcentium memoria ſolemniter peragatur, quemadmodum in ipſo eorum die natali, inſuper ut in vigilia Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, omnis conventus in pane & aqua jejunet. Itaque his omnibus ordinatis ac ritè diſpoſitis, Illuſtres Duces Albertus & Occarius, militari Baltheo reſignato, ut dudum animo ſecum propoſuerant, opibúsque hujus mundi ſpretis, ſe totos Deo & S. ejus Martyri Quirino dedicant atque conſecrant, exemplo Salvatoris edocti, qui vel ab utero Virginis usque ad crucem in perpetua paupertate vixit. Ideoque ſano ejus conſilio, in vitæ perfectione ſectanda ultro acquieſcunt, habitum religionis monaſticæ ſuſcipiunt cum magna eorum familia & ſacræ conſtitutionis regulam D. Patris Benedicti profitentur. Tranſeunt quidem de conviviis ad jejunia, de carnibus ad olera, de ſericis ad cilicia, & ut ſummatim perſtringam de propria voluntate ad ſubjectionem ac de plena libertate ad ſui abnegationem.

Quare Illuſtres hi Duces, ex regia ſtirpe procreati, Zachariæ Summi Pontificis authoritate atque Pipini Regis Francorum conſenſu, hoc percelebre Monaſterium *Tegernſee* non ſolùm conſtruxerunt & fundârunt, ſed etiam propria perſona exornârunt & cohoneſtârunt, dum uterque illud ingreſſus in eo religionis profeſſionem fecerit. Quod præterea præ aliis cœnobiis ab eis fundatis magnificè dotârunt, & locupletiſſimè ditârunt, tum viginti duabus patellis ſalinarum, ubi ſal conficitur, tum opibus ac manſis propè innumeris, quorum ſumma in undecim millibus, octingentis & ſexaginta ſex manſis conſtabat. Eſt autem manſus Jureconſultis, legitima dos unius Eccleſiæ, quæ ad honeſtam ac liberalem ſuſtentationem unius Sacerdotis ſufficit: vel etiam, ut quidam volunt, eſt tantum agri ſpatium quantum uno die par boum exarare poteſt. Ex quo perſpicuum evadit, quantacunque munificentia & liberalitate celeberrimum iſtud Monaſterium ſit fundatum, ad omnem quidem vitæ uſum pro religioſis neceſſarium, qui ab initio hujus fundationis centum & quinquaginta fuerunt recepti ex D. Galli Collegio ubi tum temporis viri religioſiſſimi degebant, quorum Archimandrita S. Othmarus extitit, & ut ſeniorum relaxatione accepimus tantus Deo militantium fratrum exercitus in ſuas tres quinquagenas fuit partitus ut exeunte templum uno quinquagenario cum ſua cohorte, laboris, refectionis ſeu quietis gratia continuò alius cum grege ſuo ſucceſſerit; itaque nocte diéque ſine intermiſſione laus Dei inſonuerit in Domo ejus.

Cum vero Illuſtres Duces ſacri habitûs veſtes induiſſent, humilitatis ac mundi contemptus indices, ut beata immortalitate veſtirentur; Dominus Albertus Epiſcoporum judicio & approbatione univerſorum ſacris initiatus primus Abbas prædictorum fratrum conſtituitur. Otkarius verò manet primus frater converſus, omnis pietatis ſtudioſiſſimus. Albertus paſtorali onere ſuſcepto quanta cum ſolicitudine, cura & induſtria, gregi ſibi commiſſo præfuerit, licet injuria temporum vix paucula quædam extent, ut inferius dicetur, facile tamen quis ex eo conjecturam fecerit, quod verè aureum ſeculum ſub eo floruerit, quo pietatis & virtutis ſtudium in continuo profectu erat, ſicut latiſſimè patet ex multis rerum geſtarum annalibus. Unde vitæ hujus curſu feliciſſime ac religioſiſſimæ peracto uterque fundatorum Deo ſpiritum reddit ac utriusque corpus honorificè hîc in æde ſacra ſepelitur. Qui ambo Duces & Fundatores inclyti, omni vitæ ſanctimonia illuſtres etiam miraculis poſt obitum claruerunt, atque ut unum è multis proferam & ſic finem imponam, legitur de quodam obſeſſo à Dœmone, qui cum die quadam templum ingreſſus ſepulchrum Fundatorum ſaltem manu contrectâſſet, ſtatim Dæmon ab eo exiens ſanum hominem & incolumem reliquit, nunquam infeſtans eum amplius. Tot igitur Illuſtrium Fundatorum heroicas virtutes, quibus id ipſum præclarè meruerunt, poſteri omnes imitantur.

CAPUT V.

De Miraculis S. QUIRINI.

De cæco nativo, qui viſum recepit.

CÆcus quidam nativus unà cum ductore ſuo Saliſburga profectus S. Quirinum jejunus inviſere ſtatuit: & jam Oenum tranſiens cum per ſaltus, nemorum deſerta, vallium ac montium loca peragraret, ductor ejus famis impatiens monet, ut jejunium frangat, ſe enim præ fame ulterius progredi non poſſe, qui ait, non infringam jejunium, niſi voto meo prius perſoluto, cui ductor: age, ut lubet, ego non patiar me hîc inedia conſumi atque hæc dicens ſtatim ab eo diſceſſit, quo abeunte, cœcus jam omni ope deſtitutus & vel medio in deſerto deſertus, remanet ſolus inter abrupta montium ac vallium, ignarus omnis prorſus conſilii; qui tanden humanis auxiliis denegatis ad Deum converſus ait. O bone Chriſte Redemptor, ô Jeſu Lux animæ meæ, ſuccurre mihi miſero: ô S. Quirine Martyr Chriſti, orbe toto celeberrime, fac interceſſione tua, ut illuſtrentur oculi mei, ne hîc tam miſerè peream, feris beſtiis eſca futurus. At ſtatim ut hæc fuſis lachrymis protulit, lux quædam ſubobſcura oculis ejus infuſa refulſit, quæ ad viam demonſtrandam ſatis erat, licet necdum plenè rerum imagines diſcernere poterat. Ut autem venit ad ſepulchrum S. Quirini oculorum caligine omni abſterſa viſum perfectiſſime recepit. Qui rerum pulchritudinem admirans quaſi renatus ſibi videbatur, Deo & Beato ejus Martyri Quirino perpetua cum laude immenſas gratias retulit.

De puella, quæ nata contracta, facta eſt directa.

PUella quædam ab incunabulis, omni prorſus facultate greſsûs privata, ita ut plantæ pedum clunibus adhæreſcerent, in die Sanctorum omnium à parentibus tumbæ S. Quirini fuit oppoſita. Quæ cum peractis jam ſacris & populo abeunte, ſola divinis precibus vacaret, ac multis ſuſpiriis & lachrymis Dei Martyrem Quirinum invocaret: ſenſim facta nervorum reſolutione plantis novellis ſe dirigi percipit, ut recto ſtatim greſſu perfectè incedere potuerit. Quo viſo miraculo pulſatis campanis fit undique concurſus populi, qui Deum ob tam præclarum pietatis munus per Martyrem ejus præſtitum laudare ac prædicare non deſiſtunt.

De Aran Epiſcopo, qui reliquias B. Quirini auferre voluit.

ANno à partu Virginis CCCCXXII. Megilonis Abbatis tempore, Epiſcopus quidam Galliæ Aran nomine, ſingulari amicitia Megiloni junctus inter colloquium familiare innumeris propè miraculis S. Quirini auditis, aliquas ejus reliquias ab eo petiit, ſive ad bellum, ſive quocunque ei foret eundum. Qui ait, elapſam S. Quirini particulam in Ilminenſi cœnobio ſervari ex qua aliquid, ſi velit, ſecum facile auferre poſſit. Hîc verò in Tegernſee id minimè fas eſſe, ubi integrum ejus corpus ſervaretur reconditum. Is conſilio ejus acquieſcens venit Ilminam & impetratâ S. Quirini particula, in ſinum expandit ſyndonem reliquiarum capſam aperit, atque appenſis ſchedulis lectis diligenter easdem inquirit, cúmque jam nomen & reliquiæ S. Quirini in ejus manum veniſſent, confeſtim omnes pavimento proſternuntur, & tam ipſe quam omnes alii præſentes, cæcitate ſunt percuſſi ac prope amentes effecti. Hoc ſolum virium in eo remanſit, ſicut ipſe retulit, ut collectis reliquiis capſam recluderet, ac ſuper altare poneret. Res ſanè mira & ſtupenda. Tandem cum per modum crucis ſe ultrò in terram proſternerent omnes, ac fuſis lachrymis divinum auxilium implorarent, inter longa ſuſpiria vires receperunt pariter & viſum.

De Clerico, qui ex Tegernſee campanam abſtulit.

CLericus quidam ex ſtirpe regia & in aula Regis præcipuus, campanam cæteris meliorem ex Tegernſee rapuit, ac in ſuam poſſeſſionem transtulit, *Boening* appellatam. Qui cum poſtea in longinquas diſcederet partes fratres Monaſterii campanam reduxerunt. Quo comperto ille furens ac ſæviens fratres inſequitur, & campanam S. Quirino iterum aufert. Nec mora, cum adhuc vix mille paſſibus eam extuliſſet, ſubitò à doemone correptus, atque diu multúmque agitatus, inferis ſpiritum reddidit. Ductores verò campanæ ulterius progredi non valentes, ſpiritu vertiginis exagitantur atque via tandem concluſi tenentur, donec in Tegernſee campanam iterum reducerent. Quo facto liberè ad ſua redeunt.

De fure, qui compatri ſuo bovem & marſupium abſtulit.

QUidam nequam bovem compatri ſuo furtivè abſtulit, ac inſuper die quadam ſolenni non multò poſt templum S. Martyris ingreſſus eidem compatri ſuo marſupium cum triginta denariis præſcidit, putans cum priori ſcelere ſe impunè fore. Sed S. Quirinus ſic eum in templo detinuit, ut apertas ejus januas egredi non potuerit. Poſt exitum aliorum omnium æditüus ignotum hunc hominem conſpicatus. Heus tu, inquit, quid hîc rerum agis? cui ille, neſcio. Hic inſtat in nomine Chriſti dic, quidnam hic tibi contingit? confuſus ille ſcelus ſuum in compatrem commiſſum de furto bovis ac marſupii confitetur. Nec ſe id reſtituiſſe ait, ac propterea exitum ei à S. Quirino denegari. Quod cum omnibus innotuiſſet quæſitus compater, accerſitus, cui fur redditis nummis optionem dedit eligendi unum ex decem ſuis bobus, quem vellet, ac ita demum fur exit, reſtitutione prius facta, & S. Quirinus ab omnibus laudatur.

De vidua, cujus domus manſit intacta ab incendio.

VIdua paupercula videns incendio villam undique conflagrare, ac neſciens quonam ſe verteret, admonetur à filia, ut S. Quirinum invocet. Quæ ſtatim intimo gemitu exclamat. O pie Quirine, libera me ab igne. Hac voce emiſſa ſubito ventus adveniens, elevatum ignem undique diſperſit, ut tota villa igne abſumpta, ſola domus viduæ intacta permanſerit.

De milite, qui equum ſuum devovit S. Quirino.

MIles diu ab hoſpite in carcere detentus ac ſpe vitæ dubius S. Quirinum invocat, cui ſe tali voto ſubjicit, quod per eum ex vinculis liberatus meliorem equum ei offerret, quem domi haberet. Nec mora, liberatur ex vinculis debitáque gratiarum actione & devotione in Tegernſee properat, equum Eccleſiæ valvis alligat, cum pecuniæ penſione redimere volens, ſolidum imponit altari & egreditur. Sed equus ſolutus immotus perſtat, nec ullo modo divelli poteſt. Ipſe argentum duplicat, nec adhuc ſolvit equum: neque prius eum ſolvere potuit, quam ſeptimo ſolido impoſito.

De Pane in lapidem converſo.

IN feſto translationis S. Quirini fidelium turba confluente quidam panem ſuum offerendum tumbæ Martyris per alium transmiſit. Quem ille ſuſcipiens, deportavit quidem, ſed ex avaritia ibi non dimiſit. Rediens itaque cum pane votivo prandendi hora cum aliis hominibus diſcumbit, &

votivum panem apponit. Quem cum inſcindere voluit, panis in lapidem converſus obriguit, & cultellum lædens abjecit eum in viam publicam, ac receſſit. Quidam verò nobilis juxta viam habitans levavit dictum lapidem, atque eum pro mirando ſpectaculo in honorem S. Quirini Martyris & Regis omnibus oſtentare non ceſſavit.

De vino per hoſtes Monaſterio ablato.

ERat vinum deferendum ad Monaſterium emptum in vicinia à Præpoſito cellarii, quod hoſtes interceperunt ac ſecum abſtulerunt. Aderat feſtum S. Andreæ, nec habebant fratres, quod biberent. Itaque hora tertia fratres ſepulchrum Martyris cum cruce circumeunt, orârunt violentiam prædonum repelli, qui eos tali triſtitia affecerant. Exaudivit S. Quirinus, ac ſequenti nocte fuerunt octo prædonum excœcati.

De milite, qui hoſtem fugientem perſequens, Eccleſiam S. Quirini combuſſit.

MIles fugientem hoſtem perſequens usque in Eccleſiam S. Quirini in Tundorf nec eum extrahere valens ignem Eccleſiæ ſubjecit, atque hunc cum illa combuſſit, quia lignea erat. Poſt incendiarius iſte pontem tranſiens lapſus ab equo, gravi caſu femur eliſit. Deductus domum extenuari corpore cepit, donec penitus deficeret, ac miſerrimè vitam finiret.

De juvenca, quæ S. Quirino devota S. Georgio fuit oblata.

QUidam Oenepontanus juvencam B. Quirino devovit, ut ſui armenti Protector fieret, qui cum in itinere eſſet voti perſolvendi gratia longioris viæ tædio captus, intra ſe ait: quid differt voviſſe Quirino & dare Georgio? an non unum ſunt in cœlo, & ſi quid habent, nonne ſimul habent? Ergò devotum uni, perinde eſt, ac ſi eſſet devotum alteri. His dictis juvencam duxit, in montem S. Georgii, quo cum perventum eſſet, conſtitit immota, nec ultra progredi potuit: urgetur ſtimulis funibus ac fuſtibus, nec tamen procedit, ſed omnibus præbet de ſe ſpectaculum. Abbas loci accerſitur, & hæc videt, ſed fruſtra impellendo laboratur. Hanc velut dæmonis arte ligatam, aſperſit aqua conſecrata, iterúmque trahi jubet, ſed nihil magis proficit. Interrogatur ſponſor de voto, qui voti commutationem eis exponit. Abbas vaccam ſolvi ac dimitti jubet, quocunq; tandem ſpontè ire vellet. Soluta ſtatim feſtinavit, & tam præproperè cucurrit, ut de montis illius præcipitio in imam vallem caderet omnino illæſa permanens, atque hinc per devia tamdiu cucurrit, donec per ſylvam ſine præduce usque in Tegernſee perveniret, ſponſor inveſtigans fugientem, ſicut laſſus itinere eam aſſequi potuit omnibus admirantibus rem geſtam ordine expoſuit, & devotè ſuum votum complevit.

De muliere petram habente in lingua.

MUlier ægra venit ad S. Martyrem, cui petra in lingua hærens excreverat adeo ut vitelli ovi haberet magnitudinem, quæ cum pia devotione oblatum munus imponeret altari, atque illud deoſcularetur, confeſtim illud onus petræ à lingua decidit.

De torque ex pane confecto, de quo ſanguis emanavit.

ANcilla cujusdam Matronæ in Norico propè Iſtrum paralyſi habens brachium collapſum ex pane torquem conficit, quem oblationis gratia brachio circumpoſuit, Dominam ſuam obnixè rogans, ut eam venire permitteret ad feſtum translationis B. Quirini Martyris, quæ graviter eam objurgans increpat, & domi reſiſtere jubet. Altera die rurſus obnixius Dominam orat ſecum portans votivum ſuum panem, quæ adhuc commotior ad opus eam redire compellit, ac ſimul torquem de manu ejus raptum confregit; ex quo ſtatim ſanguis erupit. Hæc perterrita facultatem eundi ad S. Quirinum ei conceſſit, atque ociùs rumore miraculi circumquaque divulgato turbæ propè innumeræ eam cum pane cruento comitantur usque in Tegernſee; ubi cum panem hunc votivum & jam divinitus conſecratum altari imponeret, debile brachium ſanitati priſtinæ reſtituitur. Panis iſte velut roſeo tinctus ſanguine Martyris, flentibus præ gaudio populis cum admiratione ſumma univerſis demonſtratur. Aderant tunc temporis fratres Altahenſes S. Mauritii, qui multis lachrymis impetratam partem ejusdem panis à Patre loci Udaſchalco pro miraculi evidentia domum deportaverunt.

De muliere pomposè veſtita, quæ templum diu ingredi non potuit.

ALio ejusdem feſti diei tempore quædam liberalis formæ mulier pomposè compta & veſtibus ſuperbè ornata, ut omnibus ſpectaculo eſſet, templum hic ingredi voluit: ſed nec ſola nec à multis adjuta limen tranſire potuit. Id complures ex muliebri imbecillitate ei accidiſſe putârunt, eam denuò adducunt. Sed cum ad valvas perveniſſet nulla vi aut arte ingenii introduci potuit. Quæ pudoris rubore ſuffuſa & tædio affecta dum regredi ad hoſpitium nititur: nixa pedibus, loco dimoveri nusquam potuit. Afferuntur ſacræ candellæ ardentes, quæ in manus eidem dantur, ut ſic introire tentet, nec quicquam tamen proficit. Tandem Sacerdote adhibito confeſſa exceſſus proprios, cum aditum templi expetit, repellitur. Secundo confeſſa iterum repulſam patitur. Tertio demum purè confeſſa, ſatisfactione cum flagello ſuſcepta, cum vera cordis contritione, in præſentia populi, humiliter eſt ingreſſa.

De quibusdam furibus, quorum aliqui templum egredi, aliqui fontem S. Quirini prætergredi non potuerunt.

FUres quidam in templo immixti populo celebritatem feſti peragenti, pluribus marſupia cum nummis præſciderunt. Egreſſa itaque populi multitudine, quidam eorum, qui omnes aditus, nunquam quæſitum poterant habere exitum. Quidam verò ipſorum, qui unà cum populo exierant, furtivas res ſecum deferentes, fontem S. Quirini præterire nullatenus poterant. Igitur utrique eorum, culpam ſuam prodentes & furta reſtituentes, tunc demum cum confuſione receſſerunt.

De obſeſſa dormiente & à dæmone liberata.

QUædam mulier dæmone obſeſſa ad tumbam S. Martyris fuit adducta. Cui ſtatim ſomnus obrepſit, & aliquamdiu dormiens horrendis modis inter dormiendum clamavit. A ſomno evigilans interrogatur, quidnam ſenſerit? duos juvenes, inquit, egredi vidi, qui forcipibus immiſſis tetrum Æthiopem ex me pertraxerunt.

De muliere, cui manus chyrotheca detracta obriguit.

IN die translationis S. Quirini mulier quædam induta chyrotecis ad offerendum proceſſit, quæ dum manum ad altare extendiſſet, ſubito ei manus tota obriguit, ut retrahere eam ad ſe non potuerit. Chirotheca verò ei de manu detracta per unam ferè horam in aëre ſuper altare pependit. Quæ omnium oculis expoſita dum ſatis jam erat conſpecta ſuper altare cecidit. Mulier diu contracta manu ibi conſtitit, atque tandem fovens celebritatem feſti S. Quirini ſemper jejunio ſe præventuram, manum iterum ſanam accepit.

De quodam Roma reverſo, qui equum S. Quirino devovit.

QUidam Apoſtolos Romæ orationis cauſa viſitans equum labore itineris jam propè deficientem S. Quirino devovet, ſi illum validum reduceret. Qui Romam rediens venit in Tegernſee, præ foribus templi equum alligans & illud ingreſſus, altari ſex ſolidos imponit pro ejus redemptione. Regreſſus deinde equum ſolvere non potuit. Iterum alios ſex ſolidos imponit, & regreſſus necdum ſolvere potuit. Tandem adhuc quatuor ſolidos altari imponens, exivit, & equum ſolvens ait: ô Sancte Quirine, bonus quidem vir es, ſed negotiator melior, quo mihi ſtrictior nunquam cognitus fuit.

De duobus leproſis à lepra mundatis.

DUo leproſi venerunt ſimul ad templum S. Quirini, qui ambo à leprâ curati ſunt licet diſpari modo. Unus eorum piè orans ad tumbam S. Martyris obdormivit, ac ſudore perfuſus per gratiam divinitus collatam perfectè mundatur. Alter verò eadem labe infectus dum Eccleſiam egreditur necdum curatus, à Domeſticis ſuis percontatur, ubinam eſſet fons S. Quirini ac eo demonſtrato illis quidem dehortantibus, fonte illo ſe abluit, & confeſtim purus à lepra evadit, & Deo gratias agens, receſſit.

De peregrinis in tempeſtate maris S. Quirinum invocantibus.

PEregrini quidam obortâ tempeſtate maris adeo laborârunt, ut ventorum turbine exagitati undique fluctibus ac procellis invaleſcentibus jam prorſus de vita deſperarent. Cum igitur ſalubri confeſſione ad mortem ſe præparâſſent, quidam religioſus Presbyter ſurgens eos adhortatur, & ait: Noſtis ô conterranei, virtutem S. Martyris Quirini, qui in Bavaria requieſcit, cujus paſſio quidem hodierno die in Eccleſia ſolemniter peragitur. Hunc vobis expoſcite præſentis periculi adjutorem & patronum, & revera abſque mora ejus opem ſentietis. Necdum verba Presbyter compleverat, omnibus S. Quirinum invocantibus, fremitus maris ac tempeſtatis fragor mox concidit, & ſerena tranquillitas apparuit, quæ ſtabilis ac firma euntibus & redeuntibus permanſit.

De homicida ex vinculis liberato.

QUidam homicida ſui avunculi, circulis & vinculis ferreis incluſus, ſine cuſtodia carceris liberè detentus in Saxoniam ad S. Gothardum ire ſtatuit, qui Tegernſeenſem Abbatiam uno rexit anno. Huic per quietem in viſu pulcherrimus ſenex apparuit, qui eum admonuit, ut in Bavaria Monaſterium Tegernſee perquireret, atque ibi ad ſepulchrum S. Quirini Martyris ſe conferret experturus pro certo ejus gratiam. Cui ille: ô Domine incognita mihi eſt provincia, at iſte rurſus ne ſis ſollicitus, optimè viam inveſtigabis, ac propè illuc pervenies: hac ſpe gratiæ peregrinus ignotum iter ingreditur, vix parum Idioma calens & Deo Duce ad Monaſterium Sancto Paſcæ Sabbato pervenit, qui cum populo ad ſacræ noctis vigilias ingreſſus, ac illis jam expletis, cum ſub finem hymnus *Te Deum laudamus* caneretur, ferrei nexus omnes relaxati divinitus ab eo procul exilierunt.

De alio vinculis ferreis incluſo & liberato.

ALius quidam ferro incluſus advênit in feſto SS. omnium, qui cum noctu acerrimis doloribus affligeretur vehementia ferri conſtringentis & carnem excedentis: per ſomnum à quodam admonetur, ut maturet ingreſſum Eccleſiæ, ibi certam medellam conſecuturus. Surrexit ille greſſibus ægris & præmaturus quidem ad templum S. Martyris accurrit, & ecce! ferrum concretum carnibus ac iis penitus inhæreſcens confeſtim à carnibus proſilit, homine præ dolore exclamante: Quem quidam ad ſe reclinans, ut ei videbatur, paululum ſuſtentabat, donec integrè ibi convaluit.

De Dietmaro Friſingenſi, qui arctiſſima carceris vincula evaſit.

Miles notus Dietmarus nomine Nobilis Miniſter Friſingenſis, captivus à ſuis hoſtibus tenebatur in caſtro Schaumburg aſtrictus ferreis compedibus in carcere. Is imminente nocte B. Quirini tempore quadrageſimæ intimis cum ſuſpiriis orat, ut ei ſubveniat, inter has preces obdormienti offert ſe vir venerandi habitûs ac vultûs liberationem ſpondens, ſi compedes ad ejus ſepulchrum deferret, quod votum dormiens adhuc ſibi viſus eſt peregiſſe, ac repentè compedes ab uno pede decidiſſe ſentit, & vigilans anxiè cogitabat, qua ratione cuſtodias militum præ foribus evaderet, dum hoc cogitat, iterum obdormit, iterúmque monitor adeſt, qui recto eum gradu hinc abire jubet, omni excluſo timore. Expergefactus oſtium aggreditur, quod confeſtim ei patuit: ſed illud ob cuſtodias undique circumpoſitas egredi non audet. Stans itaque in oſtio inter ſpem ac metum ſuſpenſus, ſubito velut haſtæ longitudine, ultra cuſtodias ſe videt tranſpoſitum, atque ad clauſam caſtri portam proveniens, divinitus eam ſibi pateſcere vidit. Quam tranſiens foſſati & vallium pontes reperit ablatos: tamen per tranſverſas & trajectas arbores cauto gradu pertranſiit, ac tum demum ex altero quoque pede reſolvuntur ei compedes. Quibus humeris impoſitis, celeri fuga ſe in pedes conjecit, de qua certiores interim facti cuſtodes, continuò eum inſequuntur & odoratu canum perveſtigant. Ille inſequentes crebro juxta ſe videt, nec tamen ab eis videtur, canéſque odore appropinquantes in aliam partem vergere, ac eum deſerere conſpicit. Tandem ad rivum perveniens, decurſum alvei ſequendo argutias perſecutorum evaſit. Quibus domum regreſſis ipſe lætus ad divinum officium & cultum S. Quirini acceſſit, atque onus ferri, quo liberatus eſt, ad laudem S. Martyris obtulit.

De muliere, quæ igne occulto ſilicum ac veſtium exurebatur.

Mulier quædam ſub noctem Sabbati, qua feriæ diei Dominicæ jam dudum incœperant, duos ſilices manu apprehenſos pro balneis faciendo foco injicere voluit, cui miro Dei judicio ſilices unà cum veſtibus ardere cœperunt, occulta quadam vi adurente nec tamen conſumente, neque etiam colorem veſtium aut ſilicum immutante. Quæ igne tali inflamata omnium vehementiſſimè exurebatur, neque ullo modo ſilices aut veſtes à ſe deponere poterat. Hac pœna graviſſimè afflicta, currens ad tumbam Martyris, illicò meritis ejus curata fuit.

De paraclytica ſanitati reſtituta.

Quædam paralytica membris omnibus adeo contracta & diſtorta, ut plantæ digitíque pedum clunibus accreverint ad ſepulchrum Martyris deducta, aliquantulum obdormivit. Quæ inter dormiendum vidit quemdam juvenili ætatis flore præditum, apprehenſos ſibi pedes trahendo dirigere. Et vigilans miratur ſe directo corpore ſanitatem adeptam.

De Præfecto Ratisbonenſi, cujus equi interierunt.

Quidam Præfectus Ratisbonenſis Romam orationis cauſa profecturus, equis ſuis una nocte pabulum apponi juſſit, ex decimis S. Quirini, quod ut factum eſt, die illuceſcente, omnes equi mortui ſunt reperti, quidem annonæ ſacræ pabulum ſumpſerant.

De Abbate Udalſchalco paralyſi tacto.

Eſt villa ſub jurisdictione Tegernſeenſium Oſtermünchen dicta, ubi Abbas Udalſchalcus colloquium habens de rebus Eccleſiæ, ſententiam iniquam, ſuper ſubditos S. Quirini latam approbare & confirmare viſus eſt, & confeſtim paralyſi tactus, obmutuit; cúmque ad diem tertium ſic permaneret, revocato judicio iniquo loquendi facultatem perditam denuò recuperavit.

De Nobili Matrona Fridrain Dæmone correpta.

Nobilis quædam Matrona Fridrain appellata ſoror Sybiconis Comitis, generoſo Hugoni copulata in Norico Ripenſi, ex præſumptione quadam frivola nimium ſibi vendicans, Religioſis beati Quirini auferri vinum præcepit, ídque in contemptum eorum, quos ſibi pro ſua voluntate ſubjectos omninò volebat: Quæ ipſa invaſionis hora, dæmone fuit correpta. Ea poſtea cum ſæpius à matre Leycarde ad tumbam S. Martyris duceretur, nulla penitus devotionis ſedulitate abſolutionem mereri potuit. Ita in ſeveritate vindictæ divinæ, finem vitæ ſuæ peregit.

De Præfecto cujusdam Comitis Paralyſi percuſſo.

In villa Eglinga S. Quirini, ruſticus quidam ſervire volens, à familia ibi commorante diſceſſit, & in pago Huntpach ſub ditione Gebhardi Comitis manſit. Gwernarius verò dapifer tunc Abbatis iter fecerat in illis partibus, qui agnitum ruſticum coram præfecto Comitis ſic alloquitur: Quid tu hîc agis? S. Quirino juſtius deſervires. Ad hæc præfectus faſtu elatus ait: quis eſt Quirinus, mihi ſervire debet, vix pertulit iſtud & ſtatim paralyſi percuſſus, obmutuit. In qua debilitate uſque ad mortem permanſit, loquendi facultate ſemper deſtitutus.

De Comite Sybotone Advocato in Tegernſee, mortis ſagitta percuſſo.

COmes Syboto Advocatus in Tegernſee, rem familiarem malè adminiſtrans de ſingulis villarum domibus boves ac modium tollebat, atque hoc peccatum in alios transferebat. Hic ut ſumptibus parceret, Monaſterium adiens, Conradum I. Abbatem cum fratribus orat & thori ſui conſortem, Laurettam uxorem, aliquandiu ibi ſervaret. Quod ei denegari non potuit, cum rogatio potentis, ut dicitur, ſit ejus juſſio. Veniens igitur domum, eam ad Monaſterium miſit, & ipſe ad Noricum Ripenſe tranſivit. Uxor ibi ſatis multo tempore permanſit, fratribus ei plenè inſervientibus de propriis facultatibus, multo ad eam facto concurſu, Monaſterium aggravante. Itaque in ſanctiſſimo die reſurrectionis, cùm adhuc fratres majoris Miſſæ officio intereſſent, menſa ei ſternitur, panes apponuntur, ac per medium inſpiciente Domina ſcinduntur, qui confeſtim interius quaſi crudæ carnes ſanguine maduerunt. Perhorreſcente Domina, cruentos panes appoſitos velut ex induſtria confectos, removeri jubet. Affertur alius panis, qui per medium ſciſſus apparet, ut ſanguis recens ex eo ſtillare videretur. Reliquum verò ejus, qui non inciſione ſed fractione dividebatur, naturalis ac priſtini erat coloris. Ex his duo erant triticei, tertius ſiligineus; & quonam pervenerint hi panes, quos Comitiſſa ſuis tradidit, nunquam deinceps compertum fuit. Ad hæc itura ad menſam, ubi manus lavit, mox ut mantile tetigit extergendi gratia ſanguineſcere illud cepit. Argutè Comitiſſa per paſſionem Domini, inquit, cur iſta fiunt? Atque hæc diſſimulans inverti ac in parte revolvi mantile jubet, quod nihilominus altera parte in manibus ejusdem cruore maduit. Venerabilis Abbas finito prandio eam accedit, quibus conſedentibus repente tota domus horrendo ſonitu increpuit & quidem duabus vicibus. Illa vulgarium more per ſonitum domus interitum amici vel Domini, aut ſimile quid fore prognoſticans Abbati ait: Avertat Deus, ne quid mali nobis eveniat. Tertiò omne ædificium tam horrendo fragore intonuit, adeóque fortiter percrepuit, ut tota domus corruere videretur. Comitiſſa fraudem ſubeſſe tanto miraculo ſuſpicata, clam miſſo Legato Comiti ſignificat, ſe panibus infectis ſanguine ac ingenti ſtrepitu domus à convictu & habitatione fratrum deterrita, ne diutius in Tegernſee commoraretur. Ille graviter ira commotus jurat, omnes religioſos ex Monaſterio præpulſandos, ſtatímque iter arripiens, redeundi gratia in Strenberg oppido Auſtriæ pernoctavit, quod ditioni ſubeſt Tegernſeenſium, atque ibi equos ſuos paſcendos in pauperculi cujusdam ſubditi pratũ emiſit, ad dotem Eccleſiæ S. Quirini pertinens, quod ille in totius anni ſubſidium à Parocho inſtar beneficii locatum conduxerat. Itaque prato integrè per noctem depaſto, manè diſceſſum parat Comes, pauperculus iſte ſubſequitur clamans & ſupplicans, ut pro totius anni compenſatione, ſaltem pretium pro pari calceorum ei præſtet in elemoſynam. Sed nihil prorſus ab eo impetrans, imo furioſè à facie ejus propulſus, tandem ait: Pius Quirinus nunquam nos vivos terram ſuam calcare permittat. Et conſcendens equum, dum pedem indidit Stapedi, divino conſequente judicio confeſtim mortis ſagitta cordetenùs fuit percuſſus, ut præ nimio dolore fortiter exclamârit: ah me miſerum! qui dilectum Domino Deo Quirinum recognoſcere nolui, qui per eum pridem corporis ſanitate recepta, jam ab eo vitam perdidi. Ecce mortiferam ſagittam imis præcordiis infixam excepi. His dictis languore correptus maximo, atque præ doloris vehementia omninò contabeſcens, à ſuis devehitur paulatim ad cœnobium quoddam regularium Canonicorum S. Margaretæ in Bamburg. Et invaleſcente morbo, leniori deinde carpenti vehiculo imponitur. Mox Legatus ab eo mittitur ad Seonenſe Monaſterium, atque Abbas in Seon celeriter advocatur, quo nihil remorante, ipſe criminum confeſſione facta in ſortem pœnitentium ſe transferens, monaſticum ſuſcepit habitum Comitiſſa vix conſentiente, quæ multò ante advocata fuerat ex Tegernſee, ſtatim eo langueſcente; qui nihil æquè magis deplorabat, quam quod tam graviter deliquerit in S. Quirinum Martyrem, à quo abſque intermiſſione veniam precabatur. Et jam moriens omnes fideles & amicos diligentius orabat, ut ſi unquam animæ illius conſulere vellent, nullum filiorum ejus advocatiam Tegernſeenſem obtinere permitterent. Abbas deinde, qui pœnitentiam ejus ſuſceperat, & Monachum fecerat, eo in loco eum ſepelivit. Horrendum ſanè exemplum ac omnibus iis extimeſcendum, qui hujusmodi muniis obeundis vacant, ne res ſacras Deo & Sanctis ejus dicatas in proprios ac prophanos uſus diſtrahant. Quod cum aliàs litterarum monumentis proditum ſit, quam gravis pœna comitetur eos, qui hujus ſacrilegii ſcelere ſe contaminârunt: tum uno atque altero exemplo hâc noſtra tempeſtate id ipſum evidentiſſimè demonſtrari & comprobari poſſet de noſtro Quirino, ſi pluribus hic agendum foret, ac non potius brevitati ſtudendum eſſet. Multo enim rerum uſu edocti ſumus, plerumque malo fine adhuc eos deceſſiſſe, qui patrimonium S. Quirini aut invaſerant aut alienârunt, vel aliàs negligenter adminiſtrârunt.

De S. Henrico Imperatore hîc divinitus illuſtrato.

S. Henricus Imperator Epiſcopatu Babenbergenſi inſtituto hûc ad S. Quirinum ſe cum tota curia devovit. Qui cum penes altare S. Joannis ſæpius divinis precibus ac piis contemplationibus vacaret, revelatione abſtractus in ſpiritu & ſingulari modo illuſtratus divinitus, talia ſe vidiſſe ac didiciſſe refert, his verbis: quisquis præſentem

tem locum bonis ſuis ſpoliare attentaverit, is ſciat ſe ob meritum S. Quirini Regis & Martyris velut electiſſimi Dei amici diſtrictam Deo rationem redditurum, & ob tantum crimen nequaqum impunitum abiturum. Applauſit curia, perſpecta ejus vitæ ſanctimonia, Dei Martyrem prædicant, & magni faciunt omnes, atque ejus patrocinio ſe commendant.

*De Rogerio, qui limites agrorum S. Quirini nimium extenuans * ſuos extenderat.*

*legendum haud dubiè: *attenuans.*

COmes Rogerius propè Erlaſiam agros S. Quirini rapiens, limitibus ſuis protractis & extenſis, ab œconomo Monaſterii in jus vocatur, ut certo judicio marginum accepto, ab æquis rerum æſtimatoribus & artitris, lis omnis dirimatur & Eccleſiæ ſua bona reſtituantur. Advolat Comes, quem proprius equus ſtatim è ſella dejicit, & tam atrociter calce ferit, ut vix ei vita ſuperſtes fuerit & domum redire potuerit. Qui ad ſe reverſus vindictam Martyris expertus, agrorum controverſiam tollit, quam injuſtè moverat, & S. Quirino jus ſuum priſtinum reſtituit.

De equo in rabiem verſo, Eccleſiæ muro alligato.

MIles quidam in feſto S. Quirini, quo ad bellum erat profecturus, equum ſuum alligaverat muro Eccleſiæ S. Quirini: nec mora equus in furorem converſus, morſu frœnum revellit indomitúſque gyros agit, & rotata vertigine mortuus concidit. Quo apertè ſatis Martyr Dei oſtendit ſacra loca non eſſe ſtabulandis equis prophananda, ultione divina ſubſecuta.

De ruſtico, qui ſancto reſurrectionis die ſepem refecerat.

RUſticus ſepem ſibi disruptam in ipſo paſcatis feſto refecit, qui medio in labore corporis debilitate percuſſus in terram ſemimortuus concidit vibicibus ac lineis rubicundis præ ſanguine undique in dorſo apparentibus. Is S. Quirino ſe devovit, humi baculo repens ad ejus ſepulchrum, & ſanitatem priſtinam recepit.

De nave, quæ à CCC. viris immota & à L. leviter Oeno immiſſa fuit.

NAvem recens fabricatam quidam in feſto S. Quirini poſt ſua vota expleta, Oeno immittere ſpoponderant. Verum commutata ſententia prævenire vota cupientes, navem Oeno ſubmittere aggrediuntur: ſed nullo modo poterant, etiam trecentis viris adhibitis. Igitur votorum memores ab opere deſiſtunt, vota prius perſolvunt ac redeunt. Navis à quinquaginta viris nullo cum labore immittitur Oeno, quæ antea non poterat à trecentis cum labore ſummo.

De obſeſſo, qui ſe igni injecit, & Dæmonem ejecit.

QUidam obſeſſus, vi protractus ad ſepulchrum Martyris, ut Dæmon ab eo expelleretur ſe manibus tenentium violenter extorſit, ac celeri curſu ſylvas petiit, perveniénſque ad alpes paſtorum caſulas impellente fame viſitavit. Qui cum foco ignis calefaciendi gratia aſſediſſet, in mediam flammam ſe conjecit & ex parte igne conflagrans, atque læſus magno cum vomitu dœmonem ejecit. Poſt mentis ſuæ compos factus, omnibus retulit ſumma cum lætitia, ſe vidiſſe ſub luce clariſſima per aërem ad montis cacumina delapſa, S. Quirinum velut radio coruſcum advolare. Quem Dæmon non ferens, eum in ignem proſtravit, ac ita ab eo receſſit.

De Udalſchalco Præfecto villæ ſalinariæ in Hal, qui loquendi uſum amiſit.

PRæfectus Udalſchalcus res Monaſterii malè adminiſtrans in Hal villa ſalinaria, juſtitiæ oblitus munera recepit atque damna reticuit, per alienationes rerum Monaſterio illatas. Qui amiſſo loquendi uſu ad extremum vitæ diem mutus egens atque corpore debili tremulus permanſit.

De ruſtico, qui vitulam S. Quirino devovit, nec tamen reſtituit.

QUidam ruſticus S. Quirino devovit vitulam ſed forma ejus captus, ſpe armenti propagandi illam ſibi retinuit. Ecce una nocte omne armentum concidit mortuum, excepta ſola illa vitula quam S. Quirino devoverat. Ille hac re admonitus vitulam ſuperſtitem offert, atque Martyrem orat, ut recuperandi alterius armenti ſe Patronum exhibeat, priore illa culpa ſua jam amiſſo. Qui ejus petitioni facilem ac benignum ſe præbuit.

De juvenca à lupis diſcerpta.

ALius vovit S. Quirino buculam ſeu juvencam, nec eam tamen obtulit. Accidit, ut ea commorante in paſcuis inter armenta, quatuor lupi eam invaſerint ac dilaniaverint, reliquis omnibus prorsùs intactis. Ex quo Dei Martyrem alio in honore habendum atquè vota ei perſolvenda eſſe, facilè animadvertit.

De bove ad templum S. Quirini currente.

BOvem quidam devovit S. Quirino Martyri, quem alter furto ablatum nullo in uſu habere potuit jungendis aratris, vel plauſtris ſed eum vendens pretium obtulit in votum pro delicto. Bos excuſſis loris emptorem cornu petit, ac vulnerat, incitatóquè curſu ad templum S. Martyris decurrit, & fixo greſſu ibi ſiſtit, nec eum inſecutor prius aſſequi potuit quam ante templum, cui poſtea & offertur.

De

De vacca unà cum vitulo ad templum S. Quirini currente.

QUidam alius devovit S. Quirino vaccam & cum eam offerre diu protraheret, enixa eſt vitulum diſtinctis maculis inſignem quem una cum vacca uſui reſervare ſtatuit. Quæ cum armentis in paſcua producta, cum vitulo ſe avertit, & concitatiſſimo curſu relictis armentis ad templum S. Quirini confugit. Sponſor voti ſui memor, eam cum vitulo deinceps offert S. Quirino.

De bove contagioſo, qui mactandus dum voto deſtinatur, repentè exilivit.

BOs infectus contagio & languidis membris jacens proſtratus à Domino ſuo devovetur S. Quirino, qui à lanio exerto cultro jam mactandus, ad primum ejus contractum repentè exilivit, & arrepta fuga rus petiit comitante Domino & familia. Intervenit quædam vidua paupercula, petit bovem ſibi pro ſolatio liberorum triginta nummis vendi, Domino annuente & conſentiente ipſa bovem læta domum deduxit; Dominus accepto pretio ſepulchrum S. Quirini accedit, atque illud ſuper altare locans rem geſtam cum admiratione omnibus exponit.

De Judice Altahenſi, qui domum ædificavit in cæmiterio Eccleſiæ S. Quirini in Tundorf.

PRopè Danubium ſub ditione Altahenſis Monaſterii eſt Eccleſia S. Quirini, ubi multis ille clarebat miraculis. Verum Judex iſtius loci in Tundorf, ubi ſita eſt hæc Eccleſia, ædificaverat domum in ejus cæmiterio & ſtatim miracula ibi fieri ceſsârunt, útque vindicta Martyris omnibus pateret domus ipſa incendio fuit aſſumpta. Judex ſecundo eandem extruxit, & denuo fuit exuſta; ille obſtinatus atque pertinax, tertio eandem ædificat, quæ iterum flammis abſumpta fuit. Quartò tandem iſte protervus idem opus aggreditur, domum longè magnificentius erexit eodem loco, quæ rurſus conflagrans tota incendio periit. Tandem ab opere manum ſuſpendit cum dedecore, ubi nihil ſe proficere animadvertit. Succeſſit autem filius, qui bis ibidem eandem poſt ædificavit, quæ bis quoque incendio ſimili tota fuit conſumpta, donec morte præventus immatura miſerrimè vitam ſuam finiret. In hac æde D. Martyris multa ſunt facta miracula: Nam coecus ibi viſum recepit, & Paralytica mulier ſanitati priſtinæ fuit reſtituta. Dúmque etiam venatorum equi cæmiterium illud ingreſſi pabulandi cauſa, ſtatim mortui conciderunt.

De hac eadem Eccleſia in Tundorf ex qua fur ſacratas res auferens, undcum equo ſuo in lapidem eſt converſus.

MOnſtratur propè eandem Eccleſiam S. Quirini in Tundorf equus lapideus cum frœno & ſella tanta cum dexteritate & tam affabrè ac ſi viveret, eques quoque ſaxeus ei aſſiſtens quaſi deſiluiſſet, retro fugiturus hæret pede dextro in ſtapede. Quæ quidem ſtatua furtum deſignat illic olim commiſſum. Cum enim fur ſacris rebus ablatis equum onerâſſet, atque inſidendo calcaribus eum urgeret, ſenſit equum ſub eo in ſaxum obriguiſſe, qui mox deſcenſum accelerans poſt tergum parte dextra lapſus in lapidem quoque eſt mutatus. Neque hoc tantoperè mirum videri debet, cum in templo Lindenſi Norici Auſtralis tres quoque panes altari oblati & furtivè ablati confeſtim ſint converſi, qui hodiernum in diem adhuc extant in templo Buſenchaim, cereum colorem præſeferentes.

De Matrona, quæ vinum ex Strenberg Monaſterio abſtulit.

QUædam Matrona vinum in Strenberg, Auſtriæ Monaſterio auferri juſſit, ex quo amens facta, protinus, ac dœmone obſeſſa adeo in ſe ipſam ſævit, ut crines ſibi dilaceraret, & torvis oculis caput ſæpius obtunderet, in quo furore diu permanens nullis votis proficientibus pro ea factis vitam miſerrimam cum morte cōmutavit.

De Eccleſia S. Quirini in Strenberg Auſtriæ, quomodo fugatis Turcis à direptione ſit conſervata.

ANno Domini MDXXIX. Turcis Viennam obſidentibus atque Auſtriam undique devaſtantibus, Eccleſia quoque S. Quirini in Strenberg venerat ab his diripienda & deſtruenda, facto jam magno foramine pervio in porta dictæ Eccleſiæ, quod hodie adhuc extat. Cum itaque Turcæ per foramen eccleſiæ obſeratæ ſe intromiſiſſent, horologium in eadem poſitum incitato curſu adeo intonuit rotarum ſtrepitu, ut Turcis perterritis & inſidias latentes ſuſpicantibus, confeſtim ſe omnes proripuerint per foramen, tergáque verterint fugiendo.

De alia Eccleſia S. Quirini in rure Danubii, in qua furta detegi ſolebant.

EST alia quædam Eccleſia in rure Danubii, in qua S. Martyre per vota ſolenniter invocato res furtivæ ſponſoribus intra triduum aut reſtituebantur aut earum fures detegebantur. Patuit iſtud cum per multa multorum exempla tum nuper in fure quodam olerum, qui poſt tertium diem voto pro eo facto, ultrò adveniens, ablata reſtituit.

De fonte S. Quirini, quo ægrotantes abluti intra octiduum aut convaleſcebant aut moriebantur.

FOns S. Quirini hâc virtute antiquitus pollebat, ut ægroti quicunque in eo ſe lavantes atque cito liberari morbis cupientes, intra octiduum aut moriebantur aut perfectè ſanabantur, quod brevitatis gratia duobus propoſitis exemplis declarâſſe ſatis erit. Mulier trans Tegernſee habebat puerum adverſa laborantem valetudine per ſex continuos menſes, quem lavando in dicto fonte cito aut mori aut morbo diuturno liberari exoptabat. Nec mora puer lotus tertia die obiit. Alius Guernerius nomine, febrium atque ulcerum putredine diu multúmque laborans, hoc fonte ſe lavit, & tertio die ſtatim integrè ſanus evaſit.

Denique ut multa in pauca referam, tot tantiſque miraculis hic Dei Martyr claruit præcipuè in Dœmonibus ab obſeſſis propulſandis, ut his omnibus enumerandis ferè nullus ſit finis; una enim die translationis ejus ſeptem obſeſſi à Dœmonibus liberati & perfectè curati ſunt. Complures cæci viſum receperunt, atque alii aliis affecti morbis & languoribus ſanitati priſtinæ ſunt reſtituti. Laudetur igitur Altiſſimus, qui tantam virtutem nobis tribuit per merita Sanctiſſimi ſui Martyris, ut nos ejus patrocinio piè defendere ac protegere dignetur, ſupplices rogamus.

CAPUT VI.

De Æquivocatione nominis QUIRINI.

ÆQuivocatio tanquam dubia & perplexa cum ab omni cognitionis genere, tum maximè à veritate Hiſtoriæ aliena exiſtit. Igitur perneceſſarium eſt, hujuſce perplexæ dubitationis nodum prius diſſolvere, ut ad finem veræ Hiſtoriæ de S. Quirino perveniamus. Multis ſiquidem occaſionem erroris præbuit hæc confuſa & indiſtincta nominis Quirini appellatio, ut non abs re magni alioqui nominis Hiſtorici, non tam de translatione noſtri Quirini, quam de multis aliis ad ejus Hiſtoriam ſpectantibus ſubdubitârint. Dubia verò pro certis rebus affirmare, cum non ſit Hiſtorici nedum Chriſtiani: Ita opiniones ex leviuſculis rerum indiciis & argumentis conceptas, paſſimque abſque diſcretionis & judicii delectu Hiſtoriis inſerere, non videtur boni viri, ſcientia & conſcientia prædicti. Quare ignoſcendum potius exiſtimemus quam iraſcendum iis, qui Sanctiſſimi hujus Martyris res præclarè geſtas, litterarum monumentis non exactè mandârunt. Multa ſiquidem Sanctorum Dei occulta myſteria, multi ſilentio præterierunt, quæ minus forſan fidei eſſent habitura apud rudem populum. Multa denique ſancti viri occultârunt de induſtria ex Chriſtiana quadam animi ſubmiſſione, quæ poſteris non aliter innotuerunt, quam quaſi per manuum traditionem mutua oris communicatione facta ne Margaritæ pretioſæ indignis vileſcerent. Soli enim perfecti ſpiritu noverunt, quam mirabilis ſit Deus in omnibus Sanctis ſuis, animalis verò homo, vel D. Paulo teſte, non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus. Itaque nihil mirum videri debet, ſi plerique Hiſtorici non tam expreſsè mentionem fecerint S. Quirini Regis & Martyris, cum rationes complures ſubſint, ob quas meritò non omnia ad vivum de Sanctis explanari potuerunt. Quas quidem rationes hîc in medium proferre, nimis prolixum foret & ab inſtituto noſtro longè alienum. Itaque quod ad æquivocationem nominis Quirini ſpectat unum atque alterum authorem prius ob oculos proponam, ut ſciatur, quid alii ſenſerint de noſtro Quirino & quam benè nobiſcum conſentiant. Reverendiſſimus Pater ac Dominus Petrus de Natalibus Epiſcopus Equilinus Venetus, in Catalogo ſuo Sanctorum proprium ponit titulum de noſtro Quirino juxta morem aliorum Sanctorum in hunc modum: *D. S. Quirino Martyre. Quirinus Martyr Romæ paſſus eſt tempore Claudii Imperatoris, de quo legitur in paſſione SS. Marii & Marthæ Audifax & Abbacuch XIIII. kal. Febr. qui cum prædicti Sancti veniſſent Romam ad orationem, Martyres detentos in carceribus viſitabant. Venientes autem ad caſtrum trans Tyberim, intra carcerem invenerunt hominem venerabilem, nomine Quirinum, qui jam multa verbera pro Chriſti nomine perpeſſus fuerat & facultate nudatus. Cum quo diebus ſeptem manſerunt, miniſtrantes & de facultatibus ſuis & lavantes pedes ejus, qui in vinculis erant conſtricti. Inde abierunt ad Martyres alios requirendos, & poſt dies aliquot redeuntes, beatum Quirinum non invenerunt. Sed à quodam paſtore Presbytero audierunt, qualiter Quirinus gladio in carcere interfectus fuerat, & in Tyberim jactatus. Cujus corpus remanſerat in inſula Lycaoniæ; ad quod requirendum Marius cum filiis & paſtore Presbytero perrexit noctu & inventum corpus ſepelierunt in cœmiterio Pontiani in crypta, VII. kal. April.* Hæc ille in Catalogo ſuo.

Fr. Laurentius Surius Carthuſianus, Tomo I. de probatis Sanctorum Hiſtoriis, partim ex Tomis Aloyſii Epiſcopi *, partim etiam ex egregiis Manuſcriptis codicibus, quorum permulti antehac nunquam in lucem prodiêre, nunc recens optima fide collectis (ut habet ejus libri titulus) ſic ſcribit de noſtro Quirino, ſed alio titulo præfixo ſub his verbis: *Martyrium S. Valentini Presbyteri & Aſterii itémque Marii & Marthæ, Audifax & Habacuc nobilium Perſarum, cui fidem faciunt antiquiſſima Martyrologia & vetuſti MS. codices. Temporibus Claudii venit quidam de Perſide Marius nomine cum uxore ſua Martha & filiis Audifax & Habacuc Chriſtianis viris ad orationem Apoſtolorum; cúmque veniſſent Romam, cæperunt corpora Sanctorum per carceres & ſepulturas ſolicitè & curiosè inquirere, interea veniunt in caſtrum trans Tyberim & in carcere conſpiciunt hominem venerabilem, nomine Quirinum, qui jam multa verbera pro Chriſti nomine perpeſſus fuerat & facultatibus ſuis nudatus, ad quem venientes, miſerunt ſe ad pedes ejus obſecrantes ut oraret pro eis. Ibique manſerunt diebus octo, de facultatibus ſuis miniſtrantes B. Quirino & lavantes pedes eorum, qui vinculis erant conſtricti & in capita ſua vel filiorum ſuorum ipſam aquam effundentes. Eodem tempore juſſit Claudius ut ſi qui Chriſtiani inventi fuiſſent, aut in vulgo aut in cuſtodia, ſine interrogatione punirentur; ipſo autem edicto promulgato &c. Marius & Martha ſepelierunt extra muros*

porta

* Lippomani ſcilicet Veronenſis Præſulis.

portæ ſalariæ Chriſtianos, quorum CCLXII. pro nomine Chriſti ſagittis interfecti erant audiens hæc Claudius curioſè juſſit inquiri Marium & Martham uxorem ejus: ſed non invênit eos, quod occultè iſthuc facerent. Venientes verò Romam ad caſtrum requirebant B. Quirinum, quem non invenientes contriſtati ſunt nimis, invenerunt tamen quemdam Presbyterum nomine Paſtorem, qui enarravit eis rem omnem, & ut noctu interfectus fuerit gladio B. Quirinus & jactatus in Tyberim, corpúsque ejus remanſerit in inſula quadam, pergentes igitur noctu cum familia ſua & B. Paſtore Presbytero, collegerunt corpus ejus & terra condiderunt in cæmiterio Pontiani in crypta VIII. kal. April. Hucusque Surius. Sunt autem & alii plerique Hiſtorici, qui ferè eisdem verbis hæc eadem commemorant de noſtro Quirino, quos brevitatis gratia hic prætereo. Cum igitur evidentiſſimè jam conſtet martyrium S. Quirini, ut alienis ex auctoribus accuratiſſimè depromptum quibuſcum pervetuſti Codices noſtri Monaſterii in Tegernſee & antiquiſſima litterarum monumenta planè ex toto correſpondent, ut taceam interim vetuſtiſſima quæque Illuſtrium Fundatorum & Imperatorum diplomata, quæ his non minus conſentiunt. Mirum profectò videri poteſt, quod moverit tot Hiſtoricos, quod adeo ſilentio involverint omnia, quæ non tam ad translationem noſtri Quirini quam ad miracula ejusdem ſpectant, ídque eo magis quo quidam in hoc potiſſimum triumphant & gloriantur. Si quid ex pervetuſtis Martyrologiis & Hiſtoriis MS. in medium proferre poſſunt. Ex quorum numero etiam eſt prædictus Frater Laurentius Surius, qui hanc laureolam non immeritò præ cæteris ſibi vendicat, qui plurima ex antiquis codicibus MS. deprompta & fideliter à majoribus noſtris nobis tradita publicè in lucem ediderit. In hoc duntaxat ſui muneris oblitus, præter inſtituti rationem nonnihil egiſſe videri quibusdam poteſt, quod S. Quirini Martyrium ex vetuſtis codd. MS. deſumptum, ut ipſemet fatetur titulo præcedenti non pari quoque ratione cum ejusdem translatione in Tegernſee ab Illuſtribus Ducibus facta ex vetuſtiſſimis quibusque noſtri Monaſterii Codicibus Hiſtoriæ ſuæ inſeruerit. Admonitus enim à piæ memoriæ Alberto Bavariæ Duce Catholiciſſimo, ſicut ipſe verſor ejus Doctor Joannes à Via Theologus eximius retulit, ut translationem quoque martyrio S. Quirini ſubjungeret, æque fide dignam & approbatam. Ipſe tamen in hoc petitioni ejus non acquievit, neque codices vetuſtatis & veritatis hujus indices, ſibi transmitti curavit. Debebat equidem ad tanti Principis petitionem induci, ſi famæ ac nominis celebritas hujus Monaſterii minus forſan apud eum valuit, ut antiquitatis monumenta ſaltem diligentius perquireret ac inveſtigaret: ſed motus fortè opinione eorum, qui S. Quirinum Regem & Martyrem Nuſſiæ ſupra Rhenum & nequaquam in noſtro Tegernſee haberi nugantur. Cujus tamen memoria octingentis abhinc annis aut eo plus, tanta ſucceſſione Abbatum, in hodiernum usque diem fuit conſervata & propagata) hæc & id genus alia conſcribere neglexit. Quo uno conceſſo omnis antiquitas totius Monaſterii corruat, omnino eſt neceſſe; in quo etiam graviſſimos viros reprehendere non veretur, qui multum hac in parte ab eis diſſentiunt.

Teſtis hujus rei inter alios locupletiſſimus extat commentator Uſuardi in additionibus ſui martyrologii, qui pridie kal. Maji, feſtum S. Quirini tribuni Martyris celebrari affirmat, cujus hæc ſunt verba: *S. Quirini tribuni Deo dilecti & pretioſi Martyris paſſio, licet III. kal. Aprilis facta ſit: hic tamen feſtivè recolitur, quando ſacræ reliquiæ corporis ejus ab urbe Roma ad civitatem Nuſſienſem ſupra Rhenum translatæ ſunt.* Hæc ille; ex quo perſpicuum evadit, de quonam Quirino loquatur, nimirum de Quirino tribuno ſub Aureliano Judice tempore Trajani Imperatoris paſſo, cujus translatio & paſſio non minus peragitur Nuſſiæ quam noſtri Quirini Regis & Martyris in Tegernſee. Atque hujus erroris anſam præbuit ſola æquivocatio nominis Quirini, de qua latius nunc agendum videtur, ne in re certa, incerta ſectemur. Hoc prius addito, quod facile hujus erroris occaſio eſſe potuit, Fundatio Nuſſienſis cœnobii ancillarum Dei propè Rhenum, facta quoque à noſtris Fundatoribus, qui illud non ſolum fundârunt, ſed etiam ſcypho quodam argenteo S. Quirini Regis & Martyris dotârunt, qui Nuſſiæ inter reliquias præcipuas habetur, quod potantes ex eo diverſis liberentur morbis.

Hinc invaluit vulgi opinio, credentis S. Quirini Regis & Martyris reliquias ibidem ſervari ſcyphum illum argenteum Quirini Regis & corpus Quirini tribuni Martyris cum corpore noſtri Quirini Regis & Martyris confundentis ac omnino permiſcentis. Quod equidem ſæpiſſimè fit, ubi locorum intervallum disjungit multum homines, ut ob cognata quædam & ſimilia propè nomina alia pro aliis deinde uſurpent: ſicut hic fortè fieri potuit. Quod non latuit priſcos Hiſtoriæ noſtræ Scriptores, qui paſſim æquivocationis Quirini faciunt mentionē, quam ordine debito eorum exemplo edocti hic quoque ſubjungere placuit per indicem martyrologii ſequentis.

Tertio kal April. Romæ via Appia in cæmiterio prætextati paſſio S. Quirini tribuni & Martyris ſub judice Aureliano: qui poſt linguæ abſciſſionem & eculei ſuſpenſionem, manuum ac pedum detruncationem agonem martyrii gladio detruncavit.

Pridie Cal. Maji, Romæ S. Quirini Epiſcopi.

Septimo Idus Maji, S. Quirini aliàs Quirilli.

Tertio Nonas Maji in Aphrica S. Quirini.

Pridie Nonas Junii, apud Illyricum civitate Fiſcia, ſub perſecutione Maximiani

Natale B. Quirini Epiſcopi & Martyris, qui pro fide Chriſti, ut Prudentius ſcribit, ligato ad manum molari ſaxo in fluvium præcipitatus eſt, & cum circumſtantibus diu collocutus eſſet, ne ejus terrerentur exemplo, vix precibus ut mergeretur obtinuit. Hujus reliquiæ translatæ ſunt Romam in cathacumbas.

Tertio kal. Aug. Paſſio SS. Martyrum Abdon & Sennon, in quorum legenda legitur de S. Quirino Subdiacono, qui eos in domo ſua ſepelivit.

Quinto Idus Octobris in pago Vilcaſino paſſio S. Nicaſii & ſociorum ejus Quirini & Pientiæ, qui à B. Clemente Papa cum B. Dionyſio in Gallias ad prædicandum directi inſequente eos præfecto Feſcennino Synſynnio, gloriam martyrii adepti ſunt.

Duodecimo kal. Nov. apud Coloniam Agrippinam ſanctarum undecim millium Virginum, in quarum legenda legitur de uno Quirino Martyre, qui fuit earum Capitaneus. Legitur adhuc ulterius de tribus aliis, ſed videtur, quod cum ſupradictis coincidant in idem & ſunt hi: Prid. kal. Aprilis Romæ Sanctæ Balbinæ Virginis, filiæ Quirini Martyris.

Quinto Nonas Maji Romæ via Numentana paſſio S. Alexandri Papæ, Eventii & Theodoli Presbyterorum, in quorum legenda legitur de uno Quirino tribuno.

Calendas Auguſti Romæ memoria S. Petri Apoſtoli ad vincula, in qua legenda legitur de uno Quirino tribuno, ut habetur in legenda aurea.

Octavo kalend. Aprilis Romæ paſſio S. Quirini Regis & Martyris, qui interfectus eſt à Claudio Cæſare, ut ſcriptum habetur in paſſione S. Valentini Presbyteri & Martyris. Iſte fuit filius Philippi primi Imperatoris Chriſtani, de quo præſens Hiſtoria noſtra in Tegernſee loquitur. Sed hic obiter quoque reſpondendum videtur dubitationi quorumdam, qui nuſquam ſe legere aſſerunt S. Quirinum Philippi Imperatoris fuiſſe filium. Id equidem minimè mirum videri debet, cum paſſim in Hiſtoriis Imperatorum ferè nuſquam exprimantur filii & filiæ eorum, nimirum qui tales vel tot procreârint liberos, ex primis vel ſecundis nuptiis talium vel tot uxorum cum id ipſum apertè ſit præter decorum familiam hanc domeſticam ad Imperiale Romanæ Majeſtatis decus traducere & virtutem in reipublicæ ac imperii ſalute ſpectatam, mulierculis atque filiolis extenuare. Publicam enim perſonam, quæ ſumma rerum potitur, publica decet œconomia, poſthabitis illis privatis & domeſticis neglectis. Quod verò Philippi filii mentio fiat id non abs re ſanè factum eſt, eóque natu grandior ad imperium gubernandum unàcum parente Philippo ſit aſſumptus. Quirinus autem adhuc tenellus ac propè infantulus, necdum poterat celebritate famæ aut nominis ab Hiſtoricis per res ejus geſtas deſcribi, qui ſinu materno adhuc fovebatur. Igitur fides eſt adhibenda primis Fundatoribus, qui dubio procul Romæ ſic in ſcriptis invenerunt, publica omnium conteſtantium voce, atque ita poſteris reliquerunt. Non enim decuit tantos Duces & Fundatores noſtros religione ac pietate inſignes ementita quadam fictione conſcientias ſuas & aliorum deludere. Concurrunt multa rerum indicia, quæ id ipſum ſatis inſinuant & confirmant, nimirum ætas & ſeries temporum, una cum patria, paſſione & translationeRomana; atque ſi Hiſtoriam conſideremus ſpeciatim, cum facultatibus ſuis nudatum trans Tyberim in caſtrum conjectum, à Mario Maromeni Imperatoris Perſarum filio cum familia ſua regia in vinculis viſitatum, per octiduum clam cibis refectum, aquis lotum & id genus pietatis officiis affectum, reperimus. Inſuper nocte eum capite plexum & in Tyberim projectum, ut omnes lateret ejus interitus. De quo vehementer contriſtatus Marius corpus ejus in Lycaonia requiſitum ac inventum honorificentiſſimè ſepelivit. Quæ quidem omnia evidenter ſatis demonſtrant eum non vulgaris vel abjectæ ſortis hominem extitiſſe, ſed imperiali ac regia dignitate illuſtrem, natalium ſplendore nobiliſſimum Severæ matris Auguſtæ divitiis ac opibus immenſis non modo locupletiſſimum ſed certis quoque ſub Imperii Provinciis planè regia præcellentem Majeſtate. Quo factum eſt, ut non immeritò Rex appellatus fuerit à Chriſtianis hominibus ſanctiſſimis,quibuſcum continuè ferè latuit graviſſima eorum perſecutione impendente. Neque ullis in Hiſtoriis integrè ſemper genealogia & progenies Sanctorum exprimitur, cum id ſatis commodè fieri non poſſit, multis in occulto poſitis, quæ in lucem proferri nequeunt. Itaque nec hic mirandum ſi non ubique reperias S. Quirinum Regem aut Philippi Imperatoris filium, quod tamen Majores & Fundatores noſtri velut per manus nobis tradiderunt, & Seniores noſtri ſemper ita crediderunt, ſicut & nos credimus atque poſteris denuntiamus. Habemus enim in noſtro Tegernſee ſex hiſtorias, mira vetuſtate membranæ atque ſcripturæ inſignes, quæ licet verbis diſcrepent: ſenſu tamen omnino concordant, ut de illarum fide dubitare certè nihil ſit aliud quam omnem antiquitatem contemnere, qua nihil prius aut charius eſſe debet, quam ipſa etiam ſaxa veſtigiis impreſſa vel octingentis abhinc annis ubique ſatis demonſtrant. Neque etiam ſit veriſimile Sanctiſſimum Pontificem Romanum Zachariam tam illuſtres Principes confictis mendaciis decepiſſe, Pipini Regis Francorum Caroli Magni parentis conſanguineos atque ob id fide & conſiliis eis propinquiores: ut taceam interim eorum res fortiter ac ſtrenuè geſtas in propulſandis ab urbe Langobardis & in ſancto religionis habitu profeſſam vitæ ſanctimoniam; & licet occultè prorſus translatio S. Quirini ſit facta ob metum Romanorum, quæ ſola fuit cauſa, quod nihil apud pleroſque Hiſtoricos de ea legatur, tamen multis editis miraculis hæc eadem ſatis innotuit univerſis tum in ipſamet transferendi via tum etiam in adventu ejus & translationis die ſolenniter deinde quotannis celebrato. Quæ ſanè miracula Deus veritatis author per ipſum haud aliter operari voluit quam ad præſentiam ejus manifeſtè declarandam & comprobandam. Neque unquam ſub tanta fictione ac deceptione nominis invocatus, tot miracula edidiſſet, ſicut ex præcedentibus jam patuit, niſi verè fuiſſet ille Quirinus Rex & Martyr, ſub cujus nominis invocatione hæc omnia geſta ſunt: qui ſemper tanquam pius patronus invocantibus fideliter aſtitit & petitionis effectum libens tribuit ac impendit. Sileant igitur, qui alium nobis Quirinum effingere & obtrudere nituntur præter eum ipſum, qui hactenus ſecundum antiquiſſima litterarum monumenta atque ex majorum noſtrorum inſtituto in ſumma ſemper veneratione fuit habitus. Dum potius ingenuè profiteantur errorem ſuum ad laudem & honorem tanti Martyris, quem ex ſola hac nominis æquivocatione hauſerunt, & nobiſcum tandem omni controverſia benè conciliata non gravatim redeant in gratiam.

CAPUT VII.

De Privilegiis Monaſterii in Tegernſee.

Quia percelebre iſtud Monaſterium tot & tantis gaudet privilegiis Romanorum Pontificum, Imperatorum, aliorúmque Principum, haud præter Inſtituti rationem egiſſe videbimur, ſi more & exemplo aliorum, qui aliquid litteris aut memoriæ prodiderunt, de hoc Monaſterio paucula ſaltem è multis privilegia, ſub finem iſtius Hiſtoriæ ſubjecerimus. Et quamvis præſens ejus ſtatus multum ſanè à nativo illo primæ fundationis ſplendore deflexerit non tam in fructuum & proventuum perceptione quam ſui protectione per ſacrum Romanum Imperium, cui antea ſubjectum erat, ut vix veſtigia nunc appareant: tamen adhuc retinet certa ſua quædam privilegia liberalitate ac munificentia Principum conceſſa & confirmata, Illuſtrium præſertim Bavariæ Ducum, ut vix ulli hac in parte ſit conferendum. Præſul enim Monaſterii hujus facile omnes Bavariæ Antiſtites dignitate antecellit. Cœnobium enim lacu, foſſa, mœnibus & aliis hujuſcemodi ſeptum & inſtructum, inſtar curiæ cujusdam Principis poſſidet. Unde ad hoc ab antiquis temporibus quemadmodum cæteri tam Eccleſiaſtici quam ſeculares Principes imperii, ſuos nobiles ac perpetuos officiales habet, ſcilicet Marſchalcum, Camerarium, Dapiferum & Pincernam. Marſchalci officium una cum certis prædiis & redditibus olim Wicknando de Iringſpurg, Ottoni filio & Succeſſoribus maſculis fuit conceſſum, anno MCCLXXXVI. quibus defunctis, ſucceſſerunt in officio Nobiles de Thor, ſicut in caſtro Iringſpurg.

Camerarii fuerunt olim Nobiles Warngew, Henricus Camerarius de Warngew anno MCCLXXIII. quod officium hodie obtinent Nobiles de Pienzenaw.

Archimagiri officium, quod alias dapiferi dicitur, tenebant aliquando Nobiles de Hohenrain, poſtea nobiles dicti Turndl, ſed ex gratia tantum & precario. Hodie Nobiles de Höhenkirchen, itidem non jure hæreditario ſed precario. Pincernæ ſeu pocillatoris officium olim habebant Nobiles de Eling. Leonhardo ultimo illius familiæ defuncto, Joannes Sunderndorffer à Mauro Abbate hoc officium impetravit anno MDXV. pariter precario tantum non jure hæreditario. Hinc Abbates iſtius Monaſterii à Romanis Imperatoribus & Regibus ſæpè Principes appellati ſunt. Unde Ludovicus IIII. Imp. conferens privilegium huic Monaſterio juriſdictionis in angulo, appellat Abbatem Marquardum vulgariter *den Erbarn Fürſten* anno MCCCXXI. & ſic de pleriſque aliis.

De Privilegio Ottonis II. Imperatoris de anno DCCCCLXXIX.

In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Otto divina favente clementia Imperator Auguſtus: quia Regum & Imperatorum pia conſuetudo ſemper fuerat Eccleſias Dei ob æternæ retributionis prœmium ſuis condonationibus exaltare vel renovare: Idcirco & nos prædeceſſorum noſtrorum religioſam devotionem ſectari ſtudentes, propter ſalutis æternæ mercedem &c. (b) (b)

CAPUT VIII.

De ſucceſſione Abbatum ac eorum geſtis.

De Alberto primo Abbate.

Albertus primus Abbas & Fundator cum fratre Occario, Bavariæ Dux, Epiſcoporum judicio & conſenſu omnium electus, centum & quinquaginta fratrum conſtituitur Pater anno Domini DCCXIX. (c) (c) Hic unàcum fratre ſuo converſo percelebre iſtud Monaſterium in Tegernſee undecim millibus & octingentis manſis fundavit & dotavit cum viginti duabus quoque patellis ſalinarum. Præterea Ilminenſe cœnobium Friſingenſis Diœceſis atque in Auſtria Monaſterium S. Hypoliti & Nuſſiæ circa Rhenum, ancillarum Dei Monaſterium, dicto cum fratre fundavit.

Inſuper aliud Monaſterium Magnificum Ilminenſe ditavit reliquiis S. Arſatii & particula illa S. Quirini ex ſarcophago ejus elapſa, Nuſſienſe ornavit ſcypho argenteo anaglypho S. Quirini Regis & Martyris, ex quo potantes infirmi, ſi noverint abſtinere à carnibus avium, cum ſani ſunt, recipiunt ſanitatem ope & interceſſione Martyris. Præcipuè verò iſtud Tegernſeenſe corpore glorioſi Regis & Martyris S. Quirini aliisque quam plurimis reliquiis, cum fratre ditavit. De Patronis autem Chryſogono & Caſtorio dicetur inferius ſub geſtis D. Seyfridi Abbatis.

(b) hoc loco erat in apographo meo: *Hic ſubſcribi poſſent Privilegia*, quæ tamen exemplari huic non inſerta fuêre.

(c) *puto legendum DCCXLIX & emendandum etiam alterum Chronicon in Membranis.* Hæc manu Cl. V. Chriſtophori Gevvoldi Codici noſtro in margine adſcripta leguntur. Alterum, quod memorat Chronicon Membranaceum hodie nuſquam apparet.

Zacho, ſecundus Abbas.

Is ſucceſſit Domino Alberto.

Iskerus, III. Abbas.

Megilo, IIII. Abbas.

HI quatuor Abbates gubernârunt Monaſterium laudabiliter annis centum & ſexaginta novem, uſque ad tempora Henrici Imperatoris primi, anno Domini DCCCCXX. Aliud nihil habetur de his in Faſtis ſeu Annalibus Monaſterii. Id ſolum conjecturis aſſequi licet, commemoratos Antiſtites religione ác pietate præclaros, nihilque ad Dei cultum, morum honeſtatem, & monaſticæ diſciplinæ ſanctimoniam attinet, in tali munere obeundo prætermiſiſſe. Viguit enim tunc aurea ætas monaſtica & totius religionis ſtatus fuit in flore, quod facile patet ex actis Concilii Aquisgrani habiti, anno Domini DCCCXX. In quo multa capitula ſcripta fuerunt de ſtatu Monachorum Sancti Benedicti. Quî autem acciderit, quod nihil de his Abbatibus litteris aut memoriæ proditum ſit, facile quis crediderit, direptione atque incendio Monaſterii ſub Megilonis tempore, id contigiſſe, ut jam patebit. Deficiente ſiquidem ſtirpe Caroli Magni Heinricus I. Saxoniæ Dux ſumma rerum potitur. Cui ſe oppoſuit ſpe obtinendi imperii, Arnoldus Dux Noricorum & Comes in Scheyrn, qui totius Bavariæ Monaſteriis deſtructis poſſeſſiones eorum militibus ſuis in feudum diſtribuit. Unde huic fundationi in Tegernſee undecim mille ſeptingentos & quinquaginta duos manſos cum XXII. patellis in loco ſalinarum violenter ademit & nobilibus ſuis ſub prætextu beneficii contulit, vix jam de cunctis poſſeſſionibus, quibus hæc domus Dei ab initio ditata fuit, centum & quatuordecim manſis remanentibus, neque impunè iſtud tulit ſacrilegus, nam Sanctus Udalricus Epiſcopus & compater ejus, ob id eum acceſſit, atquè ex divina revelatione ei prædixit, niſi ablata Monaſteriis confeſtim reſtitueret, quod altera die eſſet moriturus. Sprevit & irriſit ille paternam admonitionem atque cum Principibus ſuis & S. Udalrico Epiſcopo Auguſtano ſequenti die convivium inſtituit regio cum apparatu & alludens inter epulas Præſuli dixit, ſe adhuc vivere. Cui ille: adhuc dies eſt, inquit, usque ad noctem. Qui eadem hora conclave ingreſſus ibidem repentè moritur, Epitaphium ſui Ratisbonæ apud S. Hemeranum relinquens hujusmodi:

Vivens pollebam faciens quæcunque volebam
En nihil or ſub humo! ſic erit omnis homo.

Diſtractis igitur poſſeſſionibus Monaſterii jam omnia in pejus atque deterius indies magis magisque labi ac ruere videbantur, Laicis Monachorum clauſtra cum uxoribus inhabitantibus atque locis ſacris prophanatis res nefariæ invaleſcebant. Accidit igitur quadrageſimo anno poſt ſpoliationem Ducis Arnoldi ut ex cœleſti quadam vindicta Monaſterium cum omnibus ædificiis, libris, privilegiis atque omni ferè Eccleſiaſtico ornatu igne concremaretur. Quo factum eſt, ut nihil de rebus geſtis quatuor Abbatum prædictorum ad noſtra tempora pervenerit, omni librorum ſuppellectile combuſta.

De Hartwico V. Abbate.

HArtwicus Abbas quintus poſtulatur ex Monaſterio S. Maximini Treviris & benedicitur ab Abrahamo Epiſcopo Friſingenſi, atque ab Imperatore Ottone II. baculo paſtorali donatur, & poſt deſpoliationem & exuſtionem Ducis Arnoldi, interceſſione Ottonis Ducis Bavariæ Tegernſeenſi Monaſterio præficitur.

Hunc Poppo Comes iſtius loci tunc Advocatus adduxit in Tegernſee, quarto Idus Junii anno Domini DCCCCLXXVIII.

Sub hoc Abbate regularis obſervantia fratrum in priſtinum ſtatum reſtituitur & Monaſterium incipit eſſe ſub tutela & protectione Romani Imperii multis obtentis privilegiis ab Ottone Imperatore. Religione itaque totius vitæ domeſticæ laudabiliter reformata Dns. Hartwicus debitum naturæ perſolvens piè in Domino obdormivit, VI. Idus Auguſti, anno Domini DCCCCLXXXII. Rexit annos IIII. & menſes V.

De Goſperto, VI. Abbate.

GOſpertus Abbas ſextus, ex Monaſterio D. Emerami poſtulatus, Hartwico Canonica fratrum electione ſubſtituitur. Is erat gente nobilis, litterarum ſtudiis clarus, ſtatura longus, ſincipite calvus, hoſpitalis erga univerſos, diebus lectioni, noctibus orationi vacabat. Ornavit hanc Eccleſiam ædificiis, libris, campanis, feneſtris & laquearibus. Benè & laudabiliter Monaſterio præfuit. Tandem vinculis carnis abſolutus requievit in Domino XII. cal. Februarii anno Domini MI. ſepultus eſt circa altare SS. Martyrum Joannis & Pauli propè fontem aquæ conſecratæ. Rexit annos XX.

De S. Gothardo, VII. Abbate.

S. Gothardus Abbas ſeptimus, Altahenſis quoque & Hersveldenſis Abbas inſtituitur invitis fratribus per Ducem Heinricum contra liberam eorum electionem. Nam Dux Heinricus à Goſperto audiverat, fratres liberioris vitæ habenis relaxatis ſub proprietate vivere: ideo zelo pietatis motus

tus inſtituit eis S. Gothardum. Cum enim Dux ſanctiſſimæ eſſet vitæ, non id egerat, ut religioni aliquid contrarium facere præſumeret, ſed potius ut obſervantia regularis diſciplinæ ſancti hujus viri converſatione ad meliorem ſtatum reformaretur. Fratres verò licet inviti, metu tamen Ducis ſe ejus obedientiæ ſubmiſerunt. Sed clam apud Godeſchalcum Epiſcopum Friſingenſem loci hujus ordinarium impetrârunt, ut litteris invectivis ſanctum virum contemptûs & contumaciæ accuſaret, nimirum quod eo inſcio curam animarum in ipſius diœceſi ſuſcepiſſet, & quod unam perſonam non deceret, contra Patrum Decreta, tot prælaturis præeſſet. Igitur mitiſſimus vir Gothardus eorum querimoniis cedere volens, cum damnatæ proprietatis vitium eradicâſſet, & ſalubria quæque plantâſſet, Abbatiam ſpontè deſeruit. Abſens autem corpore ac mente præſens, Monaſterium nihilominus conſiliis ſuis multum adjuvit apud Heinricum, qui ſtatim poſt ejus diſceſſum in Romanorum Imperatorem electus & confirmatus fuit. Ipſe verò Epiſcopus Hildesheimenſis Eccleſiæ poſt effectus eſt. Rexit Abbatiam per annum unum & duos menſes.

De Eberhardo VIII. Abbate.

EBerhardus octavus Abbas natione Suevus, autoritate S. Heinrici Imperatoris ac Ducis Bavariæ contra liberam electionem invitis fratribus inſtituitur anno Domini MII. Fratres autem adempta libera eligendi facultate intruſum haud æquo animo ferentes, gravi perturbatione afficiebantur. Abbas hac fratrum importunitate permotus, ne iis moleſtus eſſet, VII. Idus Julii ſpontè diſceſſit, & in exilio IIII. Nonas Martii obiit. Sub hoc Abbate S. Heinricus Imperator cum Sancta Kunigunda conjuge interventu S. Gothardi dederunt Monaſterio duos regales manſos in Leuben Auſtriæ. Præfuit Abbatiæ annis duobus.

De Peringero, IX. Abbate.

PEringerus nonus Abbas libera fratrum electione per legitimæ Congregationis ſuffragia concorditer ſubſtituitur anno ſalutis MIII. XI. kal. Auguſti. Hic tanquam fidelis paterfamilias ovium ſibi creditarum fidelem curam gerens in omnibus iis, quæ ad Dei cultum & animarum ſalutem ſpectant, diligentem navavit operam, ſub cujus regimine turres erectæ ſunt & parietes circa ſummum altare auro & argento exornati. Hic præterea libris, campanis aliiſque ornamentis Eccleſiaſticis Monaſterium omne plurimum condecoravit. Obiit anno Domini MXII. III. Nonas Febr. ſepultus in æde ſacra ad Caput Gosberti Abbatis. Benè ac piè rexit novem annis.

De Burchardo, X. Abbate.

BUrchardus decimus Abbas, Monachus venerabilis poſtulatur ex Herſfeldenſi Monaſterio S. Wichperti, conſilio Beati Gothardi anno Domini MXIII. Hic omni cum manſuetudine ac moderamine diſcretionis propè ſingulari, fratrum animos inter ſe conciliavit, ſumma concordia facta; præterea omnem ſuppellectilem totius Monaſterii & quidquid ad quotidianum uſum pertinebat proſperis ſucceſſibus auxit; Eccleſiam quoque libris aliiſque diverſis ornamentis condecoravit, bonum ac fidelem agens paſtorem. Hâc vitâ diſceſſit III. kal. Novembris, ſepultúſque in Monaſterio circa caput ſui anteceſſoris. Præfuit IIII. annis ac totidem menſibus.

De Ellingero, XI. Abbate.

ELlingerus Abbas XI. electus fuit ex conventu anno Domini MXIX. hic non ſolum confirmationem privilegiorum Monaſterii & donationis duorum regalium manſorum in Leuben Auſtriæ à S. Heinrico Imperatore obtinuit: verum etiam alios quinque regales manſos ab eodem impetrare meruit, inter duos fluvios Pieſtnichen & Trieſtnichen ſitos in Marchia Alberti I. Marchionis Orientalis, id eſt Auſtriæ; qui tamen anno Domini MXX. à Monaſterio fuerunt intercepti. Deinde S. Heinrico Imperatore mortuo, ab ejus ſucceſſore Conrado alia quam plurima privilegia impetravit pro Monaſterio, facta per eundem confirmatione privilegii villæ noſtræ in Waringaw. Hic ab officio ſuſpenſus deponitur anno MXXVI. cui ſucceſſit Albinus de S. Wichberto ex Herſfeldenſi Monaſterio, de cujus rebus geſtis nihil litteris proditum eſt, niſi quod anno ſalutis MXXXI. IX. cal. Julii eo defuncto Ellingerus iterum ſit reſtitutus. Qui mox auctoritate Sigilberti Auguſtani Epiſcopi cum XII. Monachis in Tegernſee profeſſis, ad Monaſterium in *Benedicten - Beuren* reformationis cauſa profectus ibidem per integrum ferè annum permanſit, ubi ſingulis reformatis & in meliorem ordinem redactis, B. Gothalmum unum ex duodecim, quos ſecum adduxerat, in Abbatem ejusdem Monaſterii conſenſu Principis & Epiſcopi ordinavit. Deinde quoque poſt ejus reſtitutionem Eccleſia in Strenberg Auſtriæ: facta eſt parochialis exempta ab omni ſubjectione vicinarum Eccleſiarum, dedicata à Benone Epiſcopo Patavienſi in honorem B. Virginis Mariæ. Qui præſul omnes decimas eidem parochiæ conceſſit, pro quibus per modum cambii quinque manſos accepit in Seiphauſen. Confirmata eſt hæc commutato Ratiſponæ coram Imperatore Conrado, ejuſque filio Heinrico, cum conſenſu utriuſque Capituli, ſcilicet Patavienſis & Tegernſeenſis anno Domini MXXXIIII. Sub eodem Ellingero anno Domini MXXXV. Monaſterium igne periit, & ſequenti anno à furibus ſpoliatur, theſauris omnibus ſubreptis.

S. Gothardus Epiſcopus Hildesheimenſis & quondam Abbas Tegernſeenſis, Herſfeldenſis & Altahenſis moritur his temporibus, anno ſalutis MXXXVIII. ſub quibus crypta hujus Monaſterii per Abbatem Ellingerum dilatatur, & chorus Eccleſiæ teſtudinato opere decoratur, auxiliante Edemeranno Monacho carpentario & cuſtode Eccleſiæ, aliisque Chriſti fidelibus, ſed fratres ex ignis devaſtatione plurimum moleſtati & ex latronum & furum ſpoliatione perturbati, dum multis calamitatibus oppreſſi mala propè innumera in mentem revocant, neſcio, quo zelo adacti omnem culpam conflagrationis & ſpoliationis viro innocenti aſcribunt. Résque eo tandem devenit, quod Imperator Heinricus II. Nitkerum Epiſcopum Friſingenſem ad cauſas utriusque partis judiciario ordine dirimendas, dirigere ſit coactus. Ellingerus igitur ab omnibus impetitur atque de negligentia & deſidia ſuſceptæ adminiſtrationis falsò accuſatur, & quaſi reus authoritate Regis ab Epiſcopo jam ſecunda vice deponitur & ſuſpenditur ab officio mittitúrque ad agendam pœnitentiam in Monaſterium Altahenſe anno Domini MXLI. v. Nonas Octobris, quo die crypta conſecrata eſt à Nickero Epiſcopo. Ubi per tria ferè luſtra in ſcribendis libris egregiam operam navavit, qui adhuc paſſim extant. Tandem defuncto Heinrico Imperatore ad Tegernſee revertitur ſub Abbate Seyfrido anno MLVI. Abbatis tantum nomine gaudens, adminiſtrationis dignitate amiſſa. Eodem quoque anno ibidem moritur Nonis Februarii. Sepelitur primo in medio capituli ante imaginem crucifixi, cujus corpus diverſis ſignis eſt ſæpiùs revelatum. Deinde anno MCCXXXVI. ſub Abbate Heinrico I. translatus eſt in Eccleſiam, & ſepultus in abſide verſus aquilonem, ubi hodie eſt memoria S. Viti & omnium Martyrum, olim à populo devotè frequentatus, cum hoc epitaphio:

Abbas Ellingere, hîc clerum populúmque
tuêre.

Rexit annos IX.

De Albino XII. Abbate.

ALbinus duodecimus Abbas, de quo antea facta eſt mentio depoſito Ellingero ſucceſſit ex Herſfeldenſi Monaſterio aſſumptus anno MXXVI. obiit anno MXXXI. rexit annos quinque.

De Altmanno XIII. Abbate.

ALtmannus Abbas Eberſpergenſis, depoſito ſecunda vice Ellingero curam Monaſterii ſuſcepit. Cum enim Ellingerus ad Monaſterium Altahenſe pro agenda pœnitentia miſſus eſſet, interea per Regem Heinricum Monaſterium Tegernſee com̃endatur in ejus abſentia Altmanno Abbati in Eberſperg. Rexit per ſex hebdomadas.

De Ulrico XIIII. Abbate.

FInitis ſex hebdomadis Heinricus Rex inconſulto Altmanno Abbate, inveſtivit Abbatiam Udalrico Abbati S. Emmerami, qui præſtita obedientia & fidelitate à Capitulo & Collegió reverſus eſt ad Monaſterium S. Emmeranni, ac infra dimidium anni ſpatium vitam & Abbatiæ dignitatem cum morte com̃utavit. Rexit ferè unum annum.

De Herrando XV. Abbate.

HErrandus Abbas XV. ex conventu electus per inveſtituram Regis Heinrici Udalrico ſucceſſit. Erat enim doctus, de litteris benè meritus & regi etiam notus. Sed propter exceſſus vitæ ac morum accuſatus à Rege deponitur, qui non multò poſt obiit, tertio Nonas Maji anno MXLVI. ſedit quatuor annis.

De Eckberto XVI. Abbate.

ECkbertus Abbas decimus ſextus ex Herſfeldenſi Monaſterio intruditur Abbas, omni jure liberæ electionis deſpecto. Hic erat homo incompoſitis moribus & nullius prorſus diſcretionis atque inanis gloriæ percupidus, qui anno Domini MXLVIII. Fuldenſibus Monachis Abbas conſtituitur, & eodem anno ibi moritur. Præfuit duobus annis.

De Seifrido XVII. Abbate, ſub quo translatio SS. Martyrum Chryſogoni & Caſtorii facta eſt in Tegernſee.

SEifridus Herſfeldenſis Monachus authoritate Imperatoris Heinrici III. Abbas inſtituitur anno ſalutis MXLVIII. ſub quo Abbate anno Domini MLIII. corpora SS. Martyrum Chyſogoni & Caſtorii à quodam fratre Verona, ex Monaſterio S. Mariæ ad Organa, ad hoc Monaſterium in Tegernſee translata ſunt, ſicut & eodem tempore corpus S. Anaſtaſiæ Virginis & Martyris ad Monaſterium in Benedictenbeurn transfertur; corpus verò S. Chryſogoni Martyris poſitum eſt in choro retro altare ſummum in capite Sanctuarii. Corpus autem S. Caſtorii Martyris poſitum eſt in Eccleſia, in altari S. Crucis ſub Baſilica. Anno MLIIII. magna Bibliotheca eleganter ſcripta auro & argento ornata Imperatori Heinrico tertio data eſt, pro qua reſtituit Monaſterio prædia in Unholzing & Hettenpach, per Arnoldum Ducem quondam ablata; hic Abbas villam in Sigihohesprunnen pro decem & novem marchis emit à duobus fratribus germanis, Geroldo & Reinfrido, ita tamen ut in die S. Mariæ Magdalenæ die ac nocte à Præpoſito Monaſterii ſervitium pauperibus, cum eorum refectione præſtetur. Alias nihil præclarè geſtum ab eo legitur, niſi quod pro neceſſariis ædificiis Monaſterii inſtaurandis aliqua neceſſaria inſtrumenta præparavit, quæ per ejus ſucceſſorem poſtea fabricata & erecta fuerunt. Obiit anno MLXVIII. pridie Nonas Martii. Sepelitur primo in capitulo juxta Ellingerum & poſtea in ambitu ante capitulum ſub marmore rubeo, cum tali Epitaphio:

Hæc præſens foſſa multorum contegit
oſſa
Abbatemque pium claudit lapis iſte Seſridum.

Rexit Abbatiam per annos viginti.

De Eberhardo II. Abbate XVIII.

EBerhardus II. Abbas S. Emmerami natione Suevus per Heinricum IIII. Regem fit Abbas Tegernſeenſis. Hic erat genere & virtute nobilis, & in Campidonenſi Monaſterio ab ineunte ætate eruditus. Habuit duos germanos fratres, Udalricum Eccleſiæ S. Galli Abbatem & Swidkerum in cella S. Magni ad fauces gubernacula prælaturæ moderantem, qui dum laudabili converſatione coram Deo & hominibus in Campidonenſi Monaſterio militaret, ab Auguſtano Epiſcopo Heinrico duabus Abbatiis præficitur, ſcilicet S. Magni ad fauces & in Ottinbeüren. Sed dum pro collatis ſibi honorum beneficiis diverſis ſervitiis ab Epiſcopo ſæpius gravaretur, ſpontè utramque Abbatiam relinquens revertitur ad gremium matris ſuæ, Campidonenſe Monaſterium. Ubi haud adeo diu commoratus à Gebhardo Ratisponenſis Eccleſiæ Epiſcopo accerſitur, & Abbatia S. Emmerami inveſtitur, quæ ignis conflagratione tunc temporis dilapſa erat. Qui dum damna ejus Monaſterii ad meliorem ſtatum reparâſſet, Rex Heinricus quartus, religionis ac diſcretionis ejus pia moderatione motus, abeunte Seifrido Abbate, eum huic Monaſterio Abbatem præfecit. Quo adveniente, ne proſperis adverſa deeſſent quadam nocte parietes Monaſterii in parte meridionali repentino caſu ſolo tenus corruerunt, absque tamen hominum periculo. Quæ tamen & alia omnia diruta vir ſagaci induſtria intra quinquennium reparavit. Poſt hæc pavimentum Eccleſiæ vario lapidum artificio decoravit. Inſuper duas Baſilicas de novo conſtruxit, quarum una Deiparæ Virgini, altera Divo Michaeli Archangelo fuit dedicata. Clauſtrum muro cinxit & fornicibus adornavit. Eccleſiam in villa Gmunden ex lapidibus erexit & conſtruxit.

Hujus Abbatis tempore multa bona & beneficia huic Monaſterio ſunt collata. Ipſe quoque emit manſum in villa Fünſingen in ſui anniverſarii memoriam, ut eo die charitas fratribus abundantius in carne & vino atque piſcibus exhibeatur. Qui cum Domum Dei exornâſſet laquearibus picturis, campanis, libris, feneſtris & thuribulo pretioſo piè in Domino obdormivit v. Idus Maji anno Domini MXCI. ſepultus eſt in medio Eccleſiæ, ubi fons eſt aquæ conſecratæ, poſitus cum tali Epitaphio lapidi inciſo: *Fratres, ſorores, pro me Eberhardo peccatore ad Dominum orate.* Laudabiliter ac piè gubernavit annos tres & viginti.

De Udalſchalco XIX. Abbate & fundatione Monaſterii in Dietramszell.

UDalſchalcus decimus nonus Abbas, frater Comitis Sygybothonis de Neuburg, Advocati matricularis hujus Monaſterii electus fuit ex conventu per Imperatorem Heinricum quartum. Hic divinitus inductus conniventibus tum Epiſcopo Friſingenſi Heinrico primo, tum matricularibus noſtris advocatis Bernhardo de Grueb & Sygybothone Comite de Newburg atque fratribus Conventus fundavit cellam & prælaturam in Allodio hujus Monaſterii, in loco Clingenreut tunc temporis dicto, collectis ibidem ad divini ſervitii cultum Canonicis regularibus Ordinis S. Auguſtini, præficiens eis præpoſitum virum venerabilem Dietramum, à quo & ipſum Monaſterium nomen ſuſcepit, quod ad hoc uſque tempus Dietramscell dicitur. Fundata igitur & de poſſeſſionibus hujus Monaſterii dotata cella Dietrammi de inſtitutione Præpoſitorum futurorum, coram Heinrico I. Epiſcopo Friſingenſi & ejus Capitulo collaudante primo Præpoſito Dietramo definitum & privilegio confirmatum eſt, ut obeunte Præpoſito, fratres ejusdem Monaſterii cum conſilio Abbatis in Tegernſee ſibi Præpoſitum eligant & electus poſſeſſiones & inveſtituram temporalium à dicto Abbate Tegernſeenſi accipiat; Epiſcopo verò Friſingenſi de ſpiritualibus reſpondeat. Acta ſunt hæc anno Domini milleſimo centeſimo ſecundo Indictione X. Epiſcopatûs Domini Heinrici quinto. Quod privilegium poſtea tam Apoſtolica quam imperiali autoritate confirmatum fuit, extantibus adhuc diplomaticus ſicut ad hoc uſque tempus idem privilegium firmiter obſervatur. Eſt enim illud confirmatum, ut obiter hic commemorem à Summis Pontificibus, à Paſcali II. à Calixto II. ab Honorio II. à Gregorio VIII. ab Innocentio III. ab Honorio III. ab Alexandro IIII. & ab Ottone II. Epiſcopo Friſingenſi; propter improbitatem quorundam Præpoſitorum, qui ſe à dicto privilegio eximere quærebant. Prædia verò quibus Monaſterium in Dietramscell ditatum & dotatum ab initio fuit, eo quod multa ſint, brevitatis gratia hic recenſere omittimus. Hic Abbas Udalſchalcus, ut ſupra in capite miraculorum D. Quirini legitur, in villa Oſtermünchen contra quemdam S. Quirini pauperem ſubditum, injuſtam ſententiam tulit & confeſtim paralyſi tactus vix precibus effuſis & injuſtâ ſententiâ revocata ſanitati priſtinæ reſtitui potuit.

A. 1102.

Alias nihil memoria dignum de eo litteris proditum eſt. Obiit Idibus Novembris anno Domini MCII. ſepultus ante altare S. Crucis cum tali Epitaphio: *Abbas loci hujus, Comes de Neuburg Udalſchalcus cellam Dietramo fundat mille centúmque bino Idibus Novembris tranſit è carcere carnis.* Rexit Abbatiam annos undecim.

De Aribone XX. Abbate.

ARibo viceſimus Abbas Comes de Neuburg, electus ſucceſſit Udalſchalco, hic Eccleſiam B. Laurentii in Egern primus conſtruxit & privilegium de decimis novalium in noſtris Eccleſiis percipiendis, ab Heinrico primo hujus nominis Epiſcopo Friſingenſi ejúsque Capitulo impetravit, anno Domini MCXII. confirmationem quoque privilegii pro Monaſterio Dietramszell à duobus Summis Pontificibus obtinuit, ſcilicet à Calixto II. & Honorio anno

MCXXIX. deceſſit XII. kal. Januarii, rexit annos tres & viginti.

De Conrado XXI. Abbate & miraculo ſepulchri S. Chyſogoni.

CONradus viceſimus primus Abbas adminiſtrationis curam legitimè poſt Aribonem ſuſcepit; ſub cujus regimine anno Domini MCXXXV. Conradus ſenior Archiepiſcopus Salisburgenſis in Tegernſee veniens, cum altaria plurima per Heinricum I. Epiſcopum Friſingenſem conſecrata, quem tamquam hæreticum condemnaverat, viſitâſſet, atque altare ſummum in choro acceſſiſſet, ac retro illud oſſa S. Chryſogoni Martyris in ſcrinio prima ſui translatione recondita, in medium conſpicienda produxiſſet, luce quadam ſupercelesti circumfuſus, quaſi repercuſſo ſolis radio, illico perhorreſcens obſtupuit, ut per modum crucis in terram proſtratus haud compos ſuæ mentis jacuerit, ac tandem reſurgens multis gemitibus & ſuſpiriis conqueſtus eſt, quod locum aperuerit, & violentiam fecerit S. Chryſogono.

Hic Abbas cum Ottone I. Epiſcopo Friſingenſi cambium fecit in Schliers, commutatis aliquibus prædiis, atque Advocatis Monaſterium nimis aggravantibus, ſtrenuè ſe oppoſuit, qui eorum culpis exigentibus cœleſtem vindictam ſæpius ſunt experti, ut in capite de miraculis S. Quirini ſcriptum reperitur, de Lauretta uxore Comitis Ottonis de Wolfertshauſen &c. Impetravit & privilegiorum confirmationem ab Eugenio III. Pontifice, qui Monaſterium ſub protectionem Sedis Apoſtolicæ recepit, anno MCLX. is ſenio jam confectus, cum optimè ac utiliſſimè per aliquot luſtra præfuiſſet, moritur tertio calendas Julii, anni numerus ignoratur, ſicut in multis ſequentibus Prælatis. Rexit annos novem & decem.

De Ruperto XXII. Abbate ac uſu infulæ.

RUpertus viceſimus ſecundus Abbas, Comes de Neuburg canonicè à fratribus electus cum voluntate Heinrici Comitis de Wolfartshauſen advocati Monaſterii, per Fridericum I. Imperatorem ſceptro fuit inveſtitus. Qui duo privilegia obtinuit à dicto Imperatore unum de jure Advocatorum Monaſterii, quo contenti eſſe debeant in poſterum: alterum de confirmatione privilegiorum ſuorum anteceſſorum. Hoc tempore Heinricus Comes prædictus & Advocatus in extremis agens, pro damnis Monaſterio illatis, legavit eidem in recompenſam prædia in Altrais in partibus transmontanis.

Hic venerandus quoque pater Monaſterium iſtud à duro jugo Advocatorum magna ex parte redimens, operibus pietatis ac miſericordiæ erga pauperes, ſummam impendit operam. Primus quoque uſum mitræ & Pontificalium pro ſe impetravit ab Alexandro III. Papa, deinde pro ſuis ſucceſſoribus hoc idem obtinuit ab Urbano III. Pontifice anno MCLXXXVI.

Hujus tempore Domina Agnes de Hohenburg obiit, quæ legavit Monaſterio tertiam partem villæ in Plannitz, ut dies anniverſarius pro ea habeatur. Templum S. Leonhardi in angulo à fundamentis erexit, & ex lapidibus conſtruxit, quod per Udalſchalcum Epiſcopum Auguſtanum, in honorem ejusdem Chriſti Confeſſoris & Julianæ Virginis & Martyris conſecrari fecit anno Domini MCLXXXIIII. obiit verò vir ſanctus XI. kal. Junii, anno MCLXXXVI. ſepultus primò in Abſide Aquilonari circa chorum & poſtea urgente cauſa, translatus eſt ante altare S. Patris Benedicti, ubi in rubeo marmore hoc Epitaphium cernitur: *Anno Domini MCLXXXVI. Comes de Neuburg Abbas Rudpertus obiit, pietatis amicus, calendis undena Junii luce fretus extrema, actis probatus, ex ſignis ſanctúſque reputatus, hujus ſunt memores omnes hîc prætereuntes ſanitatem ſe recuperâſſe ſunt confeſſi, & id frequentius ante ejus translationem ſumus experti. Rexit unum & triginta annos.*

De Conrado II. Abbate XXIII.

COnradus II. viceſimus tertius Abbas, legitimè ſucceſſit Ruperto, qui impetravit ab Ottone II. Epiſcopo Friſingenſi, ut Eccleſiæ in Tegernſee & Egern fierent parochiales. Nam antea Eccleſia in Gmund ſola erat parochialis totius anguli in Tegernſee, & moleſtum erat Parochianis illuc ſemper ire ob aſperitatem & longinquitatem viæ. Hic etiam obtinuit privilegium confirmationis Eccleſiæ in Dietramszell, à Papa Gregorio octavo. Obiit autem XVII. cal. Januarii. Rexit annos tres.

De Maingoldo XXIIII. Abbate.

MAingoldus Abbas viceſimus quartus, pius Abbas in Crembsmünſter, ſucceſſit legitimè Conrado. Hic natione Suevus, de regia ſtirpe natus, filius Diepoldi Comitis Bergenſis & Giſalæ Comitiſſæ Andecenſis circa privilegia obtinenda & confirmanda ſtudioſiſſimus fuiſſe legitur. Alias nihil præclari de eo habetur. Ipſe tandem fit Epiſcopus Patavienſis año Domini MCCVI. Obiit ibidem V. Idus Junii. Rexit ſedecim annis.

De Perchtoldo XXV. Abbate.

PErchtoldus viceſimus quintus Abbas communi fratrum electione præficitur. Sub hoc Abbate Ludovicus Dux Bavariæ & Otto Comes de Phallai Heinricum Marchionem Hiſtriæ, tunc hujus Monaſterii Advocatum, hoſtiliter invadunt, rèſque eo devenit, ut ſub prætextu tantarum inimicitiarum, tam noſtrum quam Dietramszellenſe imo & alia quoque vicina quædam cœnobia, incendio & rapina miſerè devaſtata & deſolata fuerint. Tantus enim erat hoſtilis incurſus, ut per decem hebdomadas nulli pateret ingreſſus. Deinde anno

MCCXI. ob diſſidium Manegoldi Epiſcopi Patavienſis & cujusdam Rapotonis Comitis Palatini Bavariæ de Familia Comitum Ortenburgenſium huic Monaſterio cum quidam aliis, grave damnum illatum fuit. Poſtea anno MCCXIIII. tertia vice exuſtum eſt. Igitur Abbas tot rebus adverſis oppreſſus, nihil laude dignum gerere potuit, qui tandem ex hac vita deceſſit XV. cal. Martii, anno ut videtur MCCXVII. Rexit annos X.

De Heinrico XXVI. Abbate.

HEinricus viceſimus ſextus Abbas, ſucceſſit Perchtoldo, fidelis Miniſteriorum Dei Diſpenſator, cui Otto II. Epiſcopus Friſingenſis, omne jus, quod in Eccleſia Sachſenkam habebat, reſignavit. Hic impetravit multa privilegia, tum ab Honorio III. Pontifice pro Dietramszell, tum ab Imperatore Friderico II. qui non ſolùm omnia patris ſui Heinrici VI. confirmat, ſed nova inſuper addit privilegia. Sub hoc Abbate corpus B. Ellingeri Abbatis inventum eſt, & ad Eccleſiam translatum eſt anno Domini MCCXXXVI. Hic denique Heinricus ob majus vitæ meritum conſequendum, Abbatiæ renuntiat, & Monaſterium Salmenſweilen Ordinis Ciſtercienſis ingreditur. Anno MCCXLII. obiit ibidem VI. Idus Novembris. Rexit annis XXV.

De Perchtoldo II. Abbate XXVII.

PErchtoldus II. viceſimus ſeptimus Abbas, cognomine Schneckh dictus, à fratribus & quibusdam Laicis Abbas eligitur, ſeu potius intruditur Laicorum violentia. Unde licet ab Ordinario ſuo Conrado Friſingenſi Epiſcopo, tum confirmationis tum conſecrationis beneficia petierit, repulſam tamen paſſus eſt. Quæ tamen ambo multum quidem renitente & contradicente ordinario à Metropolitano Eberhardo Salisburgenſi Archiepiſcopo obtinuit, à quo præſentatus Romanorum Regi Conrado, eadem Abbatia inveſtitur. Conventum adeo exoſum habuit, qui vi ejectis omnibus fratribus, cum perditis hominibus patrimonium S. Quirini abligurierit, & diſtraxerit omniáque ſacra vaſa fœdiſſimè prophanârit & alienârit. Agricolas quoque & villicos per varia tormentorum genera, pecuniariæ ſubegit exactioni. Religionis etiam ſuæ profeſſos, per fas & nefas vinculis mancipavit. A qua tyrannide, cum nulla neque Eccleſiaſticæ cenſuræ animadverſione cohiberi, neque ſubditorum ſtatutis jurejurando firmatis, averti poſſet. Ab Adriano Pontifice excommunicatus & exauctoratus fuit. Qua deſtitutionis ſententia lata tam conventus quam ſubditi à fidelitatis obſervantia penitus erant abſoluti. Obiit poſtea XIII. cal. Sept. rexit ſex annis.

De Udalrico II. Abbate XXVIII.

UDalricus II. viceſimus octavus Abbas, dictus de Parterhauſen Abbas in Seon, legitimâ & liberâ electione Fratrum atque Canonica poſtulatione Abbas præficitur, cum Ordinarii & Metropolitani Salisburgenſis conſenſu. Hic adveniens in Tegernſee anno Domini MCCXLVIII. VII. cal. Decembr. quamvis locum omnibus ferè rebus neceſſariis deſtitutum reperit, obligatis & diſtractis prædiis & utenſilibus, tam apud Judæos quam Chriſtianos creditores: tamen charitatem propè ſingularem erga fratres, hoſpites & peregrinos exercere nunquam prætermiſit. Privilegia pro Monaſterio non pauca tum Principum tum Ponficum obtinuit, inter quæ non poſtremum obtinet locum exemptio teloneorum per Auſtriam, à Friderico Duce Auſtriæ impetrata anno MCCLVI. & à ſucceſſoribus ejus hucusque confirmata. Scripſit etiam Mortilogium, id eſt catalogum Fratrum defunctorum. Præterea Clenodia emit argentea magni ponderis, quæ in uſu rariore tunc erant. Obiit anno Chriſti MCCLXI. VI. cal. Aug. ſepultus ante altare B. Virg. cum tali Epitaphio:

Hic jacet in tumba, vir bonus, ſine felle columba
Abbas Udalricus de Parterhauſen generatus.

Rexit annos tredecim.

De Rudolpho XXIX. Abbate.

RUdolphus Abbas XXIX. ſucceſſit Udalrico, ſed ei permultum diſſimilis. Nam eo præſidente Monaſterium in deterius vergere cœpit, magnáque vis pecuniæ alienæ per debita contracta & ſacra vaſa argentea pignoribus diſtracta ſunt. Hinc non mediocris diſſenſio inter Abbatem & Conventum ſuborta eſt, quæ per viſitatores deinde vix ſopita fuit, à quibus conſtitutiones complures ordinatæ fuerunt pro concilianda pace inter eos & tranquillitate conſervanda, ſicut litteris reperitur expreſſum. Obiit ſexto cal. Junii, anno ut videtur MCCLXVI. Rexit quinque annos.

De Heinrico II. Abbate XXX.

HEnricus II. Abbas triceſimus ſubſtituitur Rudolpho. Sub hoc Abbate Ludovicus Dux Bavariæ obtulit Monaſterio molendinum in Grueb, vulgariter *die Mittermybl*, ut anniverſarius habeatur pro Ottone Comite de Phalai anno Domini MCCLXIX. Miſſa quoque fundata eſt quotidiana ad omnes Sanctos per Udalricum Velſchlos, equitem auratum año MCCLXXIII. quo idem Abbas viam univerſæ carnis eſt ingreſſus nono calend. Octobris. Rexit annos VII.

De Ludovico XXXI. Abbate.

LUdovicus triceſimus primus Abbas & Comes in Graispach primo Weichenſtephenſis & poſt Scheyrenſis Abbas, per Conradum Epiſcopum Friſingenſem & Duces Bavariæ Ludovicum & Ottonem hîc in Abbatem conſtitutus fuit, qui Monaſterium multis debitis obæratum invenies, ea brevi exſolvit atque cunctis tam nobilibus, quam ſubditis ſe gratum & benevolum exhibuit. Sub hoc Eccleſia in Gmund Monaſterii fit propria cum uſu fructu & omnibus bonis, conſenſu Domini Conradi II. Epiſcopi & Capituli Friſingenſis: Qui conceſſerunt, ut per Vicarium eandem regere poſſit; domum etiam Friſingæ emit, quæ alienata, quomodo fuerit, ignoratur. Emit & aliam domum Monaci, circa Monaſterium S. Claræ vulgariter *am Anger*, quæ hodie adhuc ad Monaſterium pertinet. Præterea Monaſterium muro cinxit, ſub eo quoque Wicknandus de Iringſpurg Advocatus Monaſterii renuntiavit juribus & reditibus advocatiæ anno MCCLXXXVI. Quo anno officium Mareſchalci ipſi & filio ejus Ottoni unàcum certis bonis & redditibus ad illud officium pertinentibus ab Abbate conceſſum eſt. Hic tandem paralyſi tactus per octo dies lecto decumbens Eccleſiaſticis Sacramentis proviſus obdormivit in Domino v. Idus Februarii, anno MCCLXXXVI. ſepultus ante altare S. Stephani in abſide chori. Rexit laudabiliter annos XIII.

De Heinrico III. Abbate XXXII.

HEnricus III. Abbas XXXII. hic cum conſenſu Conventûs in feudum conceſſit Wicknando de Yrinſpurg caſtrum Eberthauſen juxta lacum hic ſitum, cum quibuſdam prædiis hominibus ac rebus: quod quidem caſtrum, ſuos caſtellanos tunc temporis habuit, unà cum turri propè Monaſterium. Eodem anno Wicknandus fundavit Miſſam perpetuam ad S. Spiritum. Obiit anno MCCLXXXVII. v. Idus Aprilis. Rexit unum annum.

De Marquardo XXXIII. Abbate & caſtro Ebertshauſen propè Lacum funditus deſtructo.

MArquardus XXXIII. Abbas, Comes de Veringen avunculus D. Emichonis Epiſcopi Friſingenſis. Hic homo extremæ authoritatis apud Monarchas & Principes extitit, ut ex privilegiis ab eis obtentis, facile patet. Unde cum frequentius in aulis Principum commoraretur, res familiaris interim domi collapſa fuit, adeo, ut Emichone Epiſcopo Monaſterium viſitante, vix vitæ neceſſaria pro ipſo ac ſuis inventa fuerint. Qua re motus Epiſcopus cuidam ex fratribus Udalrico Perchtinger Monaſterii regimen per quadriennium commendavit, fratribus omnibus (præter ſex Sacerdotes & juniores) ad alia Monaſteria interim delegatis: Marquardo verò liberam optionem commorandi conceſſit, vel in caſtro Eberthauſen, vel in Weyſach ſeu in Academia quapiam ſtudii cauſa. Eodem tempore Eccleſia in Waringaw per prædictum Emichonem Epiſcopum cum conſenſu ſui Capituli, Monaſterii hujus fuit propria effecta quoad fructuum perceptionem ſicut patet ex litteris ea de re datis & confectis. Inter multa verò privilegia Regum & Imperatorum, quæ obtinuit Abbas Marquardus, hæc duo præcipua fuerunt. Primum quod Henricus Bohemiæ & Poloniæ Rex, Dux Carinthiæ & Comes Tyrolis, exemptionem telonei pro duodecim plauſtris, ut in Atheſim quotannis avehendis dedit, pro anniverſario ſuo: alterum quod Imperator Ludovicus certam juriſdictionis poteſtatem & judicii privilegium Angulo huic Tegernſeenſi conceſſit.

Hic Marquardus caſtrum in Eberthauſen pro trecentis libris denariorum emit, quod à prædeceſſore ſuo Henrico Wicknando de Yrinſpurg datum erat in feudum cum nonnullis prædiis adjacentibus, cujus alienatione Monaſterium plurima rerum diſpendia & detrimenta quondam pertulit, ita ut quidam ejuſdem poſſeſſor violenter jus piſcandi in lacu, usque ad ſacellum fontis S. Quirini ſibi uſurparet; ac ne deinceps ſimilia damna Monaſterio, ejuſdem occaſione evenirent, Abbas jurejurando cum Conventu obtulit illud ad altare S. Quirini, ne quovis modo per ſe, aut ſucceſſores ſuos alienaretur. Quod caſtrum poſtea ſicut cernitur omnino eſt deſtructum & ſolo adæquatum, ejúſque portæ ferreæ in Monaſterio pro memoria reſervantur, una earum ad ſacriſtiam, altera ſuper eam appenſa cardinibus. Is locus nunc dicitur Kaltenbrun, ruderibus caſtri adhuc extantibus. Sub ejus quoque regimine. Sigillum majus Conventus tam quoad imaginem quam quoad ſcripturam de novo immutatum eſt. Ad hæc duo clenodia pretioſiſſima gem̃is & auro decorata pro reliquiis Sanctorum includendis comparavit. Idem Abbas Marquardus poſt alia multa privilegia impetrata hoc etiam privilegium obtinuit à Ducibus Bavariæ Rudolpho & Ludovico, quod Parochi in Waringaw & Gmund plena libertate exemptionis gauderent, contra Judices & Præfectos quoscunque præſentes & futuros. Obiit anno Domini MCCCXXIII. Nono calendas Maji, ſepultus ante altare ſanctarum Virginum & Viduarum. Rexit triginta ſeptem annos.

De Heinrico IIII. Abbate XXXIIII.

HEinricus IIII. Abbas XXXIIII. qui dictus eſt *Rainer*, concordi fratrum electione ſucceſſit Marquardo. Hic plurima ædificia ruinis propè collapſa reſtauravit ambitum per circuitum fornice teſtudinavit. Dormitorium cum refectorio æſtivali conſtruxit, ac multa ſacella fornicibus decoravit. Illud opus æreum fuſile in ambitu tertia vice fuſum pro lavatorio fratrum quingentis libris denariorum comparavit. Præterea baculum paſtoralem argenteum & deauratum emit, aliáque multa pro utilitate Monaſterii egit, quæ hîc recenſere nimis prolixum foret. Hic ante obitum amore quietis ut creditur Prælaturam ſpontè reſignavit anno Domini MCCCXXXIX. reliquum vitæ tempus circa ſacellum D. Leonhardi in angulo potiſſimum conſumpſit. Obiit anno MCCCXLV. calendis Decembris, ſepultus in ambitu ante capitulum. Rexit annos viginti unum.

De Sigibrando XXXV. Abbate.

Sigibrandus Abbas XXXV. dictus Geltinger intruditur per Duces Bavariæ anno Domini MCCCXXXIX. reſignata enim per Heinricum Abbatia concordi voluntate frarum electus erat Dominus Conradus appellatus Kazpeckh, ſed Sigibrandus potentia intruſus, Abbas remanet. Quo haud diu præſidente dum ex Auſtria collectis fructibus rediret, ipſe ab Othone Katzpeckh, germano fratre prædicti Domini Conradi inter Aibling & Roſenhaim vulgariter *auf dem grab weg*, crudeliter occiditur anno Domini MCCCXLVII. vi. cal. Aug. cujus corpus ad Monaſterium delatum, ſepelitur ante altare S. Achatii. Rexit annos duos.

De Carolo Abbate XXXVI.

Carolus XXXVI. Abbas dictus Hauzendorfer prius Abbas Monaſterienſis, Ratisbonenſis Diœceſis, poſtulatur concordi fratrum electione anno Domini MCCCXLVII. hic à Stephano ſeniore Duce Bavariæ & à Ludovico ejus fratre Marchione Brandenburgenſi, confirmationem omnium privilegiorum Ludovici Imperatoris eorum parentis impetravit. Alias nihil de eo memoria dignum legitur. Obiit verò vi. Non. Octobris, anno ſalutis MCCCXLIX. rexit duobus annis.

De Conrado III. Abbate XXXVII.

Conradus III. Abbas XXXVII. dictus Katzpeckh canonicè electus fuit admodum ſtrenuus in regendo. Hic juris advocatiæ mediam partem redemit à Principe terræ & reſiduum quoque emiſſet, ſi ab eo id obtinere potuiſſet. Obiit anno Domini MCCCLXIII. vii. calend. Julii. Rexit annos XIIII.

De Conrado IIII. Abbate XXXVIII.

Conradus IIII. Abbas triceſimus octavus cognomine dictus Eglinger, impetravit confirmationem privilegiorum ſuorum anteceſſorum à Stephano Duce Bavariæ ſeniore. Obiit anno ſalutis MCCCLXXII. xiii. cal. Aprilis, ſepultus circa altare SS. quatuor Evangeliſtarum. Rexit annos novem.

De Gebhardo Abbate XXXIX.

Gebhardus dictus Taufkircher Abbas XXXIX. Hic more ſuorum anteceſſorum in privilegiis obtinendis & confirmandis perſtudioſus extitit. Inter alia multa obtinuit à Duce Bavariæ Stephano, quòd liberi ex mancipiis Monaſterii hujus legitimè nati, ad Monaſterium deinceps ſpectent. Obiit anno Domini MCCCXCIII. tertio Idus Martii, ſepultus circa altare S. Sebaſtiani. Rexit annos unum & viginti.

De Oſwaldo XL. Abbate.

Oſwaldus dictus Torer, Abbas XL. de nobili Proſapia de Thor oriundus. Hic à Joanne Bavariæ Duce omnium ſuorum anteceſſorum confirmationem accepit privilegiorum. Impetravit quoque confirmationem privilegii de ſalvo conductu transvehendi vina & alia bona ſine telonei exactione à quatuor Ducibus Auſtriæ per quos rata habentur omnia privilegia antiquitus conceſſa ab eorum prædeceſſoribus. Obtinuit etiam à Wilhelmo & Erneſto Germanis Bavariæ Ducibus, quod cives Tölzenſes nullum ex inquilinis Tegernſeenſibus recipiant abſque Prælati hujus loci conſenſu. Obiit autem anno Domini MCCCCXVIII. xvii. calend. Maji. Sepultus circa altare S. Spiritûs. Rexit viginti quinque annos.

De Georgio XLI. Abbate.

Georgius appellatus Turndl, Abbas XLI. ſub hujus regimine circa annum Domini DCCCCXXI. Ducatus Bavariæ in multis locis igne, ferro & rapinis ultra modum devaſtatur, ex una parte per Ducem Bavariæ Ludovicum ſeniorem Ingolſtadianum, ex altera parte per Duces ejuſdem Provinciæ Heinricum Landishutanum & fratres Erneſtum & Wilhelmum Monacenſes. Quo tempore Monaſterium gravia debitorum onera incurrit, quæ diu multúmque non ſine dolore perſenſit. Obiit anno Domini MCCCCXXIII. xvi. calendas Februarii. Sepultus circa altare S. Spiritûs. Rexit annos quinque.

De Hildebrando Abbate XLII.

Hildebrandus cognomine Caſtner, quadrageſimus ſecundus Abbas, Georgio ſucceſſit eodem anno, ſub cujus altero regiminis anno veſperi die Dominica omnibus tunc cœnantibus chori anterior pars corruit, atque altare S. Chryſogoni in capite ſanctuarii ſitum usque ad cryptam ſubvertit, altari omnino comminuto & Archa in partes diverſas disjecta, in qua corpus ejuſdem S. Martyris conditum erat, palla ipſa integra manente, in qua reliquiæ ſacræ incluſæ erant unà cum ſigillo & reliquiis. Deinde anno Domini MCCCCXXIIII. Fridericus Dux Auſtriæ & Comes Tyrolis privilegium conceſſit, ut vinum Monaſterii liberè abſque Telonei exactione, ex Atheſi eveheretur pro anniverſario certo defunctorum annuatim habendo, quod privilegium à Sigismundo ejus filio confirmatum eſt, anno Domini MCCCCXLIX. Hic Abbatiam reſignavit, & reſiduum vitæ ſuæ in omni honeſtate transegit anno MCCCCXXVI. Obiit anno MCCCCXLVI. Nonis Junii, ſepultus in ambitu ante capitulum. Rexit annos tres.

De Caſparo XLIII. Abbate & oleo S. Quirini.

Caſparus dictus Aindorffer, XLIII. Abbas ex nobili proſapia ortus, per viam ſcrutinii compromiſſi electus à Viſitatoribus præficitur Abbas, conſilio ac zelo venerabilis viri Joannis Gruenbalder Decretorum

Doctoris & in ſpiritualibus Vicarii Nicodemi Friſingenſis Epiſcopi atque authoritate Apoſtolica Martini quinti & Wilhelmi Ducis Bavariæ. Hic inter religioſos Sacerdotes conventus, quamvis ultimus annos circiter viginti quatuor natus: tamen annuente Dei gratia hunc locum tam in obſervantia regulari quam domeſtico rerum ſtatu, haud mediocriter prius collapſum ſic iterum erexit ac reſtituit, ut poſt primam Monaſterii devaſtationem à Schyrenſi Comite Arnoldo perpetrata, non immeritò ſecundus fundator & reſtaurator in Tegernſee appelletur. Primus fuit poſt anteceſſores ſuos, qui citra reſpectum perſonarum, quosvis ad ordinem religionis ſuſcepit (modo legitimæ ætatis litteriſque imbuti atque canonibus non contrarii) cum antea tantum Nobiles reciperentur. Inter quos ad hunc locum primus advênit D. Joannes Khekh de Giengen Sacræ Theologiæ & artium Profeſſor, qui per triennium Prioratûs officium ſtrenuè rexit. Poſtea vocatus ad Concilium Baſilienſe, & tandem à Nicolao V. Summo Pontifice Romam accerſitus, ibidem obiit. Scripſit ſuper regulam S. Benedicti opus egregium atque ſermones de tempore & Sanctis, & pleraque alia. Hujus igitur famæ ac nominis celebritate permoti complures ex ſanctæ religinis zelo in Monaſterium venerunt, ita ut infra paucos annos, fratrum cœtus quinquagenarium excederet numerum. Abbas verò præcipuam curam impendit orationi, ſacræ lectioni, & fratrum diſciplinæ. Quanta quoque ejus induſtria in rei familiaris adminiſtratione fuerit, teſtatur adhuc vel mediocris Monaſterii ſtatus, qui ad tantam devenerat paupertatem antea, ut vix reſpirandi ei fuerit conceſſa facultas. Nunc verò alieno ære ſoluto, ædificiis reſtauratis, libris, theſauris & ornatibus comparatis atque univerſa ſuppellectile in meliorem formam reſtituta: de novo quaſi conſtructum Monaſterium apparet; & quamvis debita per anteceſſores ejus contracta, ſe ultra quindecim millia aureorum extenderent, ac ferè tertia pars iſtius anguli eſſet alienata; tamen ea uſus eſt moderatione in his omnibus & perſolvendis & denuo acquirendis, ut ſummam interim hoſpitalitatis ac pauperum haberet rationem. Nam ſupra elemoſynam quam libens pauperibus erogabat, ad expenſas ædificiorum frumento atque vino nihilominus abundabat, neque proventus deficiebant veteres advenientibus novis. Annuos quoque cenſus omnes redemit, qui ad quadraginta libras denariorum & ultra ſe extendebant atque acerrimum defenſorem ac propugnatorem pro Monaſterii privilegiis conſervandis contra potentes ſe exhibuit. Chorum fornice teſtudinavit usque ad Baſilicam S. Crucis. Opus ſedilium in choro fratrum tribus annis cum dimidio per converſum fratrem eximio artificio elaboratum procuravit. Altare quoque ſummum tabula exornavit, affabrè & ingenioſè depicta; Bibliothecam omni ſollicitudine reſtauravit emendo quam plurimos Codices veteres & novos conductis ſcribis pro fratrum ſtudio deſcribi fecit. Emit præterea imaginem argenteam, auro & gemmis pretioſè decoratam, marchas LX. ponderantem, in qua caput & major pars corporis S. Quirini recondita eſt; Monſtrantiam quoque quam vocant, magnam, deauratam & argenteis imaginibus adornatam; calices inſuper argenteos viginti duos emit, & unum de auo puriſſimo & obrizo pretioſis gemmis in anſa decoratum, indebitam formam reduci procuravit; campanam majorem triginta ſeptem centariis ponderibus comparavit; molendinum intra ſepta Monaſterii cum aquæductu & priſtino atque horreum ſeu repoſitorium decimarum cum omnibus officinis neceſſariis conſtruxit. Piſcinam erexit in Jörgenried, puteum profundum in Holtzkirchen, magno cum labore per triennium fodit, priusquam aqua reperiretur, cujus expenſæ ad trecentas libras denariorum ſe extendebant, ubi & domum erexit muratam, ſed & ſacellum & fontem S. Quirini de novo ex lapidibus conſtruxit, quod prius ligneum erat. Deſtructis quoque veteribus ædificiis ac ruinoſis nova erexit, ut hodie adhuc videntur, nimirum dormitorium, ambitum, refectorium, infirmariam, domum hoſpitum, Abbatiam, cellariam &c. Librum fundorum Monaſterii redituum, jurium & conſuetudinum pro futura fratrum conſtructione, magna cum diligentia colligens per unum de fratribus conſcribi ordinavit, privilegia Monaſterii, quæ anteceſſorum negligentia diſperſa fuerant diligenter recollegit, & in arcam ſub cuſtodiam plurium clavium repoſuit; potioribus authenticâ manu transſumptis ne cauſa teſtificandi extra Monaſterium ea efferri opus eſſet. Eorum multa impetravit à Summis Pontificibus & Romanis Imperatoribus ac diverſis Principibus cum antiquorum confirmatione. Fundatorum oſſa à ſepulturæ ſuæ loco dimovit, ubi ſexcentis & eo amplius annis quieverant, atque ea honorificè cum cantu & pulſu religioſo in marmoreum ſepulchrum repoſuit, ante altare S. Crucis ubi adhuc recondita manent. Parochialem etiam exſtruxit Eccleſiam quingentis aureis.

Hujus Abbatis tempore reperta eſt vena Petrolei, quod vulgo S. Quirini oleum vocatur, quo liniti paralytici & contracti ſanitati priſtinæ ſæpius ſunt reſtituti. Præcipuè verò contra uſtiones efficaciſſimum præbet remedium*, cujus virtutes diuturno uſu comprobatas hic ſubjungere placuit.

* *In exemplari meo ingens hiatus chartæ puræ poſt verba: Hic ſubſcribuntur virtutes olei S. Quirini. Quem, cum non compleverit auctor, fruſtra nunc adſtruere nitar.*

Porro cum tanti tamque eximii patris ſingula geſta referri nequeant, brevitati ſtudentes finem hic imponemus. Igitur cum multa mala in corpore ſuo perpeſſus eſſet, ac ſe jam diſſolvendum ſentiret, præſentibus fratribus univerſis & ſalutaribus monitis adhibitis, dataque benedictione paterna, recepto prius ſecum Euchariſtiæ viatico & extrema olei unctione anno ſalutis MCCCCLXI. ætatis verò ſuæ LX. die xvii. menſis Januarii poſt ſolis occaſum & ipſe diem clauſit extremum, adiens ſolem gloriæ, qui neſcit occaſum; cujus corpus fratres in medio chori honorificè ſepelierunt. Rexit ſum̃a cum laude annos XXXIIII. & ſex menſes.

De Conrado V. Abbate XLIIII.

CONRADUS V. Abbas XLIIII. appellatus Ayrnſchmalz de Weilhaim ortus, conventûs hujus profeſſus, Canonicâ & concordi fratrum electione ſucceſſit in regimine vir pius, mitis ac humilis. Inſiſtens veſtigiis ſui anteceſſoris. Fratres non ſolùm verbis ſed exemplis ſalutaribus inſtituit, quos numero quinquaginta ſæpiùs habuit; œconomum egit optimum, qui nihil eorum prætermiſit, quæ ad cultum & decorem domus Dei pertinere videbantur. Nam theſaurum Eccleſiæ in condendis reliquiis Sanctorum aliiſque ſacris vaſis & ornatibus tantum auxit, quantum anteceſſorum nullus. Emit duo brachia argentea octo marcharum, in quibus reconditæ ſunt reliquiæ D. Petri & Pauli, quæ octoginta quinque aureos conſtabant; deinde Monſtrantiam, ut vocant, S. Colomanni pro quinquaginta quinque aureis emit. Item aliam S. Heinrici ac S. Kunegundis pro xlviii. aureis Rhenenſibus. Poſtea illam cum ovo ſtruthionis S. Stephani pro lxxxvi. aureis; præterea magnam Monſtrantiam & pretioſam cum imagine B. Mariæ Virginis pro dlxxv. aureis Rhenenſibus comparavit. Item B. Mariæ Virginis Imaginem amictam ſole quinquaginta quinque; Imagines quoque S. Benedicti Abbatis & S. Scholaſticæ virginis pro ccciiii. aureis; Pectorale rotundum ex auro puro cum pretioſis lapidibus & catenula pro lxviii. florenis. Superiorem partem baculi paſtoralis majoris pro ccc. aureis; majorem infulam pro centum aureis. Deinde quatuordecim diverſa receptacula reliquiarum, cum xviii. calicibus ſub ejus regimine Monaſterio ſunt oblata. Præterea Dalmaticas, caſulas & cappas ex holoſerico diverſi coloris & auro comparavit quamplurimas, quas omnes hic ſigillatim recenſere ſupervacaneum eſſe exiſtimo. Porrò vaſa argentea tria cum pedibus & operculis pro centum & quinquaginta aureis emit; Item ſeptem phialas pro quinquaginta, ſcyphum argenteum & deauratum pro xxxiii., aliáque plurima vaſa argentea, quæ prolixum foret hic enumerare, emit.

Ad hæc Bibliothecam inſtructiſſimam erexit, labore & induſtria propè ſingulari, nam præter volumina vel à fratribus ſcripta vel à piis perſonis oblata, circiter quadringentos & quinquaginta libros emit, pro mille & centum libris denariorum Monacenſium, quibus novam planè Bibliothecam conſtruxit. Impetravit quoque privilegium ab Adalberto de exactione vini, dicta vulgariter *den Ungelt* in taberna circa Monaſterium atque aliud de ponte & vallo circa caſtrum Aibling. Quanta etiam in re familiari & œconomia ejus fuerit cura & induſtria ex ſumptuoſis ac utilibus ædificiis conſtructis facile patet; nam ut præcipuas ſaltem recenſeamus ſub ejus regimine Eccleſia de novo ædificata eſt, atque altaribus & picturis ornata, ſicut in hodiernum diem cernitur, quam quidem ædificare incepit anno Domini MCCCCLXXI. & complevit eam in ſeptem annis cum omnibus abſidibus, ſacellis, ſacryſtia & conventu fratrum. Singula altaria de novo in ea erexit cum novis ſanctorum Patronorum Eccleſiæ reliquiis ibi recluſis. Conſecrata eſt autē hæc Eccleſia anno Domini MCCCCXVI. quæ quatuordecim tabulis altarium pulcherrimè decorata fuit, in quibus geſta miracula & martyria Sanctorum eleganter ob oculos proponuntur, quarum quælibet pro xc. aureis Rhenenſibus eſt comparata & exſurgit ſumma omnium tabularum 1260. florenorum. Ultimo Baſilicam S. Michaelis dilatavit & abſidibus pulchrè exornavit, expenſis ducentis & viginti aureis. Rurſus anno Domini MCCCCLXX. tria ſepulchra marmorea ſanctorum Patronorum, Quirini Chryſogoni & Caſtorii ordinavit, & eorum reliquias intus collocavit, quæ centum & ſex aureos conſtabant. Deinde marmor exciſum ſupra ſepulchrum prædeceſſoris ſui Caſpari pro xxxix. aureis comparavit. Erexit quoque Eccleſiam parochialem exterius in pomerio ad S. Joannem in Purgkthor de rebus Monaſterii, pro cccclx. florenis. Etiam ſub ejus regimine de novo ædificata eſt Eccleſia S. Laurentii in Egern atque Turrim ibidem altius erexit, emptis pro ea duabus novis campanis anno Domini MCCCCLXVI. præterea Eccleſiam retro in angulo ad S. Leonardum de rebus Monaſterii ædificavit año Domini MCCCCLXXXIX. quæ omnibus computatis conſtat circa dcc. libras denariorum; atque ut ob memoriam ſucceſſorum ædificia quædam ſpeciatim referamus, teſtudinavit primo cellarium conventûs pro vino, deinde officinam calcis & ſuper eam armamentarium collocavit, poſt antiorem partem coquinæ exterioris, piſtrinum cum molendino, ſtabulum pro equis, fabrilem officinam & granarium magnum cum domo pro hoſpitibus circa illud. Item pontem conſtruxit lapideum ſuper fluvium Mangfalt in Gmund, qui centum & quinquaginta aureos conſtabat. Deinde Monaſterium totum muro, propugnaculis atque foſſa cinxit in ſubſidium ac refugium ſubditorum expendens pro hac munitione computatis omnibus, decem millia aureorum, quæ novem annis integrè fuit abſoluta.

Præterea feuda in Gackenſolen & Oſtyn, cum villa emit pro mille quadringentis & ſexaginta quinque aureis. Item aliud feudum ibidem pro centum nonaginta novem aureis. Rurſus in Oſtyn aliud pro ſeptuaginta. Deinde domum muratam cum prædiis adjacentibus pro taberna in Gmund emit pro clxxx. aureis. Atque ut ſummatim

tim perſtringam computatis omnibus feudis & prædiis ab eo pro Monaſterio emptis, quæ nominatim hic recenſere nimis prolixum foret, expendit ad minus ſex mille & ſeptingentos aureos. Cum igitur præclarè ſtatum Monaſterii gubernâſſet, anno ætatis ſuæ ſexageſimo ſexto, acceptis primis Eccleſiaſticis Sacramentis, nono calendas Febr. anno Domini MCCCCXCII. ſecunda hora poſt meridiem Deo ſpiritum reddidit, cujus corpus fratres in medio Eccleſiæ honorificè ſepelierunt ſub marmore, cujus ſuperſcriptio eſt talis: *Anno Domini MCCCCXCII. in profeſto converſionis S. Pauli, obiit Rev. in Chriſto Pater & Dominus, Dominus Conradus hujus nominis quintus Abbas, vitæ regularis zelator, fratrum ac pauperum amator, Monaſterii reſtaurator & reformator. Cujus anima requieſcat in pace Amen.*

Rexit laudatiſſimè annos XXXI.

De Quirino I. Abbate XLV.

QUirinus I. Abbas XLV. dictus cognomine Regler de Winshaim Franconiæ oppido, eligitur ex conventu canonicè per viam compromiſſi anno Domini MCCCCXCII. VII. Idus Februarii, ætatis ſuæ anno XXXIII. Hic fuit competentis ſtaturæ, aſpectu pulcher, omnibus affabilis, regularis obſervantiæ zelator & amator fratrum, qui juxta morem ſuorum anteceſſorum Monaſterium in cenſibus ac proventibus plurimum auxit, præſertim in Eccleſiaſticis ornamentis, & licet ob morum facilitatem comitatem ac benevolentiam animi propè ſingularem omnibus charus ac jucundus eſſet, tetricorum tamen quorundam Catonum invidentia non caruit, qui religionis & profeſſionis ſuæ immemores, adjunctis ſibi aliis fratribus & quibusdam ex familia ſub falſo prætextu regularis erigendæ obſervantiæ (quam ſub eo collabi fingebant) conſpiraverunt contra ſuum Paſtorem multis eum tribulationibus calumniis & detractionibus vexando: nunc coram Illuſtriſſimo Principe Bavariæ, nunc coram Ordinario Friſingenſi accuſando, eò tandem virum bonum adegerunt, quod pertæſus tandem æmulorum malevolentiam invito Principe & vix conſentiente Epiſcopo ſe ipſum prælaturâ abdicaret ſervata ſibi annua penſione centum aureorum. Igitur anno Domini MD. poſt multa præclara opera & diligentiſſimam œconomiæ adminiſtrationem, cum proventus annuos quadringentis aureis in ſingulos annos auxiſſet; ipſe pacis & quietis amantiſſimus, ſe tutum ab æmulis hîc perſiſtere non poſſe cogitans; conceſſit hinc in Monaſterium Manſee, ibi tandem vita defunctus migravit ad Dominum anno ſalutis MDX. VIII. Id. Jul. Poſt cujus obitum tota ejus Bibliotheca ad noſtrum Tegernſee devoluta eſt. Rexit octo annos.

De Heinrico V. Abbate XLVI. & de fonte in Schwaighof.

HEnricus V. Abbas XLVI. dictus Kuntzner, de Kopfſtain ortus, ex conventu præter multorum æmulorum expectationem aſſumitur ad Prælaturam, anno ætatis ſuæ XXXII. Hic pietatis ſtudio deditiſſimus, in orationibus & divinis contemplationibus aſſiduus atque ſacris lectionibus & ſpiritualibus exercitiis totus addictus fuit. Qui diligentiſſimi licet œconomi laudem meruerit, tamen à quibusdam id vitii ei datum eſt, quaſi præ nimio pietatis fervore, rem familiarem minus providè gubernârit & adminiſtrârit. Unde à principio ſui regiminis in regulari obſervantia nimis rigidus erga fratres extitiſſe perhibetur, donec proceſſu temporis ſenſim reſipiſceret. Inter cætera verò ſuæ devotionis monumenta, quæ plurima conſtruxit, ſacellum in domo infirmorum ædificavit, in honorem Divæ Annæ, una cum Miſſa ſingulis tertiis feriis dicenda, quæ fundata eſt à quodam ſubdito Monaſterii, Gregorio Hagen dicto. Emit præterea imaginem pectoralem argenteam, gemmis pretioſis decoratam, pro reliquiis S. Chryſogoni Martyris, quæ trecentos ſexaginta tres aureos conſtabat; & quia pietati & religioni addictiſſimus erat, altaria multa erexit, inter quæ unum eſt ad S. Achatium in Monaſterio, aliud ad S. Leonhardum in angulo & illud ad omnes Sanctos in Waringaw. Ejus tempore claruit excellens vir Wolphgangus Sedelius hîc profeſſus, qui Monachii viginti tribus annis ſpectabilem egit concionatorem. Sub hujus quoque regimine fons quidam ſcaturiit admirandæ virtutis, non longè à Monaſterio propè locum dictum Schwaighof, cujus aqua ſe lavantes licet diverſis laborârint morbis, præſertim externis confeſtim ſanitatem recuperabant. Hinc ulceribus & contagio infecti, claudi & paralytici perfectè ſanati ſunt; etiam cæci viſum receperunt. Verum multis undique huc confluentibus & contagionis anſam præbentibus, eáque multum ibi graſſante, fons paulatim deſertus haberi cœpit, amiſſa vi illa & virtute priori, quæ tamen non planè extincta videtur, cum certis adhuc medeatur morbis & impoſitum argenteum numiſma ſtatim in citrinum colorem tingat. Igitur Henrico Abbate multum adverſa valetudine laborante anno Domini MDXII. Liberè abſque omni coactione Abbatiam reſignavit, ob debilitatem corporis, cui duodecim jam annis præfuerat, reſervata ſibi duntaxat triginta duorum aureorum penſione, annuatim numerandorum.

An. Domini MDXXVIII. Dominus Maurus Abbas & Succeſſor ejus, Abbatia ob ſenium ſe abdicat, cui rurſus Dominus Henricus per legitimam fratrum electionem ſubrogatur; qui poſt hanc ſecundariam electionem admirandæ moderationis & diſcretionis erga fratres extitit. Et pro ſolita erga Deum quoque pietate, altare in medio Eccleſiæ ad honorem mœſtiſſimæ agoniæ Salvatoris erexit; ob cujus venerationem ſingularem collegit Miſſam, à Ludovico Senfel cive Monacenſi ſub notis compoſitam & ab Epiſcopo Philippo Friſingenſi, Ordinario noſtro, ſingulis diebus Jovis decantari conceſſam, certiſque indulgentiis dotatam. Pius denique Pater ætate jam ingraveſcente cum ſedecim annos rexiſſet, prælaturæ denuò ceſſit anno ſalutis MDXLIII. Ipſo die Divæ Catharinæ Virginis, cui pro penſione annua quinquaginta aurei ſunt collati. Qui vix uno anno ſuperſtes xvii. calend. Januarii anno MDXLIIII. ex hac vita deceſſit, ſepultus circa altare B. Mariæ Virginis quam ſingulari ſemper amore & veneratione coluit. Rexit omnibus computatis annos XXVIII.

De Mauro XLVII. Abbate.

Maurus XLVII. Abbas, dictus cognomento Leyrer canonica fratrum electione ſucceſſit Heinrico, qui ex ſæculari Sacerdote factus Monachus, cellarii officio per viginti ferè annos ſumma cum laude præfuit. Hic optimum œconomum egit in omnibus, præſertim in novis conſtruendis ædificiis miræ ſagacitatis erat, ſicut variæ & multiplices ejus teſtantur ſtructuræ, inter quas præcipuum obtinet locum porticus foris in curia, ubi ex abbatia itur ad hypocauſtum familiæ, habitationem Abbatis dilatavit, multáque reſtauravit, & de novo pro uſu Monaſterii extruxit, ſicut eſt ſacellum S. Annæ in cæmiterio parochiæ noſtræ, & illud in Egern ad honorem SS. Sebaſtiani & Rochi, item tabernam noſtram & alia pleraque, quæ brevitati conſulens hic omitto. Hoc ſaltem referam omni ſanè commendatione digniſſimum, quod mira ſua induſtria aquæ ductum de montibus per abrupta & inacceſſa propemodum loca, usque ad dormitorium noſtrum tranſvexerit, non ſine maxima commoditate & admiratione omnium. Præterea domum Bibliothecæ à fundamentis erexit. Denique cum eſſet ætate & annis gravis atque plurimis exactionibus moleſtaretur, præſertim temporibus ruſticani illius tumultus ſuaſu & inductu Principis Wilhelmi, ſponte Abbatiam reſignat an. Domini MDXXVIII. reſervatis tantum pro annua penſione, quinquaginta aureis. Qua reſignatione facta ſex annis adhuc ſuperſtes vixit, & tandem in die S. Heinrici Confeſſoris anno MDXXXIIII. univerſæ carnis viam ingreſſus, ſepelitur juxta altare S. Patris Benedicti. Rexit ſumma cum utilitate annos decem & ſeptem.

De Auguſtino, XLVIII. Abbate.

Auguſtinus Abbas XLVIII. cognomento Sturzenprugl, ortus ex Schwaz commendatus & electus ſucceſſit in regimine. Hic eximia dignitate conſpicuus nihil prætermiſit, quod bonum paſtorem decet. Nam in rebus Monaſterio acquirendis pervigil ac ſtudioſus œconomus extitit, atque regularis obſervantiæ amator, licet quibusdam nimio fortaſsè & indiſcreto zelo, viſus ſit contra vitia commoveri. Erat enim aliquantò præruptior ad iram, & in ea quandoque vehemens ut nec dicta nec facta ſua adverterit, nihil in ea penſi & moderati habens, quod plurimum adverſitatis tam ſibi quam Monaſterio peperit. Præfuit autem non minus utiliter quam fideliter inter adverſa æquè conſtans & infracti animi quam inter proſpera. Obiit vi. Idus Octobris anno Domini MDLVI. ſepultus in Eccleſia juxta altare S. Mariæ Virginis. Rexit annos tredecim.

De Balthaſare XLIX. Abbate.

Balthaſar Erlacher de Königsdorf propè oppidum Töltz, Abbas quadrageſimus nonus ex conventu communibus fratrum ſuffragiis eligitur, ipſo die S. Othmari Abbatis, ætatis ſuæ anno triceſimo ſecundo, dum præfectum ageret cellarii & granarii. Hic pietate Reverendus ac virtute præclarus Pater citra omnem controverſiam præcipuum obtinet locum inter Muſarum cultores nulli anteceſſorum ſuorum hac in re ſecundus, de litteris & litteratis optimè omnium meritus. Nam ad excolenda atque erudienda tenellæ juventutis ingenia, ſcholam non parvis impenſis ac ſumptibus de novo conſtruxit, & ludidirectorem inſtituit, adoleſcentibus quotidianam vitæ ſuſtentationem de rebus Monaſterii præbens. Emit ad Eccleſiæ theſaurum amplificandum & Dei cultum decentius peragendum & ornandum argenteam Monſtrantiam quam vocant, pro quingentis aureis; ædificavit deinde habitationem dictam Sion, & præterea diverticulum æſtivale cum hortulo amœno juxta lacum. Denique multa alia præclarè geſſit, quæ tum ad avitæ religionis pietatem promovendam, tum ad rei domeſticæ ac familiaris ſtatum conſervandum ac propagandum pertinent, quæ omnia hic vel data opera prætereo cum rerum veſtigia undique haud leviter impreſſa id ipſum facile oculis omnium demonſtrent, & usque in hodiernum diem evidentiſſimè comprobent. Obiit autem hic Reverendus Pater año Domini MDLXVIII. xii. calendas Martii, ſepultus juxta altare trium Regum. Rexit laudabiliter annos duodecim.

De Quirino II. Abbate L.

Quirinus II. quinquageſimus Abbas, dictus cognomine Reſt, ortus ex Schwaz, canonicè electus ex Conventu, ſucceſſit in regimine Abbatiæ anno Domini MDLXVIII. in die S. Gertrudis, ætatis ſuæ anno LIIII. Hic ab adoleſcentia religioni ſe devovit, in qua tantum profecit, ut induſtriæ ac morum dexteritate ſuffragante præ cæteris ad quævis Monaſterii munia obeunda aſſumeretur. Hic cellarii & granarii diu fidelem præfectum agens, Parochi quoque vices non gravatim ſubiit; à quibus officiis ad Prælaturæ dignitatem vocatus, laudabilium anteceſſorum ſuorum veſtigiis inſiſtens, hactenus pro pietate ſua, non tam regularis obſervantiæ quam rei familiaris extitit perſtudioſus, unde plurima ædificia de novo conſtruxit, ac vetera ac propè jam collapſa reſtauravit. Inter quæ eſt ſacellum

D. Quirini Abbatia & aliæ habitationes complures, quæ diſtinctionis gratia ſic appellantur & enumerantur: Roma, Hieruſalem, Bethania, Emaus, Hiericho, Babilonia, Bethlehem, Byſantium; aliáque plurima ædificia tum reſtauravit, tum de novo conſtruxit tam intra quam extra Monaſterium, quæ brevitatis cauſa hic conſultò prætermittuntur. Typographiam quoque primus erexit, emptisque prædiis annuos proventus aliquot centum aureis auxit. Qui quidem Reverendus Pater ſi diu ſuperſtes fuerit commune bonum Monaſterii adhuc in melius promovebit. Deus illi det gratiam!

Diplomatarium Tegurinum ex Apographis MS. collectum.

MII. IN nomine Sanctæ & individ. Trin. Hainricus cælica imperante clementia Rex electus. Dum cunctis mortalibus à Deo conceſſum ſit ſecundum proprium arbitrium uniuscujusque pro fœlicitate & ſpe manſura ſibi præcavendo poſſe theſaurizare futura bona. Idcirco notum volumus eſſe cunctis fidelibus præſentibus & futuris, quod ad proſperitatem regni noſtri & vitam perennem promerendam impetrante venerabili viro Eberhardo Abbate ad Monaſterium S. Quirini dedimus unum curtiſe in Ratisponenſi civitate ſitum juxta mercatum vicinum loco, qui dicit Achahircha in comitatu Ruodperti & ut hæc noſtra regalis traditio absque ulla contradictione ad idem Monaſterium firmiter permaneat jure perpetuo propria manu in hac charta ſubnotavimus ſignum & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus imaginari.

Signum Domini Hainrici Regis invictiſſimi.

Egilbertus Canecllarius vice Wigiliſi Archicapellani recognovi.

Datum II. Id. Nov. annò Dominicæ incarnationis MII. Indict. I. Anno verò Domini Hainrici regnantis... Actum Ratisponæ.

MII. In nomine S. & individ. Trin. Hainricus Divina favente clementia Rex. Si Eccleſiis Dei eisque famulantibus aliquid boni vel commoditatis impendere curaverimus, nobis hic & in futuro maximè proficere procul dubio ſperamus. Quapropter omnium Chriſti fidelium noverit univerſitas qualiter nos divina inſpiratione compuncti nec non pro remedio animæ noſtræ parentúmque noſtrorum, Ottonis ſcilicet ſenioris noſtri tertii Imperatoris Auguſti ac aliorum, ſimul Chunigundæ contectalis noſtræ Monaſterio in loco Tegernſee conſtructo atque in honore S. Quirini M. dedicato (d) duas hubas in oriente in loco Leubna nuncupato juxta Danubium in comitatu Hainrici per hanc noſtram præceptalem paginam concedimus atque largimur in manus Eberhardi Abbatis ſupradicti Monaſterii, ea quippe ratione ut ſuccedentes Abbates ejusdem Monaſterii de jam dictis hubis dehinc liberam habeant poteſtatem quicquam eis, ad utilitatem tamen ejudem Eccleſiæ, placuerit faciendi omni hominum contradictione remota. Et ut hæc noſtræ donationis auctoritas ſtabilis permaneat hoc præceptum inde conſcriptum manu propria corroborantes ſigillo noſtro inſigniri juſſimus.

Signum Domini Heinrici Regis invictiſſimi.

Engilbertus Cancellarius vice Willigiſi Archicapellani. Data II. Id. Novembr. anno incarnationis Dominicæ MII. Indict. I. Anno verò Domini Hainrici Regis I. Actum Rasisponæ.

MXI. In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Hainricus divina favente clementia Rex cunctis noſtris fidelibus notum eſſe volumus præſentibus ſcilicet atque futuris, qualiter nos ob noſtræ animæ noſtrorúmque parentum remedium æternæque vitæ deſiderium interventu quoque dilecti noſtri Gothardi Altahenſis Abbatis prædia quædam cujusdam artificis Perangarii, quæ ad Monaſterium S. Quirini Martyris ad Tegernſee pertinebat, eo quod idem ſervus ejusdem eſſet Eccleſiæ ab Imperatore Ottone noſtro anteceſſore in Francia & Turingia ſibi conceſſa in noſtrum jus cambiando recepimus, econtra verò ultra fluvium Anizim in comitatu Hainrici Marchionis in oportuno loco juxta prædium ejusdem Eccleſiæ Creberpach dictum in meridiana plaga interjacentis ſtratæ publicæ, quæ Hochſtraſſa vulgo nuncupatur partem ſylvæ Eniſi-Wald dictæ, Hobas regales LX. ad ſupradictum cænobium Tegernſee in uſum Monachorum inibi Deo famulantium per hanc noſtri præcepti paginam concedimus, & de noſtro jure in jus ac dominium eorum cum omnibus utenſibus, quæ ibi inveniri vel aptari poſſunt, prorſus transfundimus, & ſi ibi in integrum inventæ non fuerint, in proximo loco noſtro ſuppleantur, eo videlicet tenore ut illius loci Abbates exinde liberam habeant poteſtatem in uſum eorundem Monachorum, quicquid eis inde faciendi placuerit omni hominum contradictione remota. Et ut

---

(d) Huic Diplomati ad hæc usque verba geminum omnino eſt, aliud ab eodem Auguſto Tegurinis conceſſum anno MIX. quod exhibet Gevvold. ad Metrop. Saliſb. P. III. p. m. 280. ita, ut licet ſub diverſis Cancellariis plurium annorum intervallo confecta fuerint, ex eadem officina prodiiſſe videantur.

hæc noſtræ donationis auctoritas firma & ſtabilis conſtet, hanc chartam ex noſtra juſſione ſcriptam ac ſignatam manu propria firmavimus.

Signum Domini Hainrici Ducis invictiſſimi.

Guntherius Cancellarius vice Erchanbaldi Archicapellani recognovi.

Data XIIII. cal. Julii Indict. VIIII. Anno Dominicæ incarnationis MXI. Anno verò Domini Hainrici II. regnantis X. Actum Raudeſpuræ.

Anno MXVIII. In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Hainricus Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus. Si dignis noſtrorum fidelium petitionibus aſſenſum præbere decrevimus, his ſcilicet, qui pro ſtatu regni omniúmque Eccleſiarum Dei & pro noſtræ animæ remedio atque noſtrorum parentúmque noſtram adeuntes clementiam deprecantur, quatenus Eccleſias Monaſteriorum Dei ſublimare exaltare atque ditare ſtudeamus; non ſolùm nos ab ipſo retributionem accepturos ſperamus, ſed etiam ſtatum regni ſublimari putamus. Proinde cunctorum Sanctæ Dei Eccleſiæ noſtrorúmque fidelium recognoſcat induſtria, qualiter per interventum ac petitionem Chunigundæ noſtræ dilectiſſimæ conjugis & imperatricis, atque Gothardi noſtri dilecti Abbatis Monaſterio S. Quirini, quod ſitum eſt in loco eo, qui nominatur Tegernſee duos regales manſos ſitos in loco, qui dicitur Linpana inter duos lapides Matſtein & Holmſtain donamus, & proprio jure concedimus cum ædificiis cultis & incultis, pratis, paſcuis, ſylvis viis & inviis, exitibus & redditibus, aquis, aquarúmque curſibus, piſcationibus quæſitis & inquirendis, quatenus ejuſdem prædicti Monaſterii Abbas ad utilitatem ibidem Deo ſervientium liberam habeat poteſtatem commutandi atque ordinandi omni contradictione remota. Si quis igitur hanc noſtri præcepti paginam violare vel ſpernere præſumpſerit, ſciat ſe rationem redditurum omnipotenti Deo in die judicii, & animi noſtri gratiam in præſenti ſeculo nunquam conſecuturum. Et ut hæc verius credantur, diligentiúſque ab omnibus obſerventur manu propria corroborantis ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Domini Hainrici Romanorum Imperatoris Auguſti invictiſſimi & ſereniſſimi.

Guntherus Cancell. ad vicem Erchanbaldi Archiepiſcopi & Archicapellani recognovi. Data anno Dominicæ incarnationis MXCVIII. Indict. II. V. Idus Januarii Anno verò Domini Hainrici regnantis XVII. Imperii verò ejus V. Actum Chnoſungæ feliciter Amen.

MXX. In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Hainricus divina favente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus, Eccleſiarum Dei ſublimationi inſiſtere, Deóque ſervientium commoditatibus providere regali & imperiali dignum eſſe ducimus honori. Proinde notum ſit omnibus Chriſti noſtrique fidelibus, qualiter nos per interventum Gothardi Altaenſis cœnobii Venerandi Abbatis Eccleſiæ in honorem S. Quirini M. ſub regula Monachica in loco, qui Tegernſee dicitur conſtructæ quinque regales manſos inter duos fluviolos, id eſt, Piſtnicha & Triſtnicha in Marchia Adalperti Marchionis ſitos cum omnibus appendiciis ſcilicet areis, ædificiis, agris cultis & incultis, exitibus & reditibus, paſcuis, agris, aquarúmve decurſibus molendinis, piſcationibus, ſylvis, venationibus & cum omnibus utilitatibus, quæ vel ſcribi vel nominari poſſunt, per hanc regalem & imperialem paginam in proprium donamus atque concedimus ea videlicet ratione, ut Ellingerius ejuſdem loci Abbas ſuíque ſucceſſores liberam exinde habeant poteſtatem, quicquid eis placuerit faciendi ad utilitatem tantum præfatæ Eccleſiæ & fratrum ſub S. Benedicti regula Deo ſervientium omni hominum contradictione remota. Et ut hæc noſtræ donationis authoritas ſtabilis & inconvulſa omni permaneat ævo hoc præceptum inde conſcriptum propria manu corroborantes ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Domini Hainrici invictiſſimi Romanorum Imperatoris Auguſti.

Guntherius Cancellarius ad vicem Erchenbaldi Archicapellani recognovi. Data III. cal. Junii. Indict. III. Anno Dominicæ incarnationis MXX. Anno verò Hainrici II. regnantis XVIIII.

MCXIIII. In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus præſentibus & futuris, quod olim exorta eſt quædam complacitatio inter Friſingenſem Epiſcopum & Tegernſeenſem Abbatem B. pro decimis & novalibus apud Gmundum, Weheringen & München, tandem tempore Domini Hainrici Friſingenſis Epiſcopi & Aribonis Tegrinſcenſis Abbatis, utriusque Eccleſiæ fidelibus in Nonis Septemb. apud Mnoſpach convenientibus placuit utriſque legitimo concambio litigium finire, dans per manum Tegrinſeenſis advocati Sigibotonis duabus hubis in Grabanonna ſitis cultis atque poſſeſſis cum quindecim mancipiis præfato Epiſcopo præſente & collaudante, nec non & Ottone Friſingenſi Eccleſiæ Advocato hoc affirmante ſimul atque clero utriusque Eccleſiæ cum Miniſtris legitimè cum proficuo judicante & concambiente, unde ſiquis ſucceſſorum hanc conventionem infringere & irritare velit, digno feriatur anathemate, quod quærit diſcindere pacem & unitatem Eccleſiæ. Hæc acta ſunt Mnoſpach Nonis Septemb. Anno Dominicæ incarnationis MCXIIII. Indict. VII. Anno autem Domini Hainrici Friſingenſis Epiſcopi XVII. tempore Hainrici Regis quinti. Teſtes de Nobilibus: Otto de Grueba, Lupolt de Trithkeriſteten. Fridrich de Dachova, Hodaſcalc de Brucca, Werinhart de Stoifa, Geolf de Pichartingen. Tagmo de Prucca & filii ejus Adalpero, Perchtolt, Herman de Rutta, ta, Wolſtrigel de Perga, Udalſalch de Imbratesdorf. Teſtes de Miniſtris Eccleſiæ Egmo de Dietphkirchen & filii ejus Adalprecht, Enwich, Iſinrich de Lochkirchen, Rudolf & Otto de Richolfesdorf, Otto Shirhund, Wolvolt de Waeharingen, Hartman de Puaſincheim, Piligrim & Sigiwotto de Hirſchoven, Hainrich de Hartpeningen, Bernhart de Wacheringen.

MCLVII. In nomine S. & individ. Trin. Fridericus divina favente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus. Bonam atque religioſam conſuetudinem antiquorum Regum & Imperatorum imitantes, honeſtis perſonis atque venerabilibus locis Majeſtatis noſtræ defenſionem ac præſidium impendere debemus, quatenus & Imperii noſtri ſublimitas exinde clarius eniteat, & divina gratia largius nobis ſalutem & auxilii ſuffragium impendat. Nos ſiquidem ex relatione Illuſtrium virorum & ex privilegiis anteceſſorum noſtrorum liquido compertum habemus, quod duo Comites Otkerus & Albertus proſapia regali exorti in pago Bavariæ, qui Sundergaw dicitur quoddam Monaſterium Tegernſee nomine magnis atque copioſis expenſis laudabiliter condiderunt, divitiis & magna gloria ſublimatum magnorum Regum, Pippini, Caroli, Ludovici conniventia & arbitrio principalem & regalem Abbatiam inſtituerunt. Noſtris autem temporibus decorem & reverentiam ejuſdem Monaſterii ex Advocatorum importunitate & prava conſuetudine valdè imminutam eſſe vidimus, antiquam etiam conſuetudinis pulchritudinem anteceſſorum noſtrorum diligentia decenter exornatam, in eadem domo penè deletam invênimus. Unde antiquis inſtitutis Regum & Imperatorum honorem deferentes & juſtis precibus Ruperti ejuſdem Monaſterii Abbatis facilem aditum indulgentes quæcunque in eadem domo vitioſa conſuetudo & iniqua exactio ex Advocatorum violentia vel certorum hominum negligentia emerſiſſe videntur ex conſenſu Hainrici Comitis, qui nunc in præſentiarum advocatus eſt judicio atque ſententia Principum penitus reprobavimus ſpecialiter nihilominus oblationes panum & cæterarum rerum, quæ in Epiphania Advocato fiebant, de cætero exigi & offerri prohibuimus, ſtatuimus quoque ut Abbas abſque omni reſpectu Advocati, Gaſtaldiones, villicos, ſive manſionarios in locis neceſſariis provideat atque diſponat, vectores ad vinum deportandum ſicut voluerit, exhibeat. Officiales Abbatis, coci, piſtores & reliqui quæcunque in emunitate Monaſterii Abbati & fratribus miniſtrare conſueverunt, ſi rixati fuerint, non cogantur coram advocato inde rationem reddere. Si vulneribus invicem ſe læſerint, & legitimis querimoniis evocati fuerint Advocatus emendationem & vindictam abſque odio & ſalvo honore Abbatis imponat ſcultetos advocatus, de cætero nullos inſtituat ad quod officium Abbas viros aptos, quos voluerit, provideat ab his autem, quos Gaſtaldiones Abbas inſtituit, Advocatus nihil contra Abbatis voluntatem exigat. Porrò exactiones frumenti ſive aliarum rerum, quas Advocatus ſingulis annis à Clericis ejuſdem Monaſterii à villicis, à manſionariis facere conſueverat, de cætero fieri noſtra auctoritate prohibuimus. Ad hæc mandando præcipimus, ut nullus de cætero advocatus Miniſterialibus ejuſdem Monaſterii violentiam aut injuriam inferre audeat, quod ſi attemptare præſumpſerit noſtram Majeſtatem, is, qui læſus eſt, appellare non differat. Sanè fratribus ejuſdem Monaſterii præſentibus ac futuris eligendi Abbatem liberam facultatem concedimus. Inſuper quæcunque bona ad idem Monaſterium pertinere videntur, ſive futuris temporibus juſtis ac rationabilibus modis pervenire poterunt, ſalva & illibata eidem perpetuo jure manere decernimus, & ne quiſquam hominum bona eadem nefario auſu præſumat invadere, occupare, minuere, alienare, cuncta ſub noſtræ majeſtatis tuitione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſi quis autem contra hanc noſtræ conſtitutionis paginam temerè venire præſumpſerit, centum libras puriſſimi argenti fiſco noſtro perſolvat, & totidem ſupradicto Monaſterio componat, & ut hæc noſtræ præceptionis auctoritas firma futuris temporibus & inconvulſa permaneat præſentem paginam conſcribi & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus, adhibitis idoneis teſtibus, quorum nomina hæc ſunt: Gebhardus Wirceburgenſis Epiſcopus, Gotfridus Trajectenſis Epiſcopus, Albertus Marchio & filius ejus Hermannus Otto Palatinus Comes Widelinespach. Comes Berhtoldus de Andehſe. Fridericus filius Regis Conradi, Comes Rabotto de Franſtorf. Bertholdus Præfectus urbis Wirceburg. Comes Gerhardus de Berchtaim. Albertus de Truhedingen. Marquardus de Grunbach, Gebehardus de Ludenberge, Craſto de Schwemeburc, Hainricus Comes de Tubingen, Hainricus Comes de Wolferſhauſen, Uſcalcus de Uffeldorf, Meinhardus de Meniſache, Renigerus de Ermſpach, Hermannus de Iſſelden, Burchardus de Menni & fratres ejus Arnoldus & Fridericus, Hildebrandus de Helmshellingen & alii quam plures.

Signum Domini Friderici Imperatoris Auguſti. Ego Reinaldus Cancellarius vice Arnoldi Maguntini Archiepiſcopi & Archicancellarii recognovi.

Datum Wirceburc x. kal. Aprilis Indict. v. Anno Dominicæ incarnationis MCLVII. regnante Domino Friderico Romanorum Imperatore invictiſſimo, anno regni ejus quinto. Imperii verò II. Actum eſt in Chriſto feliciter Amen.

Circa annum MCLXI. Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui Monaſterii de Tegernſee Ordinis S. Benedicti Friſingenſis Diœceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Juſtis petentium deſideriis dignum eſſe nos facilem præbere conſenſum & vota, quæ à rationis tramite non diſcordant effectu proſequente complere.

plere. Eapropter dilecti in Domino filii veſtris junctis poſtulationibus grato occurrentes aſſenſu, perſonas veſtras & locum, in quo divino eſtis obſequio mancipati cum omnibus ſuis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futurum juſtis modis procurante Domino poterit adipiſci, ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus ſpecialiter autem domos, poſſeſſiones, paſcua, ſylvas & alia loca veſtra, ſicut ea omnia juſtè & pacificè poſſidetis vobis & per vos Monaſterio veſtro auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis & confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Laterani xii. calend. Maji. Pontificatûs noſtri anno tertio.

Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio R. Abbati Eccleſiæ S. Quirini ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Religioſorum votis & deſideriis gratanti animo debemus annuere, & eis in juſtis petitionibus ſuis prompta benignitate adeſſe, ut eorum loca nullius valeant perturbationibus concuti cum Apoſtolica fuerunt protectione munita. Eapropter dilecte in Domino fili ſinceritatem devotionis & fidei quam te circa B. Petrum & circa nos ipſos exhibere accepimus, diligentius attendentes Eccleſiam, cui auctore Deo præeſſe dignoſceris, cum omnibus, quæ in præſentiarum legitimè poſſidet, aut in futurum juſtis modis procurante Deo poterit adipiſci, ſub B. Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti patrocinio cōmunimus. Præterea volentes te ſpeciali privilegio noſtri amoris & gratiæ decorare, tibi uſum Mitræ in præcipuis ſolennitatibus infra Miſſarum ſolemnia & in proceſſionibus Eccleſiæ tuæ, nec non etiam in conciliis Epiſcoporum de conſueta clementia & benignitate Apoſtolicæ Sedis concedimus, quatenus ex hoc Beato Petro & nobis omni tempore tenearis devotior permanere. Decernimus ergo, ut nulli omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ protectionis & conceſſionis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Venetiis in Rivo alto. xviii. cal. Julii.

MCCXXI. In nomine S. & individ. Trin. Fridericus II. divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus Jeruſalem & Siciliæ Rex. Si ad loca religioſa & perſonas Eccleſiaſticas oculos excellentiæ noſtræ benignè convertimus & utilitatibus ſuis miſericorditer provideamus imperialis celſitudinis noſtræ nomen extollimus, & nobis per id æternæ retributionis merita comparamus. Univerſis igitur imperii noſtris fidelibus tam præſentibus quam futuris volumus eſſe notum, quod Hainricus venerabilis Abbas de Tegernſee dilectus fidelis noſter, noſtræ celſitudini expoſuit, qualiter quidam Abbates Prædeceſſores ſui bona quædam . . . Monaſterii ipſi in Ducatu Auſtriæ deputata vitæ fratum ejuſdem, quæ præfatum Monaſterium à nobis & imperio tenet, quibuſdam in feudum conceſſerunt in præjudicium noſtrum atque imperii & in evidentem Monaſterii ipſius ac fratrum in eo degentium læſionem propter quod excellentiæ noſtræ humiliter ſupplicavit. Ut tam commodis noſtris & imperii quam indemnitati Monaſterii ejuſdem & vitæ fratrum ipſorum ſalubriter providentes littera prædicta quam cito ea vacare contigerit & redire ad Demannum ſuum extrahi non patiamur de Demanno Monaſterii ſupradicti. Nos igitur ſupplicationibus ſuis favorabiliter inclinati ſtatuimus firmiter injungentes, ut nulli quidem de cætero, cui dicto Monaſterio præeſſe contigerit, liceat bona præfata poſthac ad Demannum dando ea, vel alio quoquo modo de ipſius poteſtate vel Demanno ſubtrahendo. Nec ullus ſit, qui auſu temerario contra prædicta venire præſumat. Quod ſi præſumpſerit indignationem culminis noſtri ſe noverit incurſurum, & pœnam inſuper xx. marcarum auri, quarum medietas cameræ noſtræ & medietas altera ipſi Monaſterio applicetur. Ad hujus autem rei memoriam & perpetuam firmitatem præſens privilegium fieri juſſimus, celſitudinis noſtræ ſigillo munitum. Hujus autem rei teſtes ſunt: B. Patriarcha Aquilegienſis, A. Magdeburgenſis, B. Archiepiſcopus Panormitanus, Archiepiſcopus Ravennat, Epiſcopus Pabenburgenſis, Epiſcopus Wormatienſis, Epiſcopus Brixienſis, Epiſcopus Oſemburgenſis, Epiſcopus Rhegienſ. Epiſcopus Ariminenſis. Epiſcopus Imolenſis. Epiſcopus Lauſanenſ. Epiſcopus Feſulanenſ. Abbas Monaſterienſis, Dux Saxoniæ. G. de Harneſten Sacri Imperii in Italia Legatus, Comes de Schornburch, Comes de Alremont, Comes de Baldenberch, Comes de Mulegent. Burggravius de Witm G. de Hochenloch. G. Seneſcalcus. C. Pincerna de Clingenburch & alii quam plures.

Signum Domini Friderici II. Dei gratia invictiſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti Jeruſalem & Siciliæ Regis.

Acta ſunt hæc anno Dom. incarnationis MCCXXXI. menſe Decemb. Indict. v. imperante Domino noſtro Friderico II. Dei gratia invictiſſ. Rom. Imp. ſemper Auguſto, Jeruſalem & Siciliæ Rege. Anno imperii ejus XII. Regni Jeruſalem VII. & Siciliæ XXXIIII. feliciter Amen.

Datum Ravennæ anno, menſe & Indict. præſcriptis.

Otto Dei gratia Friſingenſis Epiſcopus Eccleſiæ notum eſſe volumus præſentibus & futuris, quod interventu dilecti fratris noſtri Conradi Tegernſeenſis Abbatis pro eo, quod aſperitas temporis & longinquitas viæ ſæpènumero impedimento ſolebat eſſe plebi apud Egerden, indulſimus, ut in au- Circa annum MCCXX.

diendis Miſſis à ſua Eccleſia vel à Monaſterio Tegernſee de Presbytero, qui ſedit ad Gmundum non cogantur, niſi in die nativitatis Domini & in die Paſchæ & Pentecoſtes. Quando verò Sacerdos eorum Eccleſiaſtica bona celebrabit, ibi ſe præſentent, ut, ſicut juſtum eſt, ſub eo & coram eo reſponſuri. Scrutinium apud Monaſterium, ubi expeditius officium celebrari poteſt, petant. De Baptiſmo verò ita diſcernimus, quod Sacerdos non prohibeat de populo præfato aliquos baptiſari infantes in Monaſterio unde conſuetudo & ordo Eccleſiaſtici officii in Paſca & Pentecoſten conſervari poſſit. Si autem ipſe de omnibus pueris permiſerit & hoc concedimus. Dedicationis verò diem Eccleſiæ apud Gmundum ſtatuimus, ut ſolemniter ſicut matricis Eccleſiæ ſolemnitatem feriando tantum celebrent, ſuæ verò ſpecialis Eccleſiæ Encenia tam feriando quam elemoſynarum largitione, prout mos eſt in die dedicationis illius faciant; ſepulturam apud ſe habeant, niſi ſi quis apud Monaſterium ſe rogaverit ſepeliri, hujus extremæ voluntati non contradicimus. In diebus rogationis cum crucibus ſuis petant, in decimis ſive in aliis omnibus ſalva ſui Sacerdotis juſtitia. Ut autem hujus noſtræ conſtitutionis pagina firma & inconvulſa permaneat, ſcriptis notari & ſigilli noſtri impreſſione ſignari fecimus.

Circa annum MCCXXVIIII.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui Monaſterii in Tegernſee Ordinis S. Benedicti Friſingenſis Diœceſis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Solet annuere Sedes Apoſtolica piis votis & honeſtis petentium precibus favorem benevolum impartiri: Eapropter dilecti in Domino filii veſtris juſtis poſtulationibus grato occurrentes aſſenſu, omnes libertates & imunitates à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſive per privilegia, ſive alias indulgentias Monaſterio veſtro ſeu vobis conceſſas nec non libertates & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus & Principibus ac aliis Chriſti fidelibus rationabiliter vobis indultas, ſicut eas juſtè & pacificè obtinetis vobis & per vos eidem Monaſterio auctoritate Apoſtolica confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ confimationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Lugduni IIII. Nonas Martii, Pontificatûs noſtri anno tertio.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Tegernſeenſi Abbati ſalutem & Apoſtolicam benedictionem juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſum & vota, quæ à rationis tramite non diſcordant effectu proſequente complere. Eapropter dilecte in Domino fili, tuis juſtis poſtulationibus grato occurrentes aſſenſu privilegium, quod venerabilis frater noſter Friſingenſis Epiſcopus ſuper quodam Monaſterio in fundo Eccleſiæ tuæ & in ſua Diœceſi conſtituto pia conſideratione inductus cœnobio tuo conceſſit, ſicut canonicè factum eſt & usq; ad hæc tempora pacificè obſervatum, tibi & Eccleſiæ tuæ auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum apud Fornoum. II. calend. Decembris. Indictione ſexta.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus Jeruſalem & Siciliæ Rex. Excellentia noſtræ dignitatis ex hoc maximè decoratur, ſi ad Eccleſias Dei noſtra piè feratur intentio, & earum commoditatibus prævideat & augmentis; hinc eſt, quod cum dilectus noſter Princeps Hainricus venerabilis Abbas de Tegernſee ad Majeſtatem noſtram accedens privilegia Eccleſiæ ſuæ nobis dederit, in quibus ex conceſſione Divorum Auguſtorum Progenitorum noſtrorum ei & Eccleſiæ ſuæ talis indulgetur libertas, ut ab omni advocaturæ ſervitute ſit libera penitus & immunis, talisque conditio in ſuis privilegiis ſit expreſſa, ut cum Advocatum aliquem dictus Abbas pro ſe & Eccleſia ſua elegerit, ſi ſibi videtur poſtmodum negligens defenſator, quod ipſum valeat amovere, & per generalem Principum & Magnatum Imperii ſit obtentum coram chariſſimo filio noſtro Hainrico Illuſtri Romanorum Rege ſicut per ſuas litteras evidenter apparet, ut dictus Abbas advocatum poſſit eligere, quem ſibi & Eccleſiæ ſuæ viderit expedire. Sæpe dictus Abbas communicato fratrum ſuorum Miniſterialium infeudatorum ac familiæ ſuæ conſilio voluntariè ſe obtulit in manus noſtras & nobis in ſuum defenſorem etiam Advocatum elegit; ſupplicans humiliter & devotè ut ex quo dilectus Princeps noſter Dux Meraniæ, quem antea ſibi in Advocatum elegerat, diem clauſit extremum, ipſum & Eccleſiam ſuam ſub noſtra & imperii protectione recipere dignaremur. Nos itaque ſuis petitionibus inclinati attendentes devotionem & grata ſervitia, quæ nobis exhibuit, & in antea in bono & melius poterit exhibere, ipſum Abbatem & Eccleſiam ſuam cum univerſis infeudatis miniſterialibus totáque familia unà cum omnibus bonis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidet, & in antea juſto acquiſitionis titulo poterit adipiſci, ſub noſtra & imperii ſpeciali recipimus protectione, mandantes & firmiter præcipientes, ut nullus ſit, qui dictum Abbatem & Eccleſiam ſuam contra hujuscemodi protectionis noſtræ tenorem præſumat temerè moleſtare. Quod qui præſumpſerit indignationem noſtri culminis ſe noverit incurſurum. Ad cujus rei memoriam præſens ſcriptum fieri & ſigillo noſtro juſſimus communiri. Datum Fogiæ ultimo menſis Decembris, octavæ indictionis.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Jeruſalem & Siciliæ Rex dilecto Principi ſuo Hainrico venerabili Abbati, Conventui infeudatis miniſterialibus atque familiæ Eccleſiæ de Tegernſee gratiam ſuam & omne bonum. Cum Eccleſia veſtra talibus gaudeat libertatibus, & utatur privilegio, quod Advocatum & Defenſorem liberè poſſitis eligere, quem veſtræ promotioni & commodo videritis expedire, & nunc, quem elegeratis, Dux Meraniæ dilectus Princeps noſter diem extremum clauſit, devotioni veſtræ grates referimus copioſas, quod nos in Advocatum eligere decreviſtis; Recipientes vos & Eccleſiam veſtra cum omnibus bonis, mancipiis, libertatibus & ei attinentibus ſub protectione noſtra & imperii ſpeciali. Mandantes & obtentu gratiæ noſtræ firmiter præcipientes, ut nullus ſit, qui auſu ductus temerario damnum vobis aliquod irrogare præſumat. Quod ſi quis præſumpſerit indignationem noſtri culminis incurſum. Datum Fogiæ ultimo Decembris. VIII. Indictione.

Circa annum MCCXLVIII. Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Degernſeenſi Abbati ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſum & vota, quæ à rationis tramite non diſcordant effectu proſequente complere. Eapropter dilecte in Domino fili, tuis juſtis poſtulationibus grato occurrentes aſſenſu Eccleſiam S. Martini, quam bonæ memoriæ Dedaſcalchus prædeceſſor tuus in fundo Monaſterii tui fundâſſe dicitur & dotâſſe tibi & Monaſterio tuo, ſicut eam juſtè ac pacificè poſſides, Auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnium hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Anagniæ XI. calend. Januarii, Pontificatûs noſtri anno VI.

MCCXLI. & LII. Fridericus Dei gratia Dux Auſtriæ & Styriæ & Dominus Carniolæ omnibus hanc paginam inſpecturis in perpetuum ſolitæ benignitatis affectu cogitantes quæ fœlicis recordationis Progenitores noſtri ſpecialiter pro libertate Eccleſiarum quarumlibet, quæ in noſtro ſunt dominio conſtitutæ facere dignoſcuntur conſervare, augmentare pariter cupientes tenorem præſentium notum fieri volumus univerſis, quod non ſolùm ex inſtrumentis, per quæ inſtruimur, & non immerito inclinamur ad ſingula conſervanda, quæ dicti Progenitores noſtri pro libertate, quomodolibet feciſſe videntur, aſſurgimus cum affectu, verum etiam divinitus ſtimulati ſingulis Eccleſiis de gratia ſpeciali noſtris temporibus taliter adeſſe volumus & prodeſſe, ut & nos de his & aliis, quæ fecerimus, Deo inſpirante mereamur fieri participes regni Dei penſatis igitur promiſſis fœliciter atque digne fratribus & Eccleſiæ in Tegernſee pro remedio animæ noſtræ nec non ut progenitoribus noſtris ſimiliter in remiſſionem proficiat peccatorum favorabiliter indulgemus, ut ſingulis annis omnia victualia ſua tam per aquam quam per terram ad cœnobium ſuum ſine exactione qualibet, quocunque cenſeantur nomine atque muta, ducere debeant liberè & ſecurè, ut autem præſens noſtra conceſſio, robur obtineat perpetuæ firmitatis præſentem paginam in evidens teſtimonium & cautelam juſſimus ſigilli noſtri muniri & roborari. Acta ſunt hæc Patavii anno Domini MCCXLI. cal. Martii. XIIII. Indict. Nos autem Otacharus Dei gratia Dux Auſtriæ & Styriæ & Marchio Meraniæ ſpeciali favore volentes prædicti Principis veſtigiis inhærere univerſa & ſingula jura ſeu etiam libertates indultas memorato de Tegernſee cœnobio & conſcriptas, ut & noſtræ & noſtrorum prædeceſſorum exinde ſalutis ſuſcitari feliciter debeant incrementa favorabiliter appenſione ſigilli noſtri duplicis & ſubſcriptione teſtium irrevocabiliter confirmamus. Dominus Conradus venerabilis Friſingenſis Epiſcopus, Comes Hainricus de Ortenburg, Hainricus de Schaumberg, Gebhardus de Tolntz Liberi Bohuſch filius Cerhonis. Joannes de Wiſchnaw, Bohuſch de Taſſowe, Leo, Albero de Chunringen, Hadmarus & Rapoto fratres de Valckenberg, Wolfkerus de Parone, Hadmarus de Werd. Hainricus & Conradus fratres de Zeckingen, Hainricus de Hag. Acta ſunt hæc apud Chrems. Anno Domini MCCLII. XIIII. kal. Aprilis.

MCCIIII. MCCLII. In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Leopoldus Dei gratia Dux Auſtriæ & Styriæ ad æternæ vitæ beatitudinem temporaliſque gloriæ ſtatum in hoc potiſſimum proficere concedimus ut Eccleſias, Eccleſiarúmque perſonas beneficiis, honoribus, quibus poſſumus ampliare curemus, & petentium deſideriis congruum ſemper impertiamur affectum. Noverit itaque cunctorum tam præſentium quam futurorum fidelium Chriſti ſagacitas qualiter venerabilis Abbas Manegoldus de Tegernſee teſtibus omni exceptione majoribus in præſentia noſtra obtinuit, quod etiam prius coram fœlicis memoriæ patre noſtro Leopoldo, fratréque noſtro Friderico ſufficienti teſtimonio comprobaverat, quod Tegernſeenſis Monaſterii Abbates in prædiis ſuis videlicet in Leuben & in Wachawe & in Crenſpach & in quinque regalibus manſis inter duos fluviolos Priſtnich & Triſtnich ſitis, & in Dorphe & Perſing cum familia eorundem prædiorum, quæ S. Hainricus Imperator inter hujus nominis Imperatores primus, inter Reges ſecundus, interventu Sanctæ Chunigundæ Imperatricis & S. Gothardi Abbatis Tegernſeenſis Monaſterii,

rii, ſed poſtea Hildesheimenſis Eccleſiæ Epiſcopi, prædicto Monaſterio pro reverentia Sanctiſſimæ Dei Genitricis Mariæ & SS. Apoſtolorum Petri & Pauli ac SS. Martyrum Quirini, Chriſogoni & Caſtorii, qui ibidem corporaliter requieſcunt, tradidit, ita ut ipſi Abbates judices ſibi utiles in eiſdem prædiis ordinent & provideant, qui à Principibus Auſtriæ ad arbitrium Abbatum inſtituantur & deſtituantur. Nos verò hujus ſancti Principis in quantum poſſumus, veſtigia ſequentes, idem quod ille intuitu gratiæ Dei inſtituit pro divina remuneratione ratum eſſe concedimus, & ut in futurum majori firmitate ſolidetur præſentis ſcripti privilegio ſigillique noſtri impreſſione ſubſcriptionéque teſtium, quorum nomina ſunt hæc, communimus: liberi, Rapoto de Valckenberg, Ulricus de Pecka, Hainricus de Hagenau, Miniſteriales Ulricus Strino Marquardus de Haniperch, Rudolffus de Pottendorff, Hainricus de Prunne, Leopoldus Pincerna, Gundacharus de Styra, Capellani Conradus de Riſpach, Hainricus de Miſtelbach, Sifridus de Holanprun, Ulricus de Zwetl & alii quam plures. Datum in Neuburch per manus Ulrici Notarii plebani de Walchenſtain anno incarnationis Dominicæ MCCIIII. VI. kal. Maji.

Nos autem Otacharus Dei gratia Dux Auſtriæ & Styriæ & Marchio Moraviæ ſpeciali favore volentes prædictorum Principum veſtigiis inhærere univerſa & ſingula jura ſeu libertates indultas memorato de Tegernſee cœnobio & conſcriptas, ut & noſtræ & noſtrorum Prædeceſſorum exinde ſalutis ſuſcitari fœliciter debeant incrementa favorabiliter appenſione ſigilli noſtri duplicis & ſubſcriptione teſtium confirmamus: Conradus Venerabilis Friſingenſis Epiſcopus Comes Hainricus de Ortenburg, Hainricus de Schaumberg, Gebhardus de Tolütz, Liberi Bohuſch filius Cerhonis, Joannes de Wiſchnaw, Bohuſch de Taſſow, Leo Albero de Chunringen, Hadmarus & Rapoto fratres de Valckenberch, Wolfkerus de Parone, Hadmarus de Werd, Hainricus & Conradus fratres de Rackingen, Hainricus de Hag. Acta ſunt hæc apud Chrems anno Domini MCCLII. XII. calend. April.

MCCLVIIII. In nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti. Nos Otacharus Dei gratia Dominus regni Bohemiæ, Dux Auſtriæ & Marchio Meraniæ Eccleſiæ in Tegernſee Abbati & Conventui ejuſdem Eccleſiæ in perpetuum cum ex debito ad ea teneamur intendere ex ſuſcepta à Domino dignitate, quæ bonum pacis & terræ commodum nec non ſubditorum noſtrorum poſſunt facere & etiam promovere facilem aſſenſum ad ea duximus concedendum, maturitate noſtri conſilii accedente, quæ ſervitorum noſtrorum nobis poterunt numerum adaugere, & ecce promiſſis omnibus diſcuſſis providè & tractatis concedimus, & virtute præſentium inviolabiliter ab omnibus volumus obſervari, ut hominibus noſtris quacunque dignitate vel nomine cenſeantur ſecurè & de noſtra voluntate & conſenſu liceat cum hominibus Eccleſiæ in Tegernſee Matrimonia contrahere & hominibus dictæ Eccleſiæ cum noſtris hominibus contrahere, è converſo hoc adjecto ut quæcunque proles per contractum hujusmodi proveniunt ex conjunctione hominum prædictorum æqualiter tam nobis quam noſtris ſucceſſoribus jam ſupradictæ Eccleſiæ dividantur. Adjicimus etiam ut hæredes, qui ex contractu provenerint prælibato æqua portione tam in feudis quam in poſſeſſionibus gaudere debeant quiete. Volumus etiam ut gratia ſupraſcripta extendi debeat non ſolùm ad præſentes & poſteros, quin imo ad præterita extendi debeat & ſervari. Et ne ſuper hoc contentio in poſterum valeat ſuboriri præſens inſtrumentum ipſi Eccleſiæ cum annotatione teſtium & appenſione ſigillorum noſtrorum donavimus ad cautelam. Teſtes ſunt: Sifridus Orphanus, Otto de Haſſone, Otto de Meiſſowe, Albero de Chunringen, Hainricus Marſalcus de . . . Hainricus de Liechtenſtain, Albero de Pollenhaim, Ulricus de Lobenſtain, Hainricus de Hag. Ulricus Vellsloſs, Hilprandus de Vinſterwalde, Hainricus ibidem & plures alii. Actum in Chrems. Anno Dominicæ incarnationis MCCLVIIII. Datum per manum prothonotariorum noſtrorum Arnoldi & Ulrici. Indict. II. XV. Calend. Decemb.

MCCLXXIIII. In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Amen. Nos Conradus Dei gratia Eccleſiæ Friſingenſis Epiſcopus omnibus Chriſti fidelibus in perpetuum. Quoniam paſtoralis curæ ex officio ac dignitate omnibus noſtræ Diœceſis locis Eccleſiaſticis ex debito intendere, benefacere nec non & providere tenemur, præſertim religioſis ac religioſam converſationem ducentibus in petitionibus opportunis atque idoneis nobis porrectis aures faciles porrigere volumus utique atque ſic debemus propenſius ſollicita proviſione . . . . quoties ea, quæ à nobis rationabiliter in tempore geruntur, ne proceſſu temporis ſeu vitio memoriæ humanæ, quæ fragilis & labilis eſſe dignoſcitur, in irritum deducantur. Hujus rei gratia inſinuandum eſſe duximus omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam præſentibus præſentem paginam inſpecturis, quod cum Monaſterium in Tegernſee fœminæ virique copioſè plurimum anxiarent propter honeſtam & ſolemnem hoſpitalitatis frequentiam, quæ ibidem ex antiquo devotè & indifferenter cunctis advenientibus obſervatur & exhibetur, nos ad petitionem dilecti in Chriſto fratris noſtri Ludovici Abbatis ejuſdem Monaſterii tamen propter inopiam & tenuitatem defectúmque per indebitam vexationem Laicorum eidem Eccleſiæ inductam prono affectu compatientes eidem, taliter inopiam duximus opportunis ſubſidiis relevandam. Eccleſiam in Gmunden cum uſu fructu & omnibus pertinentiis, in qua patronatus jus dictus Abbas cum jure advocatiæ poſſidet ab antiquo in ſubſidium hoſpitalitatis & defectuum, quos ſuſtinet de conſilio & conſenſu proprio & totius Capituli noſtri prædicto Abbati pleno jure ac uſu, menſæ ſuæ, ut hoſpitalitatem conſuetam poſſit valentius exercere, ac etiam ut proventus Eccleſiæ à Laicis circumſedentibus diſtractos & per malitiam uſurpatos ad uſus Eccleſiæ valeat commodius revocare; dedimus ac conceſſimus liberaliter perfruendum poſt ipſius Eccleſiæ plebani, qui nunc eſt, deceſſum: hac adjecta conditione, ut dictus Abbas ſuique ſucceſſores Eccleſiæ memoratæ provideant in idoneo vicario & congrua ejusdem ſuſtentatione, ut Eccleſia in debito officio Eccleſiaſtico non fraudetur, & cathedraticum & jura Epiſcopalia nobis & noſtris ſucceſſoribus ab eodem in perpetuum conſerventur. Ut autem iſta donatio noſtra rationabiliter celebrata & benè impoſterum rata & firma ipſi Abbati manere & inviolabiliter ab omnibus noſtris ſucceſſoribus conſervari debeat, præſentem chartam ſibi in teſtimonium conſcribi fecimus ſigillo noſtræ confirmationis ſimul atque noſtri Capituli roboratam & communitam. Acta ſunt hæc Friſingæ in Eccleſia cathedrali. Anno Domini MCCLXXIIII. IV. Id. Aprilis.

MCCLXXXVIII. Nos Emicho Dei gratia Eccleſiæ Friſingenſis Epiſcopus præſentibus profitemur & notum facimus, univerſis præſentibus & futuris, ad quos pervenerit præſens ſcriptum, quod cum de gratia quam gratis accepimus erga ſubditos & maximè domeſticos fidei gratos nos debeamus reddere gratuitis beneficiis, liberalibus conceſſionibus favorabiliter in quantum poſſumus & velimus, inclinati ſupplici petitioni, ſpecialique affectu, quo moveri tenemur erga dilectum in Chriſto fratrem & avunculum noſtrum Marquardum dictum Verin *, venerabilem Abbatem Tegernſeenſis Eccleſiæ, ipſámque Eccleſiam ob remedium etiam animæ noſtræ nec non legitimorum ſucceſſorum noſtrorum conceſſionem ſive gratiam dictæ Tegernſeenſi à venerabili quondam Ottone ſecundo noſtro prædeceſſore piæ recordationis conceſſam & factam liberaliter innovamus præſentibus & innovando confirmamus, ſub hac forma quod à Theloneo Karrorum, plauſtrorum ſeu ſagmariorum pontem noſtrum apud Munchen tranſeuntium ſine omni exactione teloneo aut vexatione in his, quæ pertinere videntur ad ipſam Eccleſiam libera permaneat, & nullo gravamine in hac parte à quolibet perturbetur. Ut autem hæc conceſſio prædeceſſoris noſtri noſtráque innovatio & confirmatio ipſius conceſſionis ratihabitione illibata debitè gaudeat noſtrum ſigillum in hujus rei tutelam & teſtimonium præſentibus duximus apponendum. Actum & datum, Friſingæ anno Domini MCCLXXXVIII. calend. Julii. *Huic diplomati hæc nota annexa.*

* Comes Sylveſtris Ferinus, Rauhgraf.

Zuvermerken das zu den zeiten, do das Gotshaus Tegerſee gefreyt iſt mit wagen, karren und ſamroſſen über die Prucken geen Munchen aller Maut und Zoll frey ze faren, do iſt die Pruck zu Vering ubergangen und nit zu München als yetzo. Deshalb haben ſich mermal Irrung und Zwitracht erhebt zwiſchen der Fürſten von Bayrn und Biſchoven zu Freyſing, und entlich vertragen und geäint laut Brief und Inſigel, ſo noch zu Freyſing verhanden. In Mainung das die Brucken zu Fering abgethan, und gegen München gelegt iſt, doch mit Wiederlegung dem Piſtumb zu Freyſing. Nemblich mues die Statt München geben ainem yeden Biſchoven järlich zu Freyſing XL. fl. Rheniſch, der Richter daſelbs L. fl. Rheiniſch, und noch mehr Gelts iſt man dem Biſchoff järlich zugeben ſchuldig.

Aus dem allen verſtanden würd, ſo das Gotshaws Tegernſee der Maut und Zoll uber die Prucken gefreyt iſt, zu den Zeiten, do die Prucken dem Piſtumb Freyſing zugehörig geweſt iſt, und das Gottshaus Tegernſee ye und ye derſelben Freyheit noch ungeirret, uns herbliben, das man auch füran aller Anforderung deshalb billich müeſſig bleiben ſoll. Doch ſo das Gottshaus angeſprochen oder geirrt wurdt, ſoll man den Burgermeiſter zu München underichten. Has litteras ſigillatas anno MDIX. per fratrem Petrum Rueger, quia in ea re miſſus fuit Friſingen.

MCCXCVII. Nos Emicho Dei gratia Epiſcopus Friſingenſis præſentibus profitemur & conſtare volumus univerſis, quod cum honeſtus Vir Magiſter Cunradus Rector Eccleſiæ in Warengaw ipſam ſuam Eccleſiam, cujus jus Patronatûs ad dilectum in Chriſto fratrem Marquardum Abbatem in Tegernſee pertinere dinoſcitur, ad manus noſtras purè & liberè reſignâſſet, nos conſiderantes onera debitorum aliáſque multiplices neceſſitates, quibus dicta Abbatia gravabatur. Eandem Eccleſiam de conſenſu Capituli Eccleſiæ noſtræ Friſingenſis & dicti Abbatis, eidem Abbatiæ quoad fructuum perceptionem duximus adnectendam, reſervata ejusdem Eccleſiæ Vicario, cujus ad nos inſtitutio & deſtitutio pertinebit, debita & honeſta pro hoſpitalitate ſervanda & Epiſcopalibus juribus perſolvendis aliiſque ſuis neceſſitatibus portione, reſervatíſque nobis omnibus, quæ tam ad legem jurisdictionis quam Diœceſanam ſpectare noſcuntur de jure & conſuetudine approbata. Gaudebimus enim in eadem Eccleſia & Vicario ipſius omnibus juribus, quæ in cæteris Eccleſiis Parochialibus & earum Rectoribus & Proviſoribus per noſtram Diœceſim tam de jurè quam de conſuetudine nobis competere dignoſcuntur. In cujus rei teſtimonium noſtrum ſigillum præſentibus duximus apponendum. Nos etiam Capitulum Eccleſiæ Friſingenſis in teſtimonium noſtri conſenſus ſupradicti appoſiti præſentibus noſtrum ſigillum duximus apponendum. Datum Friſingæ anno Domini MCCXCVII. Nonas Maji.

MCCXCIX. *Wir Leutold von Chunring, Obriſter Schenck zu Oſterreich verjehen und thun kundt*

kundt allen den, die diſen Brief ſehen und hören leſen, das ein Khrieg zwiſchen unſer und dem Gottshaus von Tegernſee, was über ſein aigen ze leuben bey Tirnſtain, was unſers Rechtes, und ſeine Amptleuthe do zerichten, wer, und wellich Sach uns angehörten, oder daſſelbe Gottshaus, und was unnſers Rechtes und ſeines Rechtes da wer. Der Krieg iſt alſo gemainclich, liehlich und getrewlich verricht, als hernach geſchriben ſtatt; Das wir und deſſelben Gottshaus Amptleuthe haidenthaillen immerher ſtett und unzerprochen ſullen halten: Des erſten ſullen wir richten die Sachen, die an das Leben geen, als Diep, Notnunft und Todſchlege ſeynd. Was aber Dieberey geſchiht hinder ainen halben Pfund, die ſollen richten dez Gotzhaws Amptleute, wird aber ſein Amptman überfuert mit den Hausgenoſſen, das er pöſſert iemand um Dieb die uber ain halb Pfund iſt, ſo ſoll er uns geben fünf Pfund zu Böſſerung, und dem Gottshaws recht alls vil. Geſchiht aber ain Todſchlag auf den vorgenanten aigen von dem Gotshawsmanne, ſo ſoll man im zuſperren in dem Haus, was er hat. Will aber er ſich löſen, ſo ſoll er ſich löſen mit denſelben Guet, und mit wehr er gehaben mag, und ſoll die Pöſſerung halb unſer ſein und halb des Gotshaus zu Tegernſee, richtet man aber Hintz im, ſo ſollen uns die deſſelben Gottshaus Amptleuthe antwurtten, als er mit der Gürtl umfangen iſt, und ſol alles ſein Guet ſeiner Erben ſein; geſchiht aber Notnunft auf dem aigen oder Dieberey, die uber ain halb Pfund ſein, denſelben ſoll man uns antwurten ab dem aigen, auch als er mit der Gürtl befangen iſt; peſſert aber er, ſo ſol die Peſſerung halb unſer ſein und halb des Gotshaus. Thet aber ain Man ein Leme oder ein Wunden auf dem aigen, und khombt auf die Landſtraſſe, und komt des Gotshaus Amptman hinach und recht im darumb, iſt er niemand nichts ſchuldig, ſläht aber ain Man einen andern auf der Landſtraſſe, und komt auf das aigen geflohen, ſo ſoll im des Gottshaus Amptman angeverde antwurten in unſer Gewalt. Geſcheh aber das, das ſich des Gottshaus Amptman ſaumet, das er nit richtet die Sach, die er richten ſol, als hie geſchriben ſtett, ſo ſollen wir oder unſer Richter ſich richten, ob der Clager das bewert, das im das recht von des Gottshaus Amptman nicht richen ſollen, es ſey dan, das ſein Richter im das recht nit endet, ſo ſollen wir richten hinz im. Geſchiht des not, das man ſol ainen Menſchen auf dem aigen prennen durch das Wange, ſo ſol des Gottshaus Amptman ſein Pues da nemen, als da vorgeſchriben ſtatt, und ſol in dann antwurten in unſern Gewalt, ob wir im wellen prennen oder auſſlahen; und das alls das, das an dem Brief lieplich begriffen iſt, getrewlich gehalten werd ganz und unzerprochen an aller ſtatt, haben wir dem vorgenanten Gottshaus zu Tegernſee gegeben diſen Brief zu einem Urkund und zu ainer Sicherhait verinſigelt, mit unſerm Inſigel, als es hie anhangent iſt. Das iſt geſchehen, do man zalt von Chriſti Geburt 1299. Jar.

MCCCXIII. Nos Heinricus Dei gratia Bohemiæ & Poloniæ Rex, Carinthiæ Dux, Tyrol. & Goritiæ Comes Aquilegienſis, Tridentinus & Brixinenſis Eccleſiarum Advocatus ad univerſorum notitiam præſens ſcriptum volumus pervenire, quod nos intuentes pium & promptum obſequendi affectum, quem ad nos gerit honorabilis Vir Dominus Marquardus Abbas Monaſterii S. Benedicti in Tegernſee ſibi & eidem Monaſterio ob divinam remunerationem & ut conſortis noſtræ chariſſimæ, Dominæ Annæ quondam Reginæ Bohemiæ & Duciſſæ Carinthiæ fœlicis memoriæ nec non noſtrum & progenitorum noſtrorum anniverſarium cum vigiliis miſſis & orationibus añis ſingulis die Lunæ ante nativitatem Beatæ Mariæ Virginis peragere debeant, ſolenniter & devotè hanc gratiam perpetuo valituram duximus faciendam, ut omni anno duodecim carras vini per univerſa telonea noſtra, ſine omni telonei exactione ducere valeant libere & quiete, tali tamen conditione adhibita & expreſſa, quocunque anno ex oblivione vel cauſa alia quacunque anniverſarium prædictæ conſortis noſtræ noſtrum & progenitorum noſtrorum non peregerint, prout ſuperius eſt expreſſum, tunc gratiam hujusmodi ſibi per nos factam & indultam ipſo facto nullius firmitatis eſſe volumus vel momenti, mandantes univerſis & ſingulis Theloneis noſtris in quibuscunque locis terrarum noſtrarum conſtitutis & cæteris ſubditis noſtris quatenus prædictum Abbatem & Eccleſiam ſuam in hac noſtræ conceſſionis gratia fideliter & firmiter debeant conſervare. Nullum ab eis per easdem duodecim carras vini quamdiu prædicta obſervaverint teloneum penitus exigentes. In cujus rei teſtimonium eis præſentes dedimus litteras noſtri pendentis ſigilli munimine communitas. Datum in Griez anno Domini MCCCXIII. die x. intrante Octobri, Indict. II.

MCCCXIII. *Wir Rudolff von Gottes Genaden und Ludwig Pfaltzgraven bey Rhein und Hertzogen in Bayrn &c. thun kund allen denen, die diſen Brief anſehen oder leſen hören, das wir angeſehen haben die getrewe und manigfeltige Dienſt, die uns der Erſam Herr Marquard der Abbt von Tegernſee und ſein Gotshaus gethan haben, und auch noch thun ſollen und mögen, haben wir dem vorgenandten die Genad gethan, und thun auch im ſie mit diſen unſern Brief, das wir nit wöllen, das khain unſer Vitzthumb, Richter noch Amptman, wie die genant ſein, ſy ſein yezo oder die fürbas werden, nicht zeſchaffen ſollen haben mit dem Pfarrer zu Warigaw und mit dem Pfarrer zu Gmund, die yezo do ſeind, oder die fürbas werden, noch ſollen ſy nicht irren noch engen, an ir Leib oder ir Guet, ſie ſeind tod oder lebendig, wan die ſelben zween Pfarrer des egenanten Gottshaus zu Tegernſee angehörent zu ſundern Dienſten mit ir*

Leib und mit ir Guet. Und zu Urkund darüber geben wir diſen Brief mit unſerm Inſigel geveſtet, der geben iſt zu München, do man zalt von Chriſti Geburt 1313. *Jar des Samstags nach Sant Ulrichs-Tag.*

MCCC-XIIII. Rudolphus & Ludovicus Dei gratia Comites Palatini Rheni Duces Bavariæ honorabili viro Domino . . . . Venerabili Abbati Monaſterii in Tegernſee ſalutem cum plenitudine omnis boni, quia ingentior & uberior cumulus prœmiorum merito debetur his, qui pro tempore placentia præſtiterunt obſequia. Cum etiam receptor ſervitiorum ad antidota non immeritò teneatur, his ſuaſionibus permoti non immemores obſequiorum, quæ nobis frequenter exhibetis, pro quibus conſtitutis vobis noſtris conſpectibus honeſtati veſtræ concedimus & præſentibus indulgemus, quod vice-Domini noſtri, nec non officiales quicunque, qui pro tempore fuerint nullum officialium veſtrorum quocunque nomine cenſeantur nec aliquos, qui veſtris ſpecialibus ſervitiis ſunt deputati pro quibuscunque cauſis capere non debeant nec aliqualiter detinere. Proſequentes enim vos favore ſpeciali nobismet ipſis nec non ſpecialibus juſſibus & mandatis talia penitus reſervamus. Præcipimus etiam univerſis officialibus noſtris, tam præſentibus quam futuris ſub obtentu gratiæ noſtræ, quod hanc paginam conceſſionis noſtræ debeant involabiliter obſervare, ſuper quibus omnibus in teſtimonium & evidentiam præmiſſorum præſentes ſibi dedimus ſigillorum noſtrorum munimine roboratas.

Datum in Lengenfeld anno Domini MCCC. & IIII. feria ſexta proxima poſt Hebdomadam Penthecoſtes.

MCCCXV. Nos Conradus Dei gratia Epiſcopus Eccleſiæ Friſingenſis tenore præſentium recognoſcimus profitentes, quod litteras ſalvas quondam Domini Emichonis prædeceſſoris noſtri bonæ memoriæ dilectus in Chriſto frater Dominus Marquardus Monaſterii in Tegernſee noſtræ Diœceſis coram nobis exhibuit in hæc verba: Nos Emicho Dei gratia Epiſcopus Eccleſiæ Friſingenſis præſentibus profitemur & notum facimus univerſis præſentibus & futuris, ad quos pervenerit præſens ſcriptum, quod cum de gratia quam gratis accepimus &c. * Easdem igitur litteras ſeu conceſſionem ſuperius expreſſam innovamus, approbamus, & præſentium teſtimonio confirmamus. Datum in Tollentz anno Domini MCCCXV. III. Non. April.

* vid. ad annum MCCLXXXVIII.

MDXII. Julius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis, Mauro Abbati & Conventui Monaſterii in Tegernſee Ord. S. Benedicti Friſingenſis Diœceſis ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Sinceræ devotionis affectus, quem ad nos & Romanam geritis Eccleſiam promeretur, ut humiles preces veſtras, quantum in Deo poſſumus, ad exauditionis gratiam favorabiliter admittamus. Cum igitur ſicut exhibita nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat Monaſterium veſtrum per duas Dietas legales à reſidentia Epiſcopi Friſingenſis pro tempore exiſtentis diſtet & valde incommodè ac diſpendioſum ſit mittere religioſos ejusdem Monaſterii ad ipſum Epiſcopum ſeu pro eo Pontifice alia officia exercentem, ut ad majores ordines promoveantur. Nos vos ſpecialis gratiæ favore proſequi volentes, vóſque, & veſtrum ſingulos à quibusvis excommunicationis , ſuſpenſionis & interdicti aliisque Eccleſiaſticis ſententiis cenſuris & pœnis à jure vel ab homine quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati eſtis ad effectum præſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſolventes & abſolutos fore cenſentes veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, Tibi Fili Maure , & pro tempore exiſtenti Abbati dicti Monaſterii quoscunque religioſos ipſius Monaſterii ad hoc idoneos repertos, ad quatuor minores ordines ſimul & ſemel aut ſeparatim prout expediens fuerit, ſtatutis à jure Temporalibus promovendi ac dictos ordines eis conferendi quibusvis Apoſtolicis ac in Provincialibus & Sinodalibus Conciliis editis,generalibus vel ſpecialibus conſtitutionibus & ordinationibus, cæteríſque contrariis nequaquam obſtantibus auctoritate Apoſtolicâ tenore præſentium facultatum concedimus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis & conceſſionis infringere vel ei auſu contrario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri ac Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo duodecimo pridie Idus Novembris Pontificatûs noſtri anno IX.

SPECIMEN
DIPLOMATARII BOJOARICI.

* * *

Ex regeſtis potiſſimum Cl. Cl. Virorum
AUGUSTINI KÖLNERI & MICHAELIS ARODENII
Tab. Boic. Cuſtodum
Selegit atque deſcripſit
ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Monitum prævium Editoris.

SPECIMEN *Diplomatarii Bojoarici* modulo ſuo opellam hanc metientes, meritò inſcribimus, quod periculi faciendi gratia & velut in guſtum hîc in lucem proferimus. Longè maxima pars Diplomaticarum antiquitatum noſtrarum, quæ ſuperiora quatuor ſecula potiſſimùm illuſtrant, adhuc latet & cum ſoricibus, fumo, imbricibus & pulvere nec lecta nec intellecta luctatur.

Privatarum communitatum Titulos, ſacros maxime, HUNDII atque GEWOLDI indefeſſa ſagacitas indagavit; gentis domûſque regnatricis munimenta, timidius & parcius à noſtris, copioſius ſed negligentius ab exteris edita leguntur.

Interea humidis fornicibus vixque ſolem admittentibus, inexorabilibus clathris vectibúſque inpenetrabilibus arcanæ & inutiles chartæ, invidia, diffidentia & ignorantiâ cuſtodibus ſervantur; & ſervantur, non ad uſum (cujus occaſiones omnes male-ſedula cuſtodia amittit) ſed ad oblivionem & caſuum fortuitorum fatale momentum.

Interiêre Tabularia multa (ſunt verba judicii plena & domeſticis experimentis firmata Cl. V. JOANNIS HEUMANNI de Bojorum etiam *Diplomaticâ* meriti (a)) *neque ea quæ hodie ſanctè ſervantur ſua poſſunt fata prævidere.* (a)

Accidit autem plerumque intempeſtiva hâc reticentiâ, ut illud potiſſimum Monumentorum genus quod perpetuò in principio illud ſuum vulgare *Noverit omnium Chriſti fidelium induſtria tam præſentium quam futurorum* acclamat, omnium maximè ab iis in quorum notitiam paratum fuit, ignoretur.

Huic igitur malo ex quo firmiſſima convelluntur, jurium antiquiſſimorum compago abſcinditur, de certiſſimis tranſigitur, juſtè acquiſita præſcribuntur, gentis & dominantium Jura, factis & pactis nixa, vortice legum Civilium nunquam eructanda hauriuntur, & non rarò majorum ſanguine parta, poſterorum Jura ſua ignorantium, oſcitantiâ & negligentiâ, indefenſa aut prodita diſpereunt; huic inquam, malo ut pro virili meâ (quæ ſentio quam ſit exigua) quo licuit modulo occurrerem Specimen hocce Diplomaticum colligere cœpi, & collectaneorum partem edere, ut aliorum quoque, quorum ſpes & virtus in herba eſt, induſtriam & ſagacitatem domeſtico iſthoc exemplo excitarem, & obliterata ferè MAXIMILIANI I. ſapientiſſimi Principis noſtri & bonis litteris faventiſſimi, tempora in memoriam & imitationem

---

(a) *Comment. de Re diplom. Impp. Augg. ac Reg. Germ.* in fine ante *Catalogum Autorum.* poſt pag. 506.

revocarem. Quam enim ſub illius prudenti regimine HISTORIA BOJORUM ab Aventini temporibus altè dormiens, non ſolùm lacertos tanquam tumultuariè expergefacta moverit, ſed & caput in Germania erexerit, nemo ignorat niſi ignorantiſſimus quisque & qui ultra nutricularum & pædagogorum trivialium affanias non retroſpexit. Eo enim auſpice HUNDIUS atque GE- (b) WOLDUS, (b) CANISIUS, HERWARTUS, GRETSERUS, RETTENBACHERUS aliíque, Tabularia Bajoariæ monaſtica face criticâ perreptantes eam ex reconditiſſimis receſſibus protulerunt Diplomatum ſegetem, ut meſſis eorum diplomatica non patriæ ſolum ſed Germaniæ præterea ferè univerſæ horrea impleverit & nonnihil inſuper remotiſſimis gentibus ad ſpicilegium ſuffecerit; quorum etiam indefeſſorum virorum merita, Principes litterarum, quos (c) inter, Leibnitium (c) Ludewigiumque (d) nominâſſe ſatis fuerit, ſummis (d) laudibus deprædicârunt.

Habeat ergo invidiam factum in præſens; ſint qui nares obeſas criſpent & parum emunctas, qui ſupercilia altè tollant tanquam ſaperent, qui contemnere malint, quam ſuſpicere quibus impares ſunt, qui odium etiam inde apud imperitum vulgus (& quam latè patet hoc verbum!) conciliare innocuæ & gratuitæ induſtriæ illis ſuis ſuperciliosis ſuſſuris moliantur: Olim hunc animum Patriæ amore flagrantem ſupra hos totos morituros extulimus. Poſterorum judicium eſto benè nè an male meritus ſit, quisquis ut futuris prodeſſet, ſuis temporibus diſplicere præhabuit.

Diplomata ipſa quæ hîc edimus magnam partem accuratæ diligentiæ indefeſſorum Tabularii Boici Chartophylacum AUGUSTINI KOELNERI, MICHAELIS ARODENII & JOANNIS LIEBII in acceptis referimus, qui à fontibus deſcripta, *Regeſtis* quibusdam intulerunt, ut multiplicata facilius ævum & caſus ferrent. Plurimum igitur induſtriæ atque vigilantiæ deberi nemo noſtrûm cui res Bojorum adhuc cordi ſunt, ibit inficias, ut qui voluntarios labores ſuſcipere non detrectârint, quos animo præſenſerunt aliquando Poſteris neceſſarios futuros.

Sed, ut erat in memoriis Illuſtrium virorum Poſteritati commendandis parum diligens aut curioſum ſuperius ævum, præter nomen & labores (quod ſummis artificibus videmus & dolemus contingere) vix aliud ad nos pervênit.

KOELNERI ſolus ferè AVENTINUS meminit, ut amici & cognati, quodque caput eſt rei, in æterno opere quodammodo συνεργῶν; tum & GEWOLDUS in ſummæ raritatis opuſculo de *Norico veteri*, ubi *nova-civitatenſem* Bojum fuiſſe ex *Aventino* (e) & *deſignationem Bavariæ geographicam* (e) (f) vernaculè ſcripſiſſe memorat. (f) Fuit autem vir ille reipublicæ maturè admotus, nam inter ſcribas ALBERTI IV. ſtatim poſt bellum Boicum adlectum invenio, inde Telonio Ducum Monacenſi præfectus inter actuarios principis quidquid temporis ab officio liberum habuit, exegit otio pinguiori honeſtos labores perpetuò præferens. Patrono tum uſus eſt *Sigismundo Krauſio* è Secretariis Principis, qui ſororem ejus uxorem duxerat. (g) (g)

Extincto comitiis Colonienſibus bello Boico, quo ſupra quam dici poteſt de corio Leonis Boici luſum eſt, & pace tandem inter utriusque ſtirpis Principes ſententiâ Cæſaris atque Ordinum Imperii redintegratâ Koelnerus Neoburgum ablegatus eſt, ut unà cum reliquis Commiſſariis *Taxationis* (*b*) & Tabulariorum mutuò tradendorum negotio intereſſet, quod non alius eo tempore rei Diplomaticæ Bojorum peritior inveniretur. (*b*)

(b) Malincrotio *Salisburgenſis Metropoleos genuini parentes* verè dicti, *Præf.* in librum neceſſarium *de Archicancellariis & Cancellariis Imp. Germ.* ubi de iis ſermonem inſtituit, *qui ex uſu tabulariorum publicorum reſerato egregiam & gratiſſimam Hiſtoriarum & Antiquitatum amatoribus præſtiterunt operam.*

(c) *Introduct. in Collect. Script. Hiſt. Brunsvicenſi inſervientium.*

(d) Cujus memoratu digna verba ſunt alias adducta: ***Eminent præcipuè quoque in ſedula diplomatum collectione Boij.*** Præf. *Iſagog. in reliquias MSCtorum. & Diplomatum omnis ævi Tomo I.* præmiſsâ, quæ ſola ferè ad acquirendam rei Diplomaticæ Germanorum notitiam ſufficere videtur, utpote à gnaro & magno viro profecta. Legenda tamen cautè quòd tantus vir (ut homines ſumus) tumoris quandoque, quem VALESIO exprobrat, minimè immunis extiterit, quare etiam non ita abs re, utrem hunc litterarium ſubinde preſſit rigidus ille veri aſſertor David Koelerus.

(e) *Annal. L. VII. Cap. XIIII.* edit. Lipſ. 1710. p. m. 710. & *L. I. Annal.* p. m. 29. edit. Ingolſt. 1554. *in Danubii ripa &c. Neoſtadium olim Salingoſtadium dictum, Patria Auguſtini Koelneri à ſecretis Principum noſtrorum & Eorum Epiſtolarum Magiſtri.*

(f) In opere citato V. *Epona.* p. m. 101. quam ſæpius allegat, mihi nondum viſam.

(g) Anno 1506. *Liebius in rapſod. genealog.* MSC. Tomo Σ ſignato.) p. 55. b. quæ farrago plurimis rerum hominumque notitiis fœta, in Tabulario Monacenſi pluribus voluminibus adhuc extat & fallit ignota.

Anno MDXVIII. Curiæ Feudorum *Præpoſitum* lego (*i*) ; quod deinde officium, fortunæ non officiens, ſummi Cancellarii ſibi arrogârunt. (*i*)

Anno MDXXVII. Secretarium Ducis vetuſtæ chartæ memorant (*k*), & convincit præterea Aventini locus indicatus, ubi à ſecretis Principum (Guilielmi videlicet & Ludovici fratrum) eorumque Epiſtolarum Magiſter prædicatur, qui circa ea tempora Annales ſuos ferè ad finem perduxerat. (*l*) (*k*) (*l*)

Anno MDXXVIII. Unà cum LEONARDO ECKIO ſummo Cancellario in rebus Principis ſui Reichenhallam profectum Liebiana ſchedia indicium faciunt. Idem *Liebius* litteras ejuſdem excerpſit MDXXXII. ad THOMAM RUDOLFUM, LUDOVICI Bavariæ Ducis Cancellarium datas, quibus cognationem inter eos interceſſiſſe patet.

Anno MDXXXIIII. Badenum à GUILIELMO Duce domino ſuo miſſus, qui ditionem illam Tutorio nomine adminiſtrandam ſuſceperat, inter Commiſſarios cæteros ſumæ rerum præfuit, qua de re crebras ad Dominum ſuum litteras vidit atque excerpſit Liebius.

Sibi redditus ad antiquum ſemper officium rediit & Tabularium Boicum crebris ditionum diviſionibus, rapinis & ſpoliationibus miſerum in modum vaſtatum atque diſperſum, quanta id potuit fide atque diligentia, tanquam diuturni naufragii tabulas collegit atque in ordinem primus omnium, ſumma rerum Boicarum in unum caput Imperii & Ordinum gentisque conſenſu collatâ redegit.

Ejus poſtea opera relictisque Elenchis atque Indicibus, in iisdem tabulis concinnè magis & ad uſum præſentaneum adornandis utiliter uſi ſunt, ejus eodem in officio ſucceſſu temporis ſucceſſores ERASMUS VENDIUS, CHRISTOPHORUS GEWOLDUS, JOANNES LIEBIUS & MICHAEL ARODENIUS, Autor *Regiſtraturæ*, uti vocavit, *ſummariæ*, ubi KOELNERUM noſtrum *Patrem chartarum atque Diplomatum* juſtus ipſe pulverulenti hujus & parum intellecti laboris (cui tam pauci pares ſunt, qui longè majoribus præficiuntur) grato elogio prædicavit.

Neque ſatis habuit KOELNERUS Tabularium undique diſperſum ceu Abſyrti membra collegiſſe, juſtos quoque *Annales* condere in animum induxit, atque ad juſtam molem opus vernaculo ſermone deduxit, rebus fidem ex inſertis quoque loco tabulis & monumentis *authenticis* adſtruendo, ut actuarium gentis ſuæ agnoſceres. Quod genus ſcripti, quo veritas magis & rerum geſtarum fides, quàm ornamenta ſermonis & ingenii quæruntur, nihil aſpernatur, quod genuinos fontes ut ut multo ſitu lutulentos atque ſalebroſos, paulo propius ſapit. Si enim unquam aliàs, hic certè licet atque adeo oportet, id quod TACITUS in ornatis annalibus reprehendit *fundamentis & trabibus volumina implere.*

Cæterum opus ego illud integrum nondum vidi. Fragmenta tamen non aſpernanda partim autographa partim aliena manu deſcripta, eaque non pauca oculis ſæpè uſurpavi. Magnam partem hodie quoque inter ſchedas Tabularii acephalas videre eſt. Integrum tamen alicubi latere, ſuſpicio mihi eſt non levis; talem certè habuêre quibus MAXIMILIANUS I. & FERDINANDUS MARIA Bojorum Duces, Electores, res majorum ſuorum deſcribendas commisêre, ubi ad oram ſubinde & leviter memoratur KOELNERUS.

(*b*) Vid. *Adelzreiterum annal. P. II. L. IX.* §. *XCIII.* p. m. 224. Edit. Francof. ab Illuſt. LEIBNITIO curatæ.

(*i*) *In Regiſtratura Sumaria* Tabularii Boici p. 610. cujus compilator MICHAEL ARODENIUS, de quo paulò poſt.

(*k*) *Regiſtratura Summaria* citata pag. 477.

(*l*) *Hieron. Zieglerus* in vita *Aventini.*

Illuceſcet fortè & huic (ut eſt viciſſitudinum arcanus aliquis & tacitus ordo) Phœbus ſuus, qui diu preſſum, utilitati publicæ, cui olim ſacer eſt, poſtliminiò reddet.

Ille & diem, quæ virum tam utilem rebus humanis exemit, in lucem protrahet, mihi fruſtra indagatam. Nam poſt tertiam Junii anni MDXXXIX. veſtigia ulteriora me deſerunt, quo tempore in Excerptis *Heraldicis* LIEBIANIS Conſiliarius Principis & ſupremus Secretarius audit. (*m*) (m)

Alter à KOELNERO, cui Specimen hoc Diplomatarii plurimum debet, MICHAEL ARODENIUS eſt, è GUILIELMI V. Ducis Sacellanis aulicis, vir hodie non niſi ab indefeſſo Tabularium in ſynopſin redigendi labore, quem pluribus Tomis abſolutum *Regiſtraturam ſummariam* inſcripſit, notus; & idipſum paucis duntaxat, quibus tabulas Jovis inſpiciendi facultas major quàm otium: hinc fructibûs ejus pingues de arbore coronanda parum curant. Ego certè adhibitâ diligentiâ quantumvis maximâ de Arodenio præter hæc pauca nihil comperi.

Supereſt JOANNES LIEBIUS *Bambergenſis* cujus non adeo abolita memoria, quod non ſolum de tabulis publicis ſed & de privatorum rebus benè mereri in animum induxerit, ſpiſſa illa volumina congerendo, quibus privatarum familiarum res & rationes, ab oblivione vindicantur. Prolixius de hoc Viro & ex inſtituto agemus ſuo loco, in præſens ſufficiat memorâſſe, plurimum nos ex ejus quoque alveolis areolas noſtras rigâſſe.

In fine mantiſſæ locô faſciculum *Brevium*, *Bullarum* atque ſimilium *Inſtrumentorum* adjecimus, quem ab argumento PIETATEM DOMESTICAM SIGISMUNDI DUCIS inſcripſimus.

(n) Quod ſupereſt, Cl. HEUMANNI verbis (*n*) ſuperiùs laudati, velut gemmâ, monitum hoc, verè tale, ſignamus atque confirmamus: *Egregiè rebus ſuis conſuluere Optimates, qui ſplendoris ſui Documenta luce donârunt perpetua.*

(*m*) Inter alia diligentiæ gratuitæ monumenta *Joannes Liebius* triginta volumina ſatis ſpiſſa in 4to reliquit, ordine alphabetico digeſta, quæ aliquot *inſignium gentilitiorum* myriades continent manu delineatorum, quibûs pro re nata, ſubitanea Familiarum notitiæ inſervientia excerpta adjecit. Syllogen hanc ſtudiosè ſervat atque etiam adauget hodiernus Tabularii Boici Cuſtos Cl. V. IGNATIUS ATTENKOFERUS, Monacenſis Bojus, qui conſcriptis multorum annorum labore novis indicibus, voluminibúsque omnibus in accuratiorem atque nitidiorem ordinem redactis, non tam meas, quæ ut amici ſuſpectæ eſſe poterant, quam poſteritatis laudes & meretur & expectat.

(*n*) *Comment. de re diplom. Augg.* loc. cit.

Diplomatarii Bojoarici Specimen.

Ex apographo Seculi XIIII.

1217.

NOverit omnium Chriſti fidelium induſtria tam preſentium quam futurorum quo *modo* Ludwicus Dux Bavariæ Eccleſiam in Wittelſpach fratribus in Undensdorff contulerit & in propria Perſona ſuper altare Beate Marie delegaverit pro remedio tam ſui quam parentum ſuorum in ſepultura quondam Ottonis Palatini qui quo * reus leſe Majeſtatis auſu videlicet temerario manus in Philippum Regem mittere preſumpſit diu aggreſte ſepulture deputatus multo tandem labore fratrum in Undensdorff divino annuente ſuffragio Eccleſiaſticam Innocentio ſedem gubernante romanam invenerit ſepulturam. Quæ traditio facta eſt Anno Dominicæ incarnationis Milleſimo CC. XVII. regnante Friderico Rege Apuliæ, preſentibus Petro Cardinali presbitero ad ſanctam Potentianam, Eberhardo Saltzpurgenſi Archiepiſcopo, Ludwico Duce Bavarie, Rapotone Palatino de Ortemberg, Chünrado Comite de Mosburg. Eberhardus Comes de Dörnbeck *, Conradus liber de Horbach, Hainricus Pes, Eberhardus de Mütichingen voca de Voccenburc Stump. Arnoldus de Kamer & filius ſuus Perchtoldus Engelramus de Dachawe, Cunradus de Vſenhoffen, Chunradus de Mülhauſen, Guntherus de Gieſſenpach, Rugerus de Steingrüfft, Rudolphus Grans de Schräpf, Marquardus de Aychach, Perchtoldus de Mulhauſen, Otto & fratres ſui de Arnpach, Haidenricus & Chunradus & Perchtoldus fratres ibidem Haidenricus & frater ſuus N. de Ratternhoffen, Arnoldus de Windingen, Eberhardus de Syelenpach, Fridericus de Weyern.

* *fortè* quondam.

* *leg.* Dornperg.

Des hoffs gült.
XII. ß. pfening wisgült.
Caſs. X. ova C.
Anſ. VII. pull. 41.
XII . . . . ein Vasnacht Hüen.
Siliginis III. ſacc. canap. I. mod.

Ex Libro obligationum Alberti Bavar. Com. Holland. coævo &c.

1224.

Ludwicus Dei gratia palatinus Comes Reni & Dux Bawarie. Noverint omnes preſentium inſpectores tam futuri quam preſentes quod nos unà cum filio noſtro O. Decimationes omnium bonorum noſtrorum ad caſtrum Freymäringen pertinentium que jam habemus in noſtra poſſeſſione & que in futurum obtinebimus, qualicunque modo pro remedio anime noſtre ad clauſtrum Alderſpach contulimus, & ne aliquis Succeſſorum noſtrorum illud infringere preſumat teſtes qui eidem traditioni interfuerunt ſubſcribere fecimus & horum nomina ſunt hec: Pernhardus Comes de Lubenaw, Kalohus Comes de Kirchperg, Heinricus Tolnzarius, Haholdus de Wolintſa, Heinricus Waller, Chunradus de Gündelkoven, Seyfridus de Frawnhoven, Peppo de Geltolfingen, Heinricus Dapifer de Cella, Perchtoldus Pincerna de Oede, Chunradus Marſcalcus de Altorf, Chunradus de Hals, Alramus de Rehurickendorf, Henricus de Jahnſtorf, Otto ibidem, Weikardus de Hüte, Gebhardus Grubelo de Kirchberch, Ulricus & Heinricus de Ergoltingen, Eberhardus de Cliem & alii quam plures, ad majorem autem roborationem preſens ſcriptum ſigillo noſtro fecimus communiri. Datum anno Domini MCCXXIIII. ſecundo nonas Martii indict. XII. concurrente.

Confirmatio Donationis factæ Fratribus Ordinis Prædicatorum in Schwarzhoven.

Ex ſchedis MS. Hartmañi Schedelii.

A. 1265.

NOs Gebhardus & Diepoldus Comites de Ortenburc præſentibus patefieri volumus univerſis quod dilectus nobis Henricus Dominus Urdenav * ſalutis ſuæ animæ curam agens religioſo Conventui devotarum animarum in Schwarzhoven Domino ſub habitu & regimine Fratrum Ordinis Prædicatorum famulantium duas curias in Willebaldestorf ſitas jure nobis proprietario attinentes & in feudo collatas, quarum unam apud Nobiles Henricum & Antonium de Tanner.ein, alteram apud Ottonem de Berchtoldeshoven comparavit, abſolutè ac liberè condonavit. Nos etiam ob divinæ remunerationis intuitum & ad ſupplicem ipſius Vardenarii petitionem, nec non ob hoc quod eundem Conventum in omnibus promovere volumus & tenemur, cum à nobis & noſtris anteceſſoribus initium ſumpſerit, proprietatem quam in ipſis habuimus curiis prædicto Conventui dedimus bona & liberâ voluntate. Quod autem hujusmodi donationis teſtes & proſecutores, quod Gwer vulgariter intelligitur, ſumus & erimus in perpetuum præſentibus litteris ſigilli noſtri munimine roboratis publicè proteſtamur, teſtes etiam in hujus rei Teſtimonium in ſubſcriptis fecimus annotari Henricum Plebanum in Schwartzhoven, Fridericum Plebanum in Vichtag, & Conradum Capellanum Dominarum in Schwartzhoven, Conradum ejusdem Eccleſiæ adjutorem, Walthern de Warperch, Friderich de Linta, Rudegerum de Einoldestorf, Eberhart de Kemenaten, Bertholdus Judex, Wernher Halker, Teinzar Rotenbelcke, Fr. Bertholdus Magiſter curiæ in Schwarzhoven, Fr. Conradus & Fr. Albertus Wernherus de Kaholdestorf & alii quam plures. Acta ſunt hæc anno Domini MCCLXV. Leone Epiſcopo Ratisponenſem diœceſin regente, Duce Ludovico & fratre ſuo Henrico in Bavaria.

* *ita apogr. infra* Wardenar.

Rudolphi Litteræ Feudales Ludovico Bav. Duci datæ.

1281. RUdolphus Dei gratiâ Romanorum Rex ſemper Auguſtus univerſis ſacri Imperii Romani fidelibus præſentes litteras inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum.

Romani decus imperii in principibus quaſi columnis egregiis quibus invicem mirificè ſolidatum nobilioris decoris ornamentum induit, dùm iidem principes in ſuo vigore durabilioris permanentiæ ſuſcipiunt incrementum, nec ipſum Imperium poſſet perſiſtere ſed iminueretur confractis parietibus ad ruinam ſi ſtatus principum tenderet ad occaſum. Volentes igitur in filiis illuſtris L. Comitis Palatini Rheni, Ducis Bavariæ Principis noſtri chariſſimi ruinæ hujusmodi ſalutari remedio obviare ad univerſos præſentis ætatis homines & futuræ volumus pervenire, quod idem Dux Bavariæ in noſtra præſentia conſtitutus ad manus noſtras liberè reſignavit principatus & omnia alia feoda quæ à nobis & à Romano Imperio tenuit & poſſedit devotè ſupplicans noſtræ regiæ Majeſtati, quod ſibi & Ludovico ac Rodolpho, Ludivici filiis ſuis prædictos principatus & feoda clementer concedere dignaremur. Cujus nos precibus & inſtantiæ annuentes eidem Principi noſtro & ſuis filiis prænotatis principatus & feoda omnia quæ vel quos à celſitudine noſtra & imperio tenuit habuit & poſſedit in feodum conceſſimus & concedimus, & eosdem inveſtivimus & inveſtimus ſolemnitate debita de eisdem. Voluit tamen prædictus Princeps noſter & ſic etiam de ipſius conſenſu & beneplacito memoratam inveſtituram valere volumus & eidem talem legem impoſuimus, quod prædicti Principis noſtri filii ſupradicta feoda & omnia bona ſua paterna pariter & materna cum ad eos devenerint, reliquis memorati ſui patris liberis quos jam habet vel ſucceſſu temporis ex illuſtri filia noſtra tori ſui conſorte chariſſima procreaverit condividere & per omnia in præmiſſis omnibus & ſingulis ipſis æquam legem in diviſione ſervare. Quod quia prædicti fratres approbaverunt, laudaverunt, & ſe non contraventuros aliquo tempore promiſerunt, in noſtra & infra ſcriptorum præſentia in evidens & perpetuum omnium præmiſſorum Teſtimonium, ſigilla venerabilium Babenbergenſis, Herbipolenſis Epiſcoporum & Abbatis Fuldenſis ac Illuſtris L. Ducis prædicti unà cum noſtro ſigillo præſentibus ſunt appenſa. Teſtes verò hujus rei ſunt honorabiles viri Magiſter G. Patavienſis Præpoſitus noſter protonotarius, Magiſter Andreas Verdenſis Præpoſitus noſter notarius, Illuſtris Hartmannus Comes de Habspurg filius noſter, Nobiles viri Hermannus Comes dc Hennenberg, F. Burggravius de Nurnberg, Gebhardus Comes de Hitzperg, Henricus Marchio de Burgawe, Berchtoldus Comes de Greiſspach, Eberhardus Comes de Catzenellenpogen, Fridericus Landgravius de Luckenberg & F. Filius ſuus, Crafto & Godefridus de Hohenloch, Eberhardus & Udalricus de Slizellberg, Hadmarus de Laber, Hedegeno de Grindelach, Hiltprandus Marſalcus de Pappenheim, Conradus de Erenfels, Ch. de Paulstorf, Dietricus de Wildenſtain, Eberhardus de Curia & Henricus de Parſperg acque plures alii fide digni. Datum Nurnberg Kalend. Auguſt. indictione IX. anno Domini MCCLXXXI. regni verò noſtri anno VIII.

Lateiniſche Copi eines Kaufbriefs Graf Bertholden von Graiſpach der Abbtiſſin zu Unter-Schönenfeld Ciſtercienſer Ordens gegeben &c.

Tomo II. Regiſtraturæ ſummariæ pag. 456.

VEndit illi inſulam, quæ vulgariter *der Werd* ſive *die Aw* nuncupatur, inter decurſum Danubii & Lici à foſſato Wildegang, usque ad concurſum horum fluminum, in unum alveum. 1286. *umb* 112. *tt. Augsburger Müntz.* Rambotto Eyſtetenſ. ſigell. Teſtes hujus rei ſunt: Arnoldus de Straſs. Fridericus Dapifer de Graiſpach, milites. Arnoldus junior de Straſs, Eberhardus de Stromiſspunt. Albertus dictus Stocktalp civis Werdenſis, Dominus Tutwynus Abbas Cæſarienſis. Frater Udalricus Camerarius, dictus de Gebenhoven Monachus in Cæſarienſ. Frater Liebhardus. Frater Conradus pellifex. Frater Conradus ſutor, Fr. Albertus piſtor. Fr. Seyfridus. Fr. Leonhardus. Fr. Conradus dictus Myller, Fr. Conradus de Landshuet. Fr. Walthus textor, pluréſque alii fide digni. Data & acta ſunt hæc. A. D. 1286. Idus Decemb. indictione 9. Lechsgmund.

Ain Vertrags-Brief in Teutſch durch Hr. Rudolphen als Röm. Kunig zwiſchen Herzog Ludwigen und Herzog Heinrichen ausgangen von Wort zu Wort alſo lautent Anno 1287.

Ex Auguſtino Kœlnero L. I. Antiquitat. fol. 151.

WIr Rudolff von Gottes Genaden Romiſcher Khunig und immer ain Merer des Reichs. Thun khunt allen den, die diſen Brief ſehennt oder horent leſen, das wir die Mißhellunge, die zwiſchen unſern lieben Furſten Ludwigen und Heinrichen ſeinem Brueder Pfallntzgraven ze Rein und Herzogen von Bayrn geweſen iſt, verslicht und verricht haben, mit ir bayder Willen und mit ir Wiſſen, als hernach geſchriben ſtet, von Erſt was ſeyt von unnſer Frauen Tag ze der Liechtmeſſen, die nun negſt was, in ſider beydenhalben geſchehen iſt, wie das geſchehen iſt, das ſoll man ablegen, alls die Achte haiſſent, und ſind die von Herzogs Ludwigs wegen, Wynhard von Rorbach, Conrad von Willdenrod, Weichnann von Eyringſpurgkh und Chonrad von Eglingen; und von Hertzog Heinrichs wegen, Graf Albrecht von Halls, Ulrich von Abenſperg, Albard von Fraunhofen unnd Ulrich von Leibolfingen; und iſt aber das die Achte verſlagen, ſo ſoll man es ablegen, alls es unnſer lieber Furſt Biſchof Heinrich von Regenſpurg unnd Fridrich der Burgraff vom Nurmberch haiſſent ablegen, was auch ſeit 1287.

der vorgenanten Liechtmeſſen in offenen Urluige geſchehen iſt, mit Raub, mit Prannt, mit Vänncknuß, oder wie es geſchehen iſt, das ſol man auch baydenhalben ablegen, alls die vorgenannten Achte haiſſennt, zerslabennt aber die Achte, ſo ſoll man es aber ablegen, alls die vorgenannten der Biſchoff Heinrich von Regenſpurg und Fridrich der Burggraf von Nurmberch haiſſent. Man ſoll auch den Hertzog Ludwigen die zwai Ding umb Träuſnicht und umb den Startzhauſer von erſt ablegen alls die vorgenannten Achte haiſſent, und zerslabennt die, ſo ſol man es ablegen als die vorgenannten der Biſchof und der Burggraf haiſſent. So ſol auch der Herzog Ludwig darnach ſeinem Brueder hinwider ablegen, was die Achte haiſſent und ze Rat werdennt, und zerslabennt ſy daran, ſo ſteet es aber an dem Biſchof und an dem Burggrafen, darzu ſetzen wir, was das ſey, das zwiſchen in baiden geſchehen iſt, ſider der Sune * *die nun negſte der vorgenante Biſchof Heinrich, unnd der Burggraff von Nurmberch zwiſchen in machten, und als zwiſchen in Hanndfeſte daruber gegeben ſynnd, unnter ir Innſigl an Raub oder an Brande, oder an welichen Sachen, oder was zwiſchen in her unntz an diſen Tag ungeandet unnd unverrichtet iſt, nach der ſelben Süne, das ſollen die vorgenannten Achte verrichten nach ir Willen und nach ir Beſchaidenhait, unnd iſt das die Achte daran zerslabennt, ſo ſtet es aber an dem Biſchof und an dem Burggrafen, wie es die verrichtent nach Mynne oder nach Rechte, und dieſelben haben auch Gewalt ze mynne und ze rechten, unnd ze lenngen unnd ze khurtzen, unnd zu allen Dingen, was ſy daran thun wollennt nach ir Beſchaidenhait. Iſt auch das der Biſchof von Regenſpurg oder der Burggraf ſturbe in der erſt, das Gott nit gebe, ſo ſollen die Achte auf irn Ayd ainen anndern nemen in zwayen Monaten an des ſtat, der da tod iſt: und iſt das die Achte zerslabennt, und ſol der zwayer ainer, der lebendig iſt, auf ſeinen Ayd einen zu ime nemen auch in zwayen Monaden, und ſoll der denſelben Gewalt haben, den der het, der da tod iſt. Wann auch das der vorgenannten Achter ainer oder mer ſturbe, dabey nicht geſein mochte on Gevarde, ſo ſollen die anndern, dye unnter denſelben Achten lebendig beliben ſynnd, ainen oder mer, ob ir mer tod iſt, oder dabey nicht geſein möchten, on Gevarde nemen auf ir Ayde in zwain Monaden an der ſelben ſtat, die da tod ſynnd, oder das die nicht geſeyn mügen on Gevarde, und möchten die uberain nicht khomen, ſo ſoll es aber ſteen an dem vorgenannten Biſchof Heinrichen und an den Burggrafen, das die annder nemen an der ſtat, die da tod ſind, oder dabey nicht geſein mogen on Gevarde. Und das die vorgenannte Sune unnd Verrichtunge allſo ſtet beleibe und unzerbrechenlich, darumb hat Hertzog Ludwig geſetzet drey Burgen unnd alles, das darzu gehört, Valckhenſtain in Chonrads Haund von Eirenſperg, Maynburg in Albrechts Hanndt des Judmans unnd Stornſtain in Jordanns Handt von Murach, und ſollen die auf ir Ayd, den ſy darumb thun ſollen, und ſollen das die Herren ſchaffen dem Hertzogen Heinrichen die vorgenannten Burgen anntworten, ob Hertzog Ludwig oder die ſeinen die vorgenannten Sune brechen oder nicht ſtäte behielten, und das nicht widerthaten darnach, und ſy gemanet worden in zwayen Monaden. Wene aber er es darnach abrichtet und widerthuet, Er oder die ſeinen, ſo ſoll man den ſelben Pflegern wider antwortten dieſelben Burgen und was darzu gehört: wer aber das der vorgenanten Pfleger ainer ſturbe oder verkhert wurde mit Herzog Heinrichs Willen, ſo ſoll der dem, die durchdene empfolchen wiert, ſweren, daſelben ze laiſten in allem dem Rechten unnd in den Setzen, alls der vorder geſworn het, ſo hat auch Herzog Heinrich herwider geſetzet drey Burgen, und alles das darzu gehört: Roſenhaym in Chonrads Hanndt von Preiſingen, Grunenberch in Heinrichs Hannd von Rorbach und Pfreym in Graven Perengers Hanndt von Leuenberch, und ſollen die auf ir Ayd, dene ſy darumb thun ſollen, und ſollen das die Herren ſchaffen dem Herzog Ludwigen die vorgenannte Burgen anntwortten, ob Hertzog Heinrich oder die ſeinen die vorgenannten Sun brechen, oder nit ſtät behielten, unnd das nicht wider thäten, ſo ſy gemanet werden, in zwayen Monaden. Wene aber er es darnach abrichtet und widerthuet, er oder die ſeinen, ſo ſol man denſelben Pflegern widerantwortten dieſelben Burgen und was darzue gehört, wer aber das der vorgenannten Pfleger einer ſturbe, oder verkhert wurde nach Herzog Ludwigs Willen, ſo ſoll der dem, die durch den empfolchen wird, ſweren daſſelbig ze laiſtn in allem dem Rechte und Sätzen, als der vorder geſworn hätte. Iſt auch das ein Herzog ſprichet, das der ander oder ſein Leute die Sune zerprochen haben, und laugennd er des oder ſeine Leut, wen dann die vorgenannten Achte auf ir Ayd ſchuldig ſagennd der ſol ſchuldig ſein, zerslabennd die daran, wene dan die vorgenañten der Biſchof und der Burggraf ſchuldig ſagennt und der beleibt ſchuldig. Und ſoll auch die ſelben Sune ſtet beliben unntz an negſten Sant Michels Tag, unnd von dann uber drey Jahr, alls ſy nacheinander gent: und das diſe Sune und diſe Satze allſo ſtate unnd unzerbrochen beleiben, darumben haben wir haiſſen machen diſe Hañdfeſte mit der beeden Hertzogen Willen Unnſer lieben Fürſten unnd haben da zu unnſer Innſigl an den Brief geleit, und auch ſy beed Ire Innſigln mit ſambt uns, und iſt auch diſe Handfeſt gegeben.* Datum *Gienngen in unnſer Stat, do von unſers Herrn Geburde warn tauſent Jar zwayhundert Jar in dem ſiben und achtzigiſten Jar an dem nechſten Erichtag vor Sant Matheus Tag des Zwelfpoten, und der vier Evangeliſten ainer iſt, und iſt auch das geſchehen in dem vierzehennden Jar unnſers Khonigreichs.*

* Reconciliatio. *Ausſehnung.*

Ex Auguſtini Koelners L. I. Antiquit. fol. 153.

Ain Anlas Hintergang unnd Vertrags Brief von Hertzog Ludwigen unnd Herzog Heinrichen unnter ir beeder und Burggraf Fridrichs von Nurnberg Innſigln Freytags vor Martini Anno 1287. ausgangen. in Teutſch allſo lauttenndt &c.

1287.

*Wir Ludwig und Heinrich von Gottes Genaden Pfallnzgraven ze Rein und Hertzogen ze Bayrn, thun allen den khunt, die diſen Brief ſehennt oder horennt leſen, das wir umb allen den Krieg, der zwiſchen Unns oder unnſern Leuten und nnnſern Dienern iſt, oder noch werden möchte, umb Raub und Prannt, umb Vännckhnuß, umb Purge, umb Leut und umb Guet, oder umb welcherlay Ding (on umb die Sach, da wir unnſer Hanndtfeſte ze Villshoven aneinander umbgegeben haben, die unſer Herſchafft antrifft) ze Schid-Leuten genomen haben, unſer halben des Herzog Ludwigs, Winharden von Rorbach, Chonraden von Willdenrod, Weichnannden von Eyrinſpurgkh, Conraden von Eglingen und Heinrichen den Judman, unnd von unnſern wegen Herzog Heinrichs, Graf Albrechtn von Halls, Ulrichen von Ahmſperg, Alharden von Frawnhofen, Ulrichen von Leubolfingen, und Albrechtn den Vitzdomb von Straubing, und haben des unnſer trew gegeben, was ſy zwiſchen unns ſchaiden, nach Mynne oder nach Rechte, das wir das ſtet haben und volfueren, und haben geſworen dieſelben trew ze behalten, nach den Satzen, die an des Römiſchen Khonigs Hanndfeſte vor begriffen ſynnd Datum Gienngen, und habent auch ſy geſchworen, das ſy die vorgenannten Sachen zwiſchen Unns ſchaiden nach Mynne oder nach Rechte *, und des erſten haben ſy geſchaiden, das wir dieſelben Sätze nach des Khonigs Hanndfeſte ſtäte behalten, und das auch die ſelben Sätze deſter veſter werden, und deſter frundtlicher behalten werden, habennd die ſelben zehen Schidman zwiſchen uns geſetzet, das von unſer Hertzog Ludwigs wegen umb die vorgenannten Sache, die nun geſchehen ſind alls des des Khunigs Handfeſte hat, Ulrich von Roremos unnſer Vitzdomb, und mit im Eberhard von Greiffenwerch, Eckhard von dem Hove, und Heinrich der wat von Geckhenpunte, in dem obern Vitzdomb Ambt, und in dem nidern Otte der Chrandorf unnſer Vitzdomb und mit ime Dietrich von Willdenſtain, Heinrich von Parſperg, und Ulrich der Marſchalch von Lengenfeld, und von unſer Herzog Heinrichs wegen in dem Obern Vitzdomb Ambt, Albrecht von Pharrkirchen, unnſer Vitzdomb und mit ime Reickher von Khaim, Heinrich von Taufkirchen und Seyfrid der Jud der Richter von Innckhoven, und in dem nidern Vitzdomb Ambt Albrecht von Straubingen uunſer Vitzdumb unnd mit ime Ulrich der jung Truchſeſſe von Eckmüll, Dietrich der Schenck von Flugelſperch unnd Chonrad von Satelpogen geſchworn habennd, das ſy umb de vorgenannte Sache ob ſy darnach unnd die vorgenannten Schidleut das Recht oder die Mynne darüber geſprechennt in vierzehen Tagen, nicht gebeſſert werdennt, wenne ſy der Herr, dem man da peſſern ſoll, oder ſein Vitzdomb umb die Sache die man da peſſern ſoll, und da man druber geſprochen hat, Maut, Zehennd aus yedwederm Ampt, des Herrn der da peſſern ſoll, in faren und laiſten in den Steten, die hernach geſchriben ſtennt, und nymmer auskomen, es werde dann vor gebeſſert, unntz auf die Zeit das man nach des Khunigs Hanndfeſte, die Burge antworten ſoll, die auch man vordern ſoll, an die die darumb geſchworen habennd, unnd wenne man die Burge geantwortet, ſo ſind die Burgen ledig umb die Sach darumb ſy ingevordert unnd gemanet waren. Were aber das die Burgen nicht geantwurt wurden, ſo ſoll man ſy vordern an den Herrn: antwort er der nicht, ſo ſollen die vorgenannten Burgen danoch in den ſelben Steten drey Monath inne ligen und laiſten, und in der ſelben Friſt nymmer von dañe komen. es wurde dann ee die Peſſerung vollfuert, und nach den dreyen Monaden welicher unter uns Herren nit gepeſſert hat, noch die Burge geantwort hat, der hat ſeiner Trewen und ſeines Ayds vergeſſen, und iſt von allen ſeinen Rechten gefallen an der ſelben Sache, und in die die Burgen geantwort ſollten haben, die ſind manaidig, wann ſy darüber geſchworen haben, das ſys anntworten ſollen; wenne auch die vorgenannten Burgen die drey Monad und vorher zue alls da vorgeſchriben ſtet gelaiſtennt, ſo ſynd ſy umb die ſelben Sach ir Trewen und ir Aydes ledig, werdennt auch die Burge geanntwort, umb welich Sach ſy geanntworttet ſynnd, wenne die gepeſſert werdennt, ſo ſoll man ſy widerantworten nach des Khunigs Hanndfeſte. Es ſollen auch die zwen obern Vitzdomb Ulrich von Rörenmos und Albrecht von Pharrkirchen, und die di mit in da geſchworn habennd laiſten, Datum Freiſingen, und die nidern Vitzdomb Albrecht von Straubingen, und Otto der von Chrandorf, und die mit in da geſchworen habenndt ze Regenſpurg. Daryber habent ſy geſezet, um was nach ſolicher Sache alls da vorgenannt ſynnd zwiſchen uns und den unſern hinfur widerfueren, das ſoll der Herre, deme der Schaden widervert, oder ſein Vitzdomb in des Ambt es geſchicht, den Vitzdomb, aus des Ambts es geſchicht, manen, das er ſchaffe, das es widerthan oder gepeſſert werde in vierzehen Tagen, geſchicht das, wol und guet, geſchicht es nit, ſo ſoll derſelb Herr, dem der Schade widerfaren iſt, oder ſein Vitzdomb, in das Ambt es geſchehen iſt, manen denſelben Vitzdomb, der es widerthan ſollt haben, und die Burgen, die mit ime geſchworen habennt, das ſy infaren, und ſolln auch ſy danne infaren an die Stat, die in vorbenennt iſt, und ſollen nymmer auskommen, es werde dann ee widerthan oder gepeſſert untz auf die Zeit, das man die Burge antwortten ſoll nach des Khonigs Hanndfeſte, die ſoll auch man vordern und antwortten alls vorgeſchriben iſt. Wurden ſy nicht geantwort, ſo ſoll man den ann-*

* hoc eſt: *güettlichen oder rechtlichen.*

dern Vitzdomb des Herren, der da peſſern ſollte, auch manen, unnd die Zeit mit ime geſchworen habennd, und ſollen die infaren unnd laiſten an der Stat, die benennt iſt, unnd ſollen allſo baidenthalben laiſten bis auf die drey Monad, als da vorgeſchriben iſt, und danne umb dieſelben Sache ledig ſein, unnd ſteet auch es umb den Herren und umb jen, die die Burge geanntwort ſollten haben, und auch umb das widerantworten der Burge, wenne die Schaden gepeſſert werdent, alls es darvor geſchriben ſtet.

Daruber habent Sy geſetzet, ob der Vitzdomb ainer ſturbe, oder verkhert wurde, oder der Burge ainer ſturbe, oder verkhert wurde, die mit im geſchworn habennt, das der Herre der den Vitzdomb, der dann an jens ſtat genomen wird, wer inner vierzehen Tagen, alls der vorder geſchworen het, unnd einen anndern an des Burgen ſtat geben, der da tod iſt, und haiſſen den ſweren in der vorgenannten Friſt, alls jener geſchworen hette, und geſchehe des nicht in denſelben vierzehen Tagen, ſo ſoll der annder Herre die anndern Burgen, die mit dem vordern Vitzdomb unnd mit den vordern Burgen geſchworn hetten, manen, unnd ſollen die einfaren und laiſten an der ſtat, alls ſy in vorbenennet iſt, und nymmer von danne khomen unntz es geſchehe.

Daryber haben ſy geſetzet, ob von unſer aintweders Leuten ain Todſchlag geſchicht, ſo ſoll der Herr, dem der Todſchlag geſchehen iſt, dem andern Herrn clagen, will er in denne behallten, ſo ſoll er ime ainen alls reichen und einen alls tuiren geben, es ſey dan, das derſelb, der den Todſchlag hat gethan, mit Ime ſelber dritten erbern Leute und gelaubhafftiger Leute ſich davon genemen mag, das er es notwere ſeines Libes gethan habe, oder das er ſein Not-Veyndt ſey geweſen, und das bring mit den Leuten, den das war Gewiſſen ſey, das er zerecht ſein Veyndt ſeu geweſen, oder das er im am ſeinem Schaden funden und erslagen habe, mag aber er des nicht bringen, alls da vorgeſchriben ſteet, behallte in denne der Herr, er oder die ſeinen nach der Vordrung in vierzehen Tagen, ſo ſoll er ſein Gelter ſein, auch als vorgeſchriben ſtet. Iſt aber es ainer, der ein Purch hat, da ſoll der Herre recht von pietten unnd thun, oder er ſoll ſich ſein euſſen und ſoll Helffer des andern ſein auf in, Er und die ſeinen.

Sy haben auch geſetzet, das unnſer yedweder dem anndern ſeine Leut unnd ſeine Diener und ſeine Leut, und ſeiner Diener Leut, die er in hat genommen unnd inne hat, von dem negſten Sand Martins-Tag, inner vierzehen Tagen widerantworte nach der Zehner Rate, und des Burggrafens von Nurmberg, und das auch yeder Herre denſelben ſein Hullde genntzlichen und durnechtlichen ſoll geben, und ſoll auch unns eintweder dem andern ſein Leute unnd ſeine Dierner noch ſeine Leut, oder ſeiner Diener Leute furbas einnemen. Geſchehe es aber, ſo ſoll man es widergeben nach der Vordrung in vierzehen Tagen. Daryber habennt ſy geſetzet, das unnſer eintweder noch unnſer Leute, noch unſer Diener, es ſeyen Graven, Freyen, Dienſtman und wie ſy gehaiſſen ſynnd in unſer aintweders Lannd khain Burch noch kainer Slachte veſte weder pauen noch kauffen, noch anders gwinnen ſoll, an des anndern Willen unnd Urlaub. Das ſollen auch wir beede, kain ander guet noch urber, geſchehe aber das, ſo ſoll man es widerthun nach der Vordrunge in vierzehen Tagen, unnd was daran untzher ubergriffen iſt, das ſoll man nach der vorgenanten Zehen und des Burggrafen Rat, abrichten, ſy habent auch geſetzet, ob der dreyer keins die vorgeſchriben ſtennt, umb den Todslag und umb der Leute einnemen, und umb das ubergreiffen, an Khauff, an Paw, oder am andern Gwiñene Burg, Stet, Dorffer und anders Guets ubergriffen wird oder zerprochen, oder ob man das, das da geſchehen iſt, unntz Herr wenne die zehen daruber geſprechent, nicht widerthät inner vierzehen Tagen, ſo ſollen die Burgen laiſten, und ſoll man die Burge anntwortten auf die Zile, alls vorgeſchriben ſtet. Geſchehe das nit, wenne die Burgen darnach geleiſtennt, alls auch vorgeſchriben ſtet, drey Monad an das, das der Herr, der ſy nit hat haiſſen, geantwurtte, ſeines Aydes vergeſſen hat, unnd die ſy geantwort ſollen haben, manaidig ſynnd, und an das, das er an der ſelben Sach von ſeinem Rechte gefellt, ſo verfallennt ſich die drei Burgen genntzlichen beſunderbar umb der dreyer Dinge iedliches, und werdennt des andern aigen und ſeiner Erben mit allem dem, das darzue gehört, Leute und Guet, beſuechte und unbeſuechte, und das der ander nymmer khain Anſprach furbas habe. Daryber habent ſy geſetzet und ertailt, das die Gefangen baydenthalben ledig ſein, ir Burgen, wie ſy gefangen ſynnd, und wenn man uns geſchriben geit, den ſollen wir ſamb zehennt ledig laſſen, unnd darnach ſennden auf den Ayd, den wir geſchworn haben, und auf die vorgenanten Burgen, die wir beydenthalben geſetzet haben.

Sy haben auch geſetzet, das die ſelben Gefangen von Sant Martins Meſſe inner vierzehen Tagen vor dem Herrn, von deswegen ſy gefangen waren, oder vor wem er es haißet, Urfehe ſweren, und wer nicht ſwert in der ſelben Friſt, da ſol man um manen die vorgenanten Burgen, die Vitzdomb, bayde alls es vorgeſchriben ſtet. Wer aber ſchwört, da iſt der Herr ze diſer Friſt nit annders um gebunden, nur alls umb ein ander Sach die furbas widerfert. Sy habend auch geſetzet, was in Porgſchaft ſtee, und das der ſelb Schuld nit geben hab, und doch Burgen darumb laiſten und ſteen, habbalt der Burg geweret, das das ledig ſey, und ſoll der Schad an den Erben, der ine darzu bracht hat.

Daruber habennd ſy geſetzet, das es umb die freyen Leute und umb des Reichs unnd der Gotzheuſer Dienſtmann, und umb Dienſtman, da man nychtig um wais, wene ſy angehörennd, und umb annder ſolich Diener allſo ſteen ſoll, alls es vor an unnſern Hanndfeſten begriffen iſt, daryber habennt ſy ertaylt, das wir Hertzog Heinrich Trausnicht widerantwortten ſollen, den Erben ze hannt in allem dem Rechte, alls ſy es vor inn haben gehabt, und als es vor an der Hanndfeſte begriffen iſt, und auch unns Herzog Ludwigen die Walturmin und ir Kind, und ſollen auch ſy unnſer Hulde haben, durnechtiglichen.

Es ſoll auch umb des Startzhauſers Todslag in allem dem Rechte, alls es geſezt iſt, ſten unntz an unnſern Herrn den Biſchoff Heinrichen von Regenſpurg und das das widerfar von hinnen untz ze Liechtmeſſen on Gevarde. Mag aber ir ainer der Biſchof oder der Burggraf darbey nit geſeyn, ſo hat der annder den Gewallt es aber ze unſtenne on Gevarde. Umb ander Todſleg, die zwiſchen unns geſchehen ſyndt, und nit verkhorn ſyndt, die ſoll man peſſern nach Mynne und nach Recht, alls die zehenn haiſſent und der Biſchof und Burggraf.

Es ſol auch nyemand den andern rauben noch prennen umb khainen Todslag. Geſchehe aber das, das ſoll man ablegen und beſſern, alls anndern Raub und Prannt.

Daryber habent ſy ertailt, das der Paulsdorffer Albrechten den Puechperger ſeynen Ayden Haslbach uberantwortten ſoll, und ſoll ſelbe der Puechperger den Paulsdorffer und ſeinen Erben ſtät haben, das alle, die des Puechpergers aigen Leutte und die Burch ze Haſelbach mit allem dem, das darzu gehort, beſuechte und unbeſuechte ſy angefalle und ir aigen ſey, ob des Paulſtorffers Tochter des Puechpergers Hausfraw den Puechberger uberlebt, an Erben gewynnet, aber ſy Erben miteinander, ſo ſollen ſy der ſelben Erben ſein. Iſt auch das der Paulſtorffer unnd ſeine Erben, den Puechperger unnd ſeine Erben uberlebent, ſo ſoll aber denſelben Paulsdoffer unnd ſeine Erben dieſelb Burch Haſelbach mit allem dem, das darzue gehört, und alle ſein aigen Leut angefallen, und ir aigen ſein. Iſt aber das der Puechperger des Paulſtorfers Tochter ſein Hausfraw uberlebt on Erben, ſo iſt derſelb Puechperger dem Paulſtorffer und ſeinen Erben allen, on Seifridn ſeinen Sun unnd an die (m) Schwarzenburgerin und die Waldawerin(m) ſein Tochter ſchuldig Hundert Pfund Regenſpurger Pfenning, und ſoll inen dafur geben, was der Paulſtorffer oder ſein Erben genemennt aus ſeinem Guet. Widerſteet aber er in dieſelben wal, ſo iſt Haslpach mit allem dem, das darzu gehört, ir Pfand fur dieſelben hundert Pfundt, und ſoll auch der Puechperger des vorgenannten Guets nicht ändern noch verſetzen on des Paulſtorffers und ſeiner Erben Wort und Urlaub. So ſoll auch der Puechperger dem Paulſtorffer und ſeinen Erben alle ſeine verlihen Lehen aufgeben, wenne ſy ine daruber ermanet werden, und ſoll der Paulſtorffer und der Puechperger vor den Lehennen, unnd vor dem Burggraven umb annder Sache das Recht aneinander thun.

Daryber haben ſy geſetzet, das wir ſchaffen mit unſern Marchleuten, wenn die Vitzdomb vordern ze ſchweren die March umb die Straſſe haidennthalben ze fridene und ze ſchirmene, das ſy das thun, und auch den Vitzdomben beholffen ſein.

Man ſoll auch die Straſſe offen und frey laſſen geen, als es an den alten Hanndfeſten geſchriben ſteet.

Darüber umb des Schilltpergers Lehen unnd die der Schilltperger von unns baiden hette, habent ſy es allſo geſetzet, das unnſer yedweder einem neme aus den zehen, und das die der negſten unnd der peſten erberiger Leute, nemen einen und zwaintzigkh, die das Lehen von dem aigen ſchaiden, unnd wenne der ainer unnd zwaintzigkh ſiben das Lehen geſchaident von dem aigen, ſo ſollen wir es miteinander tailen.

Unnd um Wernhörn den Praitteneckher ſynnd zwo Urtayl gefallen, die hat der Burggraf nit ſambt im verzogen, unntz an den Biſchof, wann er ain daruber nicht ſprechen wollt.

Umb die Anſprach umb Prunne ſoll der Praitteneckher unnd ſein Sun das Recht thun auf dem negſten Tage.

Itenbach * ſoll der Abeymer oder des Torringers Khindt verantwortten auch auf dem negſten Tag gegen unns Hertzog Ludwigen.

* in marg. Yetenpach.

So iſt geſezt umb den Schovenberch auch auf den nechſten Tag, und ſoll darumb geſchehen auf dem ſelben Tag, was die zehen mynne oder recht thunt, zerslahennt die daran, ſo ſteet es an dem vorgenanten Biſchof und an dem Burggraven, mag der ayntweder nit derbey geſein, ſo ſoll demſelben der annder ſeinen Gwalt geben, ob er will, das er es in ir baider Namen ennde, der hat auch denne deſſelben vollen Gwallt.

Darzue haben wir beede unns verkhörn gegeneinander lautterlichen umb allen den Schaden, der unns bayden oder unnſern Dienſtmannen oder andern unſern Leuten, oder unſern Dienern beſonderbar an Raub oder an Prannt vor Liechtmeſſen, oder nach untz auf den negſten Sontag nach Sant Lucas Tage des Evangeliſten, do wir beede in die Stat kommen, ze Regenſpurg widerfaren iſt, unnd ſoll unnſer yedwedere ſeinem Dienſtmannen unnd anndern ſeinen Leutten, unnd ſeinen Dienern und ſeinen Helffern

---

(m) An illa, quam ſuperius *Walturmin* vocavit?

ſelbe ablegen unnd ergetzen, unnd allſo ſchaffen, das ſy unclaghafft werden.

Widerfuer auch unnſer ainem von dem anndern oder von ſeinen Dienſtmannen oder von andern ſeinen Leutten unnd von ſeinen Dienern, unnd ſeinen Helffern khain Schade darumb, das ime nicht gepeſſert wär, deſſelben Schaden iſt der añder Gellter, unnd legt er inne den nit ab nach der Vordrung in vierzehen Tagen, ſo ſoll unſer aintweder dem der Schad da geſchehen iſt, des andern Vitzdomb bayde manen und die Burgen, die mit in geſchworen habeñd, und ſollen die infarn und laiſten, und ſoll auch denne alles geſcheen, das umb anndern Raub und Prannt, voran diſer Hañdfeſte geſchriben ſteet.

Was aber, ſeyt wir in die Stat komen, baidenthalben geſchehen iſt, das ſoll man alles ablegen, allſo das die zwen obern Vitzdomb und die zwen nidern Vitzdomb nach Sant Martins Meſſe uber vierzehen Tag, einen Tag gegeneinander ſuechen, wo ſy hin ze Rat werden, und ſoll ir ainer dem andern mit ſeinem offenem Brieff vor dem Tag, acht Tag khundten, wēn er vordern ſoll aus ſeinem Ambt, auf denſelben Tag Peſſerung zethun und zenemen, unnd umb was da geſprochen wirt, das ſoll man danne ablegen darnach in vierzehen Tagen, geſchehe des nit, ſo ſoll man aber infarn und laiſten, und die Burge antwortten, alls vor geſchriben ſteet.

Und wer auf denſelben Tag nit khumbt, ſo berecht der annder ſeinen Schaden, alls die vorder Hanndfeſte ſagt.

Daruber haben die Zehen geſetzet, was zwiſchen unns ſelben oder unnſern Leuten oder unſern Dienern gegen unns oder gegen in ſelben umb Leute und umb Guet, oder umb welliche Sach es ſey, das an diſer Hañdfeſte, nit verricht iſt, das ſoll man nach den allten Handfeſten abrichten auf die Tag, die zwiſchen uns geſetzet werdennt.

Darzu hat Albrecht von Straubingen unnſer Hertzog Heinrichs Vitzdomb unnſerm Brueder geſchworn die Burg dat: Pfreym, ob es darzu käme zeantwortten, an Graf Perengers ſtat von Leuenberch in allem dem Rechte, alls es an des Khonigs Hanndfeſte unnd auch in diſer Hanndfeſte verſchriben ſtet.

Darzu habent ſy geſetzet, das die Sätze und diſe Gelubde, die an diſer Hanndfeſte begriffen ſind nach des Khonigs Hanndfeſte von Sant Michels Tag, der neulichen hin iſt, zwiſchen unns drew Jar wören und ſtaet ſoll ſein.

Und das auch diſe Hanndfeſte anndern unſern Hanndfeſten, die vor gegeben ſynnd, ſatzen und geloben, nit ſchaden ſoll, und das auch die Sätze alle ſtäte beleiben und unnzerbrochen, iſt der Brief mit unnſern Innſigeln verſiglt, und iſt auch diſe Hanndfeſte gegeben in der Stat ze Regenſpurg, do von unnſers Herrn Gepurde waren tauſennt Jar, zwayhundert Jar und in ſiben und achtzigiſten Jare des Freytags vor Sant Marthens Tag.

Wir Joannes von Freyberg Abbt und das gantz Convent auf Sanct Jörgenperg in Yntall gelegen, bekennen eintrechtiglich mit dem Brieve fur unns unnd unnſer Nachkomen, als der allerdurchleuchtigiſt Fürſt unnd Herr Kayſer Ludwig löblicher und ſeligen Gedächtnus unns und unnſern Nachkomen di Gnad getan und Freyhait gegeben hat, das wir jerlich zu einemal zwei Schef mit Wein auf dem Yne ab und zwey mit Getreyde herwider auf in Bayrn furen oder ein Phundt Saltz weits Pannds und vier Pfundt enngs Pannds zu Burckhauſen und Scherding Mautfrey zu fuern mugen nach Laut der Brieve ſo wir darumb haben, und ſo wir aber ettwovil Jar her der ſwern Kiegsleuf und Unſicherhait halben ſollich Gnad und Freyheit nit wol brauchen oder genieſſen haben mügen, alſo hat unns der durchleuchtig hochgeborn Furſt und Herr Herr Ludwig Pfalltzgraf bey Rein Herzog in nider und ober Bayrn &c. unnſer gnädiger Herr die ſunder Gnad und Furdrung getan, und hat uns fur ſollich obgemeldt Scheffart jerlichen zegeben verſchriben 33. Pfundt Landshuter Phenning auf ſeiner Gnaden Zol zu Ratenperg, doch das ſein Gnad, ſeiner Gnaden Erben und Nachkomen die iezgenant 33. Pfundt Landshuter Pfeñing ablöſen mugen ie ein Phund Phenning umb 22. Pfund Pfeñing Landshuter, wan und zu welcher Zeit ſy verluſtet. Wir ſollen und wellen in auch allzeit in obgeſchribner maß Loſung ſtat thun und nit wider ſein und umb ſolchs verzeihen wir unns und unnſer Nachkommen das wir furbas ſollich zwei Scheffart mit Wein Traid und Saltz nit mer thun, noch Gerechtigkeit darumb haben ſollen, wir haben auch darauf ſeinen Gnaden all Brieve ſo wir von dem obgenannten Kayſer Ludwigen ander ſeinen Vorfaren und ſeinen Gnaden darumb gehabt haben ſeinen Gnaden williglich widergeben und ob darumb kainerlay Freihayt oder Brieve noch dahinden und verlegt wär, des wir doch nit wiſſen und furbas an den Tag kom und von Saltz wegen oder Traydsfreyung wegen furbracht wurd, derſelb oder die ſelben ſullen auch tod und abſein und ſein Gnaden oder ſeiner Gnaden Erben oder Nachkomen zu irn Hannden geantwurt werden, alles trulich und ungeverlich. Zu Urkund der Warhait ſo haben wir obgenannte Abbt und Convent unnſer bayder Inſigel an den Brief gehenngt alles das veſt und ſtät zu halten das oben an den Brieve geſchriben ſteet der geben iſt auf Sant Görgenperg an Sand Veits Tag des heyligen Martrers nach Criſti unſers lieben Herrn Geburt tauſent vierhundert und in dem drey und ſechtzigiſten Jaren.

Tomo V. fol. 125.

Hannſen Gablkovers Erlaub Brief verporgen Schätz zu ſuchn in dem Oberland zu Bayrn &c.

VOn Gottes Gnaden wir Sigmund &c. bekennen fur uns und all unſer Erben offennlich mit dem Brief und tun kunt allen den er vorkomt, das fur uns komen iſt 1464. *unſer Diener und lieber getrewer Hanns Gablkover und hat uns zu erkennen geben, wie er Willen hab verporgen Schätz zu ſuchen und uns gebeten im allenthalben in unſern Oberland zu Bairn das ze ſuchen und darnach zugraben zuerlauben, wan er durch die Gnad des allmächtigen Gottes Hofnung hab ſein Arbait wol anzulegen, und im Gnad Freyhait und Hilf darinn ze tun, alſo haben wir mit Wiſſen und aus wolbedachtem Mut dem obgenanten Hannſen Gäblkover erlaubt und gegonnt, erlauben und gonnen im in Kraft des Briefs, das er allenthalben in unſeres Oberland Herrſchafften und Gerichten Schätz ſuchen und darnach graben mag durch ſich und die er dazu noturftig iſt, und ob im Gott der Herr das Geluck gäb, das er Gold Silber Muns oder Edlgeſtain fund, davon ſol uns unſer Tail und im darin desgleichen auch ſein Tail vollgen, und darauf ſo gepietten wir alln und yeglichen unnſern Pflegern Richtern und Ambt Leuten die mit dem unſern Brief ermannet werden ernſtlich und veſticlich, das ir den obgenanten Hannſen Gablkover an ſollichen unſern erlauben und ſuchen der vorgenanten Schätz wo oder an welhen Enden er das furnimbt als vorgeſchriben ſtet, ungeirrt und unbekommert laſt, ſonder wo er das begern wurd, im darczu und darin hilflich und furderlich ſeyt, damit ſollich Arbeit deſter furderlicher ausgericht und verpracht werden mug, wir wollen auch Ernſtlich das er und alle dy, die im in ſolchen ſeinen Furnemen helffen in unſern beſundern Schutz und Schirm ſein, und von niemand gelaidigt werden ſollen, alles trewlich und ungeverlich das iſt unſer Ernſtlich Maynung, des Wir uns ganz zu Ew verlaſſen. Zu Urkund geben wir im den Brief mit unſern Secret verſigelt zu Munchen an Eritag vor unſer lieben Frawen Liechtmeß Tag.* Anno MCCCC. LXIIII.

Tomo II. fol. 306. a. Privilegiorum.

Ain Brieve dem Abbt und Convent zu Allerspach gegeben von dreyer Pfarr-Kirchen wegen.

LUdwig &c. embieten ainem iedem unſerm Pfleger und Landrichtern zw Vilshoven Griespach und Eckenvelden gegenwurtigen und kunftigen unſern Grues zuvor 1465. *lieben Getrewen. Nachdem der wurdig in Gott unſer andechtig und lieb getrew Abbte und Convente unſers Cloſters Allerſpach drey Pfarr Kirchen in unſern bemellten Pflegen und Gerichte die ine incorporirt ſein, nemblichen Tettling in Vilshover, Munſter in Griespacher und Schönaw genant zu dem obern Sant Johanns in Egckenvelder Landgerichten ligend haben, ſchaffen wir mit euer ieden und wöllen Ernſtlichen gehabt haben, welche der bemeldten Pfarkirchen aine furon mit abgeen eines Pfarrers daſelbs mueſſig und ledig wurdet, das dann der unnder auch in des Pfleg und Gericht dieſelb ledig Kirchen liget, in dem Widem der ſelben Kirchen nit mer dann unnſer Ambtman ainen zw ſambt des bemellten Abbts und Convents Anwallde ſchaffet darin bey und miteinander zu lögen die Poſſeß und Gwer derſelbn Kirchn auch des Widems innenzehaben und die niemands einzugeben on unſer ſunder Geſchafte, das wir dan firon zu ainer ieden Zeit, ſo ſich ſolchs begibt, auf anbringen des dem gelihen worden iſt, tun werden, und handlt hierin nit anders bey Vermeydung unſer waren Straffe und Ungnad, des verlaſſen wir unns zw euch ganntz. Geben zu Landshut mit unſern zuruck aufgedruckten Secrete am Sontag nach* inventionis Sanctæ Crucis, *nach Criſti Geburde vierzehenhundert im funf und ſechzigiſten Jar.*

Geſchefft Brieve dem Abt zu Allderspach von dreyer Pfarrkirchen wegen geben.

Loc. cit. fol. 305. b.

LUdwig &c. unſern Grues zuvor lieber getrewer, wiewol der wirdig in Gott, unſer lieber getruer Abte unnſers Gotzhawß Alderspach, vormals unnſer offen Brieve hat, das er die Pfarrkirchen Tettling oder Ecklheim genant in unnſern Landgericht Vilshoven ligent des bemeldten Gotzſchaus Lehenſchaft wan es zu vällen kumbt durch Abgang des Pfarrer daſelbs die Poſſeſſion einnemen und den, dem ſölich Pfarr durch in verlihn wurd darein ſetzn mög, ſo bevelhn wir dir doch darzu hiemit inſonderhait Ernſtlich gebietende wan es alsvorſtet zu vällen kömbt das dw Beyſtandt tuſt, und darob ſeiſt, damit dem alſo nachgangn und im darin kainerlay Irrung getan werde. Das iſt unnſer Ernſtlich Mainung. Datum Landshut am Freitag nach Circumciſionis Domini. A.o LXX ſecundo. *An Lucaſen Thumair Pfleger zu Vilshoven.* In ſimili *an Thieholden Awr Lanndrichter zu Griespach der Pharrhalben Mynſter genant. Und an Petern Lewberſtorffer Lanndrichter zu Eckhenfelden der Pharr Schönaw oder ober Sant Johanns genant.*

Von der Kirchen wegen zu Hoflach do die Niderleg beſchehen iſt.

Tomo V. f. 55. Privilegiorum.

VOn Gottes Genaden wir Joannes und wir Sigmund &c. embieten dem Erwirdigen in Gott Vattern, unſerm beſunder lieben Frund Herrn Johannſen Biſchoven zu Freyſing unſer Fruntſchaft zuvor. 1467. *Erwirdiger in Gott Vatter beſunder lieber Frund, nachdem und durch den Hochgebornen Furſten unſern lieb Anherrn Vettern und Vattern Herzog Ernſten Herzog Wil-*

halmen und Herzog Albrechten von Bairn &c. ſaliger gedacht in unnſerm Lannde zu Hoflach da dann durch ſy ain Niderlag irer Veinde beſchehen dem allmächtigen Gott zu Lob und in den Ern der hochgelobten Junckfrawen Marie ain Capellen daſelbs gepawet, erhebt und die durch ir Liebe auch ander from Criſtenlewt begabt iſt mit den hernach geſchribn Gutern und Gullten mit Namen den Hof zu Wagleichsried und iſt ain Ainöd bey der obgemelten Capellen zu Hoflach gelegen der gylt alle Jar auf das münſt acht Pfund Gelts oder aber den drittail Traids, mer ein Gut zu Alling in dem Dorf bey der Cappel das gillt järlich drew Pfund Gellts, und ſo nu mit ſollicher Gullt daſelbs nit ein Ewige Meß geſtifftet und erhebt mag werden, iedoch das dieſelb Capellen nach Gelegenhait der vorgenanten Gullt alle Wochen mit dreyen Meſſen furſehen nemblich am Montag ain Meß von allen glaubigen Selen, am Freytag ain Meß von dem Leiden Criſti unnſers Herrn und am Samstag ain Meß von unſer lieben Frawen gehalten werde. So ſchicken wir Ewer Fruntſchaft hiemit diſen gegenwertigen Priſter Eraſm Haulhaimer mit fruntlichen Vleis bittende ir wellet ordnen und ſchaffen als ſich dan zu ſolichen gepurt damit der Gotzdinſt durch denſelben Prieſter alle Wochen in der vorgeſchribnen Cappellen wie vorſtet alſo gehalten, ſo lang bis ein Ewige Meß da erhebt mug werden, daran erczaigt ir uns ſunder Fruntſchaft und dancknam Gevallen, geben und mit unſern Secrete verſichert zu Munchen am Pfintztag vor den heiligen Seelln Tag Anno MCCCCLXVII.

Ex Tomo XIX. Privil. fol. 30.

Herzog Albrechts Brieve dem Abbt zu Gotzzell gegeben umb ain Viſchwaſſer auf Widerruffen an dem Regen gelegen.

VOn Gottes Genaden wir Albrecht &c. bekeñen als ainiger regirender Furſte, fur uns und unnſer lieb Brüeder offenlich mit dem Brieve, das wir warlich erindert 1469 ſein und auch angeſehen haben, ſolichen Gepreſten Armut und Beſwärung ſo das würdig Gotzhaus Gotzzell in unſern Lañde Niderbayrn gelegen manigweil und Zeit von den Beheimen gehebt und noch hat. Und wann nu der Abbt und Convent des benanten Gotzhaws gar kain Viſcherei und in der Vaſten gehorſam zu tun groſſen Manngl haben, darumb nach Anruffen des obgenanten Abbts und das er und ſein Convent Gott den allmächtigen fur uns täglich bitten ſölln, ſo haben wir den vorgenanten Abbte Convent und Gotzhaws zu Gotzzell aus beſundern Gnaden und auf unſer Widerruffen den Pach der ſeinen Urſprung in unſern Lañd und Grunden Lindenaw hat, und darinn Pawung iſt bis in die Achslag und von der Achslag bis in den Regen, ſo weit und verr der ſelb Pach durch unnſer Herlichait Grundt und Podem rynnet und verſchriben und gefreyt verſchreiben und freyen in den auf unnſer Widerruffen in Craft des Briefs, alſo das der obgenant Abbt und Convent denſelben Pach ſo weit und verr der durch unſer Herrlichait Grundt und Podem auch durch des obgenanten Gotzhaus Grund und Podem rynnet zu irm und irs Gotzhaws Nutz und Notturft gebrauchen und nieſſen mugen, alſo das nyemand dañ ſy dhainerlai Viſcherej dariñ treiben noch furnemen ſöllen, wo aber das geſchähe, ſo mugen ſy wol darumb pfeñden und mit ſolichen Pfañden gefarn als umb ſolichs in uñſerm Niderlañd zu Bairn Recht und Gewonhait iſt, doch ausgenomen was da Perl gefunden werden, die ſöllen uns und unſern Anwald von unſern wegen zuſteen und volgen. Und darauf ſo gebieten wir allen und yeglichen uñſern Vitztumben Haubtleuten Pflegern Richter Ambtleuten die wir yetzo haben oder furo gewynnen und ſunſt allen anndern den uñſern erñſtlich und veſticlich das ir den vorgenanten Abbte und Gotzhaws zu Gotzel bey diſer unſer Gnade und Verſchreibung halltet und daran dhainerlay Irrung noch Bekomernuß tut noch nyemand ſoverr ir mugt geſtatt zu tun bei uñſern Gnaden zubehallten, daran tut ir all und ain yeder uñſer Erñſtlich Geſchäfft und Maynung. Geben und mit uñſern anhangenden Secret Inſigl verſigelt zu Strawbing an Eritag nach Sand Erharts Tag als man zelet von Criſti unſers lieben Herrn Geburde XIIII.c. und in dem LXVIIII. Jarn.

Ex Tomo XIX. Privilegiorum qui varia Alberti IIII. Acta & Confirmationes continet &c.

Des von Kembten Gegenbrief unns Hertzog Albrechtn gegeben von des Scherms wegen auf zehen Jar.

An. 1472. vel circa. inter hujus enim anni & ſequentis acta inſeruntur.

WIr Johañs von Gottes Genaden Abbte des wirdigen Gotzhaus Kembten und wir gemainclich der ganz Convent daſelbs, bekeñen fur uns und uñſer Nachkomen offenlich mit dem Brieve als der durchleuchtig hochgeborn Furſte und Herr, Herr Albrecht Pfallentzgrave bei Reine Hertzoge in obern und nidern Bayrn &c. unſer gnediger Herr, uns unſer Gotzhaws Sloß Lewt und Gut nach unſern Anruffen und vleiſſigen Bete in ſein ſunder Gnade Schutz und Schirm genomen hat zehen Jare die nechſten nach einander komente, nach Lautt des Briefs, uns von ſeiner Gnaden darumbe gegeben, hierumbe ſo geloben und gereden wir, dem obgenanten Furſten, bey unſern Trewen in Craft dis Briefs, das wir und unſer Nachkomen ſeinen Gnaden die vorgeſchriben zehen Jare, all Jar umb ſollich Beſchirmung ausrichten und bezallen ſollen und wellen zweyhundert Guldein reiniſch oder ſo vil Münß darfur die im Lande zu Bairn gib und gab iſt, und ſollich Bezalung ſol ſeinen Gnaden beſchehen zu Munchen auf ainem jedem unſer Frawen Tag zu Liechtmeß acht Tag vor oder nach ungeverlich, wo wir auch ſeiner Gnaden Räte, Botſchafft Hilf und Furdrung zu unſern und uñſers

Gotzhaus Sachen notturftig wurden und uns ſein Gnade ſolich ſeiner Gnaden Rat Hilf oder Beyſtand zuordnet beweiſt oder ſchickt mit Leuten oder ſunſt wie ſich das fuget, das alles ſol geen und beſcheen auf unſer Coſt Zerung und Schäden ſeinen Gnaden ganntz on Schaden; ob auch derſelb unſer gnädiger Herre Herzog Albrecht uns und unſers Gotzhaws Slos ains oder mer zu ſeinen Sachen notturftig und gebrauchen wurden, die ſullen ſeinen Gnaden die vorgenannten Zeit allzeit offen ſein zu ſeinen Sachen und Notturften zugebrauchen on unſer und maniclichs von unſern wegen Irrung und Widerſprechen, doch auf ſeiner Gnaden Coſtung Zerung und Schäden uns und unſern Gotzhaws on Schaden alles trewlich und ungeverlich. Des zu Urkund geben wir ſeiner Gnaden den Brief mit unſern obgenanten Abbt Johañſen und unſer des Convents aigen anhangenden Inſigl verſigelt zu Kempten an &c.

Loc. cit. fol. 38.

Herzog Albrechts Brief dem von Oberaltach gegeben umb ainen Voglhert auf widerrufn.

Anno eod.

VOn Gottes Genaden wir Albrecht &c. bekeñen als ainiger regirender Furſt das wir aus ſundern Gnaden den würdigen in Gott andächtigen unſern lieben getrewen Benedictn Abbt des Gotzhaus zu Obern Altach und ſeinem Convent vergunt und erlaubt haben, gunen und erlauben in Craft des Briefs, bis auf unnſer Widerruffen das er und ſein Gotzhauws durch die Irn zwen Vogeltennen ainen an dem Linttach, den andern zu Newhauſen machen mögen laſſen, da Vogl vahen und die zu irm Nutz prauchen und gebieten darauf unſern Jägermaiſtern und allen uñſern Amptleuten die wir iezo haben oder furan gewinen, das ir den von Altach und ſein Gotzhaus an ſolichen ungeirrt und ungehindert laſſet, daran tut ir unnſer Maynnung und Haiſſen, geben mit unſern Secret verſigelt zu Strawbing an Freytag vor Sañd Johanns Tag Baptiſtæ. Anno &c. LXXII.

Loc. cit. fol. 39.

Ain Brief dem von Pruel gegeben umb ainen Voglhert und mer Waidwerchs auf ſeinen Grunt auf widerruffen.

An. eod.

VOn Gottes Genaden Albrecht &c. bekennen als ainiger regirender Furſt, das wir aus ſundern Gnaden, dem würdigen in Gott unſern lieben andächtigen und getrewen Chriſtoffn Abbte unſers Gotzhaus zu Bruel und ſeinen Convent, vergunt und erlaubt, mit und in Craft des Briefs, bis auf unſer Widerruffen, das er und ſein Gotzhaus durch die irn auf des Gotzhauſes Grundten, ſo zu ſeinen Hove zu Hengkhauſen gehörñd, mugen machen Voglherdt, und da Vogel auch Fuchs und Haſen vahen laſſen, und die zu irm Nutz gebrauchen, darauf gebieten wir unſern Jägermaiſtern, Wildhuettern und Ambtleuten, die yetzo ſind oder noch werden, das ir den von Bruel und ſein Gotzhaus an ſolichen ungeirrt und ungehindert laſſet, das iſt unſer vil Geſchäfft und Maynung, geben mit unſern Secret beſigelt zu Strawbing an Sannd Egidien Tag &c. Anno 1472.

Tomo LI. Privileg. fol. 2.

Unio inter Caſimirum Regem Poloniæ & Albertum IV. Bav. Ducem &c.

1472.

IN nomine Domini Amen. Ad rei memoriam ſempiternam. Nos Kazimirus Dei gratiâ Rex Poloniæ, nec non Terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Laucicie, Cuyawie Magnus Dux Lithuanie Ruſſie Pruſſieque ac Culmenſis Albungenſ. & Pomeranie Dominus & heres &c. & Albertus eadem gratia Comes Palatinus Reni ac ſuperioris & inferioris Bavarie Dux, ſignificamus tenore preſentium quibus expedit univerſis, tam preſentibus quam futuris preſentium notitiam habituris publicè profitentes quod animadvertentes Reges & Principes Katholicos pacis amoenitate & reſtauratione in ſuis dominiis & honoribus attolli & ſublimari ac in diviciis & incremento Reipublice & ſubditorum & mercatorum dominiorum ſuorum augmentari ac ſuccreſcere, quod ſtrepitu gwerrarum & motione litum rixarum ac odiorum ſit amputatum violatum & abſciſum protinus pacis conſervatione & amicitie creſcentia Nec non pro ſubditorum noſtrorum commodo & utilitate regnique noſtri & Dominiorum ex utraque parte noſtrorum ampliatione eorumque qui temerariè rixari ſeu rixas controverſias lites & odia parare & gignere conſueverunt tanquam zizaniarum ſatarum extirpatione & abolitione, nec non omnium & ſingulorum mercatorum cauſa mercandi hinc inde ſpatiari & girari volentium pacifico tranquillo & ſecuro greſſu & profectu procuratione hanc infra ſcriptam amicitiam fedus & confederationem compoſitionemque ac unitatem fecimus, inivimus perpetuis temporibus inter nos regnum & Dominia utriusque noſtrum univerſa, principesque tam ſpirituales quam ſeculares pro parte cujusque noſtrum ſpecialiter nominata inferius & deſcripta cum dominiis poſſeſſionibus & ſubditis eorumdem in primis etenim ex utraque parte bona fide & verbis regia & ducali promittimus & tenore preſentium profitemur, quod nunc & in antea, nos invicem non contendamus quoad vixerimus, nulla via mundi neque cauſam aut rem injurioſam & contumeliam inter nos regnum & Dominia noſtra quomodolibet oriundam & animum provocabimus quo hoſtilitates gwerre diffidationes bella & inimicitie oriri poſſent teneri vel foveri quominus talia genera bellorum absque ſtrepitu armorum gentium debebimus ac tenebimur camplanare, abolere, ſemovere & tollere, ſubditos quoque uterque ſuos ab eisdem ſtrepitibus bellicis litigioſis ac odioſis compeſcere abducere ac continere, nec tales qui id temerè facere vellent vel conaren-

tur in violationem mutue caritatis & amicitie ac federis hujuſmodi anhelantes in dominiis noſtris patiemur, ubi verò ſucceſſu temporis prout plerumque contingit ex inductione ſuſuronum & mala ſuggeſtione improborum etiam proborum hominum alique differentie queſtiones vel contumelie aut alie odioſe actiones vel inimicitie ſuſcitarentur, quinymo vel orirentur, ex tunc pars injuriam paſſa vigore dicti federis tenebitur, alteram partem aviſare & diem conventionalem in Egram civitatem certam prefigere & ſtatuere quo die utriusque partis conſiliarii ad hoc deputandi conſtitui debent & queſtiones ac querelas differentiarum hujuſmodi ſeu injuriarum exaudire exauditasque de plenimoda poteſtate preſentium ſopire componere & complanare. Quod ſi partibus diſſentientibus ille querele & injurioſe actiones tunc de medio tolli non poſſent *quoquo* * ex tunc licebit parti injuriam paſſe cui & actio competere videretur contra eum ipſa quoque pars habeat plenam facultatem vigore preſentis federis unum ſuperarbitrum ex conſiliariis rei eligere, cui ſuperarbitro ſic per actorem electo ex ſuis conſiliariis & reus alios duos ex ſuis ſimiliter conſiliariis ſic congreſſis ibidem in Egra adjungent, qui plenam habebunt cum ſuperarbitro poteſtatem & facultatem pro hujuſmodi injuriis dampnis & queſtionibus inter partes interloquendi omniaque decidendi ſopiendi arbitrandi complanandi finiendi & terminandi juxta partium propoſitiones & reſponſa. Ubi verò de illis quinque aliqui eſſent ab aliis in pronuntiatione ſententie differentes. Ex tunc major pars illorum quinque concludendi habeat poteſtatem & pronuntiandi ſententiam arbitralem quam ſententiam utraque pars actoris & rei approbare tenebitur rataque ac firma inviolabiliter obſervare ac juri parere pro condempnatisque ſatisfacere promittimus bonâ fide. Item ſi qui ex Nobilibus terrigenis incolis Militibus Baronibus ceterisque ſubditis dominiorum noſtrorum mutuo contenderint dampnaque & injurias ac contumelias ſibi invicem fecerint, ex tunc laudatum & ſancitum eſſe volumus dicimus & declaramus ut nemo talis injuriam paſſis audeat talem injurie patratorem hoſtiliter invadere vel preſumat, nec ipſos ad id permittere volemus vel paciemur. Sed reus & injuriam paciens juxta juris communis diſpoſitionem judici in cujus poteſtate erit, actor de tali injuria conquereretur, & actor debebit ſequi forum rei, exempli gratia ut ſi Polonus & quivis alius ſubditus noſter regius pretenderet ſibi actionem contra Bavarum ex tunc Polonus & quilibet talis tenebitur adire judicem cujus intereſt Bavarum judicare, cui judici nos Albertus Dux prefatus tenebimur injungere & mandare ut Polonus talis regiusque ſubditus celerem recipiat juris adminiſtrationem & eadem juris adminiſtratio extendere ſe debebit omni Bavaro de Polono querulanti & hoc tenebimur inviolabiliter & inconcuſsè firmiterque obſervare per quod ambo nos Principes prefati tanto facilius ſubditis noſtris unusquisque ſuis invaſionem hoſtilem unius contra alterum ſubtrahere poterimus, ymo unumquemque talem in dominiis noſtris per amplius non patiemur neque in ante tenebimus aut fovebimus neque per aliquos ex ſubditis noſtris foveri pati & teneri patiemur. Neque etiam quoscunque alios extraneos & forenſes in dominia noſtra adventantes nobis non ſubjectos, ſed de dominiis noſtris contra unumquemque ex nobis aut ſubditis noſtris inſultare bellare hoſtilitates parare pugnare vel moleſtare volentes quoquomodo vel preſumentes in protectionem noſtram vel tutamen recipere vel ſubditis noſtris agregare debemus omni dolo & fraude remotis. Preterea nos ambo Principes tam Rex Polonie quam Dux Bavarie hujuſmodi foederi modo ſic percuſſo ſanctiſſimum Dominum Noſtrum Papam ejusque Sanctam Sedem Apoſtolicam & Sereniſſimos Principes Dominos Fridericum Dei gratia Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum Auſtrie Stirie Carinthie Carniole Ducem & Comitem Tyrolis fratrem & conſanguineum noſtrum cariſſimum & Wladislaum eadem gratiâ Regem Bohemie Marchionem Moravie Lutzemburgenſem ac Slezie Ducem & Marchionem Luszatie &c. natum noſtrum & amicum cariſſimum, ac preclaros Principes Dominos Arneſtum Sacri Imperii Romani Electorem & Albertum germanos Duces Saxonie Landgravios in Doringen & Marggrawios Myſſnenſes, Ludovicum Comitem Palatinum Rheni ſuperioris inferiorisque Bavarie Ducem; Nos vero Kazimirus Rex ſpecialiter excepimus preclarum Principem Dominum Albertum Marchionem Brandenburgenſem Electorem Imperii aule Ceſaris Camerarium & Burggravium in Normberg, Magnificum ac venerabilem Dominum Hainricum de Ruchtemberg * Magiſtrum generalem domûs Teuthonicorum in Pruſſia Principem & Conſiliarium noſtrum ac ſuum totum ordinem in terris noſtris Pruſſie, nec non illuſtrem Dominum Ericum Stettinenſium Pomeranie Caſſubie Salvie &c. Ducem Rugieque Principem fratres noſtros & ſincerè Dilectos; & nos ſimiliter Albertus Dux prefatus in ſpecie & nominatim in hac confoederatione excepimus Illuſtrem Principem conſanguineum & affinem noſtrum Dilectum videlicet Dominum Fridericum Comitem Palatinum Reni Imperii Romani Electorem, in quorum omnium fidem & teſtimonium preſentes literas ſcribi & noſtrorum ſigillorum juſſimus appenſione communiri & corroborari. Actum & datum Cracovie die Lune, Duodecimâ Menſis Auguſti Anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo preſentibus, venerabili in Chriſto Patre Domino Johanne Epiſcopo Cracovienſi, necnon Magnificis ſtrenuis generoſis venerabilibus & Nobilibus Derslao de Ruthwuanni Sandomirienſ. Stanislao de Oſtrorog Claſſienſis Palatinis Dobeslao Wyſſnitze Lublinienſ. Johañeffelix de

* cuique

* aliàs *Richtenberg* biennio ante Electus.

de Tharnow Wislicienſ: Caſtellanis, Jacobo de Dambue Cancellario, Johanne de Rythwyani Marſchalco Regni Polonie, Sbigneo de Oleſſirmtza Scolaſtico Cracovienſi Secretario regio Joanne Dlugoſch (c) & Stanislao de Curoſſwanly Canonicis Cracovienſibus & aliis quam plurimis teſtibus ad premiſſa fide dignis.

(c)

Similem unionem iniit Albertus cum Wladislao Rege Bohemie, cujus tabulæ vernaculo ſermone conſcriptæ. loc. cit. f. 6. leguntur in omnibus & ſingulis capitibus, cum precedenti concordes. Datæ Pragæ Dominicâ ante ſanctæ Mariæ Magdalenæ, eod. Anno, regni verò Wladislai primo.

= *und in dis Verainigung haben wir baid obgenant Herrn ausgenomen unſern heiligen Vatter den Babſt auch unſern Herrn den Römiſchen Kayſer : ſo nemen wir vorgemelter König inſonderheit aus den durchleuchtigen unſern lieben Herrn und Vatter den König zu Polan und das Königreich daſelbſt und all ſeiner Lieb Undertan, darzue die Hochwürdigen und Hochgeborn Furſten unſer lieb Frundt Herrn Adolfen Ertzbiſchoven zu Mainz &c. und ſeinen Stiftherrn, Ernſtn Churfurſten und Herrn Albrechten Gebrüder Hertzogen zu Sachſen &c. Herrn Albrechten Churfurſten und Herrn Johann, Herrn Fridrichen und Herrn Sigmunden ſein Son, Marggrafen zu Brandenburg und Burggraven zu Nurnberg, Herrn Rudolphen Biſchoven zu Würtzpurg Hertzogen zu Franckn und ſeinen Stift, und Herrn Wilhalmen Herzogen zu Sachſen Landgraven in Döringen &c.* Albertus Bavariæ Dux excepit ſuo loco: *die Hochgeborn Fürſten und lieb Vettern und Swäger Herrn Fridrichen Pfallñtzgraven bei Rein, Hertzogen in Bayrn des Heiligen Römiſchen Reichs Erzdruchſeſſen und Curfurſten, Herrn Ernſten Curfurſten und Herrn Albrechten Gebrüeder Hertzogen zu Sachſen &c. vorgenant, Herrn Ludwigen Pfallñtzgraven bey Rein Hertzogen in nidern und obern Bayrn &c.*

Tomo II. Privilegior. fol. 394. a.

*Wir Ludwig von Gottes Genaden Pfalltzgraven bey Rein Hertzog in nidern und obern Bairn &c. bekennen fur unns uñſer Erben offeñtlich mit den Brif, als uns die wirdigen in Gott andechtigen, uñſer lieb getrewen Abbte * und Convent des Gotzhaus Tegernſee ab dem Ritzlsperg ligend im Gepirg in unſer Herrſchaft Ratemberg nach Lautt uñſers Salpuchs jerlichen ainen zeitigen Pockh, und was man ainen Tag auf dem ſelben Perg ungeverlich gewynnen mag zu geben und vollgen zulaſſen ſchuldig geweſen ſein, uñd geben haben. Solhs Pockhs und Gewyñung wir die bemellten Abbte und Convent, auch all ir Nachkomen auf ir diemutig Erſuchen und Bete, und ſunder auf ir Verwilligung, das ſy uns und unſern Erben ains yeden Jars auf Sontag Letare Mitterfaſten zu Nacht mit einer gantzen geſungen Vigili, und am Montag darnach mit einem geſungen Seelambt und funfzehen geſprochen Seelmeſſen in irem bemellten Gotzhaws ainen Jartag begeen wöllen hinfir zu geben gnedigklichen vertrags haben, und wellen ſy auch des vertragen wiſſentlichen in Craft des Briefs, doch ob die genañten Abbt und Convent oder ir Nachkomen die Waid an dem benantn Ritzlſperg auſſerhalb ir und des Gotzhaus arm Liuten yemands umb Zins verlaſſen wollten, ſo ſollen ſy die uñſern Armlutn die darumb ſitzen, wo in die nach redlichen billichen Dingen darumb thun wollten vor anndern verlaſſen, und des zu Urkund haben wir unnſer Inſigl an den Brif thun henngen der geben iſt zu Ingolſtat am heiligen Pfingſtabend nach Criſti unſers lieben Herrn Geburde XIIII. C. und im LXXIII. Jarn.*

* *Conrad von Gottes Genaden Abbte &c.* ibid. in reverſal. eod. anno & die.

1473.

Herzog Otten Quittung.

Extat T. II. fol. 93. Privilegior.

1475.

Wir Ott von Gottes Gnaden Pfalltzgrave bey Rein und Hertzog in Bairen, bekennen und tun kund offennlich mit dem Brieve fur uns und unnſer Erben, als wir dem Hochgebornen Furſten unnſerm lieben Vettern Herrn Ludwigen Pfalltzgraven bey Rein Hertzogen in obern und nidern Bayrn die Stat Altdorff mit irer Zugehörung zu kauffn geben, und wir ſie von ſeiner Lieb widerumb erkaufft haben, alſo hat er unns in ſollchen Widerkauf an der Sum die wir im ſchuldig warn ein mercklich nachlaſſen gethan, daran wir einen ſundern Wolgevallen haben, und des ſeiner Lieb dancken, und umb in und ſein Erben fruntlich verdienen wellen, und ob wir ainicherlay Vordrung oder Anſprach und ſeiner Zugehörung wegen zu im hetten oder in ainichen Weg zuhaben vermainten der aller und yeder ſagen wir ine und ſein Erben ledig fur uns und unnſer Erben in Crafft des Briefs den wir zu Urkund mit unnſerm anhangenten Inſigel beſigelt geben, zum Newmargkt am Eritag nach dem Sontag Oculi in der Vaſtn, nach Criſti Geburde vierzehen hundert, und im funf und ſibenzigiſtem Jare.

Sixti IIII. P. M. Inſtructiones pro Revm̃is Dominis A. Epiſcopo Forlivienſi & N. vel eorum altero de iis quæ acturi ſunt pro liberatione R.^{mi} D. Roberti Archiepiſcopi Colonienſis.

A. 1478.

ET primo adeant Ser.^{mum} D. Imperatorem cum Brevi ad S. M.^{em} & præſentato ipſo Brevi exponatur M. S.^{æ} quod

---

(c) Ex tot Illuſtribus nominibus, unus ferè cum Rege ſuo hodie noſcitur JOANNES DLUGOSSUS *Rerum a Polonis geſtarum primus Scriptor & Illuſtrator*, uti memorat in Elogio Staravolſcius; reliqui *fuerunt*.

S. D. N. audito caſu capturæ præfati R.^{mi} Dni. Archiepiſcopi Colonienſis, valdè moleſtè eam rem, tanquam deteſtabilem & mali exempli decrevit communicato conſilio R.^{morum} Dominorum Cardinalium collegio omnia expedientia facere pro ejus liberatione & pro celeriori expeditione rem iſtam eis commiſit illic exiſtentibus.

Secundo dicant M.^{ti} S.^{æ} quod S. D. N. initium hujus liberationis capit a M. S.^{a} tanquam ab Advocato & Defenſore Eccleſiæ & ab eo Principe qui caput eſt Principum ſæcularium Chriſtianorum & ad quem ſpectat Eccleſiaſticas perſonas & maximè Inſignes aut ſint Archiepiſcopi aut Epiſcopi ab omni violentia tueri.

Item quia Archiepiſcopus Colonienſis eſt Elector Imperii & ab Imperio Regalia accipit, idcirco tenetur ipſe Serm̃us Imperator eum defendere.

Item conſiderato quod Majeſtas ſua manum appoſuerat ad componendam Diſcordiam illam Colonienſem, illata eſt non ſolum Apoſtolicæ Sedi, ſed etiam M. S.^{æ} injuria, quod Archiepiſcopus ipſe interim captus fuerit, & propterea deberet ſua M. prompta eſſe ad faciendum liberationem.

Item quod M.^{tas} S. benè conſideret momentum hujus rei, quia per hoc læditur Pax Germaniæ concluſa in Diæta Ratiſponenſi & confirmata poſtmodum in Diæta Auguſtenſi, quæ firmata fuit ſub graviſſimis pœnis Eccleſiaſticis & temporalibus, & quod M. S. quæ caput eſt illius, tenetur illam ſervari facere & ex latere ſuo providere ſuis remediis opportunis, contra non ſervantes illa aut perturbantes.

(d) Item dicere quod his omnibus conſideratis *&* (*d*) omni alio reſpectu & ne unquam imputari poſſit Apoſtolicæ Sedi, aut Majeſtati ſuæ. S. D. N. requirit M.^{em} S.^{am} & rogat, ut cum omni promptitudine intendere velit ad ejus liberationem, & quod mittat ſuos oratores vel oratorem litteris & commiſſione opportuna ſimul cum ipſo Dño *Forlivienſi* vel *Alerienſi* Ituro ad D. Henricum Langravium Haſſiæ, & ad quos oportuerit pro dicta liberatione, vel ſaltem ſcribat litteras urgentes & ſtrictas ad ipſum Langravium & ad omnes illos ad quos Sanctiſſimus D. N. ſcribit.

Et ſanè hæc omnia curabunt præfati Epiſcopi, vel alter ipſorum prudenter & cum Diligentia apud Majeſtatem Imperialem expedire & de concluſione cum Majeſtate ſua capta & reſponſo ejus ſtatim per ipſorum litteras certiorem faciant S.D. Noſtrum.

Tertio habitâ expeditione à Majeſtate Imperiali unus ipſorum Onus aſſummat eundi ad Landgravium Haſſiæ & alius remaneat Illic, qui erit Iturus, ſi bonam habuerit expeditionem à Majeſtate Imperiali videlicet de omnibus vel literis ut præfertur, aut etiam ſi non haberet, quod non creditur, omnino tamen & ſine motu vadat ad Langravium Haſſiæ præfatum & nomine S.^{mi} D. N. dicat, quod S.S.^{tas} miratur, quod incurrerit in hanc cauſam, conſiderato quod non poteſt inferri violentia Prælatis ſine offenſa Dei & læſione ac injuriâ Apoſtolicæ Sedis & ſcandalo communis & quod vehementer hoc diſpliceat Sanctitati ſuæ.

Item dicere quod ſui Progenitores fuerunt devoti Apoſtolicæ Sedis, & quod ipſe cum ſit juvenis, nolit degenerare ab eis, ſed oſtendat illam obedientiam quam quilibet bonus Princeps oſtendere tenetur erga Apoſtolicam Sedem.

Item dicere quod conſideret in quas pœnas incurrant, qui inferunt injuriam Epiſcopis aut Archiepiſcopis, quia incurrunt in excommunicationem & in privationem feudorum ſuorum & maximè illorum, quæ tenent ab Eccleſia illa, cui inferunt injuriam & efficiuntur infames ac eorum Terræ ſubjacent interdicto Eccleſiaſtico, & alia incurrunt a jure expreſſa.

Item hortari & inſtare quod nolit addere mala malis, ſed mandare ſibi quod omninò relaxet liberum ipſum Archiepiſcopum Colonienſem, & nolit in hoc eſſe contumax mandatis Sanctiſſimi D. N. qui ſibi bene conſulit, & ſi quid habet contra eum petat poſtea per viam Juſtitiæ à Sanctiſſimo D. N. qui eſt Judex ſuus.

Item ſi eum relaxabit liberum, tunc poterit præfatus Epiſcopus redire, ſignificando tamen immediatè S. D. N. illud totum quod factum erit. Si verò eum nollet relaxare admoneat ipſum Langravium, quod malè facit, & dicat quod S. D. N. conabitur remediis Juris & aliis opportunis providere & tale adhibebit remedium, quod cognoſcet ſe malè feciſſe non obedire mandatis S.^{tis} ſuæ, & ſic ab ea diſcedat & firmet ſe in Herbipoli vel Maguntina, prout magis expedire videbitur & immediatè ſcribat S. D. N. & omnia ſignificet prout ſe habebant.

Item vadat ad Principes illic convicinos & maximè ad Rev̄mos Dnūm Archiepiſcopum Treverenſem & Maguntinum & eis dicat quod S. D. N. miratur vehementer quod de uno tanto caſu, ſicut eſt captura unius tanti Archiepiſcopi & Coelectoris Imperii nihil ſignificaverint S.D.N. quia ſtatim mittere debebant & ſignificare S.^{ti} ſuæ & quod S. D. N. eis mandat, ut præſtent omne conſilium, auxilium & favores opportunos pro ipſius liberatione & ſimiliter requirere Ill.^{mum} Comitem Palatinum Rheni & alios Principes vicinos de auxilio & favoribus opportunis pro dicta liberatione.

Non tamen requirat quod capiant arma nec det cauſam quod aliquot commo-

veat

(*d*) Puto legendum *ſine* ; utor autem mendoſiſſimo apogr.

veat ad arma ipſa capienda, ſed ut ſupra dictum eſt, certiorem faciat S.mum D. N. de omni eo quod factum fuerit & expectabit reſponſum S. D. Noſtri.

Item in omnibus ſupradictis peragendis & occurrentibus circa hoc, faciant, prout melius & expedientius ſibi videbitur ſervatâ tamen ſemper Mente S. D. Noſtri, ut ſupra.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 18. Aprilis MCCCCLXXVIII. Pontificatûs S. D N. Sixti divinâ providentiâ Papæ Quarti, anno ejus ſeptimo.

(e)

Bulla I. Sixti IIII. Pontificis ad Epiſcopum Friſingenſem, Abbatesque in Tegernſee & Eberſperg pro viſitandis reformandisque per Bavariam Monaſteriis ſacrisque Locis aliis, ad eum modum quo prius per Paulum PP. II. dato ſingulari judice, fuerat indultum. Anno 1479. XIII. Febr. (e)

1479.

Paulus II. eadem conceſſit.

Cauſæ viſitandi & reformandi.

Monaſteriorum Ruina.

Tenor Bullæ Pauli II. quæ repetitur infra p. 33. b. Bullarii Romano-Bav. P. 3.

Notanda viſitatori.

Judicis deputati officium.

Viſitatio generalis.

Contradictorum pœnæ.

(f)

SIxtus Epiſcopus Servus Servorum Dei venerabili Fratri Epiſcopo Friſingenſi & dilectis filiis in Tegernſee ac in Eberſperg Friſingenſis Dioceſis, Monaſteriorum Abbatibus Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Meditatio cordis noſtri aſſidua hoc inter cætera continet ſpeciale ut Monaſteria & alia loca Eccleſiaſtica præſertim Religionis titulo inſignita ac in eis divinis Beneplacitis mancipate Perſone ad debitæ reformationis normam in ſpiritualibus & temporalibus reducantur. Dudum ſiquidem pro parte quondam Ludovici Comitis Palatini Rheni Baſſe alteque Bavarie Ducis, felicis recordationis Paulo PP. II. prædeceſſori noſtro expoſito quod infra Tenimenta ſuorum Dominiorum erant quamplura Monaſteria domus & alia loca diverſorum ordinum, tam virorum quam mulierum, quæ tam in capite quam in membris ac in ſpiritualibus & temporalibus viſitationis & reformationis offitium expoſcebant, maximè cum in eis obſervantiæ norma & ſuavi contemplationis jugo ſepoſitis perſonæ ibidem deſervientes ad vetita proſilirent & exceſſibus ſe immergere eaque deteſtabiliter committere non vererentur in animarum ſuarum periculum divinæ Majeſtatis offenſam, religionis opprobrium ac pernitioſum exemplum plurimorum. Idem prædeceſſor ipſius Ducis tunc in ea parte ſupplicationibus inclinatus, certo judici per quasdam ſuas litteras dedit in mandatis quatenus aſſumptis ſecum duobus vel tribus religioſis perſonis ordinum quorum forent Monaſteria vel loca per eum viſitanda ad ea perſonaliter accedens & habens præ oculis ſolum Deum ac in eis viſitationis ac reformationis officium tam in capitibus quam in membris nec non in ſpiritualibus & temporalibus ſtuderet exercere, ac eidem judici, ut exceſſis, quæ Monaſteriorum, Domorum & locorum ac Perſonarum hujusmodi obfuſcabant decentiam, ſalutares fructus & exemplares mores provenirent, in eisque regularis obſervantia vigeret, & perſonæ ipſe meritò religioſè Domino ſervientes dici poſſent omnia & ſingula, domos, Monaſteria & loca prædicta eorumque præſidentes & perſonas ordinum quorumcunque, etiam S. Benedicti, Sancti Auguſtini, Fratrum Prædicatorum, Minorum, Heremitarum, Carmelitarum, Præmonſtratenſium etiam regularis obſervantiæ, tam exempta quam non exempta, unà cum dictis duobus religioſis ac etiam aliis perſonis ydoneis viſitandi, illaque tam in capitibus quam in membris ac in eisdem ſpiritualibus ac temporalibus reformandi & ad regularem obſervantiam reducendi & illam in eis firmandi & perſonas ſub obſervantia degere recuſantes cogendi & compellendi, easque, ſi diſſidioſè ſcandaloſè vel alias criminoſè forent, juxta regularia inſtituta ſuorum ordinum ac exceſſuum qualitatem & exigentiam pœnis debitis puniendi, etiamſi Præſidentes forent, nec non omnia & ſingula quæ juxta inſtituta dictorum ordinum & conſtitutiones Summorum Pontificum ad honorem Dei, religionis augmentum, animarum ſalutem & bonum exemplum Xſti fidelium, ac alias circa felicem gubernationem & regimen Monaſteriorum, Domorum, Locorum & perſonarum earumdem quantum præmittitur, neceſſaria noviſſet ſeu oportuna, faciendi ſtatuendi, exequendi & diſponendi nec non contradictores quoslibet & rebelles cujuscunque dignitatis, ſtatûs, gradus, ordinis, præeminentiæ, Nobilitatis vel conditionis forent, per excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti aliasque formidabiliores, de quibus eidem judici expediens videretur, ſententias cenſuras & pœnas, ſublato diffugii & appellationis obſtaculo auctoritate Apoſtolica compeſcendi & ſi opus foret, ſeculare brachium invocandi, pro una vice duntaxat plenam & liberam conceſſit facultatem, prout in dictis litteris plenius continetur. Cum autem ſicut ex exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii nobilis viri Alberti Bavariæ Ducis petitio continebat, nonnulla ex dictis Monaſteriis dum *præfatus Ludovicus genitor ſuus* (f) vixit, dictarum Literarum vigore viſitata forſan fuerant, quæ & alia tunc non viſitata adhuc viſitatione & reformatione indigent, pro parte dicti Alberti Ducis aſſerentis ſe reformationi Monaſteriorum domorum & locorum quorumlibet religioſorum conſiſtentium in ſuo tem-

---

(e) Bulla quæ hîc recenſetur ad Bavariam inferiorem pertinebat, à Ludovico Duce imperrata.

(f) Hic error, cum Ludovicus Dux non genitor ſed agnatus fuerit Ducis Alberti emendatur per ſequentem Bullam p. 35. b. & 38. Bullar. Bav.

temporali dominio ad Dei laudem & religionis decus, ac animarum ſalutem plurimum eſſe intentum, nobis fuit humiliter ſupplicatum ut in præmiſſis oportunè providere de Benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur ad quos pertinet ſuper hiis oportunum adhibere remedium præfati Alberti Ducis in hac parte ſupplicationibus inclinati Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus veſtrûm, Monaſteria, Prioratus, Domos & loca ut præfertur, in dominio Alberti Ducis conſiſtentia, illorumque perſonas tam in capite quam in membris etiam jam viſitata & reformata alias, juxta dictarum litterarum tenorem, auctoritate noſtra viſitetis, & quæ reformatione, correctione, emendatione & punitione indigere cognoveritis, eadem auctoritate noſtra reformetis, corrigatis & emendetis, ac omnia alia & ſingula quæ dictus judex, juxta Litterarum prædeceſſoris hujusmodi tenorem facere poterat & debebat, faciatis & exequamini perinde in omnibus & per omnia ac ſi dictæ Literæ vobis directæ forent & ad illarum executionem in aliquo proceſſum forſan non extitiſſet. Nos enim ut reformatio per vos ut præfertur facienda perpetuò valitura ſit, vobis Monaſteria, Domos & loca reformanda eorumque perſonas à regimine, jurisdictione & ſuperioritate Prælatorum non reformatorum eximendi & abſolvendi eaque Prælatis reformatis & in vera obſervantia viventibus ſubjiciendi & committendi auctoritate Apoſtolicâ tenore præſentium licentiam concedimus & etiam facultatem: Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus, Litterisque privilegiis & Libertatibus ac Exemptionibus Apoſtolicis dictis ordinibus eorumque Monaſteriis Domibus locis & perſonis ſub quacunque verborum forma, etiam motu proprio & ex certa ſcientia ac de plenitudine poteſtatis conceſſis, nec non omnibus illis quæ dictus prædeceſſor in præfatis litteris voluit non obſtare, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono. Id. Februarij, Pontificatûs noſtri anno nono.

---

*Bulla II. Sixti P̄P̄. IIII. ad Eosdem, in qua emendatur quod in ſuperiori Bulla * ſcriptum erat, Ludovicum quondam inferioris Bavariæ Ducem genitorem fuiſſe Ducis Alberti, cùm Agnatus fuerit. Sic igitur nova datur Bulla & indulgetur idem valere quod in priori fuerat conceſſum. Et hæc eſt pro Monaſteriis locisque ſacris per ſuperiorem Bavariam conſtitutis. Anno 1480. primo Maij.*

* de Anno 1479.

Tomo XXXXIX. fol. 53.

SIxtus Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Epiſcopo Friſing: & dilectis filiis in Tegernſee ac in Eberſperg Friſing: Diœceſ: Monaſteriorum Abbatibus, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Sinceræ devotionis affectus, quem dilectus filius Nobilis vir Albertus Dux Bavariæ ad nos & Romanam gerit Eccleſiam promeretur ut votis ſuis quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Dudum ſiquidem pro parte quondam Ludovici Comitis Palatini Rheni Baſſæ altæque Bavariæ Ducis, fœlicis recordationis Paulo P̄.P̄. II. prædeceſſori noſtro expoſito quod infra Tenimenta ſuorum dominiorum erant quam plura Monaſteria, domus, & alia loca diverſorum ordinum tam virorum quam mulierum, quæ tam in capite quam in membris ac in ſpiritualibus & temporalibus, viſitationis & reformationis officium expoſcebant, maximè cum in eis, obſervantiæ normâ & ſuavi contemplationis jugo ſepoſitis perſonæ ibidem deſervientes ad vetita proſilirent ac exceſſibus ſe immergere eáque deteſtabiliter committere non verebantur in animarum ſuarum periculum, divinæ Majeſtatis offenſam, religionis opprobrium & pernitioſum exemplum plurimorum, idem prædeceſſor ipſius Ducis tunc in ea parte ſupplicationibus inclinatus, certo judici per quasdam ſuas literas dedit in mandatis, quatenus aſſumptis ſecum duobus vel tribus religioſis perſonis ordinum quorum forent Monaſteria, vel loca per eum viſitanda ad ea perſonaliter accedens & habens præ oculis ſolum Deum ac in eis viſitationis & reformationis officium tam in capitibus quam in membris nec non in ſpiritualibus & temporalibus ſtuderet exercere ac eidem judici, ut excuſſis quæ Monaſteriorum, domorum & locorum ac perſonarum hujusmodi obfuſcabant decentiam, ſalutares fructus & exemplares mores provenirent, in eisque regularis obſervantia vigeret & perſonæ ipſæ meritò religioſè Domino ſervientes dici poſſent, omnia & ſingula, domos, Monaſteria & Loca prædicta eorumque præſidentes & perſonas ordinum quorumcunque etiam S. Benedicti, Sancti Auguſtini, Fratrum Prædicatorum, Minorum, Heremitarum, Carmelitarum, Præmonſtratenſium etiam regularis obſervantiæ tam exempta quam non exempta, unà cum dictis duobus religioſis, ac etiam aliis perſonis ydoneis viſitandi, illaque tam in capitibus quam in membris ac in eisdem ſpiritualibus & temporalibus reformandi & ad regularem obſervantiam reducendi & illam in eis firmandi & perſonas ſub obſervantia degere recuſantes cogendi & compellendi easque, ſi diſſidioſæ, ſcandaloſæ vel alias criminoſæ forent, juxta regularia inſtituta ſuorum ordinum, & exceſſuum qualitatem & exigentiam, pœnis debitis puniendi, etiam ſi præſidentes forent, nec non omnia & ſingula quæ juxta inſtituta dictorum ordinum, & conſtitutiones Summorum Pontificum ad honorem Dei, religionis augmentum, animarum ſalutem & bonum exemplum Xti fidelium,

1480.

Paulus II. judicem deputat.

ac alias circa felicem gubernationem & regimen, Monaſteriorum, Domorum, locorum & perſonarum earumdem quantum præmittitur, neceſſaria noviſſet ſeu oportuna faciendi, ſtatuendi, exequendi & diſponendi nec non contradictores quoslibet & rebelles cujuscunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, præeminentiæ, Nobilitatis vel conditionis forent, per Excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti aliasque formidabiliores, de quibus eidem judici expediens videretur, ſententias, cenſuras & pœnas, ſublato diffugii & appellationis obſtaculo auctoritate Apoſtolicâ compeſcendi & ſi opus foret, ſeculare brachium invocandi pro una vice duntaxat plenam & liberam conceſſit facultatem, & deinde pro parte dilecti filii Nobilis viri Alberti Bavariæ Ducis nobis etiam expoſito, quod nonnulla ex dictis Monaſteriis dum præfatus Ludovicus viveret, dictarum Litterarum vigore viſitata forſan fuerant, quæ, & alia tunc non viſitata adhuc viſitatione & reformatione indigebant; nos ſupplicationibus ejusdem Alberti Ducis tunc inclinati, vobis aliis noſtris Literis dedimus in mandatis, ut vos, vel duo aut unus veſtrum, Monaſteria, Prioratus, Domos & loca ut præfertur, in dominio præfati Alberti Ducis conſiſtentia, illorumque perſonas tam in capite, quam in membris etiam jam viſitata & reformata aliàs juxta dictarum Litterarum tenorem, auctoritate noſtrâ viſitaretis, & quæ reformatione, correctione, emendatione & punitione indigere cognoſceretis, eadem auctoritate noſtrâ reformaretis, corrigeretis & emendaretis ac omnia alia & ſingula quæ judex in Literis Pauli prædeceſſoris hujusmodi deputatus juxta ipſarum Literarum tenorem facere poterat & debebat, faceretis & exequeremini perinde in omnibus & per omnia ac ſi dictæ Literæ nobis directæ fuiſſent & ad illarum executionem in aliquo proceſſum forſan non extitiſſet, prout in ipſius Pauli prædeceſſoris ac noſtris, in quibus quod præfatus Ludovicus ejusdem Alberti genitor fuerat, expreſſum fuit, Literis deſuper confectis plenius continetur. Cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Alberti Ducis petitio continebat, præfatus Ludovicus ejus genitor non fuerit ſed agnatus, & propterea dubitet Literas noſtras hujusmodi de ſurreptionis vitio notari poſſe, pro Parte ejusdem Alberti Ducis nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut cum ipſe Monaſteria, domos & loca ac perſonas non reformata in ſuis dominiis conſiſtentia ad debitam reformationis lineam reduci ſumè deſideret, ſuper hoc oportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos itaque hujusmodi ſupplicationibus inclinati Diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus veſtrum eidem Alberto Duci, auctoritate noſtrâ concedatis, quod Litteræ noſtræ prædictæ cum omnibus & ſingulis in eis contentis clauſulis valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant, & nihilominus ad illarum Executionem tam juxta earum, quam Litterarum Pauli prædeceſſoris hujusmodi, continentiam & tenorem quoad reformationem Monaſteriorum, Domorum locorum & perſonarum etiam Monialium ut præfertur, in dominiis ejusdem Alberti Ducis conſiſtentium, ac omnia alia & ſingula &c.

Herzogin Amelien Quittung das ſy irs Vermächts entricht ſey.

Tomo III. fol 189. Privilegior. qui continet Ludovici divitis & Filii Ejus Georgii acta.

1480.

Wir Ameley von Gottes Genaden geborne Herzogin von Sachſen Pfalltzgrävyn bey Rein, Hertzogin in nidern und obern Beyrn &c. weilend des hochgebornen Furſtn unnſers lieben Herren und Gemahells Herrn Ludwigens Pfalltzgraven bey Rein, Hertzogen in nidern und obern Bayrn &c. Löbl. Gedächnüs elihe gelaſſne Witib, bekennen offenntlich mit den Brieve gen allermenigklich fur uns und all unnſer Erben, als der benannt unnſer lieber Herr und Gemahl Hertzog Ludwig in ſeinem Leben zu den Zeiten als wir mit Eelihen Weſen zu ime komen ſein uns von unſers Widems Heyratgut Widerleging und Morgengab wegen acht unnd vierzig tauſent Gulden reiniſch auf der Stat Öting auch der Sloſſen Julpach und Walld mit irer Zugehörung verſchriben hat under anderen inhaltent das die nach ſeinem Tod durch ſein Erben umb ſollich Suma Gulden von uns gelöst werden mogen alles Laut der Verſchreibung unns von ſeiner Lieb deshalben gegeben, alſo hat der Hochgeborne Furſt des benanten unſers lieben Herren und Gemahls Hertzog Ludwigs und unſer lieber Sone Herr Georig Pfalzgrave bey Rein Herzog in nidern und obern Bayrn &c. auf Laut ſölcher Verſchreibung die benanten Stat und Slos mit iren Zugehörungs von uns abgelöst und uns die bemelten acht und vierzig tauſent und darzu zwey tauſent Gulden, das alſo funfzig tauſent Gulden reiniſch bringet, und was uns ſonſt Claineten Silbergeſchirr Getrayd, Klayderen Bettgewant und anderen Inhalt der bemeldten Verſchreibung zu folgen gebürt auf hut dato mit der Verſchreibung achthundert reiniſcher Gulden järlicher Zins, ſo unns ſein Lieb fur die newnzehen tauſent reiniſch Gulden unſerer Widerlegung auf ſeiner Lieb Stat Öting mit ſampt den Ampten und Zugehörungen und unſer lebtag lang und alle Jar järlich gen Niernberg zu raichen verſchriben und vermacht, das alles on Schaden ausgericht und zu unſeren Handen allſo par bezalt und geantpurt hat, des wir von ſeiner Lieb in Ewig Zeit wol benügig ſein, und ſagen darauf den benanten unſeren lieben Son Herzog Georgen und all ſein Erben der bemelldten funfzig tauſent Gulden auch Cleinöt Parſchafft, Silbergeſchirrs Getrayds Claider Petgewant und ſunſt aller Sachen und Vordrung was die und wie ſy genant ſind die wir zu ſeiner Lieb, ſeinen Erben auf ſeinen Landen und Leuten in ainigen Weg gehabt

habt haben oder zu haben vermainen möchten ganz nichts ausgenomen, in watz Geſtalt ſich die bis auf hut dato gemacht und begeben haben, mögen fur unns all unnſer Erben und allermeniglich von unſeren wegen ganz gut ledig und los in und mit Crafft des Brieves, alſo datz wir all unſer Erben noch iemand ander von uñſeren wegen zu den benañten uñſeren lieben Sone Herzog Geörgen und allen ſeinen Erben auf ſeinen Landen und Luten geiſtlichen uñd weltlichen darumb noch darnach iez noch hinfur zu Ewigen Zeiten keinerley Vorderung noch Anſprach haben furnemen noch thun ſollen noch wollen weder mit noch an Rechte noch ſunſt in thainen Weg, wie man datz furnemen oder erdencken muchte, darmit uns auch weder Papſtlich noch Keyſerlich Rechte Frayheit noch icht anders wie datz Namen haben oder furgenomen werden zu Hilf kommen ſoll noch mag, wir das auch nit empfenglich noch gemeſſen ſollen noch wellen in thain Weiſe, dan wir uns des alles und yedes hiemit wiſſentlich uñd gänzlich begeben und verzihen haben, begeben und verzeihen uns auch des gar und blöslich in Crafft des Brieves alles unſchedlich und unvergreifflich uns an obgemellter Verſchreibung, Vorderung und Einpringung der acht hundert reiniſcher Gulden jerlicher Zyns von ſeiner Lieb fur uñſer Widerlegung verſchriben, und ſo wir mit Tod abgangen ſind, daz Gott mit ſeinem Gottlichen Willen lang nit weis dann den benañten uñſeren lieben Sone Herzog Görgen und ſeinen Erben von Erbſchafft wegen von uns zuſtehen uñd volgen, das ſoll ine vorbehalten und des unverzihen ſein. Des zu warem Urkunde haben wir fur uns und unnſer Erben unſer aigen Inſigel an den Brief gehangen, und darzu mit fruntlichen Vleis erbetten den hochgebornen Furſten unſern lieben Bruder Herrn Ernſten Hertzogen zu Sachſen des Heiligen Römiſchen Reichs Erzmarſchal, Kurfürſten, Landgraven in Dörringen uñd Marggrafen zu Meiſſen. datz ſein Lieb von ſein und des hochgebornen Furſten ſein und uñſers lieben Brueder Herrn Albrechtn auch Herzogen zu Sachſen &c. wegen ſein Inſigel zuſamt den uñſeren an den Brieve zu gezucknis gehangen hat, darunter wir uns bey uñſern Furſtlichen Wirden und Trwen verbinden war und ſtat zu halten Iñhalt des Brieves der geben iſt zu Landshut am Samstag nach Sant Juliana Tag, nach Criſti Geburde XIIII. hundert und im achzigiſten Jare.

Tomo LI.
Privileg.
fol. 19.

Ertzhertzog Sigmunds von Öſterreich &c. und H. Albrechts von Bayrn &c. Vereynigung.

1480.

VOn Gottes Genaden wir Sigmund Ertzherzog ze Öſterreich ze Steyr ze Kärndten und ze Crain Grave zu Tyrol &c. und wir Albrecht Pfallentzgrave bei Rein Hertzoge in obern und nydern Bayrn &c. bekennen und thun kund offenlich mit dem Brieve, das wir zu voran Gott dem Allmächtigen zu Lob, dem Heyligen Reich zu Errn und umb gemains Nutz Frides und Gemachs willen unſer baider Lannd und Lewt, uñs baid zu einander in fruntlich Eynnung gethan haben, inmaſſen hernach geſchriben vollget. Nemblich ſo ſollen und wellen wir baid einander und unſer yeder den andern mit rechten Trewen maynen und halten. Item es ſol auch unſer kainer mit dem andern zu Vehden, Veintſchafften, Kriegen oder Aufrurn komen noch ſeinen Unterthanen und den Seinen der er ungeverlich mechtig iſt zu thun geſtatten in kain Weyſe. Item es ſol auch unſer kainer des andern abgeſagt Veindt oder Beſchediger in ſeinen Herrſchafften Slöſſen Stetten und Gebieten nit Hawſen Herbergen eñthalten oder hinſchieben, ſunder wo die in unſer ains Lañden und Gebieten betretten werden, dem andern auf ſein als Clagers Begern gegen dem ſelben, ſeinen Feinden und Beſchedigern fuderlichs rechtens geſtatten und ergeen laſſen, wie dan deſſelben Gerichts Gewonheit und Herkomens iſt, ongevärde, und auf das ſol unſer yeder mit ſeinen Hauptleutten, Pflegern, Vogten und Ambtleuten in ainen Monet nechſt erſcheineñdt, ſchaffen und beſtellen wider diſe unſer Eyñung nyemand zu gelaiten oder zu eñthalten in kainen Weg, und nachdem diſe fruntlich Vereynung aus dem Grundt wirdet furgenomen das wir, auch unſer Lañd und Lewt in Frid und Gemach und die unſern bey recht beleiben mugen, ſo haben wir uns dis nachgeſchriben Austrags miteinander veraint.

Item ob unſer ainer mit dem andern zu Irrung käme und darumb gutlich nit vertragen werden möcht, ſo ſol der Clager aus den Retn an den er zu vordern maint, ainen zu Obman und zwen zu Zueſätzn nemen, die all in deſſelben Fürſten Lañd, des Rete ſy beerbt ſind. Des gleichs ſol der Furſt der angeſprochen wirdet aus des Clagers Räten auch zwen nemen, die in deſſelben Fürſten Lañd, des Räte ſy beerbt ſind, der ſelb Obman ſol alsdan in einem Monat dem nechſten nach Begerung des Clagers an gelegen Eñd Tag beſchaiden und zu im die vorbemeldten vier Räte nider ſitzn, verhörn Klag, Antwurt Widerrede Nachrede und was yeglicher Tayl fürbringt, wie dañ ſy fünf Einmuticlich oder der merer Tail aus in, zu recht ſprechen auf ir Ayd nach irm peſten Verſteen, dabey ſol es beleiben dem von beden Partheyen nachgañgen werden, und die Sachen zu Eñd und Austrag komen in ſechs Wochen und dreyn Tagen von dem Tag anzurechnen der von dem Obman auf Begerung des Clagers geſezt wirdet. Es wäre dañ ob ſich das des rechteñshalb mit Urtail lennger verziehen wurde, ongevärde und der Obman und Zueſatz ſullen der Pflicht und Ayds, damit ir yeder dem Fürſten unnder uns des Rate er verſtrickt iſt, in diſen Sachen, dieweil die vor in, in recht unentſchaiden hannget ledig gezelt werden, auch unnſer yeder ſeiner Räte aus Obman und Zueſätzen vermügen ſich ſolichs Rechtenns anzunemen und dem wie vorſtet nach *zukomen und der Obman Zueſäz und die ſo von den Partheyen, zu ſolichen Tagen geſchickt mit Glaitt notturfticlich verſorgt werden, ob auch die obgemellten Räte die alſo zu Obman und Zueſätzen genomen wären ainer oder mer in Zeit ſolichs rechtenns mit tod abgieng, ſo mag der ſo in zu Obman oder Zueſatz genomen hat, ainen andern oder ander an ir ſtat nemen, aus des Fürſten Rätn dem die abgeganngen, zuegeſtanden ſind, wie vorgeſchriben iſt.*

Item wo unſer ainer mit des andern Graven Freyen Herrn Rittern Knechten und Unterthannen zuthun gewun, ſo ſol der Clager dem Antwurtter nachfarn, fur den Herrn und ſein Räte, dem der oder dieſelben beclagten zueſteen.

Item gewunen aber unſer ainß Graven Freyen Herrn, Ritter, Knecht oder Unnderthan mit dem andern und uns beyden zuthun, ſo ſol er ſich darumb rechtens benuegen laſſen vor deſſelben Furſten Rätn an der er vermaint zu vordern haben.

Item gewunn aber unſer ainß Undertan zu des anndern Unnderthanen und den ſeinen zuſprechen, ſo ſol der Clager dem Antwurter nachfarn in das Gericht dariñ der Antwurtter geſeſſen iſt.

Hieriñ nemmen wir bede aus unſern heiligen Vatter den Babſt und unſern lieben Herrn Vettern und Öheimen den Römiſchen Kayſer und diſe Aynigung ſol weren und beſteen dieweil wir obgenant bede Fürſten in Leben ſind, und darauf das all und yeglich vorgeſchriben Punct und Artickl, ſtät, veſt und unzerprochen gehalten worden, haben wir einander uñſer yeder dem andern bey ſeinen Fürſtlichen Eren und Wirden gelobt und verſprochen und des zu Urkund unſer yeder ſein Inſigel angehangen und in gleicher Lautt ainen Brief angenomen. Beſchehen zu Munchen an Eritag vor dem Suntag Letare ze halber Vaſten. Anno Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo.

Wie Herzog Albrecht dem Abbt zu Rot das jagen vergunt.

Tomo XIX. fol. 90.

WIr Albrecht &c. entbietten unſern Uberreitter und getrewen Hannſen Wäger unſer Gnad zuvor. Wir tun dir zu wiſſen, das wir den wirdigen in Gott unſern lieben 1481. *getrewen Alexen Abbt des Gotzhaws Rott, aus den Gnaden domit wir ime genaigt ſind in unſerm Lannde und Wildpan zwiſchen Roſenheim und unſers Marckts Aibling ze jagen vergunt und erlaubt haben, bis auf unſer oder unſer Erben widerruffen, doch das er herauf fur Aibling nit richten, ſunder wie vorſtet mit dem Jagen zwiſchen Roſenheim und Aibling beleiben ſol, das urkunden wir dir, ſchaffende in daran ungehindert zulaſſen daran tuſttu unſer Maynung. Datum Munchen am Freitag nach Galli.*

Des von Kembten Schermbrief auf drew Jare von uns H. Albrechtn gegeben.

Ex Tomo XIX. Privilegior. fol. 95.

VOn Gottes Genaden wir Albrecht &c. bekeñen als ainiger regirender Furſt und tun kundt offennlich mit dem Brief, ſeidemaln und wir vom Gott dem allmächtigen darzu erkorn und geordeñt ſein, das wir zu allen Zeiten Lobe und Ere gaiſtli- 1482. *cher Perſonen in dem Dinſte des allmechtigen Gottes und die Gerechtigkait vor Augen haben und allen den unſern und andern den wir des pflichtig ſein, wo die mit unzimlicher Beſwarung furgenomen werden, uñſer Gnade und Scherm mittaillen und ſy vor unpillichen Drañg und Betriebung ſo ver wir mogen, bewarn und beſchytzen ſollen, und wan wir nu von dem Erwirdigen in Got andechtigen unſern beſonderlich lieben Abbte und gemainclich dem Convendt des wirdigen Gotzhaws zue Kembten mit diemutiger Bete, vleiſſiglichen erſucht und angeruffen worden ſein, das wir ſy ir Gotzhawß, und all ir Sloß Lewt Gut und Zugehörung in unnſern ſundern Schutz und Scherm aufzenemen geruhn, darein ſy ſich dañ mit freyen guten Willen begeben, als ſy das nach Laut ir und irs Gotzhaws Freyhait wol Macht habn und getun mugen und anſehn, das die Heilig Fraw Sanndt Hilltgart, irs Gottzhaws Stifterin ain Fraw und des Bluts von Bairn geweſen ſey, auch das das benannt Gotzhaws auf die Furſten des Haus von Bairn geſtifftet und wir ſein Erbambtlewt ſein, darumb ir Gemute uns zu Schermer zunemen fur ander Furſten und Herrn nit unpillich Naygung zu uns habe, hierumbe mit wolbedachtm Mute, und zeitigen Rate unſer Räte und zu vordriſt umb Gottes und der Heiligen Frawen Sannt Hilltgartn, auch des vorgenañten Abts und Convents diemutiger Bete und Anruffens willen, ſo haben wir den benanten Abbte ſein Convendt und Gotzhaws zu Kembten ir Lewt Slos und Gut und alle die ine zuverſprechen ſteen und zugehörn in uñſer beſonder Gnade Schutz und Scherm genomen und nemen wiſſenlich mit dem Brieve, die nechſten drew Jare nach dato diß Briefs nacheinander koment zu ſölicher maß, wer ſy ir Gotzhawß, Slos Lewt oder Gut wider irs Gotzhaws Gnade, Freyhait und privilegia furnäme zu bekomern und Schaden zuzefügen, das wir dann darinne und darwider ir gnediger Herr und Schermer ſein Hillf und Beyſtanndt tun wollen, zu irer Gerechtigkait ſo verre und als wir beſſt mugen, ſy haben unns auch darauf gewalltig getan, das wir ir und aller der irn, zu allen pillichen Rechten vor uns uñd unſer Räten oder an anndern Ennden, da ſy und ain yeder in ſeinem Stanndt, des nach irer Freyhait Innhallt ſchuldig ſein ſullen und wollen alles getrewlich und ungeverlich, des zu Urkundt geben wir dem vorgenannten Abbte, Convent und Gotzhawß zu Kembtn diſen Briefe mit unnſerm anhanngendem Innſigel verſigelt, das iſt be-*

ſchehen und der Brief gebn zu Munchn an Sanndt Johanns Tag zu Sunwenden des Jars als man zelet von Criſti unnſers lieben Herrn Gepurde XIIII.c. und im LXXXII.ten Jare.

Bulla Sixti IIII. PP. Alberto Duci Bavariæ data quod Canonici Cathedralium Eccleſiarum Auguſtenſ. Friſingenſ. & Ratisponenſ. quos in Conſiliarios ſuos ſuſceperint fructus & emolumenta præbendarum ſuarum æque ac ſi in dictis ſuis Eccleſiis præſentes eſſent, recipere queant, dummodo jura & negotia ſuarum Eccleſiarum habeant commendata. Anno 1483. 21. Oct.

SIxtus Epiſcopus Servus Servorum Dei dilecto filio Nobili viro Alberto Comiti Palatino Rheni altæ & baſſæ Bavariæ Duci ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quanto nos & Romanam Eccleſiam ampliori veneraris conſtantia & ſincerioris
1483. devotionis puris honoras affectibus, tanto magis illa tibi libenter concedimus, per quæ Eccleſiis præſertim Cathedralibus & illarum perſonis utiliter & ſalubriter valeat provideri; ſanè pro parte tua nobis nuper exhibita petitio continebat, quod Auguſtenſis, Friſingenſis & Ratisponenſis Eccleſiæ & illarum Prælati & capitula variis plerumque occaſionibus & præſertim pro conſervatione defenſione ac recuperatione Bonorum & jurium ad Eccleſias prædictas pertinentium & in locis Tui temporalis dominii conſiſtentium, conſueverunt retroactis temporibus ad Tuam & Tuorum pro tempore progenitorum exiſtentium Bavariæ Ducum curiam deſtinare oratores nuntios & Procuratores ad præmiſſa & alia eorum negotia in dicta curia pertractandum, non ſine plurimo onere fatigatione & impenſis; & quod ſi in dicta curia tua de cujuslibet dictarum Eccleſiarum capitulo reſideret unus quem Tu in Tuum haberes Conſiliarium, profectò reſidentes ipſi eaſdem Eccleſias & illarum Prælatos, capitula & perſonas ab hujusmodi onere & impenſis relevare poſſent conſequerenturque dictæ Eccleſiæ Prælati, capitula & perſonæ earumdem ea quæ vellent in curia prædicta facilius & commodius ac cum minoribus impenſis, mediantibus oratoribus, Nuntiis & Procuratoribus per eos pro tempore deſtinatis & ob reſidentiam eorumdem Conſiliariorum in dicta curia alii ab occupatione & detentione bonorum & jurium Eccleſiarum prædictarum & ab inferendo eis earumque Prælatis & capitulis moleſtias & jacturas plus ſolito abſtinerent. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum ut de cujuslibet prædictarum Eccleſiarum capitulo uni, quem Te in Tuum Conſiliarium recipere ſeu habere ac in curia Tua Ducali perſonaliter reſidentiam facere continget, quam diu in dicta curia perſonaliter reſidentiam fecerit & paratus fuerit cauſas & negotia ſuæ Eccleſiæ & illius capituli prædictarum inibi promovere pertractare & defendere, fructus, redditus & proventus ſuorum beneficiorum Eccleſiaſticorum & quotidianas diſtributiones intereſſentibus divinis in eisdem Eccleſiis dari ſolitas percipere poſſit & debeat, concedere aliàsque ſuper his oportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur comoditati & utilitati Eccleſiarum & capitulorum prædictorum conſulere volentes, hujusmodi ſupplicationibus inclinati de cujuslibet Eccleſiarum prædictarum capitulo uni, quem Te in Tuum Conſiliarium aſſumere ſeu habere pro tempore contigerit, ut quoad vixeris, & ipſe ſic admiſſus in dicta curia perſonalem reſidentiam fecerit & paratus fuerit cauſas & negotia Eccleſiæ ſuæ & illius capituli inibi promovere pertractare & defendere omnes & ſingulos fructus redditus & proventus omnium & ſingulorum beneficiorum ſuorum Eccleſiaſticorum cum cura & ſine cura quæ in ſua & quibusvis aliis Eccleſiis ſive locis eum tunc & pro tempore obtinere contigerit, etiamſi canonicatus & præbendæ dignitates perſonatus, adminiſtrationes vel officia in cathedralibus etiam Metropolitanis vel collegiatis Eccleſiis & dignitates ipſæ in prædictis & aliis cathedralibus etiam Metropolitanis poſt pontificales majores aut in collegiatis Eccleſiis hujusmodi Principales ſeu parochiales Eccleſiæ vel earum perpetuæ vicariæ fuerint & ad Dignitates, perſonatus, adminiſtrationes vel officia hujusmodi conſueverint, qui per Electionem aſſumi eisque cura immineat animarum nec non quotidianas diſtributiones, intereſſentibus divinis in eisdem Eccleſiis dari ſolitas, cum ea integritate percipere liberè & licitè valeat, cum qua illos perciperet, ſi in eisdem Eccleſiis ſive locis perſonaliter reſideret & hujusmodi officiis intereſſet in eisdem, & ad reſidendum dictisque officiis intereſſendum interim in eisdem Eccleſiis ſive locis minimè teneatur, nec ad id compelli à quoquam valeat auctoritate Apoſtolicâ tenore præſentium concedimus & indulgemus: & nihilominus dilectis filiis in Tegernſee & in Eberſperg ac in Peuren Friſingenſ. & Auguſtenſis Dioceſis Monaſteriorum Abbatibus per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi vel duo aut unus eorum per ſe vel alium ſeu alios eidem de capitulo cujuslibet dictarum Eccleſiarum per Te pro tempore in Tuum Conſiliarium habito ſeu aſſumpto & admiſſo vel procuratori ſuo ejus nomine faciant quoad vixeris, auctoriate noſtrâ fructus redditus & proventus ac quotidianas diſtributiones præfatas juxta indulti noſtri prædicti continentiam atque formam integrè miniſtrari non permittentes eum per capitula, Prælatos aut perſonas Eccleſiarum prædictarum ſive alios Locorum ordinarios ad reſidendum in dictis Eccleſiis ſive locis compelli, vel aliàs contra hujusmodi noſtri indulti tenorem quomodolibet moleſtari,

Petitionis tenor

Præſentiæ

Conditiones reſtrictivæ.

Clauſulæ ampliantes

Præſentiæ

Diſpenſatio à Reſidentia.

Conceſſio fit ad dies vitæ Sereniſſimi Alberti.

Con-

Bonifacii VIII Conſtitutio.

Derogatur indultis & conceſſionibus contrariis quibuscunque præteritis & futuris.

Prima reſidentia.

Comminatio in contradictores.

Contradictores per Cenſuram Eccleſiaſticam appellatione propoſita, compeſcendo: Non obſtantibus foelicis recordationis Bonifacii PP. VIII. prædeceſſoris noſtri, per quam hujusmodi conceſſiones ſine præfinitione temporis fieri prohibentur, & alia ejusdem Bonifacii per quam duntaxat divinis officiis intereſſentibus quotidianæ diſtributiones dari & deberi conceduntur, & aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus nec non prædictarum & aliarum Eccleſiarum in quibus beneficia hujusmodi forſan fuerint, juramenta, Confirmatione Apoſtolica vel quâvis firmitate alia roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, inſcriptionibus ſeu obligationibus, etiamſi de illis obſervandis, & non impetrandis Litteris Apoſtolicis contra ea & Litteris ipſis non utendo etiam ab alio vel ab aliis impetratis, vel aliàs quovis modo etiam motu proprio conceſſis per Te in Conſiliarium aſſumendis ſeu habitus hujumodi per ſe vel procuratorem ſuum vel etiam de perſonaliter reſidendo in dictis Eccleſiis præſtiterit hactenus vel impoſterum præſtare contigerit Juramentum. Seu ſi Prælatis, capitulis & perſonis ac aliis locorum ordinariis ab eadem ſit ſede conceſſum vel interim indulgeri contingat, quod Canonicos Rectores & perſonas Eccleſiarum ſeu Locorum ſuarum civitatum & Dioc. etiam in dignitatibus perſonatibus, adminiſtrationibus, vel officiis quibuscunque conſtitutas per ſubtractionem proventuum beneficiorum ſuorum Eccleſiaſticorum aut aliàs compellere valeant ad reſidendum perſonaliter in eisdem: Aut ſi Prælatis, Ordinariis, Capitulis & perſonis præfatis vel quibusvis aliis communiter vel diviſim ab eadem ſit ſede indultum vel impoſterum indulgeri contingat, quòd Canonicis Rectoribus & perſonis earundem Eccleſiarum, ſeu Locorum etiam in dignitatibus perſonatibus, adminiſtrationibus vel officiis quibuscunque conſtitutis & in illis non reſidentibus vel qui in eis primam non fecerint reſidentiam perſonalem conſuetam & divinis non intereſſentibus in eisdem fructus, redditus & proventus ſuorum canonicatuum & præbendarum ac dignitatum perſonatuum, adminiſtrationum & officiorum aliorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum & quotidianas diſtributiones hujusmodi in abſentia ſua miniſtrare minimè teneantur & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per Litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem & quibuslibet aliis privilegiis indulgentiis & Litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri & de quibus quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, indulti & mandati infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo octuageſimo tertio, duodecimo KL. Novemb. Pontificatûs noſtri anno tertio decimo.

1483.
21. Oct.

Innocentius VIII. PP. confirmat Sixti PP. IIII. Bullam ſuperiorem, ſupplendo defectus omnes ſi qui fortè prius intervenerint.

1485.

Bullæ ſuperioris tenor.

Reſtrictio

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei ad futuram rei Memoriam. Licet ea quæ ex auctoritate Sedis Apoſtolicæ providè geſta ſunt inviolabili debeant obſervatione vigere, nonnunquam tamen Romanus Pontifex, ne ſucceſſu temporis impugnationi ſubjaceant, illa de novo approbare conſuevit, prout rerum exigentia & perſonarum qualitas id expoſcere videntur. Dudum ſiquidem fælicis recordationis Sixto PP. IIII. Prædeceſſori noſtro pro parte dilecti filii, Nobilis viri, Alberti Comitis Palatini Rheni ac altæ & baſſæ Bavariæ Ducis expoſito quod Auguſtenſ: Friſingenſ: & Ratisponenſ: Eccleſiæ & illarum Prælati & capitula variis plerumque occaſionibus & præſertim pro conſervatione defenſione & recuperatione bonorum & jurium ad Eccleſias prædictas pertinentium & in locis ſui temporalis dominii conſiſtentium, conſueverant retroactis temporibus ad ſuam & ſuorum pro tempore progenitorum exiſtentium Bavariæ Ducum curiam deſtinare Oratores Nuntios & Procuratores ad præmiſſa & alia eorum negotia in dicta curia pertractandum, non ſine plurimo onere fatigatione & impenſis, & quod ſi in dicta curia ſua de cujuslibet dictarum Eccleſiarum capitulo reſideret unus, quem ipſe Albertus Dux in ſuum haberet conſiliarium, profectò reſidentes ipſi eaſdem Eccleſias & illarum Prælatos, capitula & perſonas ab hujusmodi onere & impenſis relevare poſſent, conſequerenturque dictæ Eccleſiæ Prælati, capitula & perſonæ earumdem ea quæ vellent in curia prædicta facilius & commodius, ac cum minoribus impenſis mediantibus Conſiliariis prædictis quam nunc faciunt mediantibus Oratoribus Nunciis & Procuratoribus per eos pro tempore deſtinatis & ob reſidentiam eorumdem Conſiliariorum in dicta curia alii ab occupatione & detentione bonorum & jurium Eccleſiarum prædictarum & ab inferendo eis earumque Prælatis & capitulis moleſtias & jacturas plus ſolito abſtinerent; idem enim Sixtus prædeceſſor commoditati & utilitati Eccleſiarum, Prælatorum & capitulorum prædictorum conſulere volens de quolibet Eccleſiarum prædictarum capitulo uni quem eundem Albertum Ducem in ſuum Conſiliarium aſſumere ſeu habere pro tempore contingeret, ut quoad ipſe Dux viveret, & ipſe ſic admiſſus in dicta curia per-

Collegiatæ non excluduntur quatenus?

Præſentiæ.

Abſolutio pro Capacitate prævia hujus gratiæ Apoſtolicæ.

Confirmatur ſuperior conceſſio.

perſonalem reſidentiam faceret & paratus foret cauſas & negotia Eccleſiæ ſuæ & illius capituli inibi promovere pertractare & defendere omnes & ſingulos fructus redditus & proventus omnium & ſingulorum beneficiorum ſuorum Eccleſiaſticorum cum cura & ſine cura quæ in ſua & quibusvis aliis Eccleſiis, ſive locis eum tunc & pro tempore obtinere contigerit, etiamſi canonicatus & præbendæ, Dignitates, perſonatus, adminiſtrationes vel officia in cathedralibus etiam Metropolitanis & collegiatis Eccleſiis & dignitates ipſæ in cathedralibus etiam Metropolitanis poſt pontificales majores vel in collegiatis Eccleſiis hujusmodi principales ſeu Parochiales Eccleſiæ, vel earum perpetuæ vicariæ forent & ad dignitates perſonatus, adminiſtrationes vel officia hujusmodi conſueviſſent aliqui qui per Electionem aſſumi, eisque cura immineret animarum, nec non quottidianas diſtributiones intereſſentibus divinis in eisdem Eccleſiis dari ſolitas, cum ea integritate percipere valeret, cum qua illas perciperet, ſi in eisdem Eccleſiis, ſive Locis perſonaliter reſideret & hujusmodi divinis intereſſet in eisdem & ad reſidendum dictisque officiis intereſſendum interim in eisdem Eccleſiis, ſive locis minimè teneretur, nec ad id à quoquam invitus valeret coarctari per ſuas Literas conceſſit, certis ſuper hoc executoribus ſeu conſervatoribus deputatis, prout in Litteris prædictis quarum tenores ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſererentur, pro expreſſis & inſertis haberi volumus, plenius continetur. Quare pro parte dicti Alberti Ducis aſſerentis, Litteras prædictas executoribus ſeu conſervatoribus præfatis nondum præſentatas fuiſſe, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut Litteras prædictas ac omnia & ſingula in eis contenta & inde ſecuta quæcunque pro illarum ſubſiſtentia firmiori innovare confirmare & approbare ac aliàs in præmiſſis oportunè providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur circumſpectam dicti Ducis providentiam plurimum in Domino commendantes, ipſum Albertum Ducem ab omnibus & ſingulis excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti aliisque ſententiis, cenſuris & pœnis à jure vel ab homine quâvis occaſione vel causâ latis ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes & abſolutum fore cenſentes, hujusmodi ſupplicationibus inclinati Litteras prædictas ac omnia & ſingula in eis contenta & inde ſecuta quæcunque auctoritate Apoſtolicâ & ex certa ſcientia, tenore præſentium innovamus confirmamus & approbamus ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſuplentes omnes & ſingulos defectus tam juris quam facti ſi qui forſan intervenerint in eisdem. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus nec non privilegiis, indultis ſive Litteris Apoſtolicis quibuscunque perſonis Eccleſiis ſive collegiis forſan hactenus etiam auctoritate præfata ſub quibusvis verborum formis & clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis in contrarium forſan conceſſis & impoſterum concedendis quibus, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus pro illorum ſufficienti derogatione ſpecialis ſpecifica & expreſſa mentio habenda foret tenores hujusmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent præſentibus pro ſufficienter expreſſis & inſertis habentes hâc vice duntaxat ſpecialiter & expreſsè derogamus ac omnibus illis quæ præfatus prædeceſſor in ſuis litteris prædictis voluit non obſtare, ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ abſolutionis, innovationis, confirmationis, approbationis, communitionis, ſuppletionis & derogationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo octuageſimo quinto. Tertio KL. Junij. Pontificatûs noſtri Anno primo.

Derogatur Contrariis quibuscunque.

Poſt impetratas iſtas à duobus Summis Pontificibus Sixto IIII. & Innocentio VIII. Bullas Friſingenſes primum ſe ſe oppoſuerunt narrantes in curia quod per Ejusmodi gratiam Bavariæ Duci conceſſam capitula & chori Cathedralium Eccleſiarum, Friſingæ maximè ibi tunc vix quatuor aut quinque Canonici in perſonali reſidentia eſſe affirmabantur penitus forent deſolata. Ad quam quidem compoſitam narrationem adducta S. Sedes Apoſtolica, aliud dedit dicto Capitulo Friſingen. indultum in forma Brevis quo ſuperioribus conceſſionibus in gratiam Bavariæ Ducis factis derogabatur. Verum poſtea quam Albertus Dux iſta Friſingenſia narrata refutâſſet, aſſerendo nimirum quod Friſingæ non quatuor aut quinque ſed viginti Canonici ſemper illic præſentes eſſent, res in priſtinum ſtatum fuit revocata per novam Bullam quæ ſequitur.

Innocentii VIII. PP. alia Bulla reſtitutoria ſuper fructibus Canonicorum in Conſiliarios Alberti Bavariæ Ducis aſſumptorum quæ in ordine ejus rei eſt tertia. Anno 1489.

1489.

Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei ad futuram rei memoriam. Quia plerumque contingit à nobis, ad quos de diverſis mundi partibus negotiorum confluit multitudo, adeo variis obductis curis, importunitate petentium conceſſionibus & gratiis per Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros & ſucceſſivè per nos, providâ deliberatione ad ſupplicationem præſertim Catholicorum Principum conceſſa contraria præter mentem noſtram concedere, decens, quinimo debitum reputamus,

tamus, ſic conceſſa in irritum revocare & taliter providere quod priores conceſſiones & gratiæ hujusmodi ſublatis quibusvis impedimentis debitum ſortiantur effectum prout rerum & temporum qualitate penſata id in Domino conſpicimus expedire.

Petitio ut in præcedentibus duabus Bullis.

Dudum ſiquidem pro parte dilecti filii Nobilis viri Alberti Comitis Palatini Rheni, altæ & baſſæ Bavariæ Ducis fœlicis recordationis Sixto PP. IIII. prædeceſſori noſtro expoſito, quod Auguſten. Friſingen. & Ratisponenſ. Eccleſiæ ac earum Prælati & capitula variis plerumque occaſionibus & præſertim pro conſervatione defenſione & recuperatione bonorum & jurium ad Eccleſias prædictas pertinentium & in locis ſui temporalis dominii conſiſtentium conſueverant retroactis temporibus ad ſuam & ſuorum pro tempore progenitorum exiſtentium Bavariæ Ducum curiam deſtinare Oratores, Nuncios & Procuratores ad præmiſſam, ac alia eorum negotia in dicta curia pertractandum non ſine plurimo onere & impenſa & quod ſi in dicta curia ſua de cujuslibet dictarum Eccleſiarum capitulo reſideret, unus quem ipſe in ſuum haberet Conſiliarium profectò reſidentes ipſi eaſdem Eccleſias & illarum Prælatos, capitula & perſonas ab hujusmodi onere & impenſa relevare poſſent, conſequerenturq; dictæ Eccleſiæ Prælati capitula & perſonæ earundem ea quæ vellent in curia prædicta facilius & commodius, ac cum minoribus impenſis mediantibus Conſiliariis prædictis, quæ tunc faciebant mediantibus Oratoribus Nunciis & Procuratoribus per eos pro tempore deſtinatis & ob reſidentiam eorumdem Conſiliariorum in dicta curia alii ab occupatione & detentione bonorum & jurium Eccleſiarum prædictarum ac ab inferendo eis eorumque Prælatis & capitulis moleſtias & jacturas plus ſolito abſtinerent, idem Sixtus prædeceſſor de cujuslibet Eccleſiarum prædictarum capitulo uni, quem ipſum Ducem in ſuum Conſiliarium aſſumere ſeu habere pro tempore contigerit, ut quoad viveret & ipſe ſic admiſſus in dicta curia perſonalem reſidentiam faceret & paratus foret cauſas & negotia Eccleſiæ ſuæ & illius capituli inibi promovere pertractare & defendere, omnes & ſingulos fructus, redditus & proventus omnium & ſingulorum beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura & ſine cura quæ in ſua & quibusvis aliis Eccleſiis ſive locis eum tunc & pro tempore obtinere contingeret, etiamſi canonicatus & præbendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes vel officia in cathedralibus etiam Metropolitan. vel collegiatis & dignitates ipſæ in prædictis & aliis cathedralibus etiam Metropolitan. poſt pontificales majores aut in collegiatis Eccleſiis hujusmodi principales ſeu parrochiales Eccleſiæ vel earum perpetuæ vicariæ forent & ad dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia hujusmodi conſueviſſent, qui per Electionem aſſumi eisque cura immineret animarum nec non quotidianas diſtributiones intereſſentibus divinis in eisdem Eccleſiis dari ſolitas, cum ea integritate percipere valeret, cum qua illos perciperet, ſi in eisdem Eccleſiis ſive locis perſonaliter reſideret & hujusmodi officiis intereſſet in eisdem & ad reſidendum dictisque officiis intereſſendum interim in eisdem Eccleſiis ſive locis minimè teneretur, nec ad id compelli à quoquam valeret per quaſdam indulſit, certis ſuper hoc executoribus deputatis, Et deinde nos indultum hujusmodi per alias ex certa ſcientia approbavimus & confirmavimus & ſucceſſivè per reliquas noſtras in forma brevis Litteras dilectis filiis Decano & capitulo dictæ Eccleſiæ Friſingenſis mandavimus ut Sixti prædeceſſoris & noſtris Litteris hujusmodi parere deberent.

Indultum perſonale.

Etiam præſentiæ conceduntur.

Perceptivæ ad capitulum Friſingenſe.

Poſtmodum verò pro parte Decani & capituli prædictorum nobis expoſito, quod olim piæ memoriæ Innocentius PP. IIII. etiam prædeceſſori noſtro pro parte tunc Decani dictæ Eccleſiæ Friſingenſis & capituli prædictorum expoſito, quod frequenter contingebat & in dicta Eccleſia Friſingenſi, in qua triginta Canonici erant, nonnullis ex eis prætextu indulgentiarum eis ut aſſerebant à Sede Apoſtolica conceſſarum quod ad reſidentiam compelli non poſſent & alias pro aliis cauſis à dicta Eccleſia ſe abſentantibus non remanebant, niſi quatuor aut quinque Canonici qui Domino inibi deſervirent in divinis, propter quod ipſa Eccleſia Friſingenſis quæ honorabilis erat, contemptibilis apud plures reddebatur, dum cultu debito defraudabatur, idem Innocentius prædeceſſor Decano & capitulo præfatis gratioſè indulſerit, quod ex tunc de cætero nulli Canonicorum ipſius Eccleſiæ abſenti, niſi pro Romanæ vel dictæ Eccleſiæ Friſingenſis ſervitio vel peregrinationis, ſeu ſtudii cauſa, fructus præbendæ ſuæ aſſignare aliqualiter tenerentur, etiam obtentu aliquarum indulgentiarum obtentarum à Sede prædicta vel deinceps obtinendarum in quibus de dicta indulgentia, expreſſa mentio non fieret, quodque ipſi Decanus & capitulum dubitabant, ne aliquis ex Canonicis dictæ Eccleſiæ Friſingenſis in Conſiliarium dicti Ducis vigore Literarum Sixti prædeceſſoris hujusmodi aſſumptus vellet fructus redditus & proventus ſuorum Canonicatus & præbendæ nec non quotidianas diſtributiones, contra tenorem Litterarum Innocentii prædeceſſoris hujusmodi percipere ac eosdem Decanum & capitulum ſuper hoc moleſtare, quod profectò cederet in ipſius Friſingenſis Eccleſiæ maximum detrimentum, nos literas Innocentii prædeceſſoris hujusmodi cum omnibus & ſingulis in eis contentis clauſulis, per reliquas noſtras Litteras approbavimus & innovavimus decernentes, illas obtinere robur perpetuæ firmitatis & inviolabiliter perpetuò obſervari debere ac Decanum & capitulum præfatos prætextu Literarum Sixti prædeceſſoris hujusmodi & obtentæ à nobis illarum confirmationis prædictarum, ac quorumcunque indultorum ſuper fructibus in abſentia percipiendis per nos & Sedem prædictam ſub quibusvis formis & expreſſionibus verborum

Innocent. IIII. indulſit capitulo Friſing: ut ſoli præſentes gaudeant fructibus.

XXX. Canonici Friſingenſes.

Falſa narratio.

Vileſcit Eccleſia vileſcente cultu divino in ea.

Capituli Friſingenſis privilegium circa Canonicos non reſidentes.

Quæ excuſent à reſidentia de jure communi.

Friſingenſes ſe opponunt duobus indultis ſupra allatis Sixti IIII. & Innocentii VIII.

Innocent. VIII. confirmat indultum Innocentii IIII. Friſingenſibus conceſſum & revocat duo ſupra dicta indulta Duci conceſſa &c.

ac motu proprio & ex certa ſcientia & cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis ac fortioribus & efficacioribus clauſulis & quâvis etiam conſideratione, ſive Imperatoris aut aliorum Principum ſecularium ſeu Eccleſiaſticorum Prælatorum ac impenſorum ſervitiorum, conceſſorum eatenus & impoſterum etiam concedendorum, etiamſi in eisdem indultis de Innocentii prædeceſſoris & poſterioribus Litteris noſtris prædictis mentio ſpecifica fieret & illis derogaretur expreſsè ad præſtandum & miniſtrandum eorum Canonicis abſentibus & divinis in eadem Eccleſia non intereſſentibus fructus redditus & proventus ac quotidianas diſtributiones hujusmodi, minimè teneri, nec ad id à quoquam invitos compelli poſſe, etiamſi ultra Litteras Sixti prædeceſſoris & noſtras prædictas, alias à nobis etiam in forma brevis Litteras vel alia quæcunque ad effectum perceptionis fructuum & diſtributionum hujusmodi ſuorum canonicatuum & præbendarum, quos in dicta Eccleſia Friſingenſi obtinebant & impoſterum obtinerent, quarum aliquæ eisdem Decano & capitulo intimatæ fuiſſent, & ab illis ad Sedem prædictam extitiſſet appellatum, obtinuiſſent & etiam impoſterum obtinerent, prout in ſingulis Litteris prædictis plenius continetur.

Numerus Canonicorum Friſingæ reſidentium.

Cùm autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Alberti Ducis petitio continebat, in dicta Eccleſia Friſingenſ. non ſolum quatuor vel quinque prout tempore dat: Litterarum Innocentii prædeceſſoris hujusmodi fiebat, ſed viginti vel circa Canonici reſideant & propter abſentiam unius ex Canonicis illius per dictum Ducem in Conſiliarium pro tempore aſſumpti divinus cultus in dicta Eccleſia Friſingenſi non multum minuatur ac etiam dum in curia dicti Ducis moram trahit, ſi fructus, redditus & proventus ſuorum canonicatûs & præbendæ ac quotidianæ diſtributionis ſibi, juxta tenorem Litterarum Sixti prædeceſſoris hujusmodi dentur & aſſignentur, in detrimentum dictæ Eccleſiæ Friſingenſis non cedat, cum fructus, redditus & proventus ac diſtributiones hujusmodi in illius fabricam non convertantur, ſed inter Canonicos reſidentes diſtribuantur & propterea præjudicium aliquod dictæ Eccleſiæ Friſingenſi non inferatur ac Canonicus pro tempore in curia dicti Ducis reſidens negotiis & cauſis ipſius Friſingenſis Eccleſiæ & capituli prædictorum plurimum utilis & fructuoſus eſſe poſſit pro parte præfati Alberti Ducis nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut indultum & Literas Sixti prædeceſſoris & noſtras illarum confirmationis innovare & de novo concedere ac Litteras per nos Decano & capitulo poſtmodum conceſſas hujusmodi, in ea parte in qua indulto prædicto præjudicatur, revocare, caſſare & annullare aliasque in præmiſſis oportunè providere & benignitate Apoſtolicâ dignaremur.

Abſentia unius Canonici non multum præjudicat Eccleſiæ vel cultui Divino.

Non reſidentis reditus variè applicantur pro conſuetudine loci.

Sereniſſimus Albertus petit & obtinet revocationem revocationis ſupradictæ.

Nos igitur attendentes ſingularem devotionis affectum quem præfatus Albertus Dux & ſui progenitores ad nos & eandem Romanam ſemper geſſerunt & gerunt Eccleſiam ac omninò intendentes quod indultum per Sixtum prædeceſſorem conceſſum & per nos confirmatum hujusmodi debitum ſortiatur effectum hujusmodi ſupplicationibus inclinati indultum ac Litteras Sixti prædeceſſoris & per nos deſuper conceſſas hujusmodi, cum omnibus & ſingulis in eis contentis clauſulis authoritate Apoſtolica tenore præſentium innovamus & de novo concedimus, Litterasque poſteriores prædictas Decano & capitulo præfatis conceſſas in ea parte, in qua indulto per Sixtum prædeceſſorem conceſſo & per nos confirmato hujusmodi præjudicatur, revocamus, caſſamus, irritamus & annullamus ac indultum & Litteras Sixti prædeceſſoris & illarum noſtras confirmationis hujusmodi in priſtinum & eum in quo, antequam poſteriores Litteræ prædictæ emanarent, quomodolibet exiſtebant, ſtatum reſtituimus, reponimus & plenariè reintegramus, decernentes irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari, ac executoribus præfatis mandantes ut ad executionem tam præſentium quam aliarum Sixti & noſtrarum confirmationis illarum poſtmodum conceſſarum hujusmodi procedant, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus præmiſſis ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec non omnibus illis, quæ idem Sixtus prædeceſſor in ſuis & nos in noſtris confirmationis illarum Literis prædictis voluimus non obſtare cæterisque contrariis quibuscunque.

Revocatio ampliſſima.

Executores.

Nulli ergò omninò hominum liceat, hanc paginam noſtræ innovationis, conceſſionis, revocationis, caſſationis, irritationis, annullationis, reſtitutionis, repoſitionis, reintegrationis, conſtitutionis & mandati infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo octuageſimo nono. undecimo Kal. Nov. Pontificatûs noſtri anno ſexto.

1489. 22. Octob.

Ex vi ac virtute hujus privilegii, Doctor Joannes Neubauſer Canonicus Friſing. Alberti Bavariæ Ducis Conſiliarius, Friſingenſis ſuæ præbendæ fructus, abſenti ſibi & in curia dicti Ducis commoranti, concedi poſtulavit. Verum denegantibus & opponentibus ſe ſe Decano & Capitulo ibidem res in curiam Romanam delata eſt ibique aliquamdiu proceſſum. Pontifex porrò Summus Innocentius VIII. privilegium hoc Alberti Ducis tertio confirmavit, inbibendo etiam judicibus ne contra illud decernant aut judicent ullâ inſtantiâ.

Innoceutii VIII. PP. tertia & ultima confirmatio Privilegii Alberto Duci conceſſi data Romæ Anno 1490.

Quarta diſpenſatio de non reſidendo.

INnocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei ad futuram rei Memoriam. Romanus Pontifex juſtitiæ præcipuus conſervator & auctor quicquid in alieni juris & præſertim gratiarum per eum & prædeceſſores ſuos ad ſupplicationem Catholicorum Principum providè conceſſarum præjudiciorum ab ipſis proceſſiſſe comperit id ne graviorem tendat in noxam libenter revocat & in priſtinum ſtatum reducit prout rationabiles cauſæ ſuadent, & id in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem à nobis emanârunt Litteræ tenoris ſubſequentis: Innocentius Epiſcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei Memoriam. Romanus Pontifex ex univerſis Mundi partibus variis negotiis continuè circumſeptus, aliqua interdum pro Eccleſiarum honore & utilitate concedit, quæ poſtmodum experimento cognito, in illarum noxam tendere dignoſcuntur, inde non debet reprehenſibile judicari, ſi Pontifex ipſe illa interdum revocat & annullat, ac ea quæ per ipſum & prædeceſſores ejus Romanos Pontifices circa ea providè geſta ſunt approbat & innovat, prout rerum & temporum conditione penſata, pro Eccleſiarum earumdem ſtatu foeliciter conſervando conſpicit in Domino ſalubriter expedire.

Cauſæ revocandi indulta.

Sanè dudum foelicis recordationis Sixto PP. IIII. prædeceſſori noſtro pro parte dilecti Filii Nobilis viri Alberti Comitis Palatini Rheni ac altæ & baſſæ Bavariæ Ducis expoſito quod Auguſtenſ. Friſingenſ. & Ratiſponenſ. Eccleſiæ ac illarum Prælati & capitula variis plerumque occaſionibus & præſertim pro conſervatione, defenſione & recuperatione bonorum & jurium ad Eccleſias prædictas pertinentium & in locis ſui temporalis dominii conſiſtentium conſueverint retroactis temporibus ad ſuam & progenitorum ſuorum Bavariæ Ducum curiam deſtinare Oratores Nuntios & Procuratores ad præmiſſa & alia eorum negotia in dicta curia pertractanda non ſine plurimo onere & impenſis & quod ſi in dicta curia ſua de cujuslibet dictarum Eccleſiarum capitulo reſideret unus quem ipſe Albertus Dux in ſuum haberet Conſiliarium, profectò reſidentes ipſi dictas Eccleſias & illarum Prælatos, capitula & perſonas ab hujusmodi onere & impenſis relevare poſſent, conſequerenturque dictæ Eccleſiæ Prælati, capitula & perſonæ earundem ea quæ vellent in curia prædicta facilius & commodius, ac cum Minoribus impenſis mediantibus Conſiliariis prædictis;

Triplex Conditio indulti.

Diſpenſatio I. & Conceſſio ampliſſima.

Idem Sixtus prædeceſſor de quolibet Eccleſiarum prædictarum capitulo, unum quem eundem Albertum Ducem in ſuum Conſiliarium aſſumere ſeu habere pro tempore contingeret, ut quoad ipſe Dux viveret & ipſe ſic admiſſus in dicta curia perſonaliter reſideret & paratus foret cauſas & negotia ſuæ Eccleſiæ & illius capituli inibi promovere pertractare & defendere omnes & ſingulos fructus, redditus & proventus omnium & ſingulorum beneficiorum ſuorum Eccleſiaſticorum cum cura & ſine cura quæ in ſua & quibusvis aliis Eccleſiis ſive locis eum tunc & pro tempore obtinere contingeret etiam ſi canonicatus & præbendæ dignitates perſonatus, adminiſtrationes vel officia in cathedralibus & metropolitanis vel collegiatis & dignitates ipſæ in prædictis & aliis cathedralibus & metropolitanis poſt pontificales majores aut in collegiatis Eccleſiis hujusmodi principales ſeu parochiales Eccleſiæ vel earum perpetuæ vicariæ forent, & ad dignitates perſonatus adminiſtrationes vel officia hujusmodi conſueviſſent qui per Electionem aſſumi eisque cura immineret animarum nec non quotidianas diſtributiones intereſſentibus divinis dari ſolitas cum ea integritate percipere valeret, cum qua illos perciperet, ſi in eisdem Eccleſiis, ſive locis perſonaliter reſideret, ac hujusmodi divinis intereſſet, per quasdam indulſit, certis deſuper Executoribus deputatis, & deinde nos indultum hujusmodi ex certa ſcientia per alias approbavimus & confirmavimus, cum oportuna defectuum ſuppletione ac Decano & capitulo Friſingenſi per reliquas in forma brevis mandavimus ut præfati Sixti prædeceſſoris ac noſtris litteris hujusmodi parere vellent;

Oppoſitio Friſingenſium.

Nitebantur indulto Innoc. IIII. de fructibus reſidentibus tantum dandis.

30. Canonici Friſingenſes.

Falſa narratio.

poſtmodum verò pro parte Decani & capituli dictæ Eccleſiæ Friſingenſis nobis expoſito, quod olim foelicis recordationis Innocentio PP. IIII. etiam prædeceſſori noſtro pro eorum parte expoſito quod frequenter contingebat, quod in dicta Eccleſia in qua erant triginta Canonici nonnulli eorundem, prætextu indultorum eis à Sede Apoſtolica conceſſorum quod ad reſidentiam compelli non poſſent & aliàs pro variis cauſis à dicta Eccleſia ſe abſentabant non remanebant niſi quatuor aut quinque qui Domino inibi ſervirent in divinis propter quæ Eccleſia ipſa, quæ honorabilis erat contemptibilis apud plurimos reddebatur, dum cultu debito defraudabatur.

Legitima abſentia integris fructibus.

Idem Innocentius prædeceſſor Decano & capitulo præfatis conceſſerat, quod de cætero nulli Canonicorum prædictæ Eccleſiæ abſenti, niſi pro Roman. vel ipſius Eccleſiæ Friſingenſis ſervitio, vel peregrinationis ſeu ſtudii cauſa fructus præbendæ ſuæ aſſignare aliqualiter tenerentur etiam obtentu aliquarum indulgentiarum obtentarum à Sede Apoſtolica vel deinceps obtinendarum in quibus de dicta indulgentia expreſſa mentio non fieret; & licet hujusmodi indultum à tempore, cujus contrarii hominum memoria non exiſtebat fuiſſet in dicta Eccleſia tenaciter obſervatum, tamen dubitabatur ne aliquis Canonicorum dictæ Eccleſiæ Friſingenſis in Conſiliarium prætextu Literarum Sixti prædeceſſoris hujusmodi talis temporalis Domini aſſumptus, vellet fructus redditus & proventus ſuæ præbendæ ibidem ac quoti-

Innocent. VIII. confirmat indultum Friſingenſibus ab Innocent. IIII. conceſſum ob falſam narrationem, quam tamen confirmationem hic revocat.

Numerus Canonicorum Friſing. ſub Innocentio Quarto.

Cauſæ & motiva revocandi revocationem indultorum ſupradictorum Sixti IV & Innocent. VIII.

dianas diſtributiones percipere contra dictarum Litterarum ejuſdem Innocentii PP. tenorem & ſuper hoc moleſtari, quod profectò in ejuſdem Eccleſiæ Friſingenſis cederet maximum detrimentum; nos Litteras Innocentii prædeceſſoris hujuſmodi approbavimus & robur perpetuæ firmitatis obtinere ac Decanum ac capitulum præfatos Sixti prædeceſſoris ac noſtrarum Literarum hujuſmodi prætextu aut quorumcunque indultorum ſuper fructibus in abſentia percipiendis conceſſorum & quæ concedi contingeret per Sedem prædictam etiam cum motûs proprii, certæ ſcientiæ & aliis derogatoriarum derogatoriis ac fortioribus & efficacioribus clauſulis, quavis conſideratione etiam Imperatoris Principum & Prælatorum ac impenſorum ſervitiorum etiamſi in eiſdem indultis de indulto Innocentii hujuſmodi ſpecifica mentio fieret & illi denegaretur expreſsè ad dandum & præſtandum fructus hujuſmodi Canonicis abſentibus & divinis non intereſſentibus in dicta Eccleſia Friſingenſi non teneri nec ad id compelli poſſe decrevimus, etiam ſi deſuper ultra Litteras prædictos confirmationis alias Litteras in forma brevis vel alia quæcunque ad hunc effectum perceptionis fructuum reddituum & proventuum ſuorum canonicatuum & præbendarum quos in dicta Eccleſia Friſingenſi obtinebant & impoſterum obtinerent etiam ſi eiſdem Decano & capitulo intimatæ fuiſſent & ab illarum intimatione appellâſſent, & ſucceſſivè per nos accepto quod in dicta Eccleſia non ſolum quatuor vel quinque prout tempore datarum Litterarum Innocentii prædeceſſoris hujuſmodi fiebat, ſed viginti & ultra Canonici reſidebant, & propter abſentiam unius ex Canonicis illius per dictum Ducem in Conſiliarium pro tempore aſſumpti, divinus cultus in dicta Eccleſia non multum minuebatur, ac etiam dum in dicti Ducis curia moram trahebat, ſi fructus redditus & proventus ſuorum canonicatus & præbendæ ac quotidianæ Diſtributiones ſibi juxta tenorem Litterarum Sixti prædeceſſoris hujuſmodi darentur & aſſignarentur in detrimentum dictæ Eccleſiæ Friſingenſis non cederet, cùm fructus & diſtributiones hujuſmodi in Eccleſiæ Fabricam non convertantur, ſed inter Canonicos præſentes dividantur & ſic præjudicium aliquod Eccleſiæ non inferebatur nos per alias noſtras Litteras motu proprio indultum prædictum eidem Alberto Duci conceſſum cum omnibus & ſingulis in eis contentis clauſulis innovavimus & de novo conceſſimus ac Litteras eiſdem Decano & capitulo ut præmittitur conceſſas in parte in qua indulto prædicto præjudicabatur, revocavimus, caſſavimus, irritavimus ac annullavimus ac indultum & Litteras Sixti prædeceſſoris hujuſmodi ac etiam noſtras in ſtatum priſtinum reduximus & reintegravimus, mandantes Executoribus in Litteras Sixti hujuſmodi deputatis, ut ad executionem illarum procederent invocato etiam ad hoc auxilio brachii ſæcularis, prout in ſingulis Litteris prædictis plenius continetur. Cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte Decani & capituli dictæ Eccleſiæ Friſingenſis petitio continebat, indultum & Litteræ Innocentii prædeceſſoris noſtri pro ſtatu & conſervatione honoris dictæ Eccleſiæ ac Divini cultûs in illa manutentione & incremento emanârunt, & ex illis Eccleſia ipſa illiusque perſonæ in pace & unione hactenus conſervatæ extiterunt, Litteræ verò noſtræ poſteriores ac dicti Sixti prædeceſſoris in ipſius Eccleſiæ præjudicium & divini cultûs diminutionem emanaverunt, formideturque ne illarum occaſione inter perſonas ipſius Eccleſiæ Friſing: ſcandala, diſſenſiones & odia generentur, præcipuè cum jam inter Decanum & capitulum præfatos & dilectum filium Joannem Neuhauſer Canonicum dictæ Eccleſiæ qui tanquam Conſiliarius dicti Ducis fructus ſuorum canonicatûs & præbendæ in abſentia, prætextu indulti Sixti Prædeceſſoris extorquere nititur, lis coram certo judice auctoritate Apoſtolicâ deputato in Romana curia pendeat indeciſa ſitque magis expediens ſi aliquis doctus & expertus Canonicus in eadem Eccleſia Friſingenſi exiſtat, ut ille apud ipſam Eccleſiam pro illius negotiis dirigendis reſideat, quam per curias ſecularium Principum vagando diſcurrat, quod profectò ad Eccleſiaſticorum virorum ſtatum minimè pertinet; pro parte Decani & capituli Eccleſiæ Friſingenſis hujuſmodi nobis humiliter fuit ſupplicatum ut priores noſtras & Innocentii prædeceſſoris Litteras prædictas approbare & innovare ac ſingulas alias Litteras prædictas revocare, caſſare & annullare aliaſque in præmiſſis oportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur Decanum & ſingulos ex capitulo hujuſmodi à quibuſcunque excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis cenſuris & pœnis à jure vel ab homine quâvis occaſione vel cauſâ latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati priores noſtras ac Innocentii prædeceſſoris hujuſmodi Litteras præfatas auctoritate Apoſtolicâ tenore præſentium approbamus & innovamus ac perpetuæ firmitatis robur obtinere & perpetuò inviolabiliter obſervari debere decernimus, ſingulas verò alias Litteras prædictas tam noſtras quam dicti Sixti prædeceſſoris in quantum aliis Litteris innovatis prædictis repugnant, eaſdem auctoritate & tenore revocamus, caſſamus, irritamus & annullamus, nulliusque roboris vel momenti fore, ſimiliter decernimus, nec non executoribus prædictis & ab eis pro tempore deputatis ſubexecutoribus ne ad Litterarum revocatarum hujuſmodi executionem in aliquo procedant, ſub excommunicationis pœna quam, ſi ſecus fecerint, eò ipſo incurrant diſtrictiùs inhibemus decernentes irritum & inane, ſi ſecus ſuper his

à quo,

Indultum Innocentii IV. Friſingenſibus utile.

Indulta Sixti IV. & Iñocentii VIII. Friſingenſibus quatenus præjudicent.

Litigant Romæ Friſingenſes cum collega Neuhauſer Principis Conſiliario.

Innocentius VIII. confirmat indultum ſuum & Innocentii IIII. & revocat indulta Principi conceſſa.

à quoquam quâvis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari: Non obſtantibus præmiſſis ac conſtitutionibus ac ordinationibus Apoſtolicis, nec non ſtatutis & conſuetudinibus dictæ Eccleſiæ Friſingenſis juramento confirmatione Apoſtolicâ vel quâvis aliâ firmitate roboratis, cæteriſque contrariis quibuscunque. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, invocationis, conſtitutionis, revocationis, caſſationis, irritationis, annullationis, inhibitionis & decreti infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo, quadringenteſimo nonageſimo quinto, decimo Kal. Julii, Pontificatûs noſtri anno ſexto.

1490. 17. Junii

Revocatur ſupradicta revocatio lite pendente.

Cum autem noſtræ nunquam fuerit, nec ſit intentionis indultum præfato Duci Alberto conceſſum per literas poſteriores hujusmodi præinſertas revocare & annullare ac dictæ præinſertæ litteræ contra & præter mentem & intentionem noſtram emanaverint, &, ut accepimus cauſa occaſione dicti indulti, tempore datarum Litterarum earundem inter dilectos filios capitulum & Canonicos Eccleſiæ Friſingenſis ex una & Joannem Neuhauſer Canonicum dictæ Eccleſiæ partibus ex altera, coram venerabili fratre noſtro Egerdo Epiſcopo tunc Electo Sleſwicen. Locum unius ex cauſarum Palatii Apoſtolici Auditoribus de mandato noſtro tenenti ad Inſtantiam capituli & Canonicorum prædictorum in prima inſtantia indeciſa penderet & jam in illa ad quam plures actus, etiam ad productionem nonnullorum jurium citra tamen concluſionem proceſſum foret, Nos attendentes Lite pendente in præjudicium alicujus nihil eſſe innovandum ac cupientes jus & indultum dicti Ducis illæſum ſervari & propterea deſuper debitè providere volentes dictæque cauſæ ſtatum præſentibus pro expreſſis habentes, Litteras præinſertas hujusmodi, ac omnia & ſingula in eis contenta auctoritate Apoſtolica & ex certa ſcientia tenore præſentium revocamus, caſſamus, irritamus & annullamus ac nullius roboris vel momenti fuiſſe & eſſe decernimus ac indultum prædictum eidem Duci conceſſum nec non ſingulas tam noſtras quam Sixti Prædeceſſoris hujusmodi, deſuper confectas Litteras cum omnibus & ſingulis in eis contentis clauſulis adverſus illas in ſuum priſtinum & eum in quo ante quam illæ emanarent quomodolibet exiſtebant, ſtatum reſtituimus reponimus & plenariè reintegramus decernentes, ſic per præfatum Egerdum Epiſcopum & quoscunque alios dicti palatii auditores & commiſſarios in quacunque inſtantia ſublata eis & cuilibet eorum quavis alia interpretandi facultate ſententiari diffiniri & judicari debere, irritum quoque & inane ſi ſecus ſuper hiis quâvis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Non obſtantibus præmiſſis ac conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, nec non omnibus illis quæ in Litteris tam noſtris quam Sixti Prædeceſſoris ſuper indulto hujusmodi, emanatis conceſſa ſunt, non obſtare cæteriſque contrariis quibuscunque. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ revocationis, caſſationis, irritationis, annullationis, conſtitutionis, repoſitionis & reintegrationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum. Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ℥. * Januarij. Pontificatûs noſtri anno ſeptimo.

*ita apogr.

*Et hæc quidem Privilegia conceſſa ſunt Bavaricæ domui tempore Alberti Ducis ante centum propè annos * Indeque ab initio ſtatim in Conſiliarium Bavaricum ſuſceptus eſt Doctor Joannes Neuhauſer vir Nobilis, Decanus Ratiſponenſis & Canonicus Friſingenſis, qui omnes vitæ ſuæ dies in Bavariæ Ducum Albertorum nimirum patris & filii & Guilielmi Nepotis ſervitio conſumpſit ſumma cum laude, donec tandem Anno Chriſti nati 1516. die 26. Januarii Monachii obiret primus tranſlatæ illuc Eccleſiæ collegiatæ ad Divam Virginem Præpoſitus. Cujus quidem inſtituendæ tranſlationis, erigendæque Monachii inſignis collegiatæ Eccleſiæ pars magna ipſe fuerat. Videns nimirum vir acris judicii vel non ſuccedere fœliciter quod ex pontificia conceſſione indultum erat, vel non reperiri ſemper apud cathedrales Eccleſias Canonicos tantorum Principum conſiliis ac negotiis aptos, id procuravit ut collegia duo ruralia Illmünſtrenſe videlicet ac Schlierſeenſe Monachium ad ipſam Principum primariam ſedem ponerentur, ex quo ad manum ſemper viri apti & idonei haberentur ad uſus Principum. Nec malè ſucceſſit conſilium, ſic ut propter præſentes ac certos perpetuo Monachienſes Canonicos de aliis ex cathedralibus Eccleſiis adducendis, non ita operosè fuerit cogitatum poſtea.*

*Autor Notarum in marg: & fine bullarum, Cl. V. Eraſmus Vendius.

Joannes Neuhauſer primus collegiatæ Monacenſis Præpoſitus.

Cauſa tranſlationis Ilmünſter & Schlierſe Monachiũ.

De veteri tamen illo Pontificio Privilegio in uſum revocando curam ſibi ſumpſerunt illuſtriſſimi Bavariæ Duces Catholici Guiliemus Ludovicusque fratres temporum difficultate adducti ut eâ ratione graſſantibus circumcirca Bavariam hæreſibus fortius & efficacius ſeſe opponere poſſent. Id quod ex ſequenti Clementis PP. VII. brevi patet latius.

Breve Clementis PP. VII. ad Duces Bavariæ Catholicos Guilielmum Ludovicumque fratres quo indulget omnibus Monachii reſidentibus Bavariæ Ducibus ad perpetua tempora, ut ex Capitulo Friſingenſis Eccleſiæ unum Canonicum ad Conſilia ſua Monachium evocare poſſint qui nihilominus fructus & emolumenta præbendæ ſuæ ibidem percipiat, ac ſi præſens eſſet. Anno MDXXX.

Clemens PP. VII.

Dilectis Filiis Nobilibus Viris, Wilhelmo ſuperioris & inferioris Bavariæ Duci, Comitique Palatino Rheni & Ludovico ejus Fratri germano. .

Dilecti Filii ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Fides & devotio quam ad nos & Romanam Eccleſiam gerere comprobamini, promerentur *poſt hæc verba à f. 24. usque ad fol. 28. omnia hujus Bullæ reliqua in Regeſto quo nos uſi ſumus, exciſa ſunt, eo haud dubie tempore, quo ſtatu reipublicæ turbido, cujuslibet ſecuris tanquam in publica & cædua ſylva, quæ ſibi obeſſe videbantur, reſecuit.* Hîc tamen reſecta alibi in authenticis integra remansêre. Sic, *non omnes Fabios abſtulit una dies. fol. verò 28. finis ita legitur*: - - illis alias in ſuo robore permanſuris, hâc vice duntaxat, harum ſerie ſpecialiter & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo piſcatoris. Die XIIII. Decembris. MDXXX. Pontificatûs noſtri anno octavo.

Tomo XIX. fol. 101.

Wie Herzogen Albrecht der Stift zu Slierß zu Vogt genomen hat.

Von Gottes Genaden wir Albrecht &c. bekeñen als ainiger regirender Furſte, fur uns unſer Erben und Nachkomen und tun kunt allermeniclich, offenlich mit dem Brief als der wirdig und die Erſamen in 1483. *Got unnſer lieb getrew Peter Rigler Brobſt, Eraſm Waltenhover Dechant und gemains Capitl unnſer Stift zu Slierß ausmacht genugſamer Gerechtigkait, ſo ſy beyhendig uñs unſer lebtag zu ainen Vogt erpeten und genomen lautt ains Briefs, ſo wir darumb von in haben, darauf gereden wir in Crafft diß Briefs das wir irs Stifts Leut und Güter Vogt und Beſchirmer ir auch, wo das nit Hänndl antreffennd die fur geiſtlichen Gewalt gehörig ſind, zu Recht und aller Pillichkait vor unſern Rätn gen maniclich allzeit machtig ſein, ſchutzn und beſchirmen ſollen und wellen, darumb ſollen ſy uns järlich auf ainen ieden unſer lieben Frawen Liechtmes Tag, acht Tag vor oder darnach zu rechtem Vogt Gellt ainem iedem unſern Caſtner zu Aibling gegenwurtigen und kunftigen ausrichten und antwurtten funfzig Guldein reiniſch gutter Landswerung, oder welichs Jars ſy das nit tätn ſo haben wir gut Macht und Gewalt, auf des obgenannten Stifts Guetern darumb zu pfeñdten bis zu volliger Bezallung des beſtimten Vogt Gellts dawider ir Stifft und ire Guter gañtz nichtz freyen furtragen oder beſchutzen ſol oder mag wie das erdacht oder gebraucht werden möcht, wir ſöllen und wellen auch ir Leut und Gut daruber weyllend Wolfgang von Walldegkh vor ir Vogt geweſt iſt, beſchutzen und beſchirmen, dardurch ſy mit Scharwerch Jägern und Valcknern oder andern Beſwärungen nit beladen werden ſunder davor gefreyt ſein ſollen, wär auch das uns ein gemaine Landſtewr geben wurde, ſo ſollen wir Macht und Gewalt haben von des mergenanten Stifts Hinderſäßen wo und in welichen Gerichten unſers Furſtentumbs ſy geſeſſen ſind, auch Stewr zunemen, doch ſo ſoll das Anlegen ſolicher Stewr, von den, den das von uns bevolhen würdet geſchehen in Beyweſen ains oder zwaier aus irm Capitl und mit des oder derſelben Willen und Wiſſen, damit ain yeglich arm Man nach Geſtalt und Gelegenhait ſeins Vermugen angeſehen und gehalten werde ungevärlich, ausgenomen die Gueter und Lewt ſo zu Sañd Maria Magdalenen Sañd Kathrein und der Tagmeß gehörñde, die von den von Waldegk als Stifftern fur Stewr Scharwerch und alle Beſwerung nach Laut brieflicher Urkund gefreyt ſind; es iſt auch ſunderlich zu mercken nachdem Wolfgang von Waldegkh, als ir Vogt, zwen ir und des Stifts Viſcher auf irm See gehebt hat, die nu mit ſampt der Vogtey wider an ſy und ir Stift komen ſind, dieſelbn zwen Viſcher ſy in irer vorgemellten Verſchreibung, uns von in gegeben, in und irn Stift ausgenomen und behallten haben, doch wellichs Jars ſich begäb das wir in dreyen oder vier Meyl Wegs ungevärlich in nähen irs Stifts komen wurden, ſo ſollen all ir Viſcher drei oder viermal wen wir des begeren, auf irn See viſchen und was ſy vahn uñs zuepringen, und wen wir mit tode vergangen ſein das der allmächtig Gott lang verbietten wolle, ſo iſt ir Verſchreibung ſo ſy uns der Sachen halb geben haben auch tode und craftlos, und ſy mugen alsdenn aber zu Vogt nemen wer in darzue gevellt an Widerſprechen unſerer Erben und maniclichs von unnſern wegen, trewlich ongevarde, des zu Urkund geben wir in diſen Brief mit unſern anhangenten Secreten Inſigel beſigelt, zu Pfaffenhoven an Sambstag vor Lætare Anno* 1483.

Eod. loco Alberti Literæ poſtridie datæ *laut deren das Stift die 50. fl. reiniſch nit geben ſollen, dieweil Herr Diepold von Waldegkh Thumherr zu Freiſing im Leben iſt, nach deſſen Tod ſol Herzog Albrecht anſteen. L. c. f. 102. b.*

Tomo XIX. fol. 162.

Des von Welltenburg Freybrief fur Raisgellt, Weinfert, Jäger, Vallckner und annder Beſwärung.

VOn Gottes Gnaden wir Albrecht &c. bekennen als ainiger regirender Furſt offenlich mit dem Brieve das wir angeſehen haben die Armut und Abnemung unſers 1493. Cloſters zu Welltenburg, darein es vor ettlicher Zeit durch unordenlich Regirung voriger unſerer Prelaten komen und bisher geweſen iſt darumb und zu Widerpringung deſſelben damit der Gotzdinſt deſt ſtatlicher vollbracht werden auch die geiſtlichen Perſonnen in dem ſelben Cloſter ir Narung und Aufenthallt gehaben mögen, ſo haben wir daſſelb unſer Gotzhaws vor hernach gemellten Beſwärungen gefreyt, freyen es auch hiemit wiſſenlich und in Craft dis Briefs alſo das wir unſer Ambtlewt noch ander die unnſern gemelts unnſer Cloſter weder mit Raisgelt, Weinfärten, Jägern, Valcknern, Gaſtungen noch in ander weg nit beſwären ſollen noch wöllen, doch nit länger dan bis auf unſer oder unnſer Erben widerruffen, darauf allen unnſern Amptlewtn Vitztumben Pflegern Richtern Jagermaiſtern und andern den unſern ernſtlich gebietende und ſchaffennde, daſſelb unſer Cloſter vorgemelter Beſwärung zuentlaſſen und zu vertragen, ſolang und vil bis das von uns widerrufft iſt, daran tut ir all und Ewer ieder unnſer ernſtlich Maynung und Haiſſen. Datum Munchen am Pfinztag nach Sontags Lætare Anno MCCCCXCIII.

Tomo XIX. fol. 197.

Ein Brief von unſern Bruedern Herzog Sigmunden V.^{c} Gulden die wir in das Sloß Egenhofen verpawen ſöllen an ſeinen Proviſion Gellt zu Quatembern abgeen zulaſſen.

VOn Gottes Genaden wir Sigmund &c. bekennen offennlich mit dem Brief, alls 1495. der Hochgeborn Furſt unſer fruntlicher lieber Bruder, Herr Albrecht Pfaltzgrave bey Rein Herzog in obern und nidern Bayrn &c. unſerm Son Hannſen von Pfättendorff das Slos Egenhoven, ſo yzt Wolfgang Michelspeckh inn hat, auf ſeinen ainigen Leib mit allen ſeinen Zugehören nach deſſelben Michelspecken Tod daran zu ſteen, zu rechtem Leibgeding verſchriben hat, nach Laut ains Briefs, ime darumb von ſeiner Lieb gegeben, nachdem aber daſſelb Slos Egenhoven pawfellig und gutter Peſſerung wol notturftig iſt, ſo hat ſich der genannt unſer lieber Bruder Herzog Albrecht, uns zu Fruntſchaft und denſelben unſern Sun zu Gnaden verwilligt V.^{c} Gulden reiniſch darein zuverpawen die gereden und verſprechen wir hiemit in Craft dis Briefs ſeiner Lieb an unſern järlichen Proviſion Gellt, das uns ſein Lieb zugeben ſchuldig iſt, nemblich zu der Quatember Weynecht ſchiriſt anzufahen und zuſambt derſelben vier Quatember nechſt nacheinander erſcheinend zu yeder I.^{c} Gulden reiniſch abgeen und innen zelaſſen on all Widerred, und ſo er der vorgemeldten V.^{c} Guld: reiniſch, zu den iezt beſtimbten funf Quatember alſo entricht iſt, alsdann ſol uns unnſer järlich Proviſion on verrern Abzug diſer Summ frey nachfolgen und werden, wo aber der vorgenant Hanns von Pfättendorff vor uns tods abgieng, ee er an vorberierts Leibgeding ſtunde, ſovil dan unſer obgemeldter lieber Bruder Herzog Albrecht, an der vorbenanten Summ Guldin inbehalten hiet, das ſol uns ſein Lieb on Irrung widergeben, wär aber das wir vor denſelben unſern Sone tods abgiengen und er darnach ee er an ſollich Leibgeding ſtunde, ſovil dan der mergenant unſer lieber Brueder Herzog Albrecht an den vorbeſtimbten V.^{c} Gulden reiniſch, bis auf die Zeit unnſers Tods, iñbehalten hette, das ſol alsdan ſein Lieb Sigmunden von Pfättendorf, auch unſern Sone, wo der danoch im Leben wäre, geben und bezalen auch one Widerrede. Es iſt auch ſunderlich zu mercken, ob der vorgenant unnſer Son Hanns von Pfättendorf in unſern Leben, an berürts Leibgeding käme, und wir darnach, ee die vorgemeldte funf Quatember verſchinen mit dem als vorſtet unſer lieber Bruder Herzog Albrecht der vorbeſtimbten V.^{c} Gulden reiniſch Verpaw Gellts von unſer Proviſion widerhabig und entricht werden ſol, tods abgienge, das der allmechtig verhütt, wes dañ derſelb unſer lieber Bruder, an den berürten V.^{c} Gulden reiniſch dañoch unbezallt ausſteet, das zaigen verſichern und verweiſen wir ſeiner Lieb auf uñſer aigen und erkauften Behawſung zwiſchen Gilgen Mewſels und Andreen Lohers Hewſern an der Crewtzgaſſen hie zu Munchen gelegen, daraus vor nichts mer verſchriben iſt, ſolichs Ausſtands darauf zubekomen und habhafft zu werden vor meniclich trewlich und ungeverlich. Des zu warn Urkund geben wir vorberürten unſern lieben Bruder Herzog Albrechten diſen Brief, mit unnſerm anhanngenden Secret Inſigel beſigelten zu Munchen am Montag nach Sonntags Oculi in der Vaſten nach der Geburd Criſti XIIII.^{c} und in dem LXXXXV. Jare.

Quâ ex matre genuerit duos hoſce filios non conſtat, ſuſpicionem movet Joannes Liebius Archivarius Bavaricus in rhapſodiis ſuis genealogico - hiſtoricis f. 66. Tomo σ ſignato in 4. de qua re vide Hiſt: meam Eroticam Bavariæ Ducum.

Hannſen Pfättendorffers Verſchreibung umb das Sloß Egenhoven ſein lebtag nach Michelspeckens Tod.

Tomo XIX. fol. 193.

VOn Gottes Genaden wir Albrecht &c. bekennen als ainiger regirender Furſt offenlich mit dem Brief, das wir auf des hochgebornen Furſtens unnſers lieben Bru- 1495.

ders Herrn Sigmunds Pfalltzgraven bey Rein Herzog in ober uñd nider Bairn &c. fruntliche Bete und ſeiner Lieb zu ſundrer Fruntſchaft und Gevallen uñſern lieben getrewen Hannſen Pfättendorffer ſeinen naturlichen Sone, unſer Slos Egenhoven ſein lebtag lang verlaſſen und verſchriben haben, verlaſſen und verſchreiben ime das hiemit wiſſentlich in Craft dis Briefs, alſo das er das nach Abgang Wolfgangen Michelspecken dem das ſein lebtag iñzuhaben von uns verſchriben iſt, mit allen ſeinen Gullten und Zugehörungen nichts davon ausgenomen noch hindan geſezt, wie dan das derſelb Michelspeck bishero ingehebt hat, und noch ſein lebtag inhaben würdet einnemen, inhaben und nieſſen ſol und mag, davon ſol er uns als unſer Pfleger allda, ſelbander mit zwaien geraiſigen Pfärden wol gerüſt und erzewgt zu aller unſer Notturft gewertig dienſtlich und gehorſam und von den Välln Reñten und Gullten keiner Rechnung noch ichts herauszugeben ſchuldig ſein. Er ſoll uns auch in allen Sachen, trew und gewer ſein unſern fromen furdern und Schaden wenden und von genanten unſern Slos kainen Krieg treiben noch iemand andern geſtatten zetun oder darzu halten on unſer Wiſſen und Erlauben und die Gueter darzue gehörig, pewlich und weſenlich halten, davon nichts verkomen, verkaufen, noch in dhain Weis verändern, ime auch die Iñhaber und Beſitzer derſelben trewlich laſſen bevolchen ſein, ſy vor Gewalt und Unrecht beſchutzen und ſchirmen, auch ſy mit Scharberchen Newungen oder andern nit beſwären ſonder ſy bey alten Herkomen beleyben, und berürten unſern Slos nichts entziehen laſſen, und das ſelbs auch nit tun, ſondern uns das, ſoverr er kan und mag, trewlich handhaben zum beſten, wo im aber das zu ſwär wurd, das ſol er an uns bringen, ob wir in auch zu Zeiten in unſern Dinſt ervordern wurden, ſo ſollen wir im Coſt und Fueter geben, und fur redlichen Schaden ſteen als andern unſern Dienern und Ambtlewten und ob er alſo in unſern gevorderten Dinſt icht rädlich Schaden näm, die ſelben Schäden wo wir uns ſunſt darumb gutlich mit im nit vertragen möchten, ſollen und wollen wir im bekern nach Erkantnuß unſerer Rätte dabey wir des beyderſeit ungeweigert beleiben ſöllen alles trewlich ungeverlich, und des zu waren Urkund geben wir im den Brief mit unſerm anhangenden Secret Inſigl beſigelt zu Munchen an den heiligen Palm Abend Anno 1495.

Eod: Tomo f. 219. *gibt Herzog Albrecht dem Sigmunden Pfätendorffer* * *ſeins Bruders Herzog Sigmunds naturlichen Son 84. fl. reiniſch järlich Leibgeding auf ſein Leben lang, dagegen übergibt er Herzog Albrechten und dem Haus zu Bairn ſein Aigentumb henentlich zwei Höf zu Newhauſen Lehent und anders mit ſambt zwey hundert Gulden reiniſch am paren Gelt. Munchen an Sonntag nach Michaelis Anno 1502. der Brief iſt durchſtrichen und in margine ſtet: iſt tod.*

* vid. infra Piet. domeſt. Sigismundi Ducis.

Herzog Jörgens Teſtaments Abſchriffts Extract.

T. II. Regiſtraturæ ſummariæ pag. 457.

WArd aufgericht zu der Zeit da er mit dem König Maximiliano über das Gebürg nach Rom zu ziehen vorhabens war, wil im ſeligen Tal begraben, mit ſibenden dreyſſigiſten und in den gantzen Fürſtentumb beſungen werden. Stift ihme mit 1496. *2000. fl. ain Jartag im Cloſter, zuhalten wie ſeine Vätter und Voreltern. 32000 fl.* ad pios uſus *und umb Gottes willen. Seiner Tocher Margrethen zu Altenhohenaw Prediger Ordens 8000. fl. zue den vorigen 8000.* fol. 2. facie 1. *und dieweil wir nach unſeren Tod und auch nach Abſterben der hochgebornen Fürſtin unſer lieben Tochter Frewlin Eliſabeth unſer Fürſtentumb, Herrſchaften, Schlos Stat Land und Leut aller Nutzung, Freyhaiten und Herrlichkaiten und alles ander was wir verlaſſen werden gar nichts ausgeſcheiden niemand lieber goñen dan den hochgebornen Furſten unſern lieben Vettern und Schwagern Herzog Philippſen Pfaltzgraven bey Rhein &c. Churfürſten und ſeinen Söhnen von der Hochgebornen Fürſtin unſer lieben Schweſter Frawen Margrethen Pfaltzgravin bey Rhein und Hertzogin in Bayrn &c. geborn, ſonderlich die weil ſi manlichs Geſchlechts und unſers Nahmens und Stammens und gebürtig von Bayrn ſeind, dem wir alſo aus geordneter natürlicher Lieb als unſern nechſtgeſippten Freundten mit aller Freundſchaft und zu Guetem ſonderlich und billicher geneigt, deshalb in Furſaz gueten wolbedachten Muet und Willen ſeind, ſo furderlichiſt das geſein mag, die genant unſer Tochter Frawen Eliſabeth zu gedachten Pfaltzgraven Philippſen &c. und Frawen Margrethen &c. unſer lieben Schwager und Schwöſter Sohne, einen ehelichen zu vermeheln. So ordnen ſchaffen und machen wir, auch derſelben unſer Tochter Frewlin Eliſabethen zu rechter Eeſteuer in Nahmen und Geſtalt* Dotis *und unwiderfellig 30000. fl. &c. die wir ihr alsbald und von Stund an nach ihrem Beyſchlaffen furderlich, unverzogenlich geben und ausrichten ſollen und wöllen. Bekäm er Manns Erben ſo ſchaft er ſeiner Tochter Eliſabethen 70000. fl.* Teſtamentarj *oder* Executores: *Pfaltzgraf Philipp Churfurſt, gemainer Vicari hie dishalb des Geburgs. Laurentius Biſchof zu Würzburg, Herzog Ott Pfaltzgraf bey Rhein, Graf Wolf zu Ortenburg, Graf Wolf zu newen Kolberg ſein Canzler, ſein Pfleger zu Landshuet Sigmund von Frawnberg zum Hag, Pfleger zu Scherding, Conrad von Helmſtain Ritter, Pfleger zu Burckhauſen, Hañs Ebron Ritter Pfleger zue Kueffſtain, Chriſtophen von Freyberg Ritter Pfleger zu Lawing, Hañs Schilwatz Ritter, Pfleger zu Natternberg, Hañs Aichperger Ritter Pfleger zu Ingolſtat, Heinrich Ebran, Pfleger zu Waſſerburg,*

ſerburg, Georgen Preiſinger oder wer an ihrer ſtat zu der Zeit an den beſtimten Pflegen und Orten Pfleger iſt, Rentmaiſter zu Burckhauſen, Hañs Offenhaimer Rentmaiſter zue Landshuet, Wilhelmen Magensreiter Rentmaiſter und Lañdſchreiber zu Newburg, Ulrich Allerstorffer und Caſpar Morhart, Rentmaiſter zu Waſſerburg, Hañſen Baumgartner oder wer der Zeit Rentmaiſter und Landſchreiber daſelbſt iſt. Widerrueft alle andere ſeine Teſtament und lezte Willen in Schrifften oder Worten aufgericht, ausgenomen die Stifftung und Almueſen zue Ingolſtat Anno 1495. *geſchehen in gemeiner Vorſtuben im Jahr* 1496. indictione 14. *auf Mitwoch dem* 14. Septembris regnante Maximiliano A. II. *Nahmen deren ſo mit ſigelln &c. Herman Bos von Waldekh der Pfaltz hofmaiſter, Adam von Törring zum Stain, Ritter, Philipps Forſtmeiſter von Görlzhauſen, Wolfgang von Pentzenaw zu Hermansperg, Niclas von Eweshaim in bayden Rechten* Doctor *Thumherr zu Speyr, Georg Khärgl zue Süespach, Iheronymus Flor von Heidelberg beyder Rechten* Doctor ordinarius *in Kheyſerlichen Rechten, der Hohenſchuel zu Haydelberg. Heinrich Geringer der Pfalzcamerſchreiber, Johann Erlwein von Heilprun Würzburger Biſtumbs Kaiſerlichen Macht und Gewalt offnen Notarj und des geiſtlichen Hofs zu Worms geſchworner Schreiber, der Ehrwirdig hochgelehrt Herr Joann Stoll in geiſtlichen Rechten* Doctor *Probſt zu S. Stephan zu Weyſſenburg und Dechant zu Sanct German und Mauricen Stift zu Speyr Joannes Mangolt vom Hall Würzburger Biſtumbs von Kayſerlicher Macht und Gewalt offen Notarj.*

(g) ### *Bulla reunionis quarumdam Eccleſiarum, Monaſterio Monialium Chiemſeenſium conceſsa ab Alexandro P.M. Anno MD.* (g)

ALexander Epiſcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei Memoriam, Apoſtolicæ Sedis nobis iminens deſuper ſervitutis officium mentem noſtram excitat & inducit ut circa ea quæ pro ſtatu proſpero Monaſteriorum & piorum locorum ac per-
1500. ſonarum in illis ſub regulari habitu vacantium aſſiduè ſtudio piæ vitæ & præſertim quæ Mundanis abjectis illecebris accenſis lampadibus obviam ſe præparant ire ſponſo, Domino noſtro Jeſu Chriſto profutura conſpicimus, & per quæ eorum indemnitatibus ſubvenire & commoditatibus conſulere operoſis ſtudiis, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter intendamus, prout etiam Catholicorum Regum & Principum expoſcit devotio, & id in Domino conſpicimus ſalubriter expedire. Sanè pro parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ & Conventûs Monaſterii Beatæ Mariæ Virginis in Chiemſee, Ordinis S. Benedicti, Salisburgenſis Dioecefis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod Monaſterium ipſum in quo non niſi de Militari genere procreatæ, in Moniales recipi conſueverunt, paucis annis elapſis, ita miſerabiliter ignis voragine ex calce nova caſualiter nocturno tempore combuſtum fuit, quod Abbatiſſa & Moniales ipſius Monaſterii, amiſſis ſuppellectilibus & multis ornamentis Eccleſiaſticis, vix liberè evadere potuerunt, ipſæque Abbatiſſa & Moniales, poſtquam aliquamdiu in alienis domibus permanſerant, cupientes ad dictum Monaſterium pro earum debito & religionis honore redire, contracto ære alieno, ædificia dicti Monaſterii reparare, ac nonnullas res ad earum vitæ uſum & divinum cultum neceſſarias emere cœperunt, cum proventuum ejusdem Monaſterii diminutione, ac bonorum immobilium illius obligatione, verum ſi Sanctorum Spiritûs & Martini in Angath, ac S. Petri in Puech, ac S. Laurentii in Pfaffenhoven, Friſingenſis Dioecefis ac eidem Monaſterio vicina & contigua, cui quoddam officium, præbenda nuncupatum, inclyto Monaſterio canonicè perpetuo eſt annexum, ratione cujus illam pro tempore obtinens, nonnullas Miſſas & alia divina officia certis diebus in dicto Monaſterio celebrare ſeu celebrari facere tenetur ejusdem S. Petri in - - ſtadt dictæ Salisburgenſis Dioecefis parochiales Eccleſiæ ad quas, dum pro tempore vacant, præſentatio perſonarum idonearum ad Abbatiſſam & Conventum prædictas, de antiqua & approbata hactenusque pacificè obſervata conſuetudine pertinere dignoſcitur, eidem Monaſterio perpetuò unirentur, annecterentur & incorporarentur, ex hoc profecto Abbatiſſa & Conventus præfatæ, in earum neceſſitatibus non parvum reciperent ſublevamen, quare pro parte tam chariſſimi in Chriſto filii noſtri Maximiliani Romanorum Regis ſemper Auguſti & dilecti Filii nobilis viri, Friderici Ducis Saxoniæ Romani Imperii Principis quam præfatarum Abbatiſſæ & Conventus aſſerentium Sanctorum Spiritus & Martini quatuor & S. Petri in Puech quinque ac S. Laurentii decem & ſeptem, ac etiam ejusdem S. Petri in - - ſtadt, Eccleſiarum prædictarum etiam quinque Marcharum argenti fructus, redditus & proventus ſecundum communem æſtimationem valorem annuum non excedere, nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut Eccleſias prædictas eidem Monaſterio perpetuo unire annectere & incorporare aliasque in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui dudum inter alia voluimus quod petentes beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri te-

---

(g) Ex apographo Joannis Liebii Archivarii Bavarici in additamentis ejus mſc: ad hoc Monaſterium apud Hund: & Gevvoldum. **Meminit hujus Bullæ Gevvoldus in add: ad hoc Monaſterium pag. 243.**

nerentur exprimere verum valorem ſecundum communem æſtimationem etiam beneficii, cui aliud uniri etiam peteretur. Alioquin unio non valeret & ſemper Commiſſio in unionibus fieret ad partes vocatis quorum intereſſet quique neceſſitatibus religioſorum Locorum præſertim in quibus Moniales cum odore bonæ famæ altiſſimo exhibent famulatum, libenter ſubvenimus Abbatiſſam & Conventum præfatas, earumque ſingulas a quibusvis Excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti aliisque Eccleſiaſticis ſententiis cenſuris & poenis ab jure vel ab homine, quâvis occaſione vel cauſâ latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes & abſolutos fore cenſentes, ac dicti Monaſterii fructuum reddituum & proventuum verum valorem annuum præſentibus pro expreſſo habentes hujusmodi ſupplicationibus inclinati Eccleſias prædictas cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis, eidem Monaſterio, auctoritate Apoſtolicâ tenore præſentium perpetuò unimus annectimus & incorporamus, ita quod decedentibus, ſeu ad effectum unionis annexionis & incorporationis prædictarum cedentibus modernis illarum Rectoribus ſeu illas alias ſimul vel ſucceſſivè dimittentibus liceat eisdem Abbatiſſæ & Conventui per ſe vel alium ſeu alios corporalem Eccleſiarum juriumque & pertinentiarum prædictarum poſſeſſionem, propriâ auctoritate liberè apprehendere & perpetuò retinere, illarumque fructus redditus & proventus in ſuos & Monaſterii ac Eccleſiarum hujusmodi uſus utilitatemque convertere, nec non eisdem Eccleſiis per Presbyteros idoneos ſeculares, vel cujusvis ordinis regulares ad Abbatiſſæ & Conventûs prædictorum nutum amovibiles curam animarum parochianorum illarum exerceri, & alias in divinis deſerviri facere, dioceſanorum locorum & cujusvis alterius licentia ſuper hoc minimè requiſita. Non obſtantibus voluntate noſtrâ prædictâ ac aliis conſtitutionibus ac ordinationibus Apoſtolicis contrariis quibuscunque, aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujusmodi vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales Apoſtolicæ Sedis vel Legatorum ejus Litteras impetrârint, etiamſi per eas ad inhibitionem reſervationem & decretum vel aliàs quomodolibet ſit proceſſum. Quas quidem Literas ac proceſſus habitos per easdem & inde ſecuta quæcunque nec non quascunque gratias expectativas ſpeciales, reſervationes, primarias preces, Regum Romanorum Nominationes imperiales, alias uniones, annexiones, incorporationes, proviſiones reſignandi nominandi & nominatis vel aliis conferendi, commendandi, uniendi, annectendi & incorporandi facultates ac mandata & alias ſimiles vel diſſimiles diſpoſitiones gratias & literas in quarumvis perſonarum etiam cujuscunque dignitatis, ſtatûs, gradûs ordinis vel conditionis exiſtentium etiam Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali vel aliâ majori dignitate ſeu Cardinalatûs honore fulgentium, aut Epiſcopalium, Archiepiſcopalium vel Patriarchalium menſarum vel collegiorum etiam dilectorum filiorum Capellanorum noſtrorum, cauſarum Palatii Apoſtolici auditorum ſeu dignitatum vel aliorum etiam beneficiorum Eccleſiaſticorum favorem & commodum à nobis vel Sede prædicta aut Legatis ejusdem etiam motu proprio & ex certa ſcientia ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſeu Imperatorum, Regum Romanorum, Reginarum, Ducum, Principum, Prælatorum etiam Cardinalium & aliorum Dominorum Eccleſiaſticorum & ſecularium, ac jurium ceſſorum, vel ablatorum, vel ſervitiorum etiam nobis vel præfatæ Sedi, etiam pro fide Catholica impenſorum & ſpolii & damnorum etiam per infideles eis illatorum, ſeu quâvis aliâ grandi & excogitabili conſideratione intuitu vel reſpectu in genere ad beneficia illarum partium, in quibus præfatæ unitæ Eccleſiæ comprehenderentur vel in ſpecie ad illas perpetuo vel ad tempus & cum quibusvis antelationum prærogativis, declarationibus, ſuſpenſionibus, derogationibus & derogatorum derogatoriis fortioribus efficacioribus & inſolitis clauſulis, irritantibusque decretis, etiam talibus quod illis nullatenus derogari poſſit, hactenus conceſſa & concedenda impoſterum quæ omnia illorumque vim & effectum tenores eorum, ac ſi de verbo ad verbum insererentur, vel præſentibus pro expreſſis habentes ad dictas unitas Eccleſias nolumus non extendi, ſed nullum per hæc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum præjudicium generari. Et quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis & Literis Apoſtolicis, generalibus vel ſpecialibus quorumcunque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri & de quibus quorumcunque totis tenoribus habenda ſit in noſtris Literis mentio ſpecialis. Proviſo, quod propter unionem annexionem & incorporationem prædictas, dictæ unitæ Eccleſiæ, debitis non fraudentur & animarum cura in eis nullatenus negligatur, ſed earum congruè ſupportentur onera conſueta. Nos enim ex nunc, unionem annexionem & incorporationem ac præſentes Literas hujusmodi Effectum plenarium ſortitas cenſeri, illasque ſub quibusvis generalibus vel ſpecialibus revocationibus quarumcunque unionum effectum nondum ſortitarum, per nos vel Sedem prædictam factis hactenus vel impoſterum faciendis nullatenus comprehendi poſſe neque debere, ſed illas quotiens ſub talibus revocationibus comprehenderentur ſeu aliàs in illis includerentur, totiens illas in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas & plenariè reintegratas fore & cenſeri debere, auctoritate præfatâ decernimus, irritum quoque & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, unionis, annexionis, incorporationis voluntatis & conſtitutionis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo, pridie Nonis Aprilis, Pontificatûs noſtri Anno octavo.

Tomo XII. Privileg. fol. 169.

Vertrag Ettlicher Irrung ſo zwuſchen den durchleuchtigen Furſtn weilend Hertzog Albrechtn loblicher Gedechtnus, und Hertzog Wolfgangn von Bayrn unſern gnedigen Herrn nach Aufrichtung des bruederlichen Vertrags entſtanden und durch die Mitvormunder entledigt ſind.

Wir des durchleuchtigen Furſten und Herrn Herrn Wilhelms Pfaltzgraven bey Rein Herzogen in obern und nidern Bairn &c. aus gemainer ſeiner Gnaden Landſchaft verordennt Vormunder mit Namen Johanns Newnhaus Doctor Thumdechant zu Regenſpurg auch beder Stift zu
1508. Munchen und Altenötting Brobſt und Cantzler: Joannes von der Laitter Herr zu Pern und Vincentz zu Wald, Hanns von Peſſenhauſen zu Reichertzhauſen und Eberſpewnt Ritter, Jörg von Trenbach zu Walperg, Bartlome Schrenckh zu Munchen und Veit Beringer zu Ingolſtat Burger, bekennen hiemit und tun kundt allermeniclich mit diſem Brief als zwiſchen den durchleuchtigen Furſten und Herrn weilend Herrn Albrechten loblicher Gedächtnus an ainem und Herrn Wolfgangen añderſeits, beden Pfallzgraven bey Rein Hertzogen in obern und nidern Bairn Gebruedern, baiden unſern gnädigen Herren alsbald nach Aufrichtung des bruederlichen Vertrags zwiſchen iren Gnaden könnftiger Regierung halben ausgangen Irrung und Spenn entſtanden ſind, alſo das gedachter unſer gnädiger Herr Hertzog Wolfgang furgeben hat, das ſein Furſtlich Genad an der Pfenning und Traid Gult ſo ſeinen Genaden in Laut angeregts bruederlichen Vertrags beteidingt iſt merglichen Abgang hat, und die Ambt ſeiner Gnaden eingeben di taxiert und gemäſſigt Summa nit ertragen, noch erraichen mögen das auch gemelter weilend ſeiner Genaden Brueder Hertzog Albrecht ſeliger ettlich Gellt aus den Ambten ſein Hertzog Wolfganns innhabens auf ettlich Ausgab verordent auch ettlich Schulden und Zinsgelt nit bezallen welle ime Hertzog Wolfgangen zu Schmelerung und Abbruch ſeins geordeñten Deputats mit Meldung anderer mer Sachen und Gebrechen, darauf dan unnſer gnediger Herr Hertzog Albrecht loblicher Gedächtnus in ſeiner Gnaden Leben dem genanten unſern gnedigen Herrn Herzog Wolfgangen ſchriftlich Antwort geben und ettlich Gegenſpruch geubt und alſo ir Gnad bederſeit ſchriftlich und muntlich gegeneinander ſo lang gehandlt das da zwiſchen uñd vor Eñtledigung ſolcher Irrung weylennd unſer gnediger Herr Herzog Albrecht tods abgangen iſt, des Sele der Allmechtig barmherzig ſein welle, und als nach ſeiner Gnaden Abſterben und Öffnung ſeiner Gnaden lezten Willens der obgenant unſer gnädiger Herr Hertzog Wolfgang als Erſt erneñter Vormunder in die Vormundſchafft laut des angezeigten bruederlichen Vertrags und Ordnung daruber ausgangen mit ſambt uñs geſtanden und getreten iſt, hat derſelb unſer Gnediger Herr Herzog Wolfgang ſeiner angezeigten und andrer Geprechen und Mengel halben ſich mit uns den ſechs mit Vormundern hievor benent in Gegenwart auch an ſtat und in Namen unſers oberürten jungen gnedigen Herren und Pflegſons Herzog Wilhelms guetlich unterredt und mit ſeinen Gnaden uns auf konftig Tag ains Austrags veraint und als darauf derſelb Hertzog Wolfgang in der Wochen nach Laurentij dis gegenwurtigen Jars von ainen gutlichen Vertrag oberrürter Irrung und Gebrechen halben abermals mit uns gehandelt haben unſer gnediger Herr und Pflegſon Herzog Wilhelm und wir als ſeiner Gnaden Vormunder die Sachen demſelben unſern gnedigen Herrn Hertzog Wolfgangen ſelbſt fruntlich zuentſchaiden heimgeſezt in Betrachtung das uns mit ſeinen Gnaden in diſen Sachen ze irren nach dan dieſelb ſein Gnad unſers gnedigen jungen Herrn Vater und obriſter Vormunder ſey, nit fuegen woll und uns darauf mit unſert Pflegſuns und jungen gnädigen Herrn aigem Willen und Wiſſen von ſeiner Gnaden wegen fruntlich und unſern halben unterteniclich veraint und vertragen, und thun das mit diſen Brief wie hernach volgt:

Von Erſt zu Erſtattung der Mengl und Abgeñg ſo unſer gnediger Herr Hertzog Wolfgang an der Irrlichen beſezten Pfeñing und Traidgult in den Ambten ſeiner Gnaden innhabens angezeigt hat, ſollen und wellen wir die ſechs Vormunder an ſtat und in Namen unſers Pflegſons und gnädigen Herrn Herzog Wilhelms die Zeit unſer Vormundſchaft und nach Ausgang derſelben Eegemelter unſer genediger Herr Herzog Wilhelm oder ſeiner Gnaden Erben aus ſeiner Gnaden Camer demſelben uñſerm gnedigen Herrn Herzog Wolfgañgen ſeiner Gnaden lebenlang zuſambt den viertauſent und hundert Gulden, ſo ſein Genadn aus dem Rentmeiſter Ambt zu Landshut innhalt des bruederlichen Vertrags jerlichen verſchriben ſein, nun furohin mer drewhundert Guldin halbs auff kunftig Liechtmeſſen zu erſt anzefahen und halbs auf Jacobi jerlichen betzalen und verpflichten uns des fur uns und gemelten unſern Pflegſon und gnedigen Herrn Hertzog Wilhelmen hiemit und in Craft deß Briefs.

Zum andern der funf und zwaintzig Gulden jerlichs Zinsgelts ſo Matheſen Herbartten zu Augsburg aus dem Zollambt zu Fridberg und funfhundert Gulden reiniſch haubtguts verſchriben und verckauft ſein weliche funfhundert Gulden weilend unſer gnediger Herr Herzog Albrecht loblich zugedencken gemeltem unſerm gnedigen Herrn Hertzog Wolfgangen an dem erſten verfallen Deputat abgezogen iñbehalten und ſich verwilligt ſölich funfhundert Gulden dem Herbarten zubezalen und die funf und zwantzigk Gulden Zinsgellts damit widerumb abzulöſen oder zu kauffen, das aber bisher nit geſchehen iſt, ſöllen und wellen wir die Vormunder und nach uns unnſer Pflegſon und gnediger Herr Herzog Wilhelm oder ſeiner Gnaden Erben gemeltem uñſerm gnedigen Herrn Hertzog Wolfgañgen furohin ſolche funf und zwaintzigk Gulden Zinsgelts jerlichen und zu negſten Liechtmeſſen anzefahen ſambt dem añdern Gellt on Widerrede bezalen und das ſein Gnad ſolch Zinsgelt aus gemeltem Zolambt dem Herwarten bezallen laſſe ſo lañg bis das durch uns Vormunder oder unnſern Pflegſon und gnedigen Herrn Hertzog Wilhelmen oder ſeiner Gnaden Erben umb die funfhundert Gulden rheiniſch wider erkauft und gelöst wirdet und unſer Gnediger Herr Herzog Wolfgang deshalb an Schaden gehalten werde.

Zum dritten haben wir obgenant Vormunder an ſtat und in Namen unſers gnädigen Herrn und Pflegſons Herzog Wilhelms &c. uns mit unnſern gnädigen Herrn Herzög Wolfgang umb den Ausſtand des Abgangs ſo er die vergangen 11. Jar an der Tax am beſezten Pfenning und Traidgullt wie hervor gemelt iſt, gehebt und uber VIII.^{c} regensburger geacht hat, auch vertragẽ und wellen ſeinen Gnaden zu Vergnügung deſſelben gegen gepurlicher Quidtung darfur bezallen IIII.^{c} Gulden reiniſch, desgleichen wellen wir ſeinen Gnaden I.^{c} LXXXXI. Gulden reiniſch, ſo weillend unnſer gnediger Herr Herzog Albrecht &c. ſeliger von Sebaſtian Edlman aus dem Ungellt zu Päl nach dem bruderlichen Vertrag eingenomen hat, auch widergeben und bezalen.

Zum vierdten der Anſprach halben antreffent ettlich Gellt ſo weilend unſer gnediger Herr Herzog Albrecht &c. ſeliger aus dem Ambten denſelben Herzog Wolfgangen in Craft des bruderlichen Vertrags zugeſtelt umb Holtz zu dem Pruckn gein Ingolſtat und Rain auch umb Betzallung ettlicher Schulden zu Landſperg und in ander weg über ſiben hundert Gulden reiniſch auszegeben bevolhen hat unnd nachmals in der ſelben Ambtlewt Rechnung Herzog Wolfgangen angezeigt und verrechent ſind dardurch ſein Gnad an völliger Gult und Nutzung Abgang zehaben vermaint, haben wir die Vormunder uns mit mergedachten unſern gnedigen Herrn Herzog Wolfgangen auch gutlich vertragen und wellen ime an ſtat unſers Pflegſons und gnedigen Herrn Herzog Wilhelms fur vermelte Anſprach und Abgang geben und bezalen laſſen dreyhundert Guldin reiniſch.

Zum funften ſo ſol uñſer gnediger Herr Hertzog Wolfgang aller Schulden und Gellts halben in vergangnen Bayriſchen Krieg von Geiſtlichen oder Weltlichen aufgebracht uñd entlehennt dergleich aller Purde und Anleg im Reich die uñſer Pflegſon und gnediger Herr Herzog Wilhelm &c. nach Vermög und Innhalt des merberurten bruderlichen Vertrags von dem gañtzn Herzogtumb Bairn allein zutragen und zubezalen ſchuldig iſt on Entgeltnus und Schaden enthebt und gehalten werden auch derſelb Hertzog Wolfgang in dem Zirckl ſeins Iñhabens mit dem Kupfer und Kaltſchmiden in Craft berürts Vertrags zehanndln furan unverhindert beleiben.

Zum ſechſten ſollen ſeinen Furſtlichen Gnaden in maſſen der Vertrag auch iñhelt ettlich Schlangen Stain und Hackenpuchſn ſoñderlich zu Furſehung des Schloß und Stat Landtſperg, nach dem das an ainem Ort des Lands gelegen iſt, zugeſtelt werden.

Zum ſibenten ſol Marx Langenmantl Pfleger zu Möring am Lech bey der Verſchreibung ſo er hat laut des bruederlichen Vertrags und Taxation daryber ausgangen beleiben, und gemeldten unſern gnedigen Herren Herzog Wolfgangen in Craft gemelts Vertrags und Taxation gehorſam gewärtig und Rechnung zu thun ſchuldig und verpflicht ſein, und darauf ſollen all und yeglich Irrung Mengel und Gebrechen ſo gedachter unſer gnediger Herr Hertzog Wolfgang bis auf heut dato zu unſerm gnedigen Herrn Hertzog Wilhelmen und uns als den Vormundern, desgleichen die Gegengeprechen und Mängl ſo weylennd uñſer gnediger Herr Herzog Albrecht löblicher Gedechtnuß zu gemelten unſerm gnedigen Herrn Hertzog Wolfgangn gehabt hat durch diſen Vertrag und guettlichen Mittl ab und hingelegt ſein aller Ding getrewlich ongeverde, des zu waren Urkund haben wir mergenanten unſern gnedigen Herrn Herzog Wolfgangen auf ſeiner Gnaden Begern diſen Brief mit unſern Vormundſchaft anhanngendem Innſigl beſigelt. Geben zu Munchen an Sontag nach Laurentij, als man zellt von Criſti unſers lieben Herrn Gepurt funfzehenhundert und im achten Jare.

Bulla Adriani VI. PP. commiſſionis & facultatis viſitandi reformandique Monaſteria & Religioſos in Bavaria Anno 1522. ult. Auguſti.

Tomo XXXXIX. fol. 44. & ſeq.

1522.

ADrianus Epiſcopus Servus Servorum Dei dilectis filiis, Altah inferioris & in Allerspach Pataviensis Diocesis ac in Tegernſee Friſingenſis & in Firſtenfeld Abbatibus nec non Præpoſito per præpoſitum gubernari ſoliti in Pollingen Monaſteriorum Auguſtenſ: ac Procancellario Univerſitatis Studii Ingolſtadienſis, Eyſtetenſ: Dioceſ: ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Viſitatores VI. Nider-Altach. Tegernſee. Furſtẽfeld. Allerſpach. Polling. Procancellarius Ingolſt. Acad.

Rationi

(b)

Duces Wilhelmus & Ludovicus Maximiliani I. Nepotes (ex ſorore) à Leone X. Viſitatores Monaſteriorũ petunt.

Reformationis neceſſitas.

(i)

Leonis zelus.

1521. 15. Nov. Tenor Bullæ Leonis X.

Viſitatorum aſſiſtentes.

Viſitatio Generalis regularium quorumcunque.

Rationi congruit & convenit æquitati, ut ea, quæ de Romani Pontificis gratiâ proceſſerunt licet ejus ſuperveniente obitu (b) Apoſtolicæ ſuper illis confectæ non fuerint, ſuum ſortiantur effectum; Dudum ſiquidem foelicis recordationis Leoni PP. X. Prædeceſſori noſtro, pro parte dilectorum filiorum Nobilium Virorum Wilhelmi & Ludovici altæ & inferioris Bavariæ Ducum, expoſito, quod cum in Ducatu & aliis dominiis temporalibus ipſorum Wilhelmi & Ludovici Ducum ac illorum diſtrictibus & territoriis eſſent quam plura Monaſteria, Prioratus, domus & alia loca diverſorum Ordinum tam virorum quam mulierum, quæ tam in capite quam in membris ac in ſpiritualibus & temporalibus viſitationis & reformationis officium expoſcebant, maximè in Provinciis altæ & inferioris Bavariæ pro eo, quod perſonæ in illis degentes, regularis obſervantiæ normâ & ſuavi contemplationis jugo poſtpoſitis, ad enormia & deteſtabilia vitia proſiliebant eaque deteſtabiliter committere non formidabant (i) in animarum ſuarum periculum, divinæ Majeſtatis offenſam, religionis opprobrium & pernitioſum exemplum ac ſcandalum plurimorum, ac pro parte dictorum Wilhelmi & Ludovici Ducum aſſerentium ſe claræ Memoriæ Maximiliani in Imperatorem Electi, dum viveret, ex Sorore germana Nepotes fuiſſe, eidem Prædeceſſori humiliter ſupplicato, ut pro divini cultûs & regularis obſervantiæ propagatione circa viſitationem & reformationem hujuſmodi ac alias in præmiſſis oportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaretur præfatus Prædeceſſor, qui ad ea per quæ Monaſteria & alia religioſa loca ſalubriter dirigerentur, & in eis regularis diſciplinæ norma ſervaretur, divinus cultus augeretur, caritas vigeret, humilitas perſeveraret & omnis benè vivendi inſtitutio foeliciter adimpleretur, ſolertiæ ſuæ curas libenter dirigebat, hujuſmodi ſupplicationibus inclinatus ſub dat. videlicet decimo ſeptimo Kal. Decembr. Pontificatûs ſui anno nono, voluit & conceſſit vobis, filii, Abbates & Præpoſite, nec non cùm, ſicut dicti Duces etiam aſſerebant, Procancellarius Univerſitatis ſtudii Ingolſtatenſis, Eyſtetenſis Dioc: Canonicus Eccleſiæ Eyſtetenſis eſſe conſueviſſet, Procancellarie; de quorum diſcretione in his & aliis ſpecialem in Domino fiduciam obtinebat, dari in mandatis quatenus aſſumptis vobiſcum & in hoc vobis aſſiſtentibus duabus vel tribus perſonis religioſis ordinum, quorum Monaſteria, Prioratus & loca per vos viſitanda forent, ſeu aliis probis viris in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutis, Deum timentibus & religionem zelantibus ad ſingula Monaſteria, Præpoſituras, Prioratus domos & alia loca religioſa tam virorum quam mulierum quorumcunque, etiam S.Benedicti, Sancti Auguſtini Canonicorum regularium, Ciſtertienſ: & Præmonſtratenſ: ac etiam regularis obſervantiæ, Fratrum Prædicatorum, Minorum, Heremitarum ejuſdem S. Auguſtini, & Beatæ Mariæ de Monte Carmelo ordinum, ducatûs, dominiorum, diſtrictuum & territoriorum prædictorum tam exempta quam non exempta per vos viſitanda perſonaliter accedentes & ſolum Deum præ oculis habentes & eis præſidentes, nec non alias illorum ſingulares perſonas tam in capitibus quam in membris nec non ſpiritualibus & temporalibus, dioceſanorum locorum & quorumvis aliorum Licentiâ ſuper eo minimè requiſita, auctoritate Apoſtolica quotiens oportunum foret, viſitaretis nec non quæ inibi correctionis & reformationis miniſterio indigere reperiretis, prout vobis juxta Canonicas ſanctiones nec non laudabilia Monaſteriorum, Prioratuum, Locorum, & Ordinum prædictorum conſuetudines & regularia inſtituta expedire videretur, inquireretis corrigeretis & emendaretis: Et inſuper idem prædeceſſor vobis Monaſteria, Prioratus, loca & perſonas hujuſmodi, etiam priùs viſitata & reformata, quotiens oportunum foret, tam in capite quam in membris ac in eiſdem ſpiritualibus & temporalibus reformandi & corrigendi & ad regularem obſervantiam reducendi & illam in eis perpetuò formandi ac perſonas ſub obſervantia degere recuſantes cogendi & compellendi eaſque ſi diſſidioſæ, ſcandaloſæ vel alias criminoſæ forent, juxta eaſdem canonicas ſanctiones & regularia inſtituta ſuorum ordinum ac exceſſuum qualitatem & exigentiam, etiamſi inibi præſiderent, pœnis debitis puniendi & ſi exceſſus hujuſmodi expoſcerent à dictis Monaſteriis, Prioratibus & locis, illorumque Abbatialibus, præpoſitatibus & aliis, quæ inibi obtinerent, dignitatibus & officiis amovendi & illis privandi, nec non Abbatibus Præpoſitis & perſonis ſic amotis & privatis, ut ad alia Monaſteria ſive loca ſuorum ordinum, ubi benivolos receptores invenirent, ſe transferrent, licentiam concedendi ac alias perſonas, quæ inibi ſub dicta reformatione vivere vellent, introducendi, nec non Monaſteriis, Prioratibus, domibus & Locis religioſis utriusque ſexus per vos pro tempore viſitatis & reformatis, de Abbate, Abbatiſſa, Priore, Prioriſſa & alio quocunque præſidente, loco eorum & earum, quos & quas viſitando ab illis amoveri & privari contingeret providendi & loco amotorum ſeu amotarum alium vel aliam ſurrogandi & ad aliorum Electiones, cum expediens videretur, procedendi ac Monaſteria, Prioratus, domos & loca reformanda eorumque perſonas à regimine, juriſdictione & ſuperioritate Prælatorum non reformatorum eximendi & abſolvendi eaque Prælatis reformatis in vera obſervantia viventibus ſubjicien-

Inconſultis Ordinariis &c.

Reformatio.

Compulſio.

Pœnæ.

Privatio.

Dimiſſio.

Proviſio.

Electio.

Exemptio.

(h) Ob mortem Leonis X. ejus Bulla hîc relata non fuit expedita.

(i) Scribebat eodem tempore Aventinus Hiſtoriam ſuam, tanto ſibi ſuffragante teſtimonio æquius judicium promeritus.

Contradictorum compulſio.

Auxilium brachii ſecularis.

jiciendi & committendi, nec non quoscunque religioſos extra Monaſteria & religioſa loca, etiam in parrochialibus Eccleſiis, absque diſpenſatione Apoſtolica reſidentes, ad clauſtrum revocandi, & eos, ut ad eorum loca religioſa redirent, compellendi: nec non omnia & ſingula, quæ juxta inſtituta ordinum & Canonicas Sanctiones hujusmodi ad divini cultûs augmentum, nec non veræ religionis obſervantiam & animarum ſalutem & fidelium ædificationem, ac alias pro felici regimine & gubernatione ac ſalutari directione Monaſteriorum domorum locorum & perſonarum earundem neceſſaria cognoſceretis, ſeu oportuna faciendi, ſtatuendi & exequendi, nec non contradictores quoslibet & rebelles cujuscunque dignitatis, ſtatûs, gradûs, ordinis, præeminentiæ, Nobilitatis & conditionis forent, quandocunque & quotiescunque expediret, per excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti aliasque formidabiliores, de quibus vobis expediens videretur, ſententias cenſuras & poenas, ſublato diffugii & Appellationis obſtaculo, auctoritate prædicta compeſcendi & ſi opus foret, auxilium brachii ſecularis invocandi, auctoritate prædicta plenam & liberam facultatem & auctoritatem elargitus fuit;

Derogatoriæ & irritantes clauſulæ.

Exemptio à viſitatione externorum &c.

Non obſtantibus Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ac Monaſteriorum, Prioratuum, domorum, locorum & ordinum prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolicâ vel quâvis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, nec non quibusvis privilegiis, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, Literis & indultis Apoſtolicis eisdem Monaſteriis, Prioratibus, domibus, locis, ordinibus & perſonis ſub quacunque verborum forma & cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis clauſulis irritantibus & aliis decretis etiam motu proprio & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine & aliis quomodolibet etiam iteratis vicibus per quoscunque Romanos Pontifices & Sedem Apoſtolicam conceſſis & confirmatis etiam ſi in illis caveretur expreſsè, quod ab aliis, quam ſuorum Ordinum Superioribus & Prælatis reformari & viſitari non deberent, quibus omnibus, etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus ſpeciali, ſpecificâ, expreſsâ, individuâ ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſervanda forent, tenores hujusmodi pro ſufficienter expreſſis habens, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ea vice duntaxat ſpecialiter & expreſsè derogavit, contrariis quibuscunque.

Indultum contra Excommunicationem.

Aut ſi Abbatibus, Abbatiſſis, Præpoſitis, Prioribus, Prioriſſis & aliis præfatis, vel quibusvis aliis communiter vel diviſim, ab Apoſtolica eſſet Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſent, per Litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Voluit etiam idem prædeceſſor, quod ſi contingeret, per vos aliquos privari, & Monaſteriis de aliorum perſonis, nec non de Prioratibus & aliis beneficiis per privationem hujusmodi tunc vacantibus, aliis perſonis provideri, perſonæ ipſæ, de quibus Monaſteriis provideri ac quibus proviſiones Prioratuum & beneficiorum hujusmodi fieri contingeret, ut præfertur, infra ſex menſes à die captarum proviſionum eorundem, novam proviſionem à Sede prædicta impetrare, & literas Apoſtolicas deſuper totaliter expedire ac jura cameræ Apoſtolicæ propterea debita perſolvere, omnino teneretur; alioquin proviſiones hujusmodi ipſo jure eſſent nullæ.

Intra ſex menſes nova proviſio petenda.

Hactenus Bulla Leonis X.

Adrianus VI. pleniſſimè confirmat Bullam prædictam.

15. Nov. 1521.

Ne autem de voluntate, conceſſione derogationeque prædictis, pro eo quod ſuper illis dicti prædeceſſoris ejus ſuperveniente obitu Litteræ confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet heſitari dictique Wilhelmus & Ludovicus Duces illorum fruſtrentur effectu, volentes & dicta Apoſtolicâ auctoritate decernentes quod voluntas, conceſſio & derogatio prædeceſſoris hujusmodi perinde à dicta die decimo ſeptimo Kal. Decembr. ſuum ſortiantur effectum, ac ſi ſuper illis ipſius prædeceſſoris Litteræ ſub ejusdem diei datum confectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur quodque præſentes Litteræ ad probandum plenè voluntatem, conceſſionem & derogationem hujusmodi, utique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta committimus, & mandamus, ut aſſumptis vobiſcum & in hoc vobis aſſiſtentibus duabus vel tribus perſonis Religioſis Ordinum, quorum Monaſteria, Prioratus, vel loca per vos viſitanda fuerint, ſeu aliis probis viris in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, Deum timentibus & religionem zelantibus, ad ſingula Monaſteria, Præpoſituras, Prioratus, domos & alia loca religioſa tam virorum quam mulierum quorumcunque etiam Sancti Benedicti, Sancti Auguſtini, Canonicorum Regularium, Ciſtercienſ: & Præmonſtratenſ: ac etiam regularis obſervantiæ Fratrum Prædicatorum, Minorum, Heremitarum ejusdem Sancti Auguſtini & Beatæ Mariæ de Monte Carmelo Ordinum Ducatus, dominiorum diſtrictuum & Territoriorum prædictorum, tam exempta quam non exempta per vos viſitanda, perſonaliter accedentes & ſolum Deum præ oculis habentes illa, & ejus præſidentes, nec non alias illorum ſingulares perſonas, tam in capitibus quam in membris, nec non in ſpiritualibus temporalibus dioceſanorum Locorum & quorumvis aliorum licentiâ deſuper minimè requiſita, auctoritate noſtrâ, quotiens oportunum fuerit, viſitetis, nec non quæ inibi correctionis & reformationis miniſterio indigere repperiretis, prout vobis juxta Canonicas Sanctiones, nec non laudabilia Monaſteriorum, Prioratuum, Locorum & Ordinum prædictorum conſuetudines & regularia inſtituta expedire videbitur, inquiratis, corrigatis & emendetis, ac omnia & ſingula alia præmiſſa faciatis & exerceatis juxta voluntatem & conceſſionem Leonis prædeceſſoris hujusmodi, non obſtantibus omnibus ſupradictis. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo vigeſimo ſecundo. Pridie KL. Sept. Pontificatûs noſtri anno primo.

Tomo XXXXIX. fol. 51.

Von Straff der Prieſter und Geiſtlichen Perſonen in Bayrn.

1523.

ALs ſich wie leider allenthalben in Teutſchland, alſo auch in Bayrn die neuen Secten und Ketzereyen aus Luthers Predigen und Schrifften hefftig einreiſſen wollen, deswegen die eyfrigen Catholiſchen Landsfürſten, Herzog Wilhelm und Herzog Ludwig in Bayrn &c. vil Mühe und Koſten übernemen mieſſen, mit den Ordinarien, von wegen Abſtellung und Furkommung dis Ybels, zu handlen, ſonderlichen das die verfüerten Prieſter Seelſorger und andere Geiſtlichen wan ſie alſo bey falſcher ketzeriſchen Ler betretten mit Ernſt geſtraft wurden, und aber die Biſchove und ire Conſiſtoria *im ſelben nit recht hinan gewelt, durch die Finger zuegeſehen, oder doch die Sachen mit ſchuldigen Vleiß und Ernſt nit wargenomen haben. Seind berürte Bayriſche Landfürſten aus Chriſtlichen Eyfer gedrungen worden bey Päpſtlicher Heiligkeit ſelbe, umb Mittel und Weg zuwerben damit diſen mercklichen Verderben ſtatlich gewehrt werden möchte.*

Und haben demnach einen anſehnlichen Theologum *und gaiſtlichen Rathe Doctor Joann Ecken Profeſſorn zu Ingolſtat, nach Rom hinein abgefertigt, der den groſſen Seelen-Schaden, ja den vor Augen ſtehenten Abfahl von der Catholiſchen Religion Pabſt* Adriano *nach lengs gründlich vorgelegt. Alſo hat ir Heiligkeit, als die der Catholiſchen Religion und dem Teutſchen Lande mit vätterlichen Sorgen und Gnaden vaſt ergeben geweſt volgente Comiſſion, Gwalt und Bevelche auf etlicher Bayriſchen Clöſter und Stiffte Prelaten, von wegen Straf der verſehenten geiſtlichen Perſonen auf Ewig Zeit ertheilt wie hernach volgt.*

Fragmentum Libelli ſupplicis quem Bav. Ducis Oratores, quorum Caput celebris ille Joannes Eckius Adriano VI. P. P. Romæ obtulerunt Anno MDXXI. De neceſſitate reformat. Cler. Bav.

***TAmen ſunt experti, quod Locorum Ordinarii negotium hujusmodi non prout eſt arduum & grande ad honorem Dei ejusque venerationem Sanctorum dictæque Sanctæ Sedis dignitatem & animarum ſalutem, ac normam reipublicæ Chriſtianæ concernens, ſuſcipiunt & tractant, quin imò circa illud torpentes & circa correctionem criminum perſonarum Eccleſiaſticarum ſcandalum inducentium negligentes exiſtunt & procul dubio eorum opera potius auxilio quam impedimento eidem hæreſi forſan exiſtat, ſupplicant S. V. Oratores quatenus in præmiſſis opportunè providendo venerabilibus Abbatibus dicti Ducatus in Tegernſee, Weſſensprun, Rotenhaslach, Weihenſteven, Pruſing, Altah inferior, nec non Sanctæ Mariæ in Monaco, in Otingen & Sancti Caſtuli in Moſtburg Eccleſiarum Decanis, Friſingenſis, Auguſtanæ, Salzeburgenſis, Ratisponenſis & Patavienſis Dioeceſium omnem jurisdictionem & ſuperioritatem circa correctionem criminum, exceſſuum & delictorum quorumcunque & præſertim hujusmodi hæreſim & punitionem perſonarum Eccleſiaſticarum delinquentium, cujuscunque dignitatis, gradus & conditionis exiſtentium & quacunque dignitate fungentium Locorum Ordinariis de jure, conſuetudine vel aliàs quomodolibet pertinens, concedere ita quod quoad correctionem & punitionem hujusmodi & alia quæcunque illas quomodolibet concernentia, eandem omninò jurisdictionem quam ipſorum locorum Ordinarii habent, habeant, nullaque inter eos & dictos Ordinarios ſit differentia & inter eos Locorum habeat; ipſique Abbates & Decani ac eorum quilibet in criminibus degradatiône dignis quoscunque degradandos, convocatis tribus vel quatuor Abbatibus baculo paſtorali & mitrâ vel inſulâ utentibus, etiam nullo Epiſcopo ad hoc vocato vel requiſito, degradare & curiæ ſeculari tradere, liberè & licitè valeant concedere atque decernere perpetuò dignetur, ac gratiâ ſpeciali, non obſtantibus Apoſtolicis ac Provincialibus ac Synodalibus Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis cæterisque gratiis quibuscunque, cum aliis oportunis & conſuetis clauſulis ac neceſſariis quibuscunque &c.

Proponuntur novem Comiſſarii.

Als nun diſe der Fürſten Supplication und darauf erfolgte Bäpſtliche Signatur den Biſchofen in Bayrn furkomen, iſt inen diſer Eyfer frembd gefallen, und hatt ſich deſſen ſonderlich der Biſchove von Paſſaw, als ein Brueder, vor anderen Ordinarien, angenomen, demnach den Fürſten zugeſchriben wie volgt:

Auszug eines Schreibens von Herzog Ernſten Biſchof zu Paſſaw. Anno 1523. - - Decemb.

fol. 59.

WEiter iſt uns in diſen Tagen ain Abſchrift ainer Signatur in Euer Liebden Nahmen durch ihren Oratorn Doctor Johanſen Ecken von weilend Pabſt Adriano *ſeliger Gedächtnus ſolle erlangt ſein worden, zu Handen komen, in deſſelben Eingang oder Narration iſt nachfolgente oder dergleichen Mainung in Latein begriffen, nemblich: wie Euer Liebden zu vilmallen befinden das die geiſtlichen Ordinarij im Furſtentumb*

1523.

Bayrn, die Sachen der Lutheriſchen Ketzerey nit dermaſſen, wie dieſelb an ir ſelbs gros ſey, und die Ehre Gottes ſeiner Heiligen und des heiligen Stuels zu Rom, auch der Selen Hail und gute Ordnung des Chriſtlichen Stands betreffe, aufnemen und handlen, ſonder das ſy darin̄ ganz faul und die Laſter der Geiſtlichen, daraus vil Ergernus erfolgen, zu ſtraffen nachläſſig ſeyen, alſo das ohne Zweifel, aus ir der Ordinarien zuthuen, ſolche Khetzerey villeucht mer gefürdert dan gehindert würde &c. Wie dan bemeldte ſignierte Supplication mit Lateiniſchen Begrif in ſich helt, ſolches Anzugs und das wir ſo gröblich bey der Bäpſtlichen Heiligkeit ſollen beſchuldigt und ausgeſchrien werden, tragen wir unſers Tails nit wenig Beſchwerd in Bedencken, das uns ſolches daſelbs nit zu khlainer Unere und Nachtheil gedeyet, auch ſonderlich, dieweil wir ſo vil uns berüert, diſer Zuelag unſchuldig ſind, und die ſelbig gegen uns nit möchte dargebracht werden; wie wol wir nun bey uns gänzlich darfür achten, ſolche Narration und Beſchuldigung ſeye nit mit Ewer Liebden Bevelch noch Vorwiſſen beſchehen, ſonder durch den obbenanten Iren Oratorn alſo erdicht worden, noch dan langt an Ewr Liebden unſer freundlich und bruederlich Bite, die wolle uns zu erkennen geben, ob ſy das ſolchermaſſen bevolchen haben oder nit, das wellen wir umb Euer Liebe freundtlich verdienen, derſelben fürderlichen Antwurt in Schrifften gewartende. Datum Paſſaw am Mitwochen nach Thome Apoſtoli. Anno &c. XXIII.

Hierauf hat Herzog Wilhelm dem Biſchove volgenter maſſen geantwurttet A. 1524. Jener.

ERwürdig in Gott Vatter und Hochgeborner Fürſt, Freuntlicher lieber Bruder. E. L. ſchreiben dem Hochgebornen Fürſten unſern freuntlichen lieben Bruedern Herzog fol. 60. *Ludwigen und uns gethan, haben wir in ſeiner Liebden Abweſen aufgebrochen und vernomen, ſovil nun die Signatur und Erlangung zu Rom betrifft iſt nit one, als der Luther den Eingang ſeiner Ketzerey erſtlich von den Misbreuchen und ergerlichen Leben der Geiſtlichen genomen, und ſich darmit bey meniclich dermaſſen eingebildet, das ime in nachfolgenten ſeinen Schriften deſto mer Glaubens gegeben, das auch nachmals ſein Lehr und Ketzerey allenthalben durch Teutſche Lande durch die Predig und Geiſtlichen an den Cantzlen und ſonſten unverwert ausgegoſſen und gefurdert worden iſt, welches alles die geiſtlichen Obrigkait, ſo dieſelben die Ehr des Allmächtigen unſern Chriſtlichen Glauben und Heyl mer dan das Zeitlich und iren ſelbs Pracht betrachten und warten wellen, leuchtlich abwenden betten mügen wie ſich E. L. ſelbs zu erinneren wiſſen, und wir aber die Zweyung in unſern heiligen Glauben gemerckt, haben wir durch Gnaden des Allmächtigen als Chriſtlich Furſten und ſo vil uns müglich durch unſere Gebotte und Handhabung, den Lutheriſchen Ketzereyen, in unſern Furſtentumb furkumen wollen, und die unſern Fürſtlichen Gerichts Zwang unterworfen, an ihren Güttern, Leibern und Leben ſtrafen laſſen. Wie aber herwiderumb die Lutheriſchen und ketzeriſchen Pfaffen, deren wir etliche betretten und ihren Ordinarien geantwurt, geſtrafft worden, haben wir nit ohne Beſchwerdt unſers Gemieths ſcheinparlich befunden; ſeyen demnach zu Erhaltung der Göttlichen Ehre und unſers heiligen Glaubens auch zu Niderdruckung der Lutheriſchen Ketzereyen in unſerm Furſtenthumb Höchlich verurſacht und gedrungen die Bäpſtlich Heiligkeit umb Hilff anzulangen, und achten E. L. ſollen des mer Gefallens dann Beſchwerden tragen. Das aber E. L. inſonderheit und mit Namen bey Bäbſtlicher Heilikeit beſchuldiget, haben wir nit wiſſen; glauben auch nit das ſolichs beſchehen ſeye. Wolten wir E. L. freuntlicher Mainung auf ir Begeren, nit verhalten. Datum Munchen Sambſtags nach* Circumciſionis Domini. Anno 1524.

Dis Schreiben iſt von D. Leonharden Eck Hertzog Wilhelms &c. geheimen Rathe, geſtellet und hernach bey denn Ordinarien dis indulti halber, guetter Fride geweſt.

ADrianus Epiſcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis in Tegernſehe, & Weſſeſprun ac Ratenhaslach, nec non Wechenſteuen, & Prifening, ac Altach inferioris Monaſteriorum Abbatibus, nec non Sanctæ Mariæ in Monaco, & in Oettingen, 1523. ac Sancti Caſtuli in Moſpurg Eccleſiarum Decanis, Friſingenſis, Auguſtenſis, Salzeburgenſis, Ratisponenſis, & Patavienſis, Diœceſium, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem!

Graviter & meritò noſter turbatur animus, cum à Perſonis Eccleſiaſticis talia comittuntur, propter quæ divina Majeſtas offenditur, Diſciplina Eccleſiaſtica confunditur, ſcandalizatur Populus fidelis, & in ſuperbiam erigitur indevotus.

Cùm itaque ſicut dilecti filii, nobiles Viri, Wilhelmus, & Ludovicus Fratres Germani, Comites Palatini Rheni, ac utriusque Bavariæ Duces, Nobis nuper exponi fecerunt, licet Ipſi, tanquam Orthodoxæ Fidei Zelatores, ne pernicioſa illa, & damnata Lutheriana Hæreſis, per univerſam propè graſſata Germaniam, Incolas & habitatores Ducatus eorum inficiat, ſed Incolæ ipſi ſub noſtra, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ devotione & obedientia permaneant, pio & Catholico Animo, ac magna Dexteritate, diligentiaque, ac pervigili cura ſoliciti hactenus fuerint, & ſint de præſenti: nihilominus locorum Ordinarii dicti Ducatus circa hujusmodi peſtiferæ & veneficæ hæreſis inquiſitionem, & extirpationem, ac aliorum exceſſuum, criminum, & delictorum, per Eccleſiaſticas Perſonas ejusdem Ducatus, Ordinariis

ipſis ſubditas, pro tempore patratorum, correctionem & punitionem aliquando ſe minus diligentes exhibere conſueverunt; quo fit, ut exceſſus & crimina hujuſmodi remaneant impunita, & illa perpetrantes in eorum malitia ſæpiſſime glorientur, in gravem Dei offenſam, & animarum Chriſti fidelium perniciem, ac pernicioſum exemplum, & ſcandalum plurimorum. Dicti Wilhelmus & Ludovicus Duces Nobis humillimè ſupplicare fecerunt, ut ne Hæreſis hujuſmodi, quod abſit, per amplius protentatur, & prædictorum criminum, ac exceſſuum Patratores, ſolutis habenis, in omnia flagitiorum genera prolabantur, & propterea Populus ſcandalizetur, & majora ſcandala oriantur, ſuper his opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremus.

Nos igitur, ac quos ex debito paſtoralis Officii, Nobis licet immeritis, ex Alto commiſſi, pertinet, ſuper his vigilantiæ noſtræ curas adhibere, cupientes in præmiſſis, ne deteriora parturiant, quantum cum Deo poſſumus, ſalubriter providere, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Diſcretioni noſtræ, de qua in his & aliis ſpecialem in Domino fiduciam obtinemus, ut ſi & poſtquam præfati locorum Ordinarii per vos Auctoritate noſtra, quatenus infra competentem, quem eis ad id duxeritis præfigendum terminum, ad inquiſitionem, extirpationem, correctionem, & punitionem hujuſmodi procedant, moniti, in his negligentes fuerint, omnes & ſingulas perſonas Eccleſiaſticas, cujuſcunque Dignitatis, ſtatus, gradus, & conditionis exiſtentes, & quacunque authoritate fungentes, præfatis Ordinariis de jure vel conſuetudine, aut alias quomodolibet ſubjectas, ac hæreſi hujuſmodi pro tempore infectas, in præmiſſis culpabiles, & delinquentes, ac quæcunque crimina, exceſſus, & delicta perpetrantes, in caſu negligentiæ duntaxat, corrigere, & punire, ac in eas omnem & eandem prorſus eiſdem Ordinariis ſimilem, & quam ipſi locorum Ordinarii exercere poſſent, Juriſdictionem, Poteſtatem, Auctoritatem, & Superioritatem, circa hujuſmodi hæreſis, & aliorum criminum, exceſſuum & delictorum, in caſu negligentiæ hujuſmodi duntaxat, punitionem, & correctionem exercere, necnon illos, quos eorum exigentibus demeritis, degradatione dignos cognoveritis, adjunctis, & in hoc vobis, aut alteri veſtrum aſſiſtentibus tribus aut quatuor hujusvis Ordinis Monaſteriorum Abbatibus, bacculo paſtorali, & Mitra ſeu Inſula utentibus, etiam nullo Catholico Antiſtite ad hoc vocato ſeu requiſito, ſervatis ſervandis, degradare, eosque ſic degradatos curiæ ſeculari tradere, liberè & licitè valeatis, & quilibet veſtrum poſſit, plenam & liberam, Authoritate Apoſtolica tenore præſentium, facultatem perpetuò concedimus, non obſtantibus præmiſſis ac quibusvis Apoſtolicis, necnon in Provincialibus & Sinodalibus Conſiliis, additis generalibus vel ſpecialibus Conſtitutionibus & Ordinationibus, ac Eccleſiarum, in quibus Perſonæ delinquentes hujuſmodi beneficia forſan obtinuerint, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuscunque.

Verùm quia difficile foret, præſentes litteras ad ſingula quæque loca, ubi de eis fides facienda foret, deferre: volumus, & præfata auctoritate decernimus, ut ipſam tranſumptis manu alicujus Notarii ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Prælati, vel Perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur præſentibus, ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ milleſimo, quingenteſimo, viceſimo tertio. Pridie Id. Junii, Pontificatus noſtri primo. (k) (k)

Breve Adriani VI. pro Theologiæ Profeſſoribus in Academia Ingolſtadienſi.

ADrianus &c. Dilecte Fili noſter (l) ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. (l) Cùm omnes hæreſes ex ſacrarum Literarum ignorantia ac perverſo divinarum Scri- 1523.

(k) Clemens PP. VII. Anno MDXXVI. hanc in diſcolos cujuſcunque ordinis animadvertendi facultatem non confirmavit modo, ſed eo usque extendit, ut dicti Abbares & Præpoſiti, ingratiis quoque Ordinariorum & non expectatâ eorum negligentiâ, in mores & quoscunque exceſſus Clericorum perpetuo inquirere valeant. Aſſervatur hoc breve in ſanctiori Principum tabulario inter Bullas quas Sixtus PP. IV. circa viſitanda monaſteria jam inde annis 1479. & 1480. in Bavariam miſerat, ſupra a nobis ex integro relatas.

(l) *Nota collectoris Tomi Privilegiorum Pontificiorum p. 71. & ſeq.* Obtinuerunt ab Adriano VI. P. M. Catholici Bavariæ Duces Guilielmus ac Ludovicus fratres eam gratiam, ut liceret illis ad omnes in Bavaria & circa cathedrales Eccleſias Profeſſores Theologiæ Ingolſtadienſes tanquam Canonicos præſentare, qui ex proventibus iſtis loco ſtipendiorum alerentur, pro augendo ibidem ſtudio Theologico. Verum cum capitula Eccleſiarum abſentes Profeſſores pro præſentibus ægrius admitterent (quod etiam antea circa Conſiliariatum ipſorum Principum ſimiliter recuſaſſent ſumma cum pertinacia) Res tandem bonâ Epiſcoporum & capitulorum gratiâ in eum eventum abiit, ut capitula in ſuſtentationem Profeſſorum Theologiæ ad Ingolſtadienſem Univerſitatem quotannis pendant unius præbendæ corpus, quod in hunc etiam diem rectè obſervatur, Eyſtadienſe tamen capitulum integram permittit præbendam uni Theologo qui eſt in ſchola, Epiſcopi vice cancellarius. Et ad rei memoriam Adriani illud Breve * Anno 1523. impetratum ad ſingulos Epiſcopos, ſubjectum eſt. * ult. Aug.

pturarum intellectu naſci conſtet; Clarum eſt maximum & efficaciſſimum ad eliminandas hæreſes quaſcunque & earum authores profeſſoreſque confundendos remedium exiſtere ſi complures ſacris Literis divinisque Scripturis prædictis ſtudium operamque impendant. Quod providè conſiderant Sancti Pontifices anteceſſores noſtri ſummâ cum diligentia atque prudentia ea conſtituiſſe perſpiciuntur, quibus Sacræ Theologiæ ſtudium augeri & ingenia ad illi invigilandum animari poſſe, judicabant: hinc tam multas iis, qui hanc ſanctam facultatem profiterentur, quique eidem operam darent præ ſtudioſis aliarum diſciplinarum artiumque humanarum conceſsêre prærogativas: hinc rationabiliter ſtatuêre ut cathedrales Eccleſiæ ſuos haberent in capitulis ſuis Theologos, qui Sacerdotibus & Clero ſacras Literas prælegerent: hinc voluêre ut capitula earumdem Eccleſiarum docibiles ad Studia generalia mitterent in divinis ſcripturis (quas poſtea alios docerent) erudiendos & alia plura quæ ſi tam diligenter fuiſſent obſervata, quam prudenter ac ſanctè fuêre inſtituta non tot & tam pernitioſæ in agro Dominico hæreſium ſuccreviſſent vepres neque tot & tantas paſſa eſſet aut in præſentiarum pateretur Eccleſia Catholica perfidorum hæreticorum impugnationes, neque tam pauci invenirentur, qui ſe ſe illis viriliter opponerent. Sed cum plerique potius lucroſas quam pias ſcientias conſectentur & per hoc ſacra Theologia vel prorſus negligatur, vel non quomodo quærenda eſt, hoc eſt, ad Dei ac ſui cognitionem proximorumque ædificationem, ſed potius ad ſui oſtentationem, vel etiam ipſa ad queſtum quæratur ac tractetur, nihilque mirum ſi hæreticorum impia præſumptio & præſumptioſa impietas omnia confundit ac pervertit & (quod quisque zelum Dei habens graviſſimè doleat ac deploret) innumeras etiam animas Chriſti Sanguine redemptas & ſacri baptiſmatis undâ lotas, ſpurciſſimis nefandisque erroribus pollutas diaboli jugo (quod per rectam fidem mediante Dei gratiâ excuſſerant) rurſus implicat. Præmiſſa itaque prudenter conſiderantes (ſicut & cætera ſolent) Dilecti Filii, Nobiles Viri, Wilhelmus & Ludovicus Comites Palatini Rheni ac utriusque Bavariæ Duces, nobis per oratorem ſuum humiliter ſupplicârunt ut pro Theologicæ Facultatis in univerſali Studio oppidi ſui Ingolſtadii ampliatione ac faciliori hæreſum (quæ ad præſens in illis ac aliis diverſis Germaniæ noſtræ partibus vigent, & in futurum exorituræ non immeritò timeri poſſunt) extirpatione eis & eorum ſucceſſoribus jus præſentandi unum Sacræ Theologiæ Magiſtrum in dicta theologica Facultate in memorato ſtudio actu legentem, ad unum ex Canonicatibus Eccleſiæ Tuæ, cujus fructibus hujusmodi Magiſter quaſi vice ſtipendiorum lecturæ ſuæ gaudeat & in quo actu (ut præfertur) in facultate ſtudioque præmiſſis legendo, quantum ad fructuum perceptionem (quotidianis diſtributionibus duntaxat exceptis) pro actu reſidente haberi debeat, concedere dignaremur. Nos autem petitionem quidem Eorumdem Wilhelmi & Ludovici Ducum, tanquam rationi & æquitati ac Sanctorum Patrum Decretis conſonam nec non ad Dei honorem & fidei Catholicæ exaltationem manifeſtè tendentem exauditu dignam judicavimus, maximè quod (ſicut accepimus) Dioceſis tua * Saltzpurgenſis magnam partem dicti Ducatûs ſibi vendicet. * ad Archiep. Salisburg. Nihilominus circumſpectionis tuæ quæ honorabile hujus Sedis membrum exiſtit eam quam dignitas & virtus ejus meretur noſtraque erga eam Paterna affectio expoſcit rationem habentes eique occaſionem promerendæ amplioris gratiæ apud dictos Duces & laudis apud omnes Theologiæ ſtudioſos hac ex re præbere volentes, id quod fortaſsè alius Pontifex ſimpliciter & absque conditione conceſſurus fuerat, nos ita demum indulſimus ſi ejusdem circumſpectionis Tuæ aſſenſus ad prædictæ gratiæ effectum accederet. Quemadmodum ſupplicatio per nos deſuper ſignata eidem plenius declarabit, quare eandem circumſpectionem Tuam per præſentes in Domino hortandam & paternè ſerióque requirendam duximus, ut ſicut nos tibi hunc detulimus honorem ut rem honeſtiſſimam, & in poteſtate noſtra poſitam ad tuum Arbitrium rejecerimus, ita tu quoque pro ſolita tua erga nos & hanc Sedem (à qua Tu in iſto Eccleſiæ gradu benignè collocatus es) obſervantia proque rei æquitate Te voluntati ac deſiderio huic noſtro facilem atque obſequentem præbeas Literasque dicti tui in hanc rem aſſenſûs dictis Ducibus ſeu eorum nuntiis (per ipſos Duces ad nos tranſmittendas) quamprimum concedere cures. In quo rem faciet circumſpectio tua officio ſuo ac zelo Dei (quo in cæteris uti ſolet) dignam, ab omnibus rectè ſapientibus vehementer laudandam & nobis dictæque Sedi adeo gratam ut impræſentiarum nulla gratior nobis ab ea præſtari poſſit. Datum &c. Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die penultima Auguſti. MDXXIII. Pontificatûs noſtri anno primo. (*m*) (*m*)

Bulla Adriani PP. VI. ſuper Quinta parte omnium redditũum Eccleſiaſticorum unius anni, Bavariæ Ducibus contribuenda in uſum Belli contra Turcas & Religionis hoſtes. Anno 1523. 1. Junii.

ADrianus Epiſcopus Servus Servorum Dei ad futuram rei Memoriam. Etſi inter multiplices curas nobis ratione pontificalis Miniſterii incumbentes, illa hactenus fuit præcipua, ut ope noſtra Eccleſiæ Eccleſiaſticæq; perſonæ ſuâ ubique fruantur immu- 1523.

(*m*) In hanc ſententiam ſingulis Epiſcopis ſcriptum eſt.

immunitate nec ſecularium exactionum oneribus & aliis publicis muneribus prægraventur, urgente tamen neceſſitate & periculo communi tam eisdem Eccleſiis quam Eccleſiaſticis & Laicis perſonis imminentibus, ex quadam æquitate præſertim ſi ad occurrendum periculis ac neceſſitatibus Laicorum non ſuppetant facultates, ac de iis agatur, quæ pietatem ac gregis Dominici nobis licet immeritis ex alto commiſſi defenſionem reſpiciunt contra mentem & deſiderium noſtrum pro temporum neceſſitate & Eccleſiaſticarum perſonarum hujusmodi quiete & ſecuritate cogimur ipſas Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas ad perferenda onera pro publica utilitate & fidei orthodoxæ defenſione requirere & eis oportunæ ſubventionis onus imponere. Sanè attendentes quam gravia inpreſentiarum noſtris humeris incumbant negotia, quantaque forſan propter Chriſtianorum peccata Deo ſic permittente univerſali Eccleſiæ ac toti Chriſtianæ reipublicæ pericula immineant, cum ab aliis infidelibus, tum maximè à nefandiſſimo Chriſtiani nominis hoſte Turcarum Tirano quem multis inſignibus in oriente victoriis pridem elatum ac poſt Belgradum abhinc biennio in Hungariæ regno & noviſſimè Rhodum in oriente, duo fortiſſima Chriſtianitatis propugnacula devicta, multò ferociorem factum omnique alia cura propè ſolutum & liberum Chriſtianorum cædibus & ſanguini ardenter inhiare, incurſionesque prædas & rapinas per diverſa loca & præſertim per Bavariæ contiguas vicinasque regiones continuè facere, crudelioraque indies minitari non absque ſumma animi noſtri triſtitia & mœrore cognovimus; animadvertentesque, ſi unquam Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris & huic Sanctæ Sedi in qua nos modo, divinâ ſic diſponente Clementia, ſedemus, auxilia & ſubſidia Eccleſiarum perſonarumque Eccleſiaſticarum non ſolum pro noſtra & dictæ Sedis verum etiam pro Chriſti fidelium omnium defenſione & fidei noſtræ conſervatione neceſſaria fuerunt hoc potiſſimum tempore nos & eandem Sedem, his maximè indigere ac mente revolventes dilectos filios Nobiles viros Wilhelmum & Ludovicum Comites Palatinos Rheni ac utriusque Bavariæ Duces, tanquam Chriſtianiſſimos Principes, licet ad arma contra perfidos orthodoxæ fidei hoſtes ſumenda, periculaque omnia ſubeunda ſpontè ſua ſeſe obtulerunt ac paratiſſimi ſint ad tanti tamen oneris ſupportationem, etiam cum univerſis nobilibus & laicis dicti ducatus ſui ſufficere non poſſe, niſi eis à perſonis Eccleſiaſticis ejusdem ducatus, quarum in eo maxima copia eſſe dignoſcitur & de quarum periculo non minùs quam dictorum Ducum eorumque ſubditorum Laicorum agi conſtat, ſuccurratur. Eapropter ad hujusmodi malis ac diſcriminibus obviandum ducatumque ipſum ſecurius tuendum & defendendum, motu proprio & ex certa noſtra ſcientia & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Quintam partem omnium & ſingulorum fructuum, reddituum & proventuum unius integri anni à die publicationis præſentium computandi, cathedralium, etiam Metropolitan: & aliarum Eccleſiarum, nec non Monaſteriorum, Prioratuum, etiam Conventualium, Præpoſiturarum, Præpoſitatuum, dignitatum, perſonatuum adminiſtrationum & officiorum, canonicatuum ac præbendarum, aliorumque cum cura & ſine cura beneficiorum Eccleſiaſticorum, ſecularium & Sancti Benedicti, Sancti Auguſtini, Ciſtercienſ. & Cluniacenſ. Præmonſtratenſ. Cartuſienſ. Montis Oliveti, Humiliatorum, vallis umbroſæ, cruciferorum Monachorum, Heremitarum Sancti Auguſtini, & aliorum quorumvis Ordinum, tam virorum quam mulierum, etiam mendicantium, & ex privilegio vel aliàs certos redditus habentium, regularium Militiarum quarumcunque etiam S. Jacobi de Spata, Jeſu Chriſti, Beatæ Mariæ Teuthonicorum, etiam quorum redditus ad hoſpitalitatem deputati exiſterent, in dicto ducatu & aliis dominiis terris & locis eisdem Wilhelmo & Ludovico ut præfertur ſubjectis conſiſtentium, ſecundum communem, verum, annuum valorem ab omnibus & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Electis, Abbatibus, Abbatiſſis, Prioribus, Adminiſtratoribus, Commendatariis, Capitulis, Conventibus, Guardianis cæteriſque perſonis Eccleſiaſticis ſecularibus & regularibus etiam Mendicantium & Militiarum prædictarum, Magiſtris, Prioribus caſtellanis, bavilinis perceptoribus hujusmodi fructus redditus & proventus Eccleſiaſticos in ducatu, dominiis terris & locis prædictis percipientibus & habentibus qui illos infra unum annum duntaxat percipient & habebunt, cujuscunque præeminentiæ ſtatûs gradûs ordinis & religionis exiſtant, quibus aut alicui eorum quæcunque privilegia aut indulta ſub quacunque forma verborum vel expreſſione conceſſa, quoad hoc nolumus aliquatenus ſuffragari perſonis venerabilium fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, qui ad hujusmodi expeditionem ſponte contribuere obtulerunt, duntaxat exceptis in terminis & locis congruis per infra ſcriptum collectorem aut ab eo facultatem habentem ſtatuendis vel declarandis exſolvendam, colligendam, levandam & exigendam ac Eisdem Wilhelmo & Ludovico, ſeu ab iis deputandis poſtquam exacta fuerit in fidei opus ſanctamque expeditionem defenſionem ac tuitionem hujusmodi duntaxat, per eosdem Wilhelmum & Ludovicum convertendam & conſignandam, Auctoritate Apoſtolicâ, tenore præſentium imponimus; Et nihilominus ſperantes, quod dilectus Filius Abbas Fontis Weſſonis Ordinis S. Benedicti, Auguſtenſis Dioceſis, eá quæ ſibi committenda duxerimus, ſolicitè, fideliter & laudabiliter exequetur, cum Quintæ partis fructuum beneficiorum hujusmodi collectorem & exactorem dicta authoritate facimus

mus, conſtituimus & deputamus, eique quintam partem fructuum reddituum & proventuum unius anni ut præfertur, computandi, beneficiorum hujusmodi ab Hujusmodi Archiepiſcopis, Epiſcopis, Electis, Adminiſtratoribus, Abbatibus, Abbatiſſis, Conventibus, Commendatariis & aliis perſonis prædictis, petendi, colligendi & exigendi, ac eis etiam, in quem ac nominatim & in ſpecie, ut illam ſolvant ſub excommunicationis latæ ſententiæ & privationis omnium & ſingulorum beneficiorum Eccleſiaſticorum per eos tunc obtentorum & ab aliis, de quibus ſibi videbitur, pœnis etiam pecuniariis mandandi, ac terminum ad id præfigendi & præfixum ſemel & pluries ac totiens quotiens ſibi videbitur prorogandi & pro ejusdem quintæ partis fructuum reddituum & proventuum, leviori & faciliori exactione unum vel plures ac tot quot ſibi videbitur, Subcollectores, qui pari quâ ipſe Abbas præſentium vigore fungi poteſt, fungantur facultate tam generaliter, quam nominatim & in ſpecie deputandi & deputatos amovendi, ac alios eorum loco totiens quotiens ſibi videbitur, ſubrogandi, nec non quintam partem fructuum hujusmodi ſolvere recuſantes vel differentes, & generaliter contradictores quoslibet directè vel indirectè ne ſolvatur, perſuadentes per cenſuram Eccleſiaſticam & alia juris remedia oportuna, appellatione poſtpoſita compeſcendi; Invocato etiam, ſi opus fuerit, ad hoc auxilio brachii ſecularis, ſolventes verò de ſolutis quittandi & liberandi & ab excommunicationis ſententia, aliisque cenſuris & pœnis, ſi quas forſan prius dictâ occaſione quomodolibet incurriſſent, abſolvendi. Et generaliter omnia & ſingula in præmiſſis & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet oportuna faciendi, mandandi & exequendi plenam & liberam tenore præſentium concedimus facultatem. Non obſtantibus ſi eisdem Archiepiſcopis, Epiſcopis, Electis, Commendatariis, Adminiſtratoribus, Abbatibus, Prioribus, Mulieribus & aliis perſonis Eccleſiaſticis vel quibusvis aliis communiter vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum quod ad ſolutionem alicujus partis fructuum hujusmodi minimè teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari, aut extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non poſſint, per Literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi ejusque toto tenore ac propriis ipſorum locorum ordinariorum & perſonarum nominibus & cognominibus mentionem. Nec non quibuscunque privilegiis exemptionibus, etiam in quibuscunque Literis Apoſtolicis, quibusvis dignitatibus ſeu ordinibus, ſtabilimentis, uſibus & naturis & præcipuè S. Benedicti & S. Auguſtini, S. Joannis Hieroſolimitan: Cluniacenſ: Ciſtercienſ: Cartuſienſ: Camaldulenſ: vallis umbroſæ, cruciferorum, & humiliatorum ac ipſorum univerſitatibus generaliter vel ſpecialiter, ſub quacunque forma & expreſſione verborum ab eadem Sede conceſſis, quæ, etiamſi de eis, eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum quoad oportunam derogationem eorum, & clauſularum in eis contentarum, etiam quæ ſint derogatoriarum derogatoriæ præſentibus habenda eſſet mentio ſpecialis, illis alias in ſuo robore permanſuris nolumus quomodolibet ſuffragari, volumus autem ut juxta conſtitutionem in Concilio Vienenſi ſuper hoc editam, calices, libri & alia ornamenta Eccleſiarum, Monaſteriorum, beneficiorum & piorum locorum hujusmodi, divino cultui dedicata, ex cauſa pignorum, vel aliàs, occaſione ſolutionis dictæ Quintæ partis, nullatenus capiantur, diſtrahantur vel occupentur, quodque pecuniæ ex hujusmodi beneficiis ut præfertur, colligendæ in una capſa in qualibet Dioceſ. Ducatus Dominiorum Terrarum & Locorum prædictorum ſub tribus clavibus, quarum unam loci ordinarius, aliam verò præfatus Abbas, tertiam autem dilectus filius Magiſter Chriſtophorus Welſer Præpoſitus Ratisponenſis penes ſe habeant; quodque dictæ pecuniæ de eadem capſa non extrahantur niſi cum inventario & in Notarii ac teſtium aut aliorum fide dignorum ad hoc pro tempore deputatorum præſentia, nec ad eorundem Ducum manus deducantur, niſi pro dicta defenſione, cum jam ipſi ad tam pium & ſanctum opus ſe cum effectu accinxerint: quodque præſentium Literarum tranſſumpto præfati Abbatis, vel alterius Prælati Eccleſiaſtici ſigillo & publici Notarii ſubſcriptione munitis eadem prorſus fides adhibeatur in judicio & extrà, quæ adhiberetur ipſis Originalibus Litteris, ſi eſſent exhibitæ vel oſtenſæ. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ impoſitionis, facti, conſtitutionis, deputationis, conceſſionis & voluntatis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præſumpſerit Indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo vigeſimo tertio. Kalend. Junii, Pontificatûs noſtri anno primo.

Subcollectores.

Capſa pro collecta pecunia.

Nach Babſt Adriani Abſterben, hat Babſt Clemens der Sibent, alle Bewilligung von geiſtlichen Güettern und Einkomen beſchehen wider aufgehebt und eingezogen. Deswegen von bemeldten Babſt Clemente, erſt ein newe Bewilligung hierüber erlangt werden müeſſen, die volgt hernach f. 66. B. & ſeq.

fol. 66.

Tomo XXXIIII. Privilegiorum omnium maximè mutilato. fol. 329.

Handlung zwiſchen Herzog Wilhelm und Hertzog Ludwig in Bayrn dan Pfaltzgraf Ludwig wegen der durch Abſterben Frawen Sybylla Pfalltzgräfin als Herzog Wilhelms und Herzog Ludwigs Schweſter heymgefallne Verlaſſenſchaft A. 1523.

1523.

WIr Chriſtoph von Gottes Genaden Biſchove zu Augſpurg als in nachgemelter Sach erwelter und erkieſter Obman bekennen hie mit diſen Brief als ſich zwiſchen den durchleuchtigen hochgebornen Furſten Herrn Ludwigen Pfaltzgraven bey Rein, Herzogen in Bayrn des H. R. R. Erztruchſeſſen und Churfurſten &c. an ainem: Herrn Wilhelmen und Herrn Ludwigen Pfaltzgraven bey Rein, Hertzogen im obern und nidern Bayrn &c. Gebruedern, unſern gnedigen Herren am andern Tayl, nach Abſterben der Hochgebornen Furſtin Frau Sibylla irer Gnaden Gemahel und Schweſter loblicher und ſeliger Gedechtnus der Morgengab auch Klaider Clainater Silbergeſchirr und anders irs gelaſſen Varnuß halber, Irrung Misverſtand und Gebrechen erhalten, derohalben ſy ſich zu endlichen Austrag, Erörtrung und Entſchaid fur uns als Obman ſambt iren zu beeder Seitten niderſetzten Rätten und zu ſätzen verainigt, bewilligt und gegen einander alles Inhalt und nach Vermögen des aufgerichten Anlas und Compromiß am Anfang &c. von Gottes Genaden &c. und am datum zu Nurmberg auf Mitwoch nach dem Sontag Miſericordiæ Domini Anno funfzehenhundert und im zwey und zwainzigiſten lauttende und hieruber begriffen verſprochen haben, und als wir nach Emphahung yeder Thails drey Schriften, wie das der berurt Anlaß zugeben, ſy zu baider ſeitt, verrer nach Ausweiſung der bewilligten Abredt zuprocedieren und zu handlen, Afftermontags nach aller Heyligen Tag, in diſen XXIII.ten Jar fur uns vertagt und beſchaiden als ſy auch zu allen Thailen durch ir Anwäld, in Craft irer übergeben mandata vor uns und den geordeten Zuſätzen erſchinen, haben wir nach genugſamer Verhörung bey beider Tayl Anwälden den Partheien zu dienſtlichen Gevallen und der Sachen zu guetem, in der guet auf zu oder abſchreiben gehandelt und zwiſchen ir in der güet abgeredt wie hernach volgt. Erſtlich das unſern Herrn Herzog Wilhalmen und Herzog Ludwigen alle irer Schweſter weilend Frau Sibylla Klaider, Khleinäder, Silbergeſchirr, Geſchmuckh, Gewannd, Gehennt und all ander ir gelaſſen Varnuß, ſo ſy zu ime unſerm Herrn Pfaltzgraf Ludwigen irem Ehegemahel mitgebracht und nach irem Abſterben verlaſſen hät, gevolt und zugeſtelt, was aber bemeldter weilend Frau Sibylla dergleichen Cleinader und Varnuß wie die iezt ernennt ſein, bey berürtem unſern Herrn Pfaltzgraf Ludwigen irem Ehegemahel zugeſtanden geſchenckt, damit verehrt, erobert oder überkomen het, das ſolte im bey ſein unſer Herrn Hertzog Wilhelms und Herzog Ludwigs Rätten oder Geſandten angezaigt furgelegt und in drew Tail ertailt, die zwen Tail unſern Herrn Pfaltzgraf Ludwigen und der drit unſern Herrn Hertzog Wilhelmen und Herzog Ludwigen durch unſern Herrn den Pfaltzgraven bey ſeinem Fürſtlichen Glauben zu Haydelberg zugeſtelt und eingeantwort werden, und zum dritten das die Morgengab der zehen tauſent Gulden halbirt das iſt funf tauſent Gulden dem vorgemeldten unſerm Herrn, Herzog Wilhelmen und Herzog Ludwigen durch unſern Herrn den Pfaltzgraven Churfurſten auch zugeſtellt, doch das es mit denſelben funftauſent Gulden, inn aller Geſtalt und maſſen mit Bezalung und Loſung, wie mit den XXXIIM. Gulden zugebrachten Hewratgutz das ſich in ganzer Summa XXXVII-M Gulden ſumiert und erlaufft, gehalten werden, und unſere Herrn die Hertzogen in Bayrn zu den übrigen funf tauſent Gulden Morgengab verrer kain Anſprach oder Vordrung haben noch unſer Herr Pfaltzgraf Ludwig oder ſein Erben die zubezalen ſchuldig ſein und derhalb notturftig Verſchreibungen damit bayd unnſere Herrn die Hertzogen der wol vergnüegt und verſichert aufgericht werden, welche yetzermelte unſer furgeſchlagene guetliche Mittl und Abredt uns von baiden Partheien, unſern gnedigen Herrn in der beſtimbter Zeit wie die inn unſerm gegeben Abſchidt oder Abredt ernent geweſen, inen baiderſeits, umb Merung vetterlicher, ſchwägerlicher Lieb Frundſchaft und Verwandtnuß willen derſelber irer Inhalt neben Bedanckhung unnſer gehabten Mühe zugeleben nachzukhomen und volg zu thun undter iren Secreten zugeſchriben und angenomen auch nachvolgent das ſy ſich ſelbs der Uberantwortung der Khlaider, Khlainader, Silbergeſchirr und Verſicherung auch halbirten Morgengab gentzlich vergleicht und unſer Abred allerding volzogen haben, uns abermall in Schriften unter iren Secreten Bericht getan, und daneben das wir inen ergangner Handlung, und volzogner Abredt zu beſſerer Beſtändigkeit Urkund und Vertrags Brief, in Vermög unnſer Abredt aufrichten und zuſtellen ſollen, damit die Volziehung und Verſchreibung ſo ein Tail dem andern hierüber geben hat bemelten Vertrag nachvolge, angeſuecht und gebetten, alſo geben wir hiemit ieder begerenten Parthey zu dienslichen Wolgevallen vor uns ergangner zuegeſchribner und begerter Handlung einen gleichlauttenden Vertrags Brief undter unſerm anhangenden Innſigl beſigelt, inn unnſer Stat Dillingen auf Afftermontag nach Sannt Thomas des heiligen Zwelfpoten Tag, nach Chriſti unſers lieben Hern Geburt funfzehenhundert und in dem drew und zwaintzigiſtem Jare.

Tomo XXXXIX. fol. 66. & ſeq.

Breve Clementis VII. P. P. Quo confirmat prædeceſſoris ſui Adriani PP. conceſſionem ſuper Quinta parte fructuum & reddituum Eccleſiaſticorum unius anni &c. Anno MDXXIIII. XV. Januarii.

1524.

CLemens PP. VII. Dilectis Filiis, Nobilibus viris Wilhelmo & Ludovico Bavariæ Ducibus.

Ferdinando Archiduci conceditur 3tia Pars omnium reddituum Eccleſiaſticorum ad annum contra Turcas.

Epiſc: Trident: collector.

Nomine Ducum Bavariæ Archidux Ferdinandus petierat eandem Tertiã partem, eorundem Bonorum & utriusque Bavariæ, ſed ipſiſmet Ducibus fuit ab Adriano VI. conceſſa, & à Clemente VII. confirmata Quinta Pars. Repetitio Bullæ ſupradictæ.

Dilecti Filii ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem: Dudum poſtquam Fe. re. Adriano PP. VI. prædeceſſori noſtro pro parte dilecti Filii nobilis viri Ferdinandi Archiducis Auſtriæ expoſitum fuiſſet, maximum periculum, in quo Archiducatus Auſtriæ, aliaque ipſius Ferdinandi dominia conſtituta eſſent & vehemens deſiderium quo idem Ferdinandus non minus ad conſulendum Chriſtianæ religioni in communi, quam ſibi Archiducatuique & aliis dominiis prædictis privatim arderet furioſis conatibus immaniſſimi Turcarum Tyranni univerſam Chriſtianitatem delere ſatagentis potenti manu occurrere, ſed ardorem animi ſui illum implere non poſſe, niſi per ipſum prædeceſſorem ei tertiam partem omnium proventuum Eccleſiaſticorum ab Eccleſiis tam ſecularibus quam regularibus per aliquas perſonas Eccleſiaſticas ad id ab ipſo anteceſſore deputandas exigendi & in expeditionem ab ipſo inſtitutam erogandi, facultas concederetur dictus prædeceſſor ob magnitudinem periculorum toti Chriſtianitati, amiſſis Belgrado in Hungaria & Rhodo in oriente imminentium, ipſius Ferdinandi voto ac propoſito adeſſe & favere volens tertiam partem prædictorum fructuum, reddituum & proventuum Eccleſiaſticorum in archiducatu Auſtriæ ac dominiis prædictis conſiſtentium ad unum annum duntaxat per venerab: Fr: Epũm Tridentinum exigendam & in ſubſidium expeditionis prædictæ & non in alios uſus applicandam, Ipſorum fructuum, reddituum & proventuum poſſeſſoribus per quaſdam impoſuerat. Cum dictus Ferdinandus Archidux eidem prædeceſſori pro extenſione dictæ impoſitionis ad alia quædam dominia, à loco dicto archiducatui & aliis ipſius Ferdinandi vicinia ſupplicâſſet, & hujusmodi extenſio utramque Bavariam comprehendere videretur, ac idem Ferdinandus nomine veſtro apud ipſum prædeceſſorem hujusmodi pro impoſitione in ducatu veſtro concedenda per ſuas literas interpellâſſet præfatus prædeceſſor & ex cauſis tunc expreſſis motu proprio & ex certa ſcientia ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine per alias ſuas Literas quintam partem omnium fructuum etiam unius integri anni à die publicationis poſteriorum Literarum hujusmodi computandi cathedralium, & Metropolitan: & aliarum Eccleſiarum, nec non Monaſteriorum, Prioratuum, etiam Conventualium, Præpoſiturarum, Præpoſitatuum, dignitatum, perſonatuum, adminiſtrationum & officiorum, Canonicatuum & præbendarum aliorumque cum cura & ſine cura ſecularium, & S. Benedicti, S. Auguſtini, Ciſtercienſium, Cluniacenſium, Præmonſtratenſium, Carthuſienſium & aliorum quorumvis Ordinum, tam virorum quam mulierum, etiam Mendicantium, & ex privilegio vel aliàs certos redditus habentium, & regularium militiarum quarumcunque, & B. M. Theutonicorum, etiam quorum redditus ad hoſpitalitatem deputati exiſtebant, in Ducatu & aliis dominiis terris & locis vobis ſubjectis conſiſtentium, ſecundum communem, verum, annuum valorem, ab omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Electis, Abbatibus, Abbatiſſis, Prioribus, Commendatariis, Capitulis, Guardianis cæteriſque perſonis Eccleſiaſticis ſecularibus & regularibus etiam mendicantium & militiarum prædictarum Magiſtris, Prioribus, Caſtellanis, Bajulinis, Præceptoribus hujusmodi fructus, in Ducatu, Dominiis, terris & locis prædictis percipientibus & habentibus, & qui illos infra unum annum duntaxat perciperent & haberent, cujuscunque præeminentiæ, ſtatûs, gradûs, ordinis & religionis exiſterent, perſonis venerabilium fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium duntaxat exceptis, in terminis & locis congruis per infra ſcriptum ſubcollectorem aut ab eo poteſtatem habentem ſtatuendis vel declarandis exſolvendam, colligendam, levandam & inſtituendam, ac vobis ſeu à vobis deputandis poſtquam exacta in fidei opus ſanctamque expeditionem ac defenſionem & tuitionem hujusmodi duntaxat per vos convertendam impoſuit ac dilectum Filium Abbatem Monaſterii Fontis Weſſonis Ordinis S. Benedicti Auguſtenſis Dioc. quintæ partis fructuum, beneficiorum hujusmodi collectorem & exactorem conſtituit & deputavit eique quintam partem fructuum unius anni ut præfertur, computandi beneficiorum hujusmodi ab hujusmodi Archiepiſcopis, Epiſcopis & Electis, Adminiſtratoribus, Abbatibus, Abbatiſſis, Conventibus, Commendatariis & aliis perſonis prædictis petendi, colligendi & exigendi ac eis in genere nominatim & in ſpecie ut illam ſolverent ſub excommunicationis latæ ſententiæ ac privationis omnium & ſingulorum beneficiorum Eccleſiaſticorum per eos tunc & pro tempore obtentorum & aliis de quibus ſibi videretur poenis etiam pecuniariis, mandandi ac terminum ad id præfigendum & præfixum ſemel & pluries ac quotiens ſibi videretur, prorogandi & pro ejusdem quintæ partis fructuum, reddituum & proventuum leviori & faciliori exactione unum vel plures ac tot quot ſibi videretur, ſubcollectores, qui pari quâ ipſe Abbas dictarum poſteriorum Litterarum vigore fungi poterat, fungerentur facultate, tam generaliter quam nominatim in ſpecie deputandi & deputatos amovendi & alios eorum loco, quoties ſibi videretur, ſurrogandi: Nec non quintam partem fructuum hujusmodi ſolvere recuſantes & differentes & generaliter contradictores quoslibet & directè vel indirectè ne ſolveretur perſuadentes per Cenſuram Eccleſiaſticam & alia oportuna juris remedia appellatione poſtpoſita, compeſcendi, invocato etiam ſi opus foret auxilio brachii ſecularis & alia tunc expreſſa faciendi facultatem conceſſit, prout in ſingulis litteris prædictis in quibus voluit quod pecuniæ ex fructibus beneficiorum hujusmodi colligendæ in una capſa, in qualibet Dioceſ. Dominiorum ſuorum ſub tribus clavibus per tres tunc expreſſos tenendis, poni & de eadem capſa minimè extrahi deberent niſi cum inventario coram Notario & Teſtibus ac aliis perſonis fide dignis conficiendo, quique ad eorundem Ducum manus non devenirent niſi pro dicta fidei defenſione, pleniùs continetur. Cum autem paulò poſt dictus Adrianus ſicut Domino placuit, de medio ſublatus fuerit & nos divina favente clementia ad ſummi Apoſtolatûs apicem aſſumpti quascunque decimarum & onerum impoſitiones, quæ ab ipſo prædeceſſore, etiam in ſubſidium expeditionis contra Turcas emanaverant & tam ſuper Decimarum & onerum hujusmodi exactione conceſſas facultates revocaverimus, ſic quod debitus poſteriorum Literarum hujusmodi effectus ſubſequi nequiverit, Nos attendentes quod cauſæ propter quas poſteriores Literæ prædictæ conceſſæ fuerunt adhuc ſubeſſe noſcuntur ac cupientes periculo Chriſti fidelibus Ducatus, dominii, terrarum & locorum prædictorum imminenti quantum cum Deo poſſumus occurrere ac ne propter revocationẽ noſtram hujusmodi de viribus ipſarum poſteriorum Literarum ab aliquibus valeat hæſitari providere impoſitionem quintæ Partis omnium fructuum unius integri anni & Eccleſiarum Monaſteriorum beneficiorum & religioſorum locorum hujusmodi ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Electis, Adminiſtratoribus, Abbatibus, Abbatiſſis, Conventibus, Commendatariis & aliis perſonis prædictis exigendæ, ac illius collectoris & executoris deputationem nec non facultatem, conceſſionem, prædictum prædeceſſorem in Ducatu, Dominio, terris, & locis veſtris factas hujusmodi ac deſuper confectas Literas prædictas cum omnibus & ſingulis in eis contentis clauſulis adverſus revocationem Literarum hujusmodi ac in priſtinum & eum in quo ante revocationem ipſam quomodolibet erant, ſtatum ita ut dictus Abbas ad totalem ipſarum Literarum executionem liberè procedere poſſit, in omnibus & per omnia perinde ac ſi revocatio noſtra prædicta nullatenus facta fuiſſet, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium reſtituimus, reponimus & plenariè integramus ac repoſitas reſtitutas ac reintegratas nec non validas & efficaces exiſtere, nec non Archiepiſcopos, Epiſcopos, Electos, Adminiſtratores, Abbates, Abbatiſſas, Conventus, Commendatarios & alias perſonas prædictas ad ſolutionem quintæ partis omnium fructuum unius anni integri teneri & ad id tam poſteriorum prædictarum quam præſentium vigore per Abbatem & ab eo deputandos præfatos per cenſuras & poenas prædictas cogi & compelli poſſe, & ſic per quoscunque judices quavis auctoritate ſublata eis quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate judicari & diffiniri debere ac quicquid ſecus ſuper his à quoque, quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari irritum & inane decernimus. Non obſtantibus præmiſſis ac conſtitutionibus ac ordinationibus Apoſtolicis nec non omnibus illis quæ in poſterioribus Litteris Adriani prædeceſſoris hujusmodi conceſſum fuit, non obſtare & quæ pro repetitis haberi volumus, cæterisque contrariis qnibuscunque decernentibus, transſumptis præſentium manu Notarii publici ſubſcriptis & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eandem prorſus fidem ubique adhiberi debere quæ adhiberetur præſentibus ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo piſcatoris, Die XV. Januarii. M. D. XXIIII. Pontificatûs noſtri Anno primo.

Ex regeſtis Kölneri.

1533.

VErſicherung Herzog Ott Hainrichen von wegen ſeiner Gemahl Frawen Suſanna abgelöſten Widems. Diſe Fraw Suſaña Herzog Albrechten in Bayrn Tochter hat zuvor Margrafen Caſimirn von Brandenburg gehabt bey ime Margraf Albrechten (welcher ime furgenomen und ains Tails verricht durchs Teutſchland zu brennen das die Engel im Himel die Fueß darob wärmen mieſten) und andere Kinder doch unbenant erzeuget. Nach Abgang Caſimiri heurat ſie zu Herzog Ott Hainrichen. Der verſchreibt ſich ſampt ſeinen Bruder Herzog Philippſen und ir gegen Margraf Georgen Caſimiri Bruders als ſeines Bruders und Fraw Suſanna Kinder Vormunder das die 32000. Gl: ires Heuratguts wie auch alle inventierte Clainöder nach ihren Tod denſelben Kindern oder deren Erben ſollen bleiben: doch ſie järlich ir lebenlang 1600. Gl: Zins (welches ir Heuratgut) einnemen und wo ſi andere Kinder bey Herzog Ott Heinrichen überkäm ſoll ine ir muetterlich Erb (von Fraw Kunigunden) bevorſtehen. Sie mag auch die 10000. Gl: Morgengab hinwenden wo ſie wil. Damit nun Margraf Görg diſes widerfelligen Heuratguts verſichert ſey, verpfenden ihm die zwen Pfaltzgraven Gebruder Lengveld, Calmuntz, Schmidmüllen (ſchicken diſer Ort Regiſter) welche Gütter er da ſi nach Abgang Fraw Suſaña, mit der Zallung ſaumig weren, zu ſeinen Handen nemen ſol &c. wird ein Gulden (in Geld) zu 62. X. gerechnet. Geſchicht Meldung merer Sigill die dran hencken ſolten, hat aber Herzog Ott Hainrich allein geſigelt, wie auch mit aigner Hand unterſchriben. Die andere Sigill ſein darvon geſchnitten ut apparet. *Weis nit wie diſer Brief daher komen, dan er denn Pfalzgraven aigentlich zugehörig welcher die*

32000. *Gl. one Zweifel erlegt, weil ſie die verſchribne Flecken ine haben. Datum am achten Tag Laurentii* id eſt *den* 17. Auguſti. Anno 1533. *&c.*

Tomo X. Privilegiorum fol. 16. Complectitur Tomus iſte acta & conf. Alberti IIII.

Herzog Albrechts Confirmation der Freyhaiten des Cloſters Altomunſter Brigittiner Ordens der Abbtiſſin Ottiliæ Oeffelin gegeben.

1551.

VOn Gottes Genaden wir Albrecht Pfallñtzgrafe bey Rein Hörzog in obern und nidern Bayrn &c. bekennen als ainiger regierender Furſt, mit dem offenn Brief, das wir den wirdigen und andechtigen in Gott unſern lieben getrewen, Abbtiſſin und Convent, beeder unſer Clöſter zu Alltomünſter des Ordens Salvatoris und Sand Brigiten, auf ir diemutig und unterthenig Erſuechen und Bitten, ire alte Freiheiten und Handveſten gnediglich confirmirt, ernewert und beſtätt, confirmiren ernewern und beſtätten ſolche ire Frayhaiten, Hanndveſten, alt Herkomen und gut Gewonhaiten, wie ſy ſolches alles herbracht und noch im Gebrauch haben, hiemit wiſſentlich unnd in Craft dis Briefs darauf allen und yeden unſern Vitztumben, Haúptleuten, Pflegern, Richtern und andern uñſern Ambtlewten und Underthanen und Getrewen ernſtlich gepiettendt und ſchaffendt, ſy an obberürten iren Freyhaiten, Hañdveſten, altem Herkomen und gueten Gewonheiten, auch weilennd der Hochgebornen Fürſten, unnſern frewndlichen lieben Herrn Vattern Herzog Wilhalmen und ſeiner lieb Bruder Herzog Ludwigen unſerm frewndlichen lieben Vettern, beeden Pfallntzgraven bey Rein und Herzogen in obern und nidern Bairn &c. ſelicher und diſer Confirmation Beſtättung und Ernewerung, wie ſy die wie hievor gemelldet, herbracht und noch haben, unbekrenckt beleiben ze laſſen, ſy dawider nit zu betrüben, noch des yemand andern zuthun zugeſtatten, ſondern ſy dabey wie ſich gebürt, hannd ze haben, ze ſchützen und zu ſchirmen, des wollen wir uns zu euch in Ernſt verlaſſen, allerding trewlich an Geverde. Des zu Urkundt haben wir inen diſen Brief mit unſern anhangenden Secrete beſiglt geben in unſer Stat Munchen, den XIII. Tag Aprilis, als man zelt nach Criſti unſers lieben Hern Geburde funfzehenhundert und im ains und funfzigiſten Jare.

EPISTOLA

Ad

R. D. Nuntium Apoſtolicum FELICIANUM NINGUARDAM pro tempore Epiſcopum S. Agathæ in Campania, juſſu D: Archiepiſcopi Salisburgenſis Georgii à Kuenburg compoſita à Joanne Baptiſta Ficklero U. J. D. ſuo Conſiliario & Prothonotario &c. Anno MDLXXX.

* * *

Ex autographo Autoris, quod extat Cod: CLVI. MSC. Latinorum Bibliothecæ Electoralis Bavaricæ deſcripſit
Ejusdem Bibliothecæ Præfectus
ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Argumentum Epiſtolæ, per Joh. Bapt. Ficklerum.

IN his Litteris tractatur de captioſis & damnoſis quibusdam ſtatutis Capituli, deque ſtatu Archiepiſcopatûs Salisburgenſis deque incommodis & defectibus quibus hoc tempore laborat hic Archiepiſcopatus. Deciditur quoque obiter hæc Quæſtio: an Capitulum vacante Sede Epiſcopali, vel Epiſcopo propter ſenium vel infirmitatem inepto aliquid ſtatuere in damnum Eccleſiæ & futuri Epiſcopi præjudicium poſſit, & an ſtatutum ſic factum neſciente vel non approbante Papa valeat?

Reverendiſſime in Xto Pater ac Domine Domine
Nuncie Apoſtolice meritiſſime.

REv.^{ma} D. V. novit adverſam Reverendiſſimi Archiepiſcopi noſtri Salisburgenſis valetudinem diuturnitate temporis eò invaluiſſe, ut ei unà cum ingruente ſenectute, quæ & per ſe onus eſt, ad tanta Provinciæ onera ſuſtinenda atque gubernanda, omnes penè vires ademerit: adeo quod ipſe tanquam capite languente, etiam membra hujus Archiepiſcopatus ſenſim deficere, & univerſus ſtatus, nunc ex hac, mox ex illa parte nutare videantur.

Itaque neceſſitate exigente, ut & onus

infirmioris relevaretur & rebus labentibus ante ruinam fulcimento aliquo ſuccurreretur, Venerabile Capitulum ejusdem Eccleſiæ non intempeſtivè cogitavit de aliquo Coadjutore, prævio tamen conſenſu S. D. N. * & R.^{mi} Archiepiſcopi, qui Archipræſulis invalidi curam, ſolicitudinem omnesque denique partes & ſuccedens defuncto in ſe ſuſciperet, diſpiciendum eſſe. (n) Quare jam præterita æſtate (*n*) Capitulo peremptorio coacto, Electio Coadjutoris inſtituta eſt.

*Gregorii XIII.

Verum antequam ad illam Electionem accederetur Domini Capitulares quasdam Leges atque conditiones (quarum exemplar ad S. D. N. transmittitur) neſcio quo dictante vel ſuadente ineundas ex pacto convenerunt easque inter ſe ita valituras ſtipulatis manibus ac ſubſcriptionibus conſtituerunt, ut is qui Canonica Electione habita futurus ſit Coadjutor & in Archiepiſcopatu Succeſſor, eas Leges modos & conditiones ſtrictiſſimè obſervare teneatur.

Quod novum ſtatutarium cum in conſeſſu Capitulari perlegeretur, & ego ibidem præſens ſentirem inibi ejusmodi aliquot conditiones inſcriptas eſſe, quæ Eccleſiæ detrimentum, officio futuri Archiepiſcopi diminutionem, utrique tam Archiepiſcopo quam Eccleſiaſticæ reipublicæ præjudicium, certiſſimumque damnum afferrent neque ab electo Coadjutore (quisquis tandem futurus eſſet) multo minus ab Archiepiſcopo tales conditiones derogatorias ſalvâ conſcientiâ acceptari poſſe: mox diſplicere cœperunt.

Quare rogatus in Collectione Suffragiorum ſententiam meam, expoſui rationes quibus hujusmodi leges non conſiſtere poſſe ſentirem: atque cum jam olfeciſſem cæteros penè omnes in eas jam antea conſenſiſſe meque fruſtra renixurum: tum & memor ſtatuti cujusdam hujus Capituli, quod ſingularitatem ſuffragii prohibet: deinde ac potiſſimum pudor, ne viderer renitendo tacitè ambire munus Coadjutoris, me retrahebant. Item quemcunque electum conſcientiæ & honoris ſui & quantum quisque Deo & reipublicæ deberet rationem habiturum, reputabam. Quam autem hanc Provinciam ipſe minimè ambierim, ſed intentiſſimis precibus, obſecrationibus & obteſtationibus etiam ſupplex à me jam & eligendo & electo declinare omnibus Juribus conatus ſim, D: V: R.^{mam} (quæ etiam coram toto Capituli Senatu onus hoc ſuſcipiendum ſub virtute obedientiæ imperavit) teſtem invoco. Non enim ſolum meam imbecillitatem & quam hiſce dubiis & periculo plenis temporibus, tanto ſim impar oneri (quod & proteſtatus ſum) agnoſcebam: ſed etiam animo meo difficillimæ illæ Leges (quas viro honeſto ſalvâ conſcientiâ minimè ſuſtinendas fore, ante Electionis actum Confratribus meis prædixeram) obverſabantur.

Videns proinde neque excuſationem meam neque preces locum habere, ſpatium deliberandi ad octiduum ſaltem, in quo cum illis meis Confratribus de negotio prædictarum Conditionum & Legum amplius conferre ſtatueram, petii: quod & ipſum mihi præter ſpem & opinionem meam denegatum fuit. Quid agerem? jugum cornubus injunctum, onus humeris impoſitum obedientiæ ſatagens ſuſcepi. Id vero quantumvis durum & grave, me non perinde preſſiſſet atque Legum illarum ac Conditionum pactio, quam ipſi Inſcriptionem vocant. Quam ob rem poſt Electionem cum Rev.^{mo} D.^{no} Decano, hoc de negotio non ſemel contuli, moderationem conditionum inſcriptionis petii, rationes inæquitatis expoſui, non ferendas declaravi: ſed laterem lavi ſurdoque fabulam cecini.

Tandem peremptoriè congregato Capitulo gravamen conditionum majori quam antea contentione propoſui, atque ut iniquæ & prægravantes vel tollantur vel temperentur, poſtulavi; ſed actum egi. Ipſi enim Capitulares à propoſito ſuo minimè cedentes, hoc negotium potius S. D. N. dirimendum, referre voluerunt, quod neque mihi adverſum eſt: imò gaudeo id ad fontem æquitatis & juſtitiæ deferri, unde ſalubres rivuli ad conſervandum, cum ſtatum Eccleſiarum, tum Epiſcopalis officii autoritatem quotidiè emanant. Antequam autem hoc fiat, operæ pretium viſum eſt Rev.^{mæ} D. V. ſtatum totius negotii prius declarare, quo & ipſa S. D. N. Literis ſuis de eodem rectiſſimè informare poſſit, unde & ſua Sanctitas id quod ad iſtius Salisburgenſis malè laborantis Eccleſiæ commodum & Archiepiſcopi officium honorem & conſcientiam ſpectat, melius decernat. Quod itaque Venerabili Capitulo neque jus neque fas fuerit tales vel vacante Eccleſia, vel infirmô Archiepiſcopô condere leges, facere ſtatuta, ingerere conditiones vel alia tentare quæ in graviſſimum damnum communis ſtatus Archiepiſcopatus vergunt, tum etiam futuri Archiepiſcopi officio authoritati ac honori derogant, etſi vel omnes Canonici in ea vel expreſsè vel tacitè conſenſerint, taliaque plenè infirma eſſe & inutilia, quamvis R.^{mam} D: V: pro ſua qua prædita eſt ſapientia & Canonum peritiâ, non fugiat; tamen quid hîc jura Canonica velint, obiter ſaltem admonere placuit.

Quoniam licet Jus eligendi Prælatum ſeu Epiſcopum ad Canonicos alicujus Eccleſiæ de jure vel privilegio ſpectet C. Adrianus 63. diſt. tamen actus eligendi eſt merum Munus & nudum Miniſterium & non jurisdictionis, electo, ſcilicet non ſecuta confirmatione, nullam tribuens jurisdictionem: toto tit: de Elect. & Elect. pot. quod & latiſſimè teſtatur Petrus de Braxio in ſuo Tractatu & directorio Electionum.

(*n*) 18. Julii 1580. Officii Pontificalis adjutor Georgius à Kuenburg Capituli Præpoſitus S. C. Capitularium adjunctus fuit. Cl. Hanſizius in Joannis Jacobi Archiepiſcopi geſtis. Germ. Sacræ T. II. p. m. 635.

Præterea etſi mortuo Epiſcopo & ſede vacante omnis jurisdictio & tam ſpiritualis quam temporalis apud Capitulum remaneat & ad Capitulum devolvatur. C. his quæ, & C. cum olim. & ibi glo. verb: capitulo & Panorm. de major. & obed. C. ad abolendum: de Hæret. Feder. de Senis. Conſ.o 16. & 30. tamen hoc caſu Capitulum ſolum gerit vices Prælati in non prohibitis. c. ij. Ne ſed. vac. ab. innov. Ideoque dum dicitur Capitulum adminiſtrator neceſſarius & non voluntarius: idemque Capitulum ſuccedit in jurisdictionalibus, ſed non habet ſpiritualia: veluti collationem beneficiorum. d. c. ij Item non ſuccedit in iis quæ ſunt de prohibitis & reſervatis perſonæ ac dignitati Epiſcopali. d. c. cum olim. Et ſic exercet Capitulum jurisdictionalia nomine ac vice futuri Epiſcopi, ut prolixè præter alios Doctores in ſuis Locis Reverendus D. Franciſcus de Pavinis, in ſuo eleganti Tractatu de officio & poteſtate Capituli, ſede vacante, ſcribit.

Et licet ſede vacante jurisdictio ſit penes Capitulum, tamen Capitulum nihil in præjudicium & damnum Eccleſiæ vel futuri Epiſcopi ſtatuere aut facere poteſt. C. 1. & 2. ne ſed. vac. & eod. tit. in 6. & quæ ibi Doctores prolixius ſcribunt. d. c. cum olim. & ſi quid in damnum Eccleſiæ vel præjudicium Epiſcopi factum eſt, ſive id redundet ad imminutionem jurisdictionis ſpiritualis ſive temporalis quoquo modo, id legitimè ab Epiſcopo revocari poteſt. per text. in c. ſi qua de reb. & glo. ibid. c. non liceat. 12. q. 2. c. ut ſup. de reb. Eccl. non alien. & toto tit. ne ſed. vac. ubi Doctores hoc latè tractant.

Ultra prædicta eſt textus in terminis quæſtionem hanc decidens. in C. ſic ut noſtris & ibi Abb. de jurejuran. Ibi enim ait Innocentius Papa III. Sicut noſtris eſt auribus intimatum, Eccleſia Tudertina vacante, ipſius Canonici & Epiſcopus cum eis, dum eſſet in minoribus ordinibus conſtitutus juramenta quædam in damnum Epiſcopalis juris fecerunt, priusquam de Pontificis Electione tractatus aliquis haberetur. Pro juratione incauta imponi fecimus Epiſcopo pœnitentiam congruentem. & primo, quia non juramenta ſed perjuria potius ſunt damnanda quæ contra utilitatem Eccleſiaſticam attentantur, mandamus quatenus ab ipſis Canonicis inquiras ſuper præmiſſis diligentius veritatem, & ſi ea inveneris eſſe vera, quod in damnum Epiſcopalis juris repereris taliter attentatum in ſtatum debitum app.ne remota reducas. Nam ut glo. ibidem dicit: Etſi Epiſcopus conſenſit tanquam Canonicus, poteſt poſtea tanquam Epiſcopus revocare. Etenim quædam facit quis tanquam alius. c. quod ſicut. de Elect.

Verum tamen eſt Canonicos ſede vacante quædam pro utilitate Eccleſiæ ſtatuere poſſe, tamen ea ſtatuta ita tenent, ſi poſtea Epiſcopi interveniat autoritas. Abb. d. c. ſicut noſtris. Latè Franciſcus de off. & pot. Capituli ſed. vac. in 6. quæſt. primæ part. principal. verum tamen omnia illa intra Tractatum Electionis facta & concordata inter Canonicos (quam noſtri Inſcriptionem vocant) ſi quoquo modo tendunt ad Epiſcopalis Juris damnum vel ad imminuendam jurisdictionem ordinariam ſpiritualem, quam per confirmationem habet à Sede Apoſtolica, vel ſecularem, quam habet ut Princeps Imperii, a fonte omnis jurisdictionis ſecularis, nempe Imperatore, id omne Epiſcopus tutò revocat, alias conſcientiæ nexibus innodaretur. Ratio eſt, quia ſede vacante nemo eſt qui Jus Epiſcopale tueatur. Et hoc caſu Epiſcopus vel Eccleſia habet ea remedia per quæ acta & facta illicita in præjudicium Eccleſiæ vel Epiſcopi in debitum ſtatum reducantur. C. 1. de integr. reſt. glo. ibi in ver. jure Minoris.

Nec quidquam operatur clauſula illa Inſcriptioni adjecta, ne Electus contraveniat, nec quicquam à Papa impetret &c. tum quia Papa univerſalem habet jurisdictionem nec pactis privatorum Juri communi derogari in illicitis præſertim, nequaquam poteſt. Quin imo clauſula illa corruptela potius eſt. toto tit. de Conſtitut. Et confirmatio data eſt à Sede Apoſtolica & Electionem factam ſequitur generaliter, Epiſcopo tribuit adminiſtrationem; toto tit: de Confirm. Elect. per quam confirmationem ea quæruntur, quæ jurisdictionis ſunt. Accedit quod nemo plus juris in alium, quam ipſe habet, transferre poteſt. Jurib. vulgarib.

Itaque ſi eligendus ut Canonicus promittat, revocabit ut Epiſcopus, ne propter homagium Papæ præſtitum in periculum perjurii incidat quod inter cætera continet, ne Epiſcopus quid inconſulto Papa de rebus Eccleſiæ competentibus alienet, quod fieret ſi ejusmodi Leges vel conditiones damnoſas atque præjudiciales Epiſcopus obſervaret. d. c. ſicut noſtris. & ibi glo. niſi ſuper talia.

Cæterum cum hîc res agatur in caſu magìs ſpéciali ſuper Electione Coadjutoris cum ſucceſſione in Archiepiſcopatum obtentâ inſuper Summi Pontificis ratificatione. In quo caſu Capitulum nihil minus in damno Eccleſiæ vel futuri Epiſcopi agere aut attentare quid potuit: cum nudum Electionis Munus habuerit, nec quicquam jurisdictionis ad Capitulum devolutum ſit, utpote cum omnis jurisdictio tam Eccleſiaſtica quam ſecularis adhuc reſideret in Archiepiſcopo vivente quamvis morbo ad adminiſtrandum impedito.

Ex his cuilibet facile conſtare puto vanum eſſe quod Capitulum hîc conſtituit & me jam electum & à S. D. N. confirmatum, ſine offenſione ſuæ Sanctitatis, Eccleſiæ Salisburgenſis & conſcientiæ meæ tales pactiones ſuſcipere multo minus exequi poſſe, quæ extra nutum & conſenſum ſuæ Sanctitatis contra Eccleſiæ utilitatem & Archiepiſcopi autoritatem ſunt initæ ideoque invalidæ juxta ea quæ jam dicta ſunt. Aliàs derogandi juribus & proventibus Epiſcopatuum (cum quorum detrimento ac egeſtate locupletarentur Capitula & bonis pro libitu abuterentur) magna & pernitioſa aperiretur feneſtra, quod aliarum quarundam Eccleſiarum exemplo, ſi odioſum non eſſet, demonſtrari poſſet.

Cum ergo modis parum æquis pecunia à nõnullis Archiepiſcopis per Capitulum Electionis ratione, ſub prætextu neſcio cujus meliorationis emuncta, ne dicam extorta ſit: indignum perinde ac iniquum fuerit me illas exactiones approbare, multo autem indignius & iniquius illis etiam addere & Archiepiſcopatum malè prægravatum amplius ac pernitioſius onerando premere, unde tandem ſtultè dando deficeret & Capitulum malè accipiendo proficeret.

Nam primo omnium Archiepiſcopus Matthæus, Cardinalis, qui tertius ab hoc noſtro vivente Rev.mo fuit anteceſſor, eò à Capitulo inductus fuit, ut ſublato Ordine S. Auguſtini & exuto habitu regularium Canonicorum & Præpoſituræ proventus tranſlati ſint in reditus Capituli: adeo quod ipſe Archiepiſcopus coactus fuerit eam ex bonis Archiepiſcopatûs de novo dotare.

Deinde Cardinale mortuo, Erneſtum Bavariæ Ducem ejus ſucceſſorem idem Capitulum antequam ad Archiepiſcopatûs adminiſtrationem admitterent eò adegerunt, ut ipſi Capitulo annuatim mille florenos numeraret.

Eundem exigendi modum exercuere cum Erneſti ſucceſſore, iſtius noſtri Reverendiſſimi proximo anteceſſore Michaele, ex quo pariter mille florenos annui reditus, præter ſuperiores millenos, ante Electionem boni iſti Domini emunxerunt.

Hoc etiam obeunte ex ejus relictis (non contenti duobus millenis illis & annuis quidem florenis) etiam plus quam ſexaginta millia florenorum propria autoritate, clam provincialibus & abſque conſenſu S. D. N. acceperunt, ſibique vindicârunt. Item hunc, noſtro adhuc ſuperſtite, antequam eum eligerent, pari pacto impulerunt ut illa duo millia florenorum ab Erneſto ac Michaele (beatæ recordationis) exacta, non modo non abrogârit, ſed etiam poſthac in perpetuum reditum confirmârit.

Quibus omnibus non ſatiati, ſed conſueta tam capiendi cupiditate illecti, amplius progrediuntur & ex hac mei Electione non attentâ extrema neceſſitate, quâ laborat Archiepiſcopatus multa alia millia florenorum aucupari ſtudent, quam immoderatam petitionem Reverendiſſimam Dominationem Veſtram, ex ſua illa Inſcriptione (ſi Diis placet) meaque relatione cognoſcere cupio. Sed &, ne Leges illæ exactoriæ in eorum Inſcriptione in immenſum cumularentur peculiari quodam & clandeſtino quaſi ſcripto, ut diem fungente hoc Archiepiſcopo &c. ſingulis ex ejus relinquendis opibus mille florenos diſtribuam, me aſtrinxerunt. At cum in his omnibus privatæ ſuæ utilitati egregiè proſpexerint, ut emolumentum tantum, nihil verò oneris unquam ſentiant, ſed id totum in Archiepiſcopum rejiciant, cavent ut Coadjutor vel futurus Succeſſor, omnia quæ ad expendendum attinent, onera in ſeſe ſuſcipiat, ipſi ſoli concedendum, hic verò promum agat, annatas, cæteraſque omnes expenſas vel Romæ vel ubicunque locorum, item regalia apud Cæſaream Majeſtatem & alia quæcunque abſque vel minimo Capituli incom̃odo perſolvat. Cui etiam hoc addunt, ut quamdiu Bullas Papales ſuper adminiſtrationes, vel pleni regiminis, unà cum iſtius regiminis, obligationis, declarationis, & neſcio quarum aliarum rerum confirmatione redemptus Coadjutor vel Archiepiſcopus factus Capitulo in ſuam poteſtatem & cuſtodiam non tradat, duos Canonicos capitulares in regimine adjunctos toleret, qui pari cum Confirmato potentiâ gubernent, diſponant atque decernant. Non deeſſet mihi animus explicare, quid hîc ſibi velint; qualem libertatem quærant qualemvè laqueum manibus Archiepiſcopi injicere meditentur: niſi ſcirem hoc Rev.mam D. V.am pro ſua ſagacitate ſtatim animadverſuram.

Cæterum non omnia hîc (cum petacitatis ſuæ vix finem invenire queant) recenſebo, quæ illis in Inſcriptione ad nauſeam uſque ſcriptitata, legentibus obvia ſunt. Breviter eo totum ipſorum ſtudium tendere videtur, ut Summa rerum iſtius Archiepiſcopatûs poſthac penes ipſos reſideat, adeo ut futurus Archiepiſcopus eorum ſit aſinus, cui onera, quantum volunt, imponant, & quo velint, impellant.

Præterea eò laboraverunt pridem, quod plus quam mediam Longaviæ partem (quæ regio ultra taurum montem noſtratium Alpium eſt, Carinthiæ ac Stiriæ confinis) cum caſtris, oppidis, pagis, prædiis, villis, paſcuis, ſaltibus, venationibus, piſcationibus, molendinis, cæteriſque adnexis, ab Archiepiſcopatûs ditione præciſum, in ſuam redegerint. Unde non parum emolumenti atque potentiæ Capitulo acceſſit, Archiepiſcopatûs verò viribus deceſſit.

Nihilominus tamen ſatis ardenter poſtulant, ut Archiepiſcopi curâ & ſumptibus confinia illius in tuto conſerventur & contra cujuſque impetitionem vel invaſionem defendantur, inſuper univerſa jurisdictio, exceptâ criminali, eis omnino addicatur. Uſque adeo ſua ſorte non ſunt contenti ut etiam ſubinde iis partibus, quibus Eccleſiæ reditus pauciores fiunt, ejusque vires extenuantur, inhient.

Quod ſi ejuſcemodi exactiones etiam impoſterum illis permitterentur, quis dubitat, quin & porro ex conſuetudinis quadam Lege ac temporum præſcriptione idem perpetuo agendi, ſibi jus quoddam acquiſitum, præſumerent. Quis autem non videt iſtius Archiepiſcopatûs tam celebris & Archiepiſcoporum poteſtatis & authoritatis certiſſimum interitum propediem ſecuturum? taceo nunc quam execrabile Simoniæ ſcelus ejusmodi pactiones comitetur.

Cum itaque hujus Archiepiſcopatûs (quod R.^{mam} D. V. non ignorare arbitror) ſtatus hodie talis ſit, quod reditus annui adeo diminuti ſint, ut ſumptibus in aliquot millibus florenorum non ſufficiant. Tantum enim non ſuppeditant amplius reditus cameræ, quod inſuper multa pecunia ex argentaria metallica mutuanda ſit. Quam autem rei metallariæ proventus iſtorum injuriâ temporum vel potiùs noſtrorum peccatorum merito, propter mineras ex omni ferè parte tam in argento quam auro cæterisque metallis jejunas, decreverint; hoc & Præſidum rei metallariæ & foſſorum publica lamentatione notum eſt. Tum etiam lucrum illud Minerarum quamvis maxime ſplendere videantur ita inſtabilis fortunæ & aleæ inſtar eſt, ut aliàs plus, aliàs minus, aliàs nihil ferat, aliàs expenſis vix reſpondeat.

Hinc accidit ut Eccleſiæ huic æs alienum ultra centum millia florenorum increverit, quod omne Archiepiſcopo ſoli unà cum annuis cenſibus exſolvendum eſt.

Officiarii intra & extra curiam, in omnibus penè officiis Archiepiſcopatûs propter rerum penuriam & caritatem auctaria ſalariorum jam pridem petunt & inſtant.

Jam per multos annos multa non ſine damno vacant officia quibus ſingulis ac propriis perſonis providendum eſt. Quantum verò pecuniarum hæc neceſſitas poſtulet quilibet æſtimare poteſt, qui numerum perſonarum & ſalariorum Quantum ponderat.

Multa quotannis ingruunt negotia Imperii non ſolum, verum etiam ex cōmuni cura totius circuli, quem vocant, Bavarici, cui & Archiepiſcopatus incluſus eſt, item diverſæ totius provinciæ neceſſitates, quibus omnibus conſulendis perpetuæ Commiſſiones & Legationes, cum indicibili ſumptu inevitabiliter adhibendæ ſunt. Jam inſtitutæ generalis viſitationis per Bavariam, Styriam, Carinthiam & comitatum Tyrolenſem expenſæ, cui incumbunt? niſi Archiepiſcopo? Nam communitas Sacerdotum variis exactionibus & oneribus paſſim ita gravata & exhauſta eſt, ut ægrè ſemet ipſos ſuſtentare, nedum alienos ſumptus ferre queant.

Quanti verò conſtabunt Seminaria & Scholæ, non ſolum in Metropoli ſed etiam in cæteris Archiepiſcopatûs oppidis inſtaurandis & ampliandis, ſi modò Catholicæ Religioni conſultum eſſe volumus.

Quis neſcit magnos requiri ſumptus in conquirendis ſtabiliendisque Theologis doctisque Concionatoribus, quorum non parvus numerus deſideratur.

Conſiſtoria ſeu Judicia Eccleſiaſtica extra & intra Metropolin, neceſſariò ſunt inſtauranda, quibus peritis ac idoneis viris eſt proſpiciendum, ubi non minus quam in ſuperioribus camera crumenam aperire debet.

Incumbunt Contributiones Imperii contra Turcam, pro ſuſtendando judicio cameræ Imperialis, pro neceſſario illo & Catholilicis in Germania quam neceſſario fœdere Landſpergico & circulo Bavarico &c. quæ multis millibus florenorum conſtant.

In ſola Auſtria de bonis Archiepiſcopatus multa millia florenorum ſunt contribuenda, de quibus nihilominus etiam Imperium ſuas exigit contributiones, adeo quod duplicem quaſi Multam ſuſtineant. Quid dicam de ingentibus ſumptibus publicorum ædificiorum non tantùm intra & circum circa Metropolin, verùm etiam per omnes præfecturas totius Archiepiſcopatus, præcipuè in ſalinis, mineris metallicis & munimentis riparum erumpentium, agrosque vaſtantium fluminum, quibus inſanæ ſæpeque pernitioſæ compeſcuntur aquæ, quæ omnia ſingulis annis, præſertim verò graſſantibus inundationibus non pauca florenorum millia repoſcunt, quos ſumptus Archiepiſcopatus ex diluvionibus annorum LXII. & LXVII. quæ ad multa millia florenorum aſcenderunt, etiam in hodiernum diem cum dolore ſentit ac deplorat.

Item quam multæ arces præfecturarum provincialium ſunt ruinoſæ, quæ neceſſariò ſunt reſtaurandæ: cogit & malignitas hujus temporis hominum carceres antiquos non ſolum reficere ſed & alios de novo conſtruere.

De Eleemoſynis & aliis piis largitionibus, quæ tam externorum, quam incolarum concurſu frequentes ſunt, hîc nihil dicam.

Quot millia inſumuntur in profectionibus Archiepiſcopi, ſive ad Comitia Imperialia, ſive alias congregationes, vel ipſe in propria perſona proficiſcatur, vel ſuas legationes mittat, & quis omnia enumerare poteſt?

Et poſt hæc omnia ſi aliqua ſubita Turcæ (cujus faucibus objecti ſumus) irruptio fieret, vel aut vicini, aut inteſtini hæreticorum tumultus, quæ iniqua & turbulenta hæc minantur tempora, vel alia neceſſitas bellica (quæ tamen omnia Deus benigniter avertere dignetur) nos urgeret: quid in tanta inopia ac nuditate Archiepiſcopus? nonne actum eſſet de Religione & Archiepiſcopatu?

Cum itaque non tam præſentia quam futura conſiderare ac prævidere conveniat, jam tempeſtivum (ſi modò non ſerò ac in fundo parſimonia) imò maximè neceſſarium foret ad theſaurum & futuræ neceſſitati ſubſidium colligendum animum intendere. Quid autem dico de theſauro? imò nunc de præſenti malo curando remedium quærendum eſt. Cum ſumptus exuperant lucra (quod Plato reip. interitum rectè exiſtimavit) quis iſtius eviſcerati Epiſcopatûs ſtatum rebus ſic ſtantibus reflorere ſperet?

Hæc Reverendiſſime ſunt quæ animum meum vehementer angunt & torquent: præſertim videns noſtrorum vel cæcitate vel cupiditate vel proprii commodi ſtudio malum hoc negligi, ſed ſua magis quam quæ Dei & Eccleſiæ ſunt quærere, vires Archiepiſcopatûs unà cum ſui paſtoris authoritate debilitari, ejus poteſtatem ad nutum Capituli inclinari & me pictum vel imaginarium Epiſcopum aliquando fore, ut ſi quid forſan præclari meo ſtudio (quod tamen ſtante hac inſcriptione fieri difficulter poteſt) effectum fuerit, id ſibi Capitulum adſcriberet, ſi quid vero fortuito caſu vel adverſâ fortunâ damni interveniſſet, id ſolum culpæ meæ daretur & in omnem ſiniſtrum eventum omnis faba in me recuderetur. Quare non mirum ſi iſta omnia animo revolvens toties hujus Coadjutoratus Provinciam deponere volui niſi me Rev.^{ma} Dominatio veſtra & aliorum piorum adhortatio & preces ab inſtituto retraxiſſent.

Quæ omnia cum in veritate ſic habeant, ſpero Rev.^{mam} Dominationem veſtram omne ſuum conſilium, in primis verò S. D. N. mentem eò inclinaturam, ut Capituli noſtri cum proximorum Anteceſſorum Archiepiſcoporum de largienda pecunia tractatio retractetur, & importuna illius de futuris petitio præſcindatur, totaque illa inſcriptio, præſertim circa prægravantia & præjudicialia penitus obliteretur, tanquam pactiones nullo jure ſubnixas. Quod enim cætera (quæ pro apparentia magnæ ſolicitudinis poſita ſunt) attinet, non ita hebes ſum (in Domino mihi gloriari liceat) ut ignorem quæ Epiſcopi officium & hujus Archiepiſcopatûs neceſſitas poſtulet ſua Sanctitas hanc in me ſpem & fiduciam collocet, Ego divina opitulante gratia id agam, quod officii mei eſt, ſin minus Dei vindictam, ſuæque Sanctitatis cenſuram ſuſtinebo.

Proinde ſi Domini Capitulares conſenſum & aſtipulationem prætenderent, quod haud dubiè facient, ſpero apud ſuam Sanctitatem, me ex iis quæ ſuperius à principio dicta ſunt, excuſatum iri.

Quæ ad cultum divinum ejuſque ornatum pertinent fruſtra ipſi ſunt ſolliciti de ſumptibus qui non eorum ſed Archiepiſcopi pecuniam tangunt; quod autem ſtudent ſuas locupletare præbendas atque proventus, valde timendum ne hoc magis ad luxum quàm ad neceſſitatem fiat. Cum enim ſimplex Canonicus per annuos reditus ad minus ſeptingentos florenos percipiat, unà cum aliorum beneficiorum acceſſionibus, quæ nonnullis proventum usque ad mille ducentos florenos augent, puto ſi quis eorum vel mediocriter frugalis eſſe cupiat, ſibi talem proventum ſatis ſuperque eſſe poſſe. Superioribus temporibus quamvis hæc Eccleſia Comites atque Barones aleret, quorum ſinguli Canonicatus in redditibus quadringentos florenos vix excederent, tamen hiſce ſolis, continuâ ſervatâ reſidentiâ fuiſſe contentos conſtat.

Quod tandem contendunt quoſdam Archiepiſcopos multa in ſuos conſanguineos contuliſſe, non ſequitur id poſtmodum quoque futurum, cum id ipſum neque de Archiepiſcopo Michaele affirmare poſſint, multo minus ſequitur, ut, quæ conſanguinei non capiunt, ipſi rapiant. Puto R: D: V: ex enumeratis intelligere quid hæc inſcriptio ſecum ferat, quo loco nunc ſint res Archiepiſcopatûs, quæ onera incumbant, quæ immineant, quæ inopia ſit præſens, quæ calamitates præceſſerint, quæ expectandæ & quid facto opus ſit. Quam ob rem eandem obnixè rogo, ut eo ſtudio atque diligentia, qua ſemper fecit, cauſam hujus Eccleſiæ & Archiepiſcopi honorem cordi curæque habeat, ſuæque Sanctitati intimè commendet. Si verò Capitulum ad ſuam Sanctitatem hiſce pugnantia vel urgentia ſcriberet, quæ ſuæ Sanctitatis mentem in diverſa flectere viderentur, iterum atque iterum rogo D: V: Rev.^{mam} id procurare velit ne ſua Sanctitas quicquam in hoc negotio definiat, antequam ipſe ſuper illorum argumenta vel documenta, fuerim auditus.

Jam enim de capite & ſumma rerum iſtius Archiepiſcopatûs agi certum eſt, nec dubito quin huic Papa pro ſua pietate prudentia & æquitate ſubventurus ſit. Hoc enim unicum precor & cupio, ut ſua Sanctitas aut ſupradictam pactionem ex allegatis cauſis reſcindat, aut ab hoc onere & officio in quo conditionibus illis ſic ſtantibus nihil commodè præſtare poſſem, me clementiſſimè miſſum faciat, cui & me & hunc Metropolitanatum, unà cum toto iſto negotio, usque ad Sacrorum pedum reverentiam ſupplex, nec non & Reverendiſſimæ Dominationi Veſtræ me ex animo commendo.

◆

PIETAS DOMESTICA SIGISMUNDI

Bav: Ducis &c.

✲ ✲ ✲

Ex Lit. membr. cum ſigillo.

Ex diplom. & Bull. autent.

UNiverſis & ſingulis Chriſti fidelibus præſentes Litteras inſpecturis Alexander (o) miſeratione divina TT. Sancti Laurentii in Damaſo Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbiter Cardinalis Patriarcha Aquilegienſis vulgariter nuncupatus adminiſtrator perpetuus Eccleſiæ Tridentinæ per Sacroſanctam Generalem Baſilienſem Synodum ac Sedem Apoſtolicam Legatus de Latere ſpecialiter deputatus Duxque Mazoviæ &c. ſalutem in Domino ſempiternam, licet is de cujus munere venit ut ſibi à ſuis fidelibus dignè & laudabiliter ſerviatur de habundantia ſuæ pietatis quæ merita ſupplicum excedit & vota bene ſervientibus ſibi multo majora retribuat qua valeant promereri; nihilominus tamen deſiderantes Domino reddere acceptabilem & bonorum operum ſectatorem fideles ipſos ad complacendum ei quaſi quibusdam allecturus muneribus, indulgentiis ſcilicet & remiſſionibus invitamus, ut exinde reddantur Divinæ gratiæ aptiores, cupientes igitur ut capella S. Georgii in caſtro Menzing Friſingenſis Dioceſis ſituata congruis honoribus frequentetur & ut Chriſti fideles eo libentius causâ devotionis confluant ad eandem quo ex hoc dono cœleſtis gratiæ uberius conſpexerint ſe refectos de omnipotentis Dei Miſericordia & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorũ ejus auctoritate confiſi omnibus verè pœnitentibus & confeſſis qui in Nativitatis, Circumciſionis, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis & Corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti ac Pentecoſtes, necnon in Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis & Aſſumptionis Beatiſſimæ Mariæ Virginis ac in Nativitatis B. Joannis Baptiſtæ, SS. Petri & Pauli Apoſtolorum dedicationibus dictæ capellæ, capellam ipſam viſitaverint in dictis ſolempnitatibus & earum octavis & quinque Pater noſter, ſeptem Ave Maria & uno Credo flexis genibus devotè oraverit ac decantaverit quinque annos indulgentiarum & totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus auctoritate Legationis noſtræ qua fungimur in hac parte præſentibus perpetuo duraturis. Datum in oppido Monacenſi prædictæ Dioceſis anno à Nativitate Domini MCCCCXLIII. Die XXIIII. Menſis Aprilis. Pontificatûs Sanctiſſimi Domini noſtri Felicis divinâ Providentiâ Papæ Quinti anno Tercio.

(o)

A. 1443.

ES iſt zu wiſſen das der Hochwirdig in Got Vater Allexander der Römiſchen Kirchen Cardinal und Legat, Genad und Antlas geben hat, pei diſer gagenwurtigen Cappellen (p) als hernach geſchriben ſtet: Item alle die Menſchen die ir Sünd berewt und gepeycht haben und mit ainem guten Furſatz hinfür die Sünd ze vermeyden in dieſe Capellen komen: an dem Weyhennacht Tag, an dem Ewenweych-Tag, an der Heiligen drei Kunig-Tag, an dem Oſtertag, an dem Auffart Tag, an dem Pfingſte Tag, an Gotzleychnams Tag, an unſer Frawen Tag als ſi geborn ward, als ir Xpe verkund ward, an dem Liechtmeß Tag, und als ſi gen Hymel für, an Sant Johanns Tag dez Gotztauffers, an Sant Peter und Pauls Tag, an dem Kirchweych Tag und an ir ieglich Achtoden, und darin mit Andacht auf ſeinen Knien ſpricht fünff Pater noſter, ſiben Ave Maria und ainen Glauben der hat fünff gantze Jar Ablas ſeiner aufgeſezten Puß und als vil Quadragen.

1444.

(p)

Item ſo iſt zu wiſſen das diſe gagenwurtig Cappel geweyht iſt durch den Erwirdigen in Got Vater Herren Biſcholf Berchtolden Ypponenſem dez nächſten Suntag nach Sant Philipp und Jacobs Tag der heyligen zwelf Boten von dem Jar als man zalt von Xpti unſers lieben Herren Gepurd tauſent vierhundert und in dem vierden und vierczigiſten Jar, in den Eren der Heyligen Himmel Fürſten Zwelfpoten und Martrer Sant Andrees und Sant Görgen, und hat einem yeglichen Menſchen der in vorgeſchribner maß in diſe Cappellen kumpt an den obgeſchriben Hochczeitlichen Tagen und an iren Achtoden vierczig Tag Ablas gebē. Item die Kirchweych diſer gagenwurtigen Cappeln die wirt ewigklichen järlichen mit Lob und Er begangen dez Suntags nach Sant Philipp und Jacobs Tag. Item man ſol auch wiſſen daz in diſem gagenwurtigen Altar verſchloſſen ſind diſew Heyligtum. Item am erſten von den

---

(o) Ego hoc tempore neque apud Antonium Bellonum, neque alios vitarum Patriarch: Aquilejenſ. ſcriptores à celeberr: Muratorio T. XVI. Scriptor: Rer: Ital: inſertos, ullum Alexandrum, ſed Ludovicum Patriarcham ejusd: Tit: Cardinalem invenio è Teccenſium ſtirpe.

(p) Ex ſcheda membran: valvis capellæ S. Georgii Menzingæ quondam affixa.

zwain obgenanten Hauptherren Sant Anndree und Sant Görgen. Item von dem Nagel Xpti. Item von Sant Criſtoffen Martrer. Item von Sant Lamprecht Biſcholf und Martrer. Item von Sant Martein Biſcholf. Item von Sant Cleto ain Baphſt. Item von Sant Donato Peychtinger. Item von Sant Elzbethen Witub. Item von Sant Martha Junckfrawen. Item von Sant Tecla Junckfraw und ander vil Heyligtum von den Heyligen Martrer Peychtigern und Junckfrawen.

Ex membr: authent. cum ſigillo è cera rubra.

A. 1451.

FRidericus Dei gratia Sancte Salzeburgenſis Eccleſie Archiepiſcopus Apoſtolicæ Sedis Legatus univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Sagax humanæ naturæ conditio nil prudentius nihilque melius aut ſalubrius operatur quam ſi durante præſentis vitæ curriculo talia meditatur operatur & efficit qualia exuto corpore culpas diluunt, penas adimunt & æternæ felicitatis gaudia largiuntur. Cupientes igitur ut capella glorioſiſſimæ Virginis Mariæ necnon Sanctorum Apoſtoli & Georii Martyris in caſtro Mentzing ſub limitibus parrochialis Eccleſiæ in Awbing ſituata Friſingenſis Dioceſis congruis frequentetur honoribus & a Xti fidelibus jugiter veneretur omnibus verè penitentibus confeſſis atque contritis qui in Nativitatis Domini, Circumciſionis, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Trinitatis ac Corporis Chriſti necnon glorioſæ ſemperque Virginis Mariæ quotiens in anno occurrerint ac dedication. & patronorum capellæ ejuſdem feſtivitatibus cauſa devotionis ad eandem confluxerint vota ſua inibi perſolvendo ſeu pro Fabrica & ornamentis ejuſdem capellæ manus porrexerint adjutrices de omnipotentis Dei miſericordia ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus confiſi ſuffragiis quadraginta dies indulgentiarum de injunctis eis penitentiis perpetuis temporibus miſericorditer in Domino relaxamus harum Teſtimonio Literarum. Datum Salzburge die viceſima Menſis May. Anno Dominico milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo primo.

Ex ipſa bulla membr. cum ſigillo in cera rubra.

A. 1451.

SIlveſter Dei gratiâ Epiſcopus Chiemenſis univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus tam præſentibus quam futuris ſalutem in Domino. Pia mater Eccleſia de animarum ſalute ſollicita devotionem Chriſti fidelium per quædam munera ſpiritualia Indulgentias videlicet & peccatorum remiſſionem invitare conſuevit ad debiti famulatus honorem Deo Sanctiſque ejus ac ſacris ædibus impendendo ut exinde iidem Chriſti fideles delictorum ſuorum veniam & perhennem celeſtis regni gloriam feliciter conſequi mereantur, cupientes igitur ut capella in caſtro Mentzing infra limites Eccleſiæ parochialis in Awbing Friſing. Dioceſis congruis honoribus frequentetur omnibus verè poenitentibus confeſſis & contritis qui in Nativitatis, Circumciſionis, Epiphaniæ, Paſcæ, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Sanctæ Trinitatis & corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti, nec non Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis, Aſſumptionis, Viſitationis & Conceptionis Beatæ Mariæ ſemper Virginis, Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum, Beati Johannis Baptiſtæ, Sanctorum Andreæ Apoſtoli & Georgii Martyris & ipſius capellæ dedicationis feſtivitatibus cauſa devotionis ad eam confluxerint ibique Deo & Sanctis ejus vota ſua perſolverint ac manus adjutrices porrexerint ad eandem de omnipotentis Dei Miſericordia & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus confiſi ſuffragiis quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus. Dum tamen conſenſus Ordinarii ad id acceſſerit & voluntas. Datum Salczburgæ die viceſima Menſis May. Anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo primo.

Ex bulla auth. cum ſigillo in cera rubra.

A. 1451.

FRidericus Dei gratiâ Epiſcopus Eccleſiæ Seccovienſis univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus præſentes Litteras inſpecturis ſalutem in Domino ſempiternam. Sagax humanæ naturæ conditio nil prudentius nihilque melius aut ſalubrius operatur quam ſi durante præſentis vitæ curriculo talia meditatur, operatur & efficit, qualia exuto corpore culpas diluunt, pœnas adimunt & æternæ Felicitatis gaudia largiuntur, cupientes igitur ut capella glorioſæ Virginis Mariæ nec non Sanctorum Andreæ Apoſtoli & Georii Martyris in caſtro Mentzing ſub limitibus parochialis Eccleſiæ in Awbinga ſituata Friſingenſis Dioceſis congruis frequentetur honoribus & à Xpi fidelibus jugiter veneretur, omnibus verè poenitentibus atque confeſſis qui in Nativitate Domini, Circumciſionis, Epiphaniæ, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Trinitatis ac Corporis Chriſti, nec non glorioſæ ſemper Virginis Mariæ, quotiens in anno occurrerint ac dedication. & patronorum capellæ ejuſdem feſtivitatibus cauſa devotionis ad eandem confluxerint, vota ſua inibi perſolvendo ſeu pro fabrica & ornamentis ejuſdem capellæ manus porrexerint adjutrices de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus confiſi ſuffragiis quadraginta dies indulgentiarum de injunctis eis poenitentiis dummodo tamen Ordinarii loci conſenſus ad id acceſſerit & voluntas perpetuis temporibus miſericorditer in Domino relaxamus, harum teſtimonio literarum. Datæ Salzburgæ die viceſima prima Menſis May Anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo primo.

(q) Ex bulla auth. cum ſigillo confracto in cera rubr.

NIcolaus (q) miſeratione divina TT. S. Petri ad vincula Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbiter cardinalis Apoſtolicæ ſedis per Almaniam Legatus univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus ſalutem in Domino ſempiter-

---

(q) Magnus ille Cuſanus Præpoſitus in Illmynſter per aliquod tempus.

Temporibus *Taſſelonis* Ducis *Bavariæ* *Waltbericus* Decanus in *Teyningen*, Vir nobilis, primus fundator clauſtri *Scheftlern* de propria hæreditate & vocabatur tum *Petenpach* & fuerant ibi *Canonici Regulares*, poſtea *Benedictini*, qui fuerant expulſi per *Arnoldum* impium Ducem Bavariæ & *Ungaros*.

Anno MCXL. *Otto* Magnus Epiſcopus *Friſingenſis* erexit & renovavit clauſtrum prædictum & poſuit ibi Canonicos regulares de Ordine *Præmonſtratenſi* in perpetuum duraturos.

MCXLIII.

Albertus Comes de *Pogen* Illuſtris, fundavit clauſtrum, Abbatiam Ordinis *Præmonſtratenſis* in *Windenberg* & obiit anno *MCXLVIII.* & eſt ibidem ſepultus cum ſucceſſoribus ſuis, videlicet *Hartwico* & *Hedwige* uxore ſua, & *Berchtoldo* filiis ſuis, & *Alberto* filio *Bertholdi*, qui vicit civitatem *Spoletanam* in *Thuſcia*, & inde tranſtulit duo corpora ſancta, S. *Sabini* Epiſcopi & S. *Serenæ* viduæ & MM. in *Windenberge*. Idem *Albertus* genuit tres filios, *Lupoldum*, *Berchtoldum*, *Albertum* ultimum. *Berchtoldus* Comes obiit anno MCCXVIII.

MCL.

H: a. *Chelhaim* obſeſſa eſt.

MCLII.

Ratispona maximo conflagravit incendio in quo ſex præcipua Monaſteria vorax flamma conſumpſit.

Hoc anno, indict. XV. XI. Kal. Martii quondam dedicata eſt Eccleſia à venerabili Domino *Heinrico* Epiſcopo *Ratisponenſi* ubi poſtea piæ memoriæ nobilis *Wernhardus* Comes de *Lewenberg* ſenior, locavit Fratres de Ordine *Theutonicorum* quos ibidem piiſſimè ditavit & præcipuè Eccleſiam parrochialem cum aliis bonis eis appropriavit.

Vid. A. 1278.

MCLIIII.

H: a: *Fridericus I. Friderici Suevorum* Ducis Filius natus ex clariſſima progenie *Karoli* poſt *Conradum Tertium* apud *Franckenfurt* in Regem electus, XCIIII. ab *Auguſto*. Hic in principio regni ſui omnium *Theotonicorum* favorem habens pro diſtricta Juſtitia pacem optimam fecit in omnibus partibus regni ſui. *Italiam* rebellem fortitudine ſua premit: *Cremonam*, *Mediolanum*, *Bononiam*, *Placentiam*, *Brixiam*, *Terdonam*, *Veronam*, *Spoletum* & alias civitates ſua potentia ſic devicit, ut *Mediolanum* & *Cremonam* & alias civitates quasdam & urbes *Italiæ* omnino deſtrueret, civibus eorum quibusdam occiſis, quibusdam in exilium relegatis. Nam ſeptem vicibus de *Almania* duxit Exercitum contra ipſos, ab Adriano IV. Papa Imperator conſecratus, ſed poſtea inter eum & ordinatorem ſuum *Adrianum IIII.* ac Succeſſorem ejus *Alexandrum III.* graviſſima oritur diſſenſio. Ita ut *Octavianus*, qui & *Victor*, & poſt hunc *Guido*, qui & *Paſcalis*, contra prædictum *Adrianum* ex parte Cæſaris Romani Pontifices conſtituerentur. Invaluit autem iſta diſſenſio, ut quaſi per XX. annos plures Archiepiſcopi & Epiſcopi faventes &

obedientes Domino *Adriano IV.* ab Imperatore propriis Sedibus pellerentur, indignioribus ſubſtitutis. Plures etiam Principes Laici detrimentum honoris ſui & rerum in hoc Sciſmate pertulerunt. Henrico etiam Duci Saxoniæ illius Henrici Ducis Bavariæ à Conrado anteceſſore ſuo ejecti à Bavaria, conſilio & rogatu Principum Ducatum primum reſtituit Noricorum & Henricum Marchionem Auſtriæ, tunc Bavariæ Ducem ab eodem Ducatu removit; & quia ejusdem Marchionis magna nobilitas & multa exigebat honeſtas ut nomen Ducis non perderet, & ut Duces Bavariæ minus deinceps contra Imperium ſuperbire valerent, Imperator de voluntate & conſenſu Principum in curia *Ratisponæ* habita Anno *MCLVI.* Marchionatum *Auſtriæ* Jurisdictione Ducis Bavariæ eximendo, & quosdam ei comitatus de Bavaria adjungendo, convertit in Ducatum, judiciariam Poteſtatem Principi Auſtriæ ab Anaſo usque ad ſylvam - - - *

* hactenùs apographum meum.

MCLVIIII.

Mediolanum Imperatori rebellavit.

MCLX.

Cremona civitas deleta eſt ab Imperatore *Friderico*.

Arnoldus Moguntinus Epiſcopus VIII. Kal. Junii occiditur.

MCLXI.

Luna in Februario retro igne ſanguinei coloris apparuit.

MCLXII.

Mediolanum ſponte ſe ſuaque Imperatori dederunt, & absque ulla clementia Mediolanum deſtruxit.

MCLXIII.

Cœnobium *S. Emmerami* ex parte combuſtum.

MCLXVI.

Cœnobium *S. Emmerami Ratisponæ* ex toto combuſtum eſt & muri collapſi.

Fridericus I. Imp. in Italiam cum Exercitu proficiſcitur. Exercitus Imperatoris in Italia menſe Auguſti ſubita mortalitate maxima ex parte interiit, ubi etiam filius Regis *Conradus* & filius *Welfonis* Ducis *Bavariæ* interierunt, & *Eberhardus* quoque Epiſcopus *Ratisponenſis.*

MCLXXI.

H:a: *Adelbertus* Juvavenſis Archiepiſcopus & *Hainricus* Abbas *Elſenbacenſis* conſiderantes ſitum *Elſenbacenſis* cœnobii monaſticæ quieti non congruere & religionis cultum jam ab annis multis parum ibidem profeciſſe, neceſſarium duxerant communicato conſilio Prælatorum, ut Monaſterium ipſum in locum qui nunc dicitur *Mons S. Viti* in fundo videlicet Ejusdem poſſeſſionis transtulerant ſuffragante conſenſu Comitis *Wolframi* de *Dornberck*, cujus avus dicebatur locum *Elſenpacenſem* fundaſſe, hoc idcirco fieri decreverant quod & Locus prælibatus multis modis aptior Monaſticæ habitationi videretur nec non duorum fratrum ſcilicet *Gebbardi* & *Heinrici* de *Iſſelbach*, quorum alterum utrorumque locorum ſpectat advocatia, devotio hoc ſummopere affectaret, qui & locum iſtum multis prædiis & divitiis vel adminiculis ſublimare pollicentur. Quapropter prædictus Archiepiſcopus præfato *Heinrico* Abbati ut hujus transpoſitionis diligens eſſet, ſibi ſuisque ſucceſſoribus dictam transmutationem confirmavit, eo videlicet tenore ut Patronatus loci & ordo divini officii ſicut & dudum in loco *Elſenbacenſi* totus beatæ Mariæ Virgini aſſignaretur. In ipſa verò *Elſenpacenſi* Eccleſia duo vel plures fratres ad exequenda ibidem divina officia remanere deberent. Et ſi quis verò in hac ſalubri diſpoſitione contumaciter repugnare præſumpſerit aut prædia vel mancipia vel alia quælibet bona ab his duobus locis *Eſchenbach* & Monte S. Mariæ propterea alienare tentaverit, ſive laicus ſive converſus, divina & Apoſtolica auctoritate atque ſuæ ſub malitiæ vinculo conſtrictum in perpetuum damnavit niſi reſipiſcat, propterea conceſſit & confirmavit hac liberalitatis gratia ſi quid redimere poſſent ſive pecunia ſive concambio vel amicorum interventu de Pheodo Ducis *Auſtriæ* vel Marchionis de *Craiburg* quæ habere dignoſcuntur in duobus parrochiis Herwgen & Feuchten ſive in decimis vel in aliis quibuslibet poſſeſſionis dono conceſſionis ſuæ ſibi ſuisque ſucceſſoribus indultum & confirmatum ſit auctoritate ſui privilegii ipſi ſine recompenſationis ſuæ exactione ſponte reſignavit. De *Lewenſtain Dietmarus* Comes fundator Eccleſiæ *Elſenbacenſis*, *Wolframus* Comes de *Dornberg* nepos Domini *Ditmari*, *Eberhardus* nepos Domini *Wolframi* de *Dornberg*, *Eberhardus* de *Julbach* avunculus Domini *Eberhardi*, *Heinricus* de *Schobenberg* frater Domini *Eberhardi* de *Julbach*, *Heinricus* Comes de *Schawenberg* avus *Heinrici.* (a) (a)

MCLXXVI.

Ratisponenſis civitas exceptis monaſteriis *S. Emmerami* & *S. Mariæ in Superiori* & *S. Pauli* tota penitus conflagravit IIII. Kal. Septemb.

MCXCI.

Wolfgangus Epiſcopus *Patavienſis* cum duobus Comitibus de *Ortenberg Rapotone* & *Heinrico*, qui Eccleſiam *Patavienſem* vaſtaverant contendentes mirabiliter caſtellis eorum vaſtatis conterruit eos, multis ibi pereuntibus. Idem Epiſcopus cœpit ædificare caſtrum in *Obernperge.* Corpus Domini in *Auguſta* civitate viſum eſt in cruentam carnem.

(a) Hæc compilator Chronici hujus ex tabulis fundationis videtur excerpſiſſe, quæ tamen Hundii & Gevvoldi ſagacitatem effugerunt.

MCC.

Caſtrum *Abach* Dux *Ludovicus* ædificavit.

Gertrud Regina *Ungariæ* occiditur.

Caſtrum in *Teiſpach* a *Ludovico* Duce deſtruitur.

Otto Dux caſtrum & oppidum in *Dingolfing* conſtruere cœpit.

MCCII.

Conradus Epiſcopus *Herbipolenſis*, qui & Cancellarius Imperii in ſua civitate à ſuis Miniſterialibus occiditur.

MCCIII.

Propter gwerram inter Epiſcopum *Ratiſponenſem* & Ducem pene tota provincia incendio periclitatur.

Lupoldus Auſtriæ Styriæque Dux *Theodoram* duxit *CPolitani* Imperatoris ex filia neptem.

Heinricus Ungarorum Rex filium ſuum *Ladislaum* cum necdum eſſet annorum trium coronavit, *Andream* fratrem ſuum de invaſione regni ſuſpectum habens captivavit, & in palatio *Strigonenſi* quod alio nomine *Gran* vocatur, cuſtodiæ mancipavit. Uxorem verò ejus filiam *Berchtoldi* Ducis *Meraniæ* omnibus bonis deſtitutam ad terram propriam ſuam remittere permiſit. Eodem anno *Berchtoldus* Dux *Meraniæ* obiit.

MCCIIII.

Philippus Rex *Thuringiam* vaſtavit & *Hermannum* Lantgravium, qui cum *Ottakaro* Bohemorum Regè adverſus ſe conſpiraverat, ad deditionem coegit. A quo acceptis obſidibus expeditionem in Bohemiam movit & occurrentem ſibi cum exercitu Regem fugavit, eundemque ſimiliter ad deditionem coegit, acceptis ab eo obſidibus & librarum argenti VII. millibus.

Heinricus Rex *Hungarorum* moritur. *Andreas* frater ejus à captivitate ad regnum ſublimatur, qui etiam uxorem ſuam in regno Teutonicorum requiſitam cum gloria magna revocavit.

Waldwinus Flandriæ Comes, Dux *Venetiarum* & *Bonifacius* Marchio de *Monte Ferrario*, *Sueſſionenſis* & *Halberſtatenſis* Epiſcopi & Abbas *Lucendunenſis* cum aliis multis *Alemannorum* Comitibus & Baronibus ducentes exercitum ad ſubventionem Terræ Sanctæ in urbe *CPoli* hyemaverunt, ubi fugato qui per Tyrannidem Imperium Græcorum invaſerat *Alexium Iſacium* filium coronari fecerunt. Quo in brevi a ſuis interempto, *Alemanni* urbem regiam occupantes & Græcorum Superiores effecti *Baldwinum Flandriæ* Comitem in Imperatorem Græcorum ſublimaverunt habentes Dominum *Bochlehemitanum* ex partibus Transmarinis auctoritate Apoſtolica ſubdelegatum & *Akonenſem* Electum.

MCCV.

Landshut conſtruitur.

Regina Ungarorum *Henrici* Regis vidua habens ſecum quosdam Epiſcoporum & optimatum Ungarorum qui propter jus jurandum quod infantulo Regi juraverunt adhuc in parte ejus ſtabant, occupatis portis & cuſtodiis terminorum ungarici regni verſus Viennam ſecum ducens filium ſuum cum theſauris & divitiis magnis & copioſo Comitatu egreſſa eſt & à *Luppoldo* Duce, de quo propter affinitatem plurimum præſumebat magnanimitate ſuſcepta. Paucis igitur transactis diebus *Ladislaus* infans moritur, corpus à *Rabenſi* Epiſcopo *Wiſsenburg* translatum & in ſepulchrum Regum regio more tumulatum eſt. Sicque ſedata eſt controverſia grandis quæ inter Ducem & Andream orta fuit pro repetenda tam Regina quam theſauris ſeu corona quam ſimul apportaverat. Poſt hæc *Lupoldus* Dux Reginam liberaliſſimè habitam & honoratam cum obſequio regali in terram Nativitatis ſuæ fratri ſuo retransmiſit.

MCCVIII.

Philippus Rex occiditur in *Babenberg*. *Straubinga* conſtruitur.

MCCXI.

Mangoldus Patavienſis Epiſcopus & *Rapoto* Palatinus ſimul diſcordantes, clauſtra, Monaſteria, Eccleſias una cum omni provincia incendiis vaſtant.

Altmañus de *Helingerſperg* moritur, ſed caſtrum ibidem ab ipſo ædificatum moriens reſignavit Eccleſiæ *Altabenſi*, & Monachi caſtrum deſtruere volentes, prohibiti ſunt à Comitibus de *Pogen*.

Caſtrum in *Helingerſperg*, data Comitibus de *Pogen* pecunia, à Domino *Poppone* Abbate & Monachis ſuis deſtruitur.

Gertrudis Regina *Ungarorum* mater S. *Elizabeth* Sponſo expeditionem contra *Rutenos* movente à Comite quodam *Petro* trucidatur qui & ipſe ſubſequenti nocte in ultionem ſceleris cum aliis jugulatur. Cui Epiſcopus de Gran miſit Epiſtolam amphiboloicam *Reginam occidere nolite timere, bonum eſt, ſi omnes conſentiunt, ego non contradico.*

MCCXII.

Pueri effecti ſunt peregrini.

MCCXVII.

Dux *Auſtriæ* cum immenſo Exercitu Crucis ſignatorum pertranſivit mare.

Fames valida fuit.

MCCXVIII.

Pridie Idus Auguſti *Perchtoldus* Comes de *Pogen* moritur bono fine apud *Damiatam* ultra mare. Reverſus autem *Albertus* Comes usque ad finem vitæ ſuæ, licet quoque transfretaverit, in tali perſecutionis ſævitia perduravit, quo defuncto glorioſus

Princeps *Otto* Comes Palantinus Rheni Dux *Bawariæ* hujus Eccleſiæ advocatus fit, vir utique bonus, Anno MCCXLII.

Bertholdus Comes de *Pogen* h. a: dedit Eccleſiæ *Altahenſi* prædium *Ampurck* cum decimis & hominibus & attinentiis ſuis.

MCCXX.

Albertus Comes de *Pogen* volens ſe transfretare ad terram ſanctam in obſequium crucifixi dedit Eccleſiæ *Altahenſi* tertiam partem Fori in *Pogen* cum omnibus attinentiis & forenſi jure.

Thomas Cantuarienſis Epiſcopus ab *Honorio III.* PP. miſſis Cardinalibus translatus eſt, & *Fridericus II.* Rex Roman. electus ab *Honorio III.* Papa ad Imperatorem *Romæ* ſolemniter conſecratur, Duce *Bavariæ Ludovico* aliisque Principibus multis & nobilibus præſentibus.

MCCXXIIII.

Oppidum in *Landaw* conſtruitur à *Ludovico* Duce *Bavariæ*.

MCCXXV.

Lupoldus Dux *Auſtriæ* conſenſu *Ludovici* Ducis *Bavariæ* conſtruxit caſtrum *Scherding*.

Fridericus II. Imp. cum filia *Joannis* Regis *Jeroſolymitani* nuptias in *Apulia* celebravit ex qua genuit *Conradum II.* poſtea Regem & *Henricus* filius ejus Rex declaratus duxit filiam *Lupoldi* Ducis Auſtriæ *Margaretham*, quæ præſentibus Principibus regni nuptias apud Nürnberg ſolempniter celebravit.

Engelbertus Colonienſis Epiſcopus vir magnæ providentiæ & tutor Regis à Comite *Friderico* de *Altenach* ſororio ſuo occiditur, manu mutilatus & XXXIII. vulneribus ut dicitur, confoſſus. His diebus *Lupoldus* Dux *Auſtriæ* conſenſu *Ludovici* Ducis *Bavariæ* conſtruxit caſtrum in *Scherding*.

MCCXXVI.

S. Franciſcus obiit. *Guerra* inter *Rapotonem* Comitem *Palantinum* Bavariæ, & Comitem de Pogen orta eſt, in qua quamplures Eccleſiæ ſunt deſtructæ & ſpoliatæ & prædia monaſterii inferioris *Altach* incendio ſunt deſtructa & *Rapoto* Palantinus civitatem in *Lithenwerd* quam Comes *Albertus* de *Pogen* propè monaſterium *Altacham* erexerat penitus incendio devaſtavit.

MCCXXVII.

Honorius Papa III. obiit, cui ſucceſſit Dominus *Hugolinus Hoſtienſis* Epiſcopus qui *Gregorius VIIII.* Magna copia cruce ſignatorum ad exhortationem & mandatum Domini Papæ iter peregrinationis arripiunt ſed circa maritima magna pars ipſorum mortua eſt inter quas *Auguſtenſis* Epiſcopus & *Ludovicus* Maritus *S. Elizabeth* Lantgravius *Thuringiæ* cum aliis nobilibus obierunt, reliqua pars ſecedens Imperatorem transfretaturum mare tranſivit Imperatore remanente in continenti ferè omnis illa peregrinatio rediit, Dominus Papa Imperatorem pro eo quod votum peregrinationis non ſolveret exercitu denuntiavit. Ex horum itaque facto magnum & graviſſimum ſchiſma oritur inter regnum & ſacerdotium, ita ut ferè tota Chriſtianitas per plures annos novis & inſolitis preſſuris plurimum turbaretur. Nam Electiones Epiſcoporum & aliarum magnarum dignitatum tunc a Sede Apoſtolica & legatis ejus taliter ſunt ſuſpenſæ ut contra voluntatem eligentium is vel ille præficeretur in qualibet dignitate, qui vel cujus amici tunc videbantur Sedi Apoſtolicæ plus favere. Principum etiam & Comitum ac miniſterialium tantam multitudinem ſibi attraxit Eccleſia, ut ſi ei perſeveranter & fideliter adhæſiſſent poterat pro ſuæ voluntatis arbitrio triumphare.

MCCXXVIII.

Otto Dux *Bavariæ* apud *Straubingam* accingitur gladio militari.

Henricus VI. Rex Filius *Friderici I.* Imp. *Conſtantiam* filiam *Lupoldi* Ducis Auſtriæ duxit uxorem procurante Epiſcopo *Conrado Ratisponenſi*, qui fuit de genere *Welfonis* Ducis, qui fuit vir juſtus & prudens, religioſus & caſtus vendito Patrimonio ſuo ſeptem milibus librarum cum eſſet ex antiqua & nobili Proſapia Filius *Henrici* Comitis de *Frontenhuſun* hoſpitium pauperum in ponte *Danubii* fecit, poſſeſſionibus extulit caſtrum *Deispach*, *Werde*, *Konigeswarte*, & alteram partem Epiſcopatui adjecit bonorum ſuorum, Eccleſiæ *S. Emmerami* in multis defenſatam.

Hic cum pro Regis negotiis *Apuliam* fuiſſet ingreſſus cum Duce Auſtriæ de - - - Regis acturus, ad Sedem ſuam reverſus infirmari cœpit.

MCCXXIX.

Damiata civitas quæ portus *Joppe* dicitur multo labore & ſanguine & ſudore Chriſtianorum acquiſita heu heu! exigentibus peccatis hominum divina permiſſione ſeductis in quamdam Inſulam Chriſtianis aquis & exercitu *Sarracenorum* circumvallatis, quibusdam ſubmerſis aliisque occiſis tandem ſub quadam forma compoſitionis & multa ſtrage hominum ex utraque parte facta, *Sarracenis* per manus Chriſtianorum reddita eſt, ubi aderant *Ludovicus* Dux *Bavariæ*, *Ulricus Patavienſis* Epiſcopus, qui eodem anno transfretaverant & alii quam plures nobiles & ignobiles quorum non erat numerus qui fugam arripientes vix evaſerunt.

Ulricus Patavienſis Epiſcopus ab expeditione rediens transmarina in via obiit, cui *Gebhardus* Comes de *Playen* ejusdem Eccleſiæ Canonicus ſucceſſit.

In feſto omnium Sanctorum dum regales nuptiæ *Nürnberg* celebrantur multi improviſè ruentes de alto aſcenſorio perierunt.

Conradus Epiſcopus (*Ratisponenſis*) ſequenti anno circa Paſcha obiit.

MCCXXX.

Caſtrum *Flinsberg* * ab *Alberto* Comite de *Pogen* erigitur.

* Alibi : *Flinsbach.*

Mortuo *Conrado* Epiſcopo *Ratisponenſi* diſſenſio gravis inter Chorum & Miniſteriales oritur. Pars Chori minor *Gotfridum* Præpoſitum eligunt; res Epiſcopales miro modo vaſtantur; contraria pars Chori cum Abbate *S. Emmerami Perchtoldo* viro per omnia venerando circa Nativitatem Sanctæ Mariæ *Romam* Summo deſiderio adeunt, & per octo menſes de Curia Romana in multa fatigatione corporis ſub periculo perſonæ ſuæ & rerum apud *Honorium III.* Papam rebus ſuis benè determinatis cum iisdem Papa in Feſto *S. Gertrudis* obiiſſet ipſis præſentibus apud Succeſſorem ſuum *Gregorium IX.* *Sigfridum* Cantorem *Maguntinum*, qui tunc etiam Romæ aderat virum literatum & caſtum elegerunt & in Epiſcopum & Sacerdotem ab ipſo Apoſtolico conſecratur.

MCCXXXI.

Ludovicus Dux occiditur in *Kelheim.* Præpoſitus *Saltzburgenſis*, Abbas *S. Petri* Abbas *Atmundenſis*, de licentia Domini *Gregorii Noni* Papæ ab Archiepiſcopo in die S. Paſchæ mitris Pontificalibus ſunt inſigniti & privilegiati, ſequenti anno Archiepiſcopus de licentia Domini Papæ Præpoſito *Saltzburgenſi* uſum virgæ paſtoralis & annuli & chyrothecarum indulſit.

MCCXXXIII.

Fundatum eſt clauſtrum Dominicanorum in *Landshut.*

Otto Dux *Bavariæ* fines Ducis *Auſtriæ* devaſtavit & clauſtrum in *Lampach* exuſſit.

MCCXXXVI.

Corpus *S. Eliſabethæ* præſente *Friderico* Imperatore magnifica translatione ſublimatur.

Henricus Rex exilio relegatur.

MCCXXXIX.

Agnes duciſſa *Bavariæ*, Idus Aprilis peperit filium qui vocatus eſt *Ludovicus.*

MCCXL.

Obiit Domina *Ludmilla* filia Regis *Bohemiæ* & duciſſa *Bavariæ* fundatrix *vallis fœlicis*, ſepulta ibidem.

Otto filius *Ludovici* Ducis & *Ludmillæ* duxit *Agnetem Palantinam*, quæ genuit *Hainricum* qui duxit *Eliſabeth* Filiam *Belæ* Regis *Ungariæ*, quæ genuit *Ottonem* Regem, *Otto* Rex *Hungariæ* & *Katharina* uxor ejus & *Beatrix Glogaviæ*, quæ genuit *Heinricum* qui obiit ſine liberis. *Stephanus* duxit Dominam *Jutam* Filiam *Bulckonis* Ducis *Poloniæ* quæ genuit *Heinricum* & *Ottonem* qui duxit *Richardim* comitiſſam *Guliacenſem.* *Henricus* duxit *Margaretham* Filiam *Joannis* Regis *Bohemiæ*, quæ genuit *Joannem* Ducem qui obiit ſine liberis.

MCCXLI.

Tartari vaſtaverunt *Ungariam.*

Facta eſt eclypſis ſolis.

Hoc anno Regnum *Ungariæ* quod CCC & L. annis duravit, à *Tartarorum* gente deſtruitur, ſequenti anno ultimus Comes de *Pogen* obiit.

MCCXLII.

Albertus ultimus Comes de Pogen obiit. Henricus Dux Bavariæ Fundator in Oſterhoven cum Hizilia uxore ſua in Oſterhoven ſepulti ſunt.

MCCXLVI.

Conradus Rex, Imperatoris *Friderici* Filius matrimonium cum filia Ducis *Ottonis* Bavariæ in *Voburch* contraxit.

Otto Dux *Bavariæ* h: a: dedit libertatem ut Rex * clauſtrum de *Altach* ſine muta & theoloneo debeant pertranſire. Et *Henricus* Dux filius ejus dedit decimas in *Rottal* & in *Marchartſtain* pro Commutatione aliquorum prædiorum. *Otto* Filius ſuus Rex *Hungariæ* etiam dedit Eccleſiæ *Altach* libertatem deductionis Salium ſine muta & Theoloneo in *Purghauſen* & *Scherdingen.*

* Ita apogr. laborante ſenſu.

Fridericus Dux *Auſtriæ* occiditur.

MCCXLVII.

Ludovicus junior Dux *Bavariæ* Conradum Comitem de *Waſſerburg* ejiciens, tam caſtra quam homines infra XVII. Ebdomadas potenter obtinuit.

MCCXLIX.

Adolfus Romanorum Rex, & Dux *Auſtriæ Albertus* conflictum habuerunt juxta caſtrum *Bouland*, ubi Dux *Auſtriæ* obtinuit victoriam, & Rex Romanorum occiſus eſt ipſo die Sanctorum Proceſſi & Martiniani.

MCCL.

Fridericus Imperator obiit.

MCCLI.

Dux *Conradus* anguſtias patitur *Ratisbonæ.*

Otto Dux *Bavariæ* mittens *Ludovicum* Ducem *Bavariæ* cum exercitu ad terram illam, qui ſibi civitates *Lintz*, & *Anaſum* cum magna parte illius Provinciæ ſubjugavit.

MCCLIII.

Heinricus & *Ludovicus* Duces *Bavariæ* apud *Ottingen* militaribus gladiis accinguntur.

Otto Dux *Bavariæ* ſubitanea morte mortuus invenitur.

MCCLIIII.

Conradus Rex vocatus a civibus *Ratisponenſibus* in domo *S. Emmerami* incautè veniens, à *Conrado* de *Hohenfels* invaſus eſt nocte, & vix mortem evaſit, occiſis duobus militibus de ſuis & quibusdam captivatis, quapropter idem Rex quam maximè moleſtavit & depauperavit Eccleſiam prædictam.

MCCLV.

Heinricus & *Ludovicus* Duces *Bavariæ* diviſerunt Ducatum *Bavariæ*.

H. a. *Conradus Seeman* Decanus in ſummo *Ratisponenſi* fundavit clauſtrum in *Poellinghofen*, cui de nomine ſuo nomen *Seemanshauſen* impoſuit & locavit ibi fratres de Ordine *S. Wilhelmi*.

MCCLVI.

Maria Duciſſa Bavariæ occiditur. Fuerat occiſa in caſtro Werdee XV. Kal. Februarii, & eſt ſepulta ibidem in clauſtro.

MCCLVII.

Rex *Bohemiæ* apud *Müldorf* confusè aufugit.

MCCLVIII.

In aſſumptione B. Mariæ Virginis primo de *Alderſpach* venerunt Monachi in *Tal* trans *Yſarum* penes *Ayblingen*.

Vilſa fluvius in *Ensdorf* in Kalendis Februarii ſiccum iter præbuit.

Fridericus Imperator *Mediolanum* triumphavit.

Otto Magnus Epiſcopus *Friſingenſis* obiit.

Rex *Bohemiæ* cum exercitu vaſtans Bavariam, apud *Müldorf* cum magno ſuorum diſpendio in flumine perierunt.

MCCLIX.

Fames validiſſima eſt facta & morticinium grande nimis & innumerabilis multitudo hominum in *Ungariam* eſt profecta. Filius Regis Romanorum contrahere promiſit cum filia Regis Bohemiæ & e converſo filius Bohemi cum filia Regis Romanorum.

MCCLX.

Rex *Bohemiæ* vicit Ungariam.
Eodem anno flagellatores ſurgunt.

MCCLXII.

Año hoc monachi de quibus ad an: 1258. venerunt in *Ulchingen* iterum ex improviſu in aſſumptione B. Mariæ. Iterum poſtea ex improviſu in aſſumptione B. Mariæ venerunt in *Fürſtenvelt*, anno MCCLXIII. ſub Venerabili Abbate Anſelmo primo.

MCCLXV.

Conſtructa fuit Eccleſia in loco caſtri *Malberſtorf*, quæ dedicata eſt VII. Idus Octobris per manus *Leonis* Epiſcopi *Ratisponenſis*, temporibus Henrici Abbatis. *

* vid. *Metrop. Salisb.* P. II. p:m: 316.

MCCLXVI.

Ottokarus Rex *Bohemiæ* cum magno Exercitu intrans *Bavariam*, deſtruit *Regenſtuff* & *Nitenaw*.

Henricus Dux *Bavariæ* per portam quamdam civitatis *Pataviæ* intrans novum forum cum magna parte civitatis excuſſit.

MCCLXVIII.

Conradus Regulus & *Fridericus*, Dux de *Baden* à *Karolo* Rege in *Apulia* decollantur.

Cunradus Rex & *Fridericus* Dux Filius *Hermanni* quondam Marchionis de *Baden* apud Neapolim decollantur.

MCCLXXI.

VIII. Kal. Decembris ad preces civium civitatis *Monaci Conradus* Epiſcopus Eccleſiæ *Friſingenſis* diviſit Eccleſiam S. Petri in duas Eccleſias baptiſmales & fecit *Capellam B. Mariæ* unam Eccleſiam baptiſmalem. Confirmata eſt hæc diviſio à *Gregorio* Papa apud veterem urbem IIII. Kal. April. Pontificatûs ſui anno II.

MCCLXXII.

Syboto Comes de *Nüwenberg* fundavit clauſtrum in *Wiger* * & locavit ibidem Canonicos regulares & antequam conſumaretur ſua fundatio à miniſteriali ſuo, dicto *Brandenberger* in balneo propè caſtrum *Nüenberg* miſerabiliter eſt occiſus & in cœnobio *Wigern* cum uxore ſua *Irmengardi* honorificè eſt ſepultus. Cujus ſummum altare conſecratum eſt in honore B. Virginis Mariæ, Petri & Pauli, Laurentii, Mariæ Magdalenæ &c. ſub anno Domini MCCLXXII. pridie nonas Octobris.

* ſcil. *Weyarn.*

Summum Ratisponæ comburitur.

MCCLXXIII.

Landaw ædificatur a *Ludovico* Duce *Bavariæ*.

MCCLXXV.

Fratres Minorum clauſtrum fecerunt in *Ingolſtat*.

MCCLXXVII.

Contractus matrimoniales inter præſcriptos Reges (*Anno* 1259.) diſſoluti ſunt & guerra gravis fuit inter eos.

Henricus Dux *Bavariæ* fundavit clauſtrum in *Fürſtenzelle*.

Elizabeth Duciſſa peperit Filiam *Catherinam*.

Leo Ratisponenſis Epiſcopus obiit in vigilia S. Margarethæ, cui ſucceſſit Dominus *Henricus* Comes de *Rotenecke* ejusdem Eccleſiæ Canonicus & Archidiaconus qui dictam cathedralem *Eccleſiam S. Petri Ratisp.* conſumptam & deſtructam incendio, & aream ab anteceſſore ſuo reædificari incœptam ſumptuoſo opere quod & materiam ſuperabat ut ad finem perduci poſſet multis laboribus procuravit & multa pretioſa ornamenta dictæ Eccleſiæ ſicut hodie patet, dedit; ſuum etiam patrimonium ſcilicet comitatum & caſtrum in *Roteneck* cum pertinentiis ſuis *Ludovico* Duci *Bavariæ* vendidit & Ratisponenſem Eccleſiam oneratam multis debitis ab uſuris & damnis aliis liberavit, & Advocatiam in *Velden*, & judicia in *Velden*, *Eberſpeunt*, *Teiſpach*, *Frontenhauſen*, *Ergolzbach*, *Eſſenbach*, *Piſtingen* & *Erling* à Dominis Ducibus Bavariæ & alia multa, magna pecunia comparavit.

MCCLXXVIII.

MCCLXXVIII.

Rudolfus Romanorum Rex devicit Regem *Bohemiæ* & occidit eum. Sed per ſuos traditus fuit, & obtinuit *Moraviam* & cum voluiſſet occupaſſe *Bohemiam* prohibitus fuit per Marchionem *Brandenburgenſem*, qui ſunt concordati, ut infra invenitur.

In die Bartholomæi Apoſtoli Fratres Ordinis *Theutonicorum Hoſpitalis* B. Mariæ *Hieroſolymitani* poſſeſſionem parrochialis Eccleſiæ perſonali reſidentia intraverunt, in qua Eccleſia dictus Comes *Wernhardus* de *Lewenberg* ſenior Ordinem præfatum intravit. vid. A. 1283.

MCCLXXX.

Dux *Ludwicus* cum Rege *Romanorum* per Auſtriam cum exercitu vadens contra Bohemum, adverſus Marchionem *Brandenburgenſem*, & tam ipſe Rex Romanorum quam etiam Marchio & Dux *Ludovicus* per matrimonium omnes ſunt concordati.

Monaſterium Fratrum Minorum in *Landshut* fundatur.

Dominus *Albertus* de *Hals* ſua virtute & ſtrenuitate meruit à *Rudolfo* Romanorum Rege honore & nomine *Comitis* inſigniri.

MCCLXXXI.

Petrus Patavienſis Epiſcopus obiit, qui pontem trans Danubium *Pataviæ* primo fecit.

Eodem anno *Albertus* de *Camen* factus eſt Comes de *Hals* à Rege *Rudolfo*.

Eodem anno *Conradus* Comes de *Mosburg* obiit ſine hæredibus, & Comitatus ad *Henrici* Ducis *Bavariæ* devolvitur poteſtatem.

MCCLXXXII.

VII. Idus Maij, *Volcmarus* Abbas *Altahenſis* occiditur.

MCCLXXXIII.

Dux *Auſtriæ Albertus* à patre ſuo *Rudolfo* conſentientibus Electoribus Regni in Ducem creatur.

Ludovicus Dux *Bavariæ* caſtrum in *Swaben* ædificare incepit.

Wernhardus Comes de *Lewenberg* Senior in Ordine *Theutonicorum* Hoſpitalis B. Virg. *Hieroſolymitani*, in domo ordinis *Ratisponæ* obiit, & ibidem cum duobus filiis ſuis *Heinrico* & *Wernhardo* eſt ſepultus.

MCCLXXXIIII.

Apud *Rhenum* quidam ſurrexit, dicens ſe eſſe Fridericum Imperatorem & ſimilis ei dicebatur.

MCCLXXXV.

Judæi in *Bacherach* bonum hominem Chriſtianum *Wernherum* nomine, occultè occiderunt, qui dicitur miraculis claruiſſe, ſimiliter priori anno accidit in Civitate *Monacenſi*.

Qui ſe *Fridericum* Imperatorem dixerat a Rege *Rudolfo* concrematur.

MCCLXXXVI.

Müldorf civitas à Duce *Hainrico* reſtituta eſt Epiſcopo *Salzburgenſi*, quam anno priori expugnaverat.

Aves in *Auſtria* repentina morte moriebantur.

Diſcordia orta eſt inter Duces *Bavariæ* ex victoria *Paulsdorferii* contra *Satelbogerium* & *Dapiferum de Eckenmül*, & incendia diverſa inter eos tam apud *Swaben* quam alibi, quos concordavit Rex Romanorum.

Fundatum eſt clauſtrum *Prædicatorum* Fratrum in *Landshut*, temporibus *Henrici Ducis*.

H: a: facta eſt quædam viſio mirabilis in clauſtro griſei Ordinis Neapolis. Quidam monachus dixit Miſſam coram ſuo Abbate & uno miniſtro præſente ei infra ablutionem & communionem Miſſæ apparuit quædam manus ſcribens ſuper corporale in altari in quo prædictus monachus Corpus Domini conſecerat. *Cedrus alta Libani ſuccidetur & ſtipulis in brevi deſtruetur. Accaron capietur, & Mars Saturnum ſuperabit, & Saturnus inſidiabitur Jovi, & Veſpertilio jugabit Dominum Apum. infra XV. annos erit unus Deus & una fides, & alter Deus evaneſcet. Filii Iſrahel à captivitate liberabuntur. Gens quædam veniet quæ vocatur ſine capite. Væ tunc Clero & tibi Chriſtianitas! Navicula Petri jactabitur in vadum fluctibus, ſed evadere dedignabitur. In fine dierum in mundo erunt multa prædia & ſtrages magna & fames valida & hominum mortalitas per loca & regnorum mutationes. Terra Barbarorum convertetur, ordines mendicantium & aliæ ſectæ quamplures annichilabuntur. Beſtia occidentalis & Leo orientalis univerſum mundum ſubjugabunt. & tunc pax erit in toto orbe terrarum & copia fructuum per XV. annos. Tunc Paſſagium erit ab omnibus fidelibus commune ultra aquas congregatas ad Terram Sanctam. & civitas Jeruſalem gloriabitur & ſepulchrum Domini ab univerſis honorabitur, & in tanta tranquilitate nova audientur de Antichriſto & cætera Dei mirabilia. Ergo vigilate.*

MCCLXXXVIII.

A voragine ignis *Strawbing* eſt deſtructa in vigilia *Pantaleonis*.

MCCXC.

Ludovicus junior Dux Bavariæ occubuit in tornamento.

Rex *Ungariæ* occiſus eſt, cui *Zuno* ſucceſſit Comes de *Aſt*. Item frater Regis *Ungariæ* ſubmerſus eſt, & ſic prævaluit iſte Comes de *Aſt*.

Rudolfus Epiſcopus *Salzburgenſis* obiit, cui ſucceſſit Dux *Bavariæ Stephanus*, ſed miſſis nuntiis *Romam*, videlicet *Conrado* tunc Epiſcopo *Laventenſi* cum multis aliis ſuper confirmatione ejuſdem *Stephani* Dominus Papa ipſum reprobavit, & dictum *Conradum Laventenſem* Epiſcopum per ſe ipſum in Archiepiſcopum *Salzburgenſem* ordinavit, Magiſtrum *Hainricum* protonotarium & Canonicum tunc *Salzburgenſem* virum peritum ſimiliter ordinans Eccleſiæ *Laventinenſi*.

Eodem anno obiit Dux *Hainricus*.

Henricus Dux *Bavariæ* bono fine & multa contritione moritur apud *Burckhauſen*.

MCCXCI.

Deſtructa eſt *Accaron* à Soldano.

MCCXCIII.

Lawingenſes receſſerunt à Domino ſuo *Ludovico* Duce *Bavariæ* & *Adolfo* Regi Romanorum ſe dederunt.

Dux *Ludwicus* obiit.

MCCXCIIII.

In die Purificationis *Ludovicus* Dux Bavariæ obiit.

Item *Rudolfus* filius *Ludovici* promiſit contrahere cum filia Regis *Adolfi* ſicut & contraxit & deinde cum eodem Rege in expeditionem in terram *Miſnenſem* proceſſit.

MCCXCVI.

Fames validiſſima fuit ita quod modius *Monacenſis* ſiliginis vendebatur pro V. libris denariorum, modius avenæ pro III. libris.

Rudolfus Dux *Bavariæ* occupavit Caſtrum - - - - Gartaw, cujus confines exinde per *Reyſannes* (*b*) deſtruebantur, & tamen illud caſtrum per *Rudolfum* Ducem deſtructum eſt.

Ludovicus Filius *Heinrici* Ducis *Bavariæ* obiit.

H. a. obiit Peringerus Comes de *Lewnberg* fundator in *Vichbach* clauſtri Sanctimonialium Ordinis S. Auguſtini in honorem B. Mariæ Virginis, cum XII. monialibus, & eodem anno quo primum lapidem clauſtri poſuit, deceſſit. Poſtea Illuſtris *Henricus* Dux *Bavariæ* Filius *Stephani* Ducis erexit idem clauſtrum muris & conſtruxit Eccleſiam & habitacula Dominarum quas etiam piiſſimè ditavit, numerum XII. ibi Dominarum ad XXX. augmentavit. Quibus *Fridericus* Dux *Bavariæ* ſub anno Domini MCCCLXXXV. aliquam decimam vini de Landshut cum LX. urnis cereviſiæ de duobus Braxatoriis donavit & prædictum clauſtrum pio animo defenſavit. (*c*)

MCCXCVII.

Obiit *Conradus* de *Aurbach* Abbas & Erector clauſtri in *Metten*.

MCCXCIX.

Adolfus Romanorum Rex victus eſt bello campeſtri à Duce *Alberto Auſtriæ*.

MCCC.

Ludwicus Imperator fundavit clauſtrum *Niderwinderſpach*, locavitque ibidem fratres de Ordine *S. Wilhelmi* propè clauſtrum *Fürſtenfeld*.

H: a: in die Coſmæ & Damiani *Rudolfus* Dux genuit *Rupertum* Ducem in caſtro *Wulfertzhauſen*, & fuerat confirmatus in die Remigii anno ætatis ſuæ X.

Nota quod ſub annis Domini MCCC. & circa illa tempora, infra ſpatium XX. annorum propter nimiam aggravationem & exactiones Principum & Advocatorum ſuorum infraſcripta cœnobia Sanctimonialium depauperaverunt & ſubierunt clauſtrum *S. Laurentii* in *Peyrn* Ord. S. Benedicti, clauſtra in *Pollingen* & in *Reittenpuoch* Ordinis *S. Auguſtini* videlicet regularium Canonicorum & clauſtrum Ordinis Præmonſtratenſis Monialium in *Staingaden*.

Otto & *Stephanus* Duces *Bavariæ* gladiis militaribus in Oppido *Landshut* accincti ſunt cum multis nobilibus Terræ, inter quos erant præcipui *Albertus* & *Alramus* Comites de *Hals*.

MCCCI.

Ludovicus Imperator & *Rudolfus* frater ſuus, Duces *Bavariæ* fundaverunt clauſtrum *Auguſtinenſium* in *Monaco*.

Stephanus Frater *Ottonis* Regis promiſit mandata obſervari ne contra ſtatuta Canonum aliquis Laicorum audeat ſibi uſurpare res Eccleſiarum in *Altach* vel decedentium Clericorum.

MCCCIIII.

X. Kal. Januarii, obiit Domina *Mechtildis* mater Rudolfi & Ludovici & eſt ſepulta in Fürſtenvelt juxta maritum ſuum.

H: a: cum aqua Danubii tranſiens per pontem *Ratiſponenſem* omnino verſus litus aquilonare declinaſſet, & litora propè civitatem ſicca & arida reliquiſſet, cives Ratiſponenſes artificioſè multisque laboribus ipſam aquam, ut iterum propè civitatem flueret ad loca priſtina per ſtrues lignorum & congeries lapidum reduxerunt.

MCCCVI.

H: a: *Rudolphus* genuit *Adolphum* in die Cyriaci qui fuerat baptizatus & confirmatus in vigilia aſſumptionis B. Virginis per Rev. *Conradum* Epiſcopum *Ratiſponenſem*.

Circa octavam B. Mariæ Virginis Nativitatis, *Otto* Dux *Bavariæ* intravit Regnum *Ungariæ* reportans ſecum inſignia prædicti Regni ſibi per juniorem *Wenzeslaum* cum per ſe regnare non poſſet, aſſignata. Invitatus ab *Vbano* & à quibusdam aliis Regni Nobilibus, quà veriſſimus Hæres: & in proximo Feſto S. Nicolai à quibusdam Epiſcopis in *Weiſſenburg* coronatur, habens in comitatu ſuo *Albertum* junio-

---

(*b*) Ita apogr: nec facile medicinam afferre huic loco, niſi fortè ex *Rebdorfenſi*.

(*c*) Hujus Parthenonis antiquitates ex reſiduis membranis, cum magna jam pars ad bractearios iviſſet, collegit, & deſcripſit, in ordinem redegit, & notis ac necrologiis, Abbatiſſarumque catalogo inſtruxit, vir Patriæ ſuæ parum intellectus P. AGNELLUS CANDLERUS Ord. Erem. S. Aug. dum ibidem per annos aliquot ſacræ directionis tædia, utili hoc & juſto volumine MS. (quod vidiſſe me memini & hodie in conventu haud dubiè Monacenſi ſervatur) non injucundè falleret.

niorem Comitem de *Hals* & Dominum *Hartliebum* de *Puechberg* & alios nobiles, qui tamen circa proximum Feſtum B. Georii de licentia ſua ad terram redierunt nativalem. Eodem anno circa Feſtum Dionyſii obiit *Albertus* ſenior Comes de *Hals* in *Pogen* gravi infirmitate detentus. Poſt hæc prædictus Rex *Otto* plena fide ſe committens *Ungaris* ex procuratione Regis *Alberti*, (ut dicitur) a quodam *Ladislao* nomine, captivatur.

MCCCVIII.

In die Apoſtolorum Philippi & Jacobi Albertus Rex à fratruele ſuo, Duce Johanne in Alſatia occiditur.

Otto Rex per *Pruſſiam* & *Ruſſiam* à captivitate mirabiliter liberatus cum magno gaudio recipitur *Bohemorum* & *Bavarorum* & duxit uxorem filiam *Conradi* Ducis de *Ulſen*, quæ genuit *Henricum* Ducem, qui obiit à ſaltu Solarii in *Naternberg*.

Albertus Rex Romanorum juxta fluvium qui vulgò dicitur *Rewſe* propè *Baden* à filio fratris ſui occiditur, cui ſucceſſit *Henricus VII.* Comes de *Lüzelnburg*.

MCCCIX.

Circa Feſtum *Annuntiationis Mariæ* *Ludovicus* Imperator obſedit caſtrum *Fürſtenberg* propè *Rhenum*, quod tamen non expugnavit.

Eod. anno in die Primi & Feliciani *Rudolphus* genuit *Rudolphum* Ducem, qui fuerat confirmatus Anno quarto per *Conradum* Epiſcopum *Friſingenſem*.

MCCCX.

Otto Rex *Ungariæ* & Dux *Bavariæ* caſtrum *Nüwenburg* expugnaverunt & incolæ ejuſdem caſtri profugis abeuntibus dictum caſtrum in cineres penitus eſt redactum.

H: a: III. Id. Januarii Dominica infra octavam Epiphaniæ dictum caſtrum *Nüwenburgenſe* obſeſſum XVI. ſeptimanis violenter expugnatum eſt & ad terram usque dejectum à Domino *Ottone* Rege *Ungariæ* & fratre ſuo *Stephano* Duce *Bavariæ*.

Circa Feſtum S. Jacobi Dux Auſtriæ *Fridericus Scherding* obſedit & facto ponte à Duce *Bavariæ* ultra Oenum circa Feſtum S. Michaelis deſtructis omnibus fugit.

Stephanus Dux *Bavariæ* obiit. Hic *Stephanus* genuit *Fridericum*, *Ottonem*, *Heinricum*, *Ludovicum*, *Elizabeth*, quam duxit Dux *Auſtriæ*, *Beatricem*, quam duxit Comes *Goritiæ* & *Agnetem*, quæ virgo permanſit, & *Jutam*.

MCCCXII.

Otto Rex *Ungariæ* & Dux *Bavariæ* obiit in die Gorgonii Martyris.

MCCCXIII.

Conflictus eſt habitus in *Gamelstorf* ipſo die Theodori Martyris.

Habitus eſt conflictus in *Gamelsdorf* in die quatuor coronatorum.

MCCCXV.

Facta eſt fames magna quod ſcaffa ſiliginis ſolvebatur V. libris & LX. denar. Ratisponenſibus.

MCCCXXII.

Anno 1322. regiminis verò ſui anno nono *Ludwicus* Imperator dedit libertates à Jure Eccleſiaſtico & civili & à Romanis Pontificibus aut Imperatoribus ſive Regibus prædeceſſoribus ſuis toti Clero à terra Ducatus ſui *Bavariæ* citra & ultra Danubium conſtituto taliter qualiter in privilegio deſuper à prædicto *Ludwico* Imperatore edito.

Conflictus habitus eſt apud *Dornberg* in vigilia S. Michaelis.

MCCCXXIII.

H: a: obiit Illuſtris *Beatrix* Regina, uxor *Ludwici*, feria quarta poſt Feſtum Bartholomæi, & eſt ſepulta in *Monaco*, apud *Beatam Virginem* in choro.

MCCCXXIIII.

In pede montis *Schopfloch* fuit habitans quidam Eremita *Gotfridus* nomine & *Albertus* qui divino ſpiritu inflammati à mundanis ſe retrahere & in vita ſolitaria ſoli Deo deinceps deſiderabant ferventi animo famulari ad eorum devotionem humilem & devotam, nec non ad interceſſionem dilecti fidelis noſtri *Reymari* de *Prennberg*, eis conceſſimus ut in nemore quodam apud caſtrum *Prennberg* in pede montis *Schopfloch* noſtræ Diœceſis cellam & habitationem pro manſione duorum vel trium & aliorum poſſint conſtruere & Oratorium ædificare &c. * qui Heremitæ inceperunt piè dictam Plantationem Anno MCCCXXVI.

* Ex litteris Epiſc. Ratiſp.

MCCCXXX.

Ludwicus Imperator fundavit clauſtrum *Ettal* & Abbatiam de Ordine S. Benedicti.

Hoc anno inchoata eſt ſtructura Monaſterii *Ettal* à *Ludovico* Imperatore hujus nominis *quarto* in honore beatiſſimæ Virginis *Mariæ*, fundamenti Templi primarius lapis IV. Calend. May, & in die S. Vitalis Martyris locatus eſt.

MCCCXXXII.

Ipſo die Viti *Ludwicus* Imperator emit ab *Ulrico* de *Atheneck* * Epiſcopo Auguſtenſi, à Præpoſito, Decano, totoque Capitulo caſtrum *Eſcheloch* & forum *Murnaw* cum omnibus attinentiis ſuis, cum Eccleſiis *Eſcheloch*, *Staffelſee*, *Hugelfingen*.

* Leg. de *Schöneck*.

Ludovicus Imperator obſedit Straubingam ſecunda feria ante Feſtum *Udalrici* & manſit ibi usque ad Feſtum *Bartholomæi* & fecit pontem in *Kagers* ultra *Danubium*.

MCCCXXXVII.

H: a: Inventum eſt Corpus Dominicum in Teggendorf, quod martyrizaverunt ibidem Judæi, qui propter eandem cauſam fuerunt cremati anno MCCCXXXVIII.

XIIII. Kal. Junii civitas *Ratiſponenſis* perforata fuit circa S. Egidium in Domo Ducum & Palantinorum Comitum, à quibusdam civibus Ratisponenſibus, quibus Deo & Sanctis ejus auxiliantibus & inſpirantibus extra civitatem excluſis, poſt triduum inventum eſt foramen. In eodem inventi ſunt duo opifices, qui ſtatim inter mœnia civitatis ſunt ſuſpenſi, ubi ipſi malefactores foveam effoderunt.

MCCCXXXVIII.

Cremati ſunt Judæi in *Straubing* & in *Teggendorf*. Eodem anno multæ locuſtarum volaverant per totam terram *Bavariæ*.

MCCCXL.

Conſecratus eſt chorus *Minorum* in *Landshuet* in honore S. Mariæ, Petri & Pauli.

MCCCXLI.

Chorus in templo *Auguſtinenſium Monaci* fuerat conſecratus per *Auguſtinum* Epiſcopum *Pelenenſem* Vicarium *Friſingenſem*.

MCCCXLII.

Diluvium erat quod tranſiit ultra pontem in *Strawbing*.

MCCCXLIIII.

Facta eſt magna cariſtia in terra *Bavariæ* circa montes, inſuper & grando vix tertiam partem frugum reliquit.

Eodem anno fuit maxima inundantia aquarum tam in hyeme quam in æſtate. Unde evenerunt inenarrabilia dampna in locis aquoſis circa *Rhenum* & *Danubium* & *Enum* & locis aquoſis villæ, oppida, pecora cum hominibus, quorum certus numerus non habetur, interierunt & multi pontes deſtructi & confracti ruerunt. Et in montibus fluvius, qui vulgariter dicitur *Eſch* ſex milliaria fructus terræ conſumpſit. Similiter eodem anno in Montibus peſtilentia maxima regnavit.

MCCCXLVI.

H: a: Dominus *Sigebrandus* Abbas *Tegernſeenſis*, dictus *Geltinger* fuit occiſus ab *Ottone* dicto *Katzbecken* propè Roſenheim propriè *auf dem grabe Weg*.

MCCCXLVII.

Obiit *Ludwicus* Imperator XI. Idus Octobris videlicet die proxima tertia poſt Feſtum B. Dionyſii præventus ſubitanea morte in venatione, in nemoribus terræ Bavariæ.

Sequenti die qua *Ludovicus* Imperator obiit fuerat monachus inſtans in celebratione Miſſæ ſuæ & quando debuit loqui verba Conſecrationis diu obticuit, tandem fuerat intimè locutus in vulgari: *O wie wehe dir iſt, und wird ſchier wol beſſer*! & hæc loquebatur tribus vicibus & poſtea conſecravit & elevavit Corpus Dominicum, & poſt hoc, quando debuit ſumere Corpus Dominicum iterum obticuit diu & tandem ter iterum erat locutus: *O wie wehe dir iſt, und wird doch ſchier wol beſſer!* & ſumpſit Corpus Dominicum & finivit Miſſam ſuam. Miniſtrans inquirebat ab eo verbis flexibilibus & humilibus: *ô Pater dic mihi quid notaſti cum iſtis Teutunicis verbis.* (d)

Fuit conflictus habitus inter *Ludovicum* Imperatorem & *Carolum* Bohemiæ in quadrageſima propè nemus bohemicum.

MCCCXLVIII.

Octavo idus Aprilis *Conradus* Dux de *Teck* fuerat occiſus per *Swickerum* de *Gundelfing* in domo ſua quam *Heinricus Pütrich* in *Monaco* nunc inhabitat.

H: a. Factus eſt terræmotus magnus in die converſionis S. Pauli.

MCCCXLIX.

Auditus eſt terræ mugitus maximus, qui *Villach* & alia quamplurima oppida & caſtra usque funditus dejecit, accidit quod in continenti ſupervênit peſtilentia magna pertranſiens univerſum orbem.

Albertus Dux *Bavariæ* duxit *Margaretham* filiam Ducis *Ludovici Poloniæ* de *Briga* quæ genuit tres filios, *Wilhelmum*, *Albertum*, & *Johannem*, & tres filias *Johannam*, quam duxit *Wenzeslaus* Romanorum Rex & Bohemiæ, *Catharinam* Duciſſam *Gelriæ*, *Margaretam* Duciſſam *Burgundiæ*, vid. A. 1385.

H: a: obiit *Elizabeth* Duciſſa *Bavariæ* filia Regis *Siciliæ*.

MCCCL.

H: a: erat peſtilentia magna per totam *Alemaniam*.

MCCCLVI.

Albertus Dux *Bavariæ* obſedit caſtrum Naternberg.

Eodem anno fuit iterum terræmotus in die Lucæ Evangeliſtæ in galli cantu.

MCCCLVIII.

Confirmatum eſt Monaſterium *Ettal* à Domino *Urbano* Papa V. *Conrado* cognomine *Kumerſprugker* Abbate ejusdem loci ad Romanam curiam proficiſcente, eandem confirmationem, favente ſibi divino auxilio fideliter inde reportante.

MCCCLX.

Ludwicus Marchio poſt obitum patris ſui *Ludwici* Imperatoris multa bona recepit clauſtro *Ettal* quæ Imperator eidem clauſtro contulit, qui clauſtri fundator fuit. Contigit una nocte quod vox veniens ad unum de Conſiliariis ſuis qui fuit Plebanus in *Tyrol* & fuit etiam Capellanus ſuus nomine *Henricus*, & fuit natus de *Nordling*, quæ vox dixit: *Henrice dormis*? qui reſpondit: *non dormio, quid vis*? cui vox innotuit: *vade ad Dominum tuum Marchionem & dic ſic quod reformet & reparet clauſtrum Ettal fundationem patris ſui, quod ſi non fecerit in iſto anno ſubitanea morte morietur.* Quam viſionem Hainricus Capellanus Marchionis obtinuit, & tale dictum Marchioni non innotuit. Altera nocte immediatè ſequenti iterum venit ad eum & dixit ſibi eadem verba; quæ ſecundaria Marchioni non revelavit. Tertia vero nocte venit iterum priora ſibi dicens irato modo, *& ſi non feceris, Marchioni prædicta non revelaveris eadem plaga ipſemet breviter morieris, & etiam propterea quod his duabus vicibus obticuiſti, impunitus non permanebis.* Quæ de mane revelavit *Conrado* de *Frawnberg* Magiſtro Curiæ Marchionis & *Conrado Jagermaiſter* Magiſtro Curiæ Marchioniſſæ, qui quam maximè arguerunt eum tam diu tacuiſſe, & iverunt ſecum ad Dominum ſuum & manifeſtaverunt ſibi talem viſionem. Qui reſpondit quid poſſum facere. habetis vos duo Poteſtatem clauſtri, & erigite clauſtrum quomodocunque poteritis. Sic fuerunt Procuratores prædicti clauſtri, qui poſuerunt Dominum *Chunradum Kumerſprucker* qui procuratorio nomine rexit clauſtrum bene ad quatuor annos, tunc elegerunt eum in Abbatem anno MCCCLX. qui laboravit pro confirmatione.

(d) Hactenus apographum meum, non enim finita videtur hæc Fabula.

Nota: quando *Ettal* conſtruebatur multa corpora hominum inveniebantur in fundamentis, & quando domus conventûs fuerat ædificata in eodem fundo inveniebantur octo corpora, præparata eadem domus cecidit in terram, tunc Imperator juſſit fundum profundius fodere, tunc iterum inveniebantur novem corpora & poſtea temporibus Abbatis *Conradi Quarti* qui conſtruxit cloacam in eodem fundo iterum inventum fuit unum corpus, quia in illo loco latrones ſe continebant, qui ibidem multa mala fecerunt.

Albertus Dux *Bavariæ* h: a: ſtruxit caſtrum in *Straubing*, qui fuit intoxicatus à *Johanna* Duciſſa *Auſtriæ*.

Dux *Albertus* obſedit caſtrum in *Hiltgerſperge*.

MCCCLXI.

Ludovicus Marchio Dux *Bavariæ* obiit.

MCCCLXIII.

Nonas May Dominica videlicet poſt inventionem S. Crucis Illuſtriſſimis Principibus Domino *Stephano* Duce *Bavariæ ſeniore*, cum conjuge ſua *Margaretha*, nec non filiis ſuis Ducibus *Stephano juniore*, Domino *Friderico* & Domino *Johanne* cum conjugibus eorum generosè annuentibus largitateque donorum devotè proſequentibus & præſens Templum (e) in honore B. Mariæ ſolempniter dedicatum eſt à Venerabili in Chriſto, Domino *Paulo* Friſingenſis Eccleſiæ Epiſcopo ad cujus Diœceſin locus iſte pertinet, ſub Domino Urbano Papa V. præfato, imperante Domino Karolo IV. Domino *Conrado* hujus loci Abbate eandem dedicationem fideliter procurante. Perſonaliter præſentibus *Stephano* ſeniori Duce *Bavariæ*, *Margaretha* conjuge ſua, Duce *Johanne* filio ſuo, cum Domina *Anna* uxore fratris ſui Ducis *Friderici*, & venerabilibus Domino *Conrado* Abbate in *Tegernſee*, Domino *Stephano* Abbate in *Ebersberg*, Domino *Cunrado Kumerſprucker* Abbate hujus loci, *Ulrico* Præpoſito & Archidiacono in *Rotenpuoch*, *Conrado* Præpoſito in *Pollingen*, *Ulrico* Præpoſito in *Schefftlern*, *Ulrico* Præpoſito in *Pewlbergk*, *Conrado* Præpoſito in *Schlechdorf* & quinque Canonicis *Friſingenſis* Eccleſiæ cum aliis quampluribus fide dignis.

Piæ Memoriæ *Ludovicus* Imperator dedit novæ plantationi ſuæ B. Virginis Mariæ Comitatum *Möringen* cum omnibus attinentiis, Comitatum *Tölz* cum attinentiis ſuis omnibus, advocatiam in *Luoterpach*, in *Hademaringen* XXIIII. librarum *Monacenſium*, Comitatum in *Pytengaw* cum omnibus attinentiis videlicet & cum advocatia *Raytenpuoch* & *Staingaden*, advocatiam in *Heebach* quod alienaverunt filii ſui & receperunt filii ſui de clauſtro *Ettal*, propterea Milites non potuerunt ibi permanere ſicut Imperator fundavit.

MCCCLXVII.

Albertus Dux *Bavariæ* fundavit clauſtrum Fratrum *Carmelitarum* in *Straubing*. Poſt Feſtum Michaelis Dominica die cantabatur prima Miſſa ibidem. *Albertus Stainhauf* addidit cœnobio magnam aream.

MCCCLXXI.

Circa Feſtum omnium Sanctorum cœlum pluries eſt viſum rubeum ferè per totam noctem inconſueto more, eo anno immediate ſequenti temporibus *Caroli IV.* Rom. Imperatoris, Comes de *Helffenſtain* pro tunc advocatus Imperialium civitatum *Sueviæ* ſcilicet Ulmæ &c. cum ejusdem conjuratis captus eſt à ſpoliatoribus in terra Comitis *Eberhardi* de *Württenberg*, & hoc circa feſtum Purificationis.

Eodem anno poſt feſtum Paſchæ facta eſt ſtrages magna civitatum Imperialium, Ulmæ videlicet cum aliis quatuor; plures fuerant occiſi, plures in captivitatem ducti.

Anno eodem iſtis liberatis à captivitate præfatus Imperator urbibus jam dictis magnam impoſuit exactionem exceptis civitatibus quæ circa locum ſunt ſcilicet Conſtantia cum ſibi conjuratis.

Eodem anno obiit Frater *Bertholdus*, magnus Prædicator *Ratiſponæ* ſepultus.

MCCCLXXII.

Stephanus ſenior Dux *Bavariæ* cum filiis ſuis obſedit *Auguſtam* quod ita accidit. *Auguſtenſes* cives obſederunt *Conradum* de

---

(e) *Ettalenſe* videlicet, quæ verba Chronici hujus collectorem *Monachum Ettalenſem* produnt.

Friberg militem vicedominum, Ducum *Bavariæ.*

MCCCLXXIII.

Nota anno Domini MCCCLXXIII. in capella S. Johannis Baptiſtæ contigua choro Eccleſiæ *Tegernſeenſis* non modicum Miraculum omnibus circa prædictam Eccleſiam tunc temporis morantibus manifeſtè emicuit, quia imago ſculpta in marmoreum lapidem ſuppoſitum ſepulchro Venerabilis Abbatis *Ruperti* Comitis de *Nuwenberg*, qui verò obiit in Anno MLXXXVI. V.Kal. Junii continuò per triduum flere videbatur, deinde aliquo tempore elapſo pluries ploravit. Actum ſub venerabili Abbate *Gebhardo Taufkircher* ſui regiminis in anno ſecundo.

MCCCLXXV.

Stephanus Senior Dux *Bavariæ* obiit Epimachi & Gordiani Martyrum.

H: a: in die Gregorii obiit *Lupoldus* ultimus Comes de *Halſe*, ſepultus in *Oſterhoven.*

MCCCLXXVI.

Strages facta eſt circa *Rhenum* per Societatem ſuper Duces *Auſtriæ*, quorum capitaneus erat *Engelramus* Princeps de *Cuciato.*

MCCCLXXVII.

Obiit *Margaretha* Duciſſa *Bavariæ* filia Regis *Siciliæ.*

MCCCLXXVIII.

Albertus Filius *Alberti* Ducis venit de Hollandia in *Straubing* & incœpit ibi regere.

MCCCLXXIX.

Fridericus Dux fundavit altare in medio Eccleſiæ in Monte *Pogen* in honore B. Mariæ Virginis.

H: a: obiit *Otto* Margravius & Dux *Bavariæ* ſepultus in *valle felici.*

MCCCLXXX.

Obiit Domina *Anna* uxor *Friderici* Ducis *Bavariæ.*

MCCCLXXXI.

Obiit Domina *Thadæa*, uxor Ducis *Stephani* & filia Domini *Mediolanenſis.*

MCCCLXXXII.

Obiit *Elizabeth* Filia Ducis *Friderici* & Uxor Domini *Mediolanenſis*, Marci, nomine.

MCCCLXXXV.

H: a: obiit *Margaretha* Duciſſa *Bavariæ* uxor *Alberti Bavariæ* Ducis, circa carnis privium.

MCCCLXXXVI.

Obiit *Joanna* Filia *Alberti Bavariæ* Ducis & *Margaretæ* de *Briga*, Regina Romanorum & *Bohemiæ*, & eſt *Pragæ* ſepulta.

MCCCLXXXVII.

Handlung durch Herrn Bernhartin von Staff mit Rat und Gemain nach Erofnung des Koniglichen Spruchs auf dem Tanzhaws. CLXXXXI. (b) (b)

(a) Hucusque Codex meus, reſtat pars magna chartæ puræ, nec videtur opus ad finem perductum. An alibi plenius exemplar extet, neſcio, nec fuit hactenus qui è Domeſticis Scriptoribus noſtris Hiſtorici hujus mentionem fecerit.

(b) Hactenus Elenchus Capitum operi præmiſſus.

* * *

EPHEMERIDES
BELLI PALATINO-BOICI
EX
AUGUSTINI KOELNERI
Chartophylacis Boici
Libris III. Operis inediti *de Bello Boico*
concinnatæ.
V. Cl. ERASMO VENDIO
Abbreviatore.

Accedit
ANONYMI INGOLSTADIENSIS
EJUSDEM BELLI BREVIS NARRATIO.

* * *

E Codd. MSS. in lucem edidit
FELIX OEFELIUS.

Monitum prævium Editoris.

CUm inter memorabiliores Hiſtoriæ Bojorum recentioris epochas non immeritò reputetur bellum inter Bojoariæ Duces utriusque Domûs poſt exceſſum GEORGII *Divitis* exortum, in id ſtudiosè admodum operam dedimus, ut eorum potiſſimum, qui rebus illis interfuere monumenta, ſi quæ memoriæ commendâſſent, ab interitu vindicaremus; nec ceſſit infeliciter ſtudium noſtrum, nam & ANGELUM FORMBACENSEM & ANDREAM ZAYNERUM, qui funeſtum hoc argumentum ex inſtituto tractârunt, in lucem ex unico quod ſupererat, utriusque exemplari protulimus. Reſtabat tertius Triumvirorum toties à nobis laudatus AUGUSTINUS KOELNERUS qui tribus ſpiſſis voluminibus totum iſtud bellum magna diligentia, ſumma fide & exacto judicio complexus, ſcriptis etiam & tabulis publicis (quæ velut nervi ſunt & oſſa hiſtorici corporis) probè munivit.

Koelneriani laboris *Tomi II. priores* adhuc hodie in *Archivo* extant: *tertius* vero (in eo quidem exemplari quod mihi ibidem videre contigit) deſideratur. Eum (uti in adverſariorum ſuorum tomis JOANNES LIEBIUS *Archivi* cuſtos notatum reliquit) JOANNES MÄNDELIUS *Cameræ Præſes* Anno MDCXIX. decima Januarii inde exemptum MATTHÆO RADERO, notiſſimo Muſis Boicis nomini, qui tum Hiſtoriam Bojorum præ manibus habebat, commodato dederat; quem abſoluto opere (quod duobus voluminibus hodie ſupereſt, ſed à ſuis premitur) *Koelnerianum* Tomum fideliter reſtituiſſe uti nullus dubito, ita alieno fortaſſe loco repoſitum ad *Archivum* non rediiſſe (plurimis convictus exemplis) facile mihi perſuadeo.

Quæcunque hodie ſors ſit operis illius, integrum certè tempore ſuo adhuc vidit atque uſurpavit mox laudandus à nobis KOELNERI Abbreviator.

Si quod de iis quæ vidimus, judicium ferre licet, nitor operi & extrema quæ dicitur manus, ubique ferè deeſt, hominemque prodit tumultuario opere eventus belli vernaculo ſermone excipientem; ut vel inde dignoſceres non eo conſilio ſcriptos Commentarios illos ut ederentur, ſed potius ut in archivo Principum (non pro *otioſa memoria* ut rectè monet VENDIUS:*) depoſiti, dominantium, miniſtrantiumque arcanis uſibus deſervirent. Usque adeo omnia ſine ornatu in chartam conjecta, ſubitaneæ magis quam exaſciatæ commentationis ſpeciem referunt: ſed & litterarum publicarum exempla inſerta, unacum lituris, quod ALBERTUS *Quartus Koelneri* potiſſimum opera in iis conficiendis uteretur. Horum itaque Commentariorum ut aliquis ſaltem in publicum uſus eſſet, ERASMUS VENDIUS effecit, vir in agro *Pollingano* tenuis fortunæ parentibus editus, ſed qui indefeſſo ſtudio & litterarum meliorum penitiori cultu, ad ſummum honorum culmen apud ALBERTUM *Quintum*, probum adhuc ingeniorum æſtimatorem, ſua ſe virtute evexit.

* in fine opuſculi.

Is igitur Opus KOELNERI in epitomen redegit, brevem illam quidem & verborum parcam, rerum ex adverſo prædivitem, habita temporum quibus quæque geſta fuêre, accurata & exacta ratione; ſtyli non item, qui ſatis neglectus ſupinusque; etſi & illo valeret non mediocriter, ut qui epiſtolis Latinis ad curiam Romanam atque purpuratos Patres nomine principis, exarandis præerat.

Quidquid autem ANGELUS *Abbas* & ANDREAS ZAYNERUS aliique illius temporis ſcriptores prolixis commentariis proſecuti ſunt, VENDIUS ex KOELNERO in brevi quaſi tabella ita perſpicuè delineavit, ut plenior nonnunquam illorum prolixitate, *Vendii* brevitas inveniatur.

Tangit tamen nonnulla, quæ cum alii vel omnino omittant vel non ſatis explicatè memorent Commentationis haud dubiè facem ſibi optent præferri: ſed ita parce mihi momenta otii prænumerantur, ut his ipſis curandis, quæ ſic in lucem prodimus, non niſi vitæ commodis quandoque ſurrepta ſufficiant.

Ne tamen omnino ſine tibiis, quod ajunt, dapes noſtras inferamus, obſcuriorem tam ZAYNERI quam KOELNERI locum, de ea litis parte, quam MAXIMILIANUS Rex, ſuam fecerat, & hi *Intereſſe Cæſaris* nominant, paucis ſed fidis verbis illuſtrare conabimur.

Is igitur optimus quidem & laudatiſſimus Princeps, ut erat, paterna avaritia indigus, natura & genio prodigus, conſilio & neceſſitate avidus, non putavit ſibi committendum ut in hæreditate tam pingui herciſcunda, genio ſuo & ingenio deeſſet, tempus adveniſſe ratus, quo avulſa quædam recuperaret, aliaque competentia (ut ferè ſolent potentes) partis adjiceret, iiſque augendis ſe probaret Auguſtum. Nec tamen interim reticendum MAXIMILIANUM ALBERTO non ſolum autoritate & dignitate ſed manu ſtrenua nec ſine periculo, in recuperanda majorum providentia adfuiſſe. Rei ſeriem breviter ex eo autore proferam, qui iniquioris in MAXIMILIANUM animi fuiſſe a nullo unquam, ſuſpicioſiſſimo licet, argui poterit, quod ſibi eum principem omnibus potius ingenii nervis exornandum ſuſceperit: videlicet JOANNE JACOBO FUGGERO Domino *in Kirchberg & Weiſſenhorn* ſupremi Bojorum conſilii ſub ALBERTO V. Præſide, cujus ſplendidiſſimum OPUS MS. HONORIS AUSTRIACI inſcriptum, præ oculis & manibus habeo, non illud *Sigismundi* BIRCKENII qui opus limâ perdidit & (quod pejus etiam) dominantium arbitrio truncavit, ſed genuinum, & ineditum hactenus *Fuggeranum*, de quo alias prolixius agendi occaſionem dudum aucupor.

Is igitur Tomo altero operis, qui non niſi *ſeptimum* eumque poſtremum librum complectitur, & ex inſtituto de rebus MAXIMILIANI I. agit, rem ita narrat *: *Auf die angeſezte Zeit, nemblich am Liechtmeß Tag A. 1504. da iſt der Römiſch Konig Maximilianus, volgents Berchtold Erzbiſchof von Maintz, Herzog Ulrich von Wirtemberg, der Marckgraf von Brandenburg, Pfaltzgraf Rueprecht vom Rein, Albrecht Herzog von Bairn, der fuert mit ime ſeinen*

* fol. 377.

Gemahel des Römiſchen Konigs Sweſter, drew Söne und drew Töchtern, auch der Biſchof von Freyſingen Philippus Pfaltzgraf Rueprechts Brueder ſampt den Biſchofen von Aichſtet und Augsburg, auch Herzog Wolfgang von Bayren ſampt dem gantzen Bund zu Schwaben, alda ward die Rechtſtuben auf dem Rathhaus zugerichtet, darinnen die Fürſten und Herren zu Rat geen ſolten. Nun lagen dem Römiſchen Kunig drew Stuck heimblichen in ſeinem Gemüet: erſtlich wie ſein Majeſtät in diſer Spaltung die Stat Kitzbühel, Kuefſtain und Ratemburg ſampt dem Graſertal, welche Stet und Herrſchaften vor hundert und vier und dreiſſig Jaren, durch einen Vertrage von der Grafſchaft Tyrol an das Haus Bairen komen waren, widerumb erlangen möcht. Zu dem andern hatte der alt Pfaltzgraf die Landvogtey in Elſas zu Hagenau und in der Ortenaw in ſeinem Gewalt, welche vor acht und dreiſſig Jaren zu dem Haus Oeſterreich gehörig geweſen und aber von König Sigmunden in dem Concilio zu Coſtentz, als Herzog Fridrich von Oeſterreich von des Babſt wegen in den Bann und Acht komen, dem Pfaltzgraven bey Rhein um ſibentzig tauſent Guldin als ain Pfandſchilling verſezt worden. Diſe herrliche Landvogtey gedacht der Römiſch König, ſo es zu dem Ernſt komen, und ſich der Pfaltzgraf in den Handel einlaſſen wurde, das ſein Majeſtet eben diſer Zeit, guetten Fueg haben gemelte Landvogtey widerumb zubekomen. Fur das drit, ſo hette Herzog Georg von Bairn vor wenig Jaren die zwo herrliche Grafſchaften Kirchberg, Weiſſenhorn und Maurſtetten, in ſeinen Gewalt gebracht, und dieweil dieſelbigen der Marckgrafſchaft Burgaw ſo wol gelegen, das ſein Majeſtet in diſem Charthummel auch ain INTERESSE *oder Peutt in diſen Krieg fur ſein Müe haben und einnemen wolt, wie dan ſolches ſeiner Majeſtet dermaſſen geglückt, das alle erzehlten drew Stuck iren Fortgang gewonnen haben. Welcher Furſchlag ward erſtlich durch den Römiſchen König und ſeiner Majeſtet Räthe als Anhalt, Zollern, Liechtenberg, Stürtzel und Zieglern erdacht und beſchloſſen. Nachdem aber in erſter Handlung befunden worden, das Pfalzgraf Rueprecht ainen ſo groſſen Anhang gehabt, da iſt ſolches erſtlich von weitem an Herzog Albrecht gelangt worden, wellicher diſer Zeit dieweil ſein Fürſtlich Gnad der Hilf vaſt wol bedürft mit dem übrigen Land zu Bairn vaſt gern zu guet gehapt und in ſolches des Königs Begern bewilligen müeſſen. Deshalben der Römiſch Kunig und Herzog Albrecht die lezten geweſen ſo auf diſen angeſezten Tag erſchinen ſeind, und ſeind beyde auf den dreyſſigiſten Januarij Anno 1504. in die Stat Augsburg miteinander eingeritten &c.*

Proſequitur poſtea FUGGERUS modum rationemque, id eſt, caſſes, retia & ſagenas exponit, quarum ope prædam in ſuam redegit poteſtatem non ille damarum tantummodo & capreolorum venator, uti ſe ipſum per jocum deſignare conſueverat Providentiſſimus Imperator. Ita autem pergit * poſt quædam interjecta: *Alſo zoch der Römiſch König allenthalben auf* *fol. 388. *die Stett und Schlöſſer, ſo Herzog Georg verlaſſen hett, wie auch Herzog Albrecht der jederzeit im Land zu Bayrn beliben und den Stetten, wa vonnötten, ſein Hilf gepotten hat. Der Römiſch König aber hätte ſein Fürnemen auf die drew Ort, als auf Kirchberg, Weyſſenhorn auch Kuefſtain und Radenberg auch Landvogtey Ortenaw zu kriegen haimblichen in guter Acht. Von Landſperg aus ſchicket der Römiſch König Herrn Doctor* CONRADEN STÜRZL VON BUECHHAIM (a) *ſeiner Majeſtet Hofcanzler und Herrn* NICLASEN ZIEGLERN *ſeiner* (a) *Majeſtet obriſten Secretarien* (b) *an* ALBRECHTN *Biſchofen zu Strasburg, welicher* (b) *von der Geburt ain Pfalzgraf bey Rein Herzog zu Bairn auch Herzog* OTTEN *zu dem* NEWEM MARCKT *Son was, mit ainer Credentz zu, mit Befelch, das ſein Fürſtlich Gnade in des Königs Namen in allem was ſie an ſein Fürſtlich Gnade in des Königs Namen begeren und werben wurden Glauben geben und behilflich ſein wolte, welches der Biſchof auch ſtatlich volzogen hat.*

Mirari ſubeat rerum humanarum inexpertis, ALBERTUM Epiſcopum, Principem Palatinum, tam promptum ſe exhibuiſſe in recludendis tabulariorum receſſibus, ut inde ſubruendæ cognatæ Domûs argumenta peterentur:

(a) Hujus meminit ex LIMNÆO MALLINCROTIUS ad A. MCCCCXCIIII. opere novæ Eruditionis *de Cancellariis Imperii* Germanici p. m. 122. ubi eum *Stanislaum* vocat; ita enim nomen *Stentzel* interpretatur, quod FUGGERO *Stürtzel*.

(b) Hunc quoque inter Procancellarios Caroli V. primo loco recenſet laudatus *Mallincrotius*, p. m. 123.

tur: niſi ex plerarumque omnium imperantium familiarum hiſtoriis conſtaret, decrementorum initia & velut ſemina jam olim, domi naſci ſolita, ad earum poſtea perniciem, à miniſtris obſequiosè perfidis, demum excludi. Ita autem rem perſequitur Fuggerus: *Dan das erſt Begern was, das er ſein Canzley durchſuchen laſſe, damit man erlernen möcht, wie und in was Geſtalt die Stett Offenburg, Gengenbach und Zell, alſo auch Hagenaw, Schlehſtat und Weiſſenburg auch die Ortenaw und Ortemberg ſampt andern Slöſſern, Märckt und Flecken des Reichs Landvogtey verwant worden, auch was Gerechtigkait jede Stat Slos und Flecken für ſich ſelbs und Pfalzgraf Philips als der Pfantsherr davon hette. So hat der Römiſch König Graf Rueprechten von Anhalt und Herrn Paulſen von Liechtenſtain zu Inſpruck bey dem Regiment zu beleiben verordnet, welche ir Augen nach Ratemberg, Kueffſtain und Kitzbühel gewendet haben. Aber Graf Eitel Fridrich von Zollern, Herr Georg von Senshaim und andere haben ir Majeſtet bey ſich in diſen Krieg behalten &c.*

Idem autor poſtquam narraſſet qua ratione LAUINGAM (quæ & ipſa pars hæreditatis *Georgianæ* fuit) in deditionem accepiſſet, totum illud au-
* fol. Cod. MS. 389. cupium his verbis abſolvit: * *Nachmalen iſt der Römiſch König mit fünfhundert Pferden und zwey tauſend Knechten auf Maurſtetten, Weyſſenhorn nnd Grafſchaft Kirchberg zugeraiſet und hat daſelben meniglichen ſeiner Keiſerlichen Majeſtet als rechten Herrn ſchweren und huldigen, auch gemelte Grafſchaften mit newen Pflegern und Amptleutten beſetzen und alles Einkomen in ſeiner Majeſtet Nutz wenden laſſen. Und als ſolches beſchehen da iſt ſein Majeſtet widerumb nach Augsburg, Schongaw und Fueſſen, aber leztlich gegen Inſpruck verritten und daſelben durch Herrn Chriſtofel Laininger mit Herrn Hannſen Pientzenauer, welcher von Herzog Georgen wegen Pfleger zu Kueffſtain geweſen dem Römiſchen König die Stat auch das notvöſt Slos Kueffſtain übergeben hat. Darauf der Römiſch Kunig die Stat Kitzbühel, Traunſtain, das Graſertal ſampt der Stat Rademburg zu der Grafſchaft Tyrol widerumb gebracht hat, und als ſolches beſchehen, haben ir Majeſtet Herrn Hannſen Pientzenawer etliches Geſchütz zugeordnet, damit er das Slos ſampt der Stat deſter bas erhalten mög.*

Georgius Dux *Bavariæ* ex uxore *Hadwige* filia Regis *Poloniæ* non procreavit prolem maſculam, ſed duas tantum filias: *Eliſabetham* ſæcularem & *Margaretham* monialem in *Altenbohenaw*: hinc de ſucceſſione plures ſunt exortæ contentionum occaſiones.

Nam ipſe *Georgius* ſeptem annis ante mortem ſuam conatus eſt ducatum transferre ad Palatinos per matrimonium filiæ *Eliſabeth* & ea cauſa teſtamentum condidit, & ſe vivo *Palatinos* in poſſeſſionem ducere meditatus eſt.

Sed *Albertus* & *Wolfgangus* fratres Duces *Bavariæ* tanquam legitimi ſucceſſores obtinuerunt inveſtituram à *Maximiliano* Cæſare ſuper dicto ducatu Ducis *Georgii* &c. Is autem cum ſororio ſuo Palatino *Philippo* Electore tanquam potente principe pactus eſt de matrimonio, ut filio ipſius *Ruperto* traderet filiam *Eliſabeth* & condidit teſtamentum *Heidelbergæ* An-
1496. no MCCCCXCVI.

Dux *Albertus* à *Maximiliano* Cæſare in ſecretiſſimo conſilio impetrat literas ſuper ducatu *Georgii.* (c) (c)

Georgius autem nihil obtinere potuit, quare uſus eſt tali ſymbolo: *Thuets guet, ich ſichs gern.*

Conſiliarii ipſius diſſuaſerunt confectionem teſtamenti. (d) (d)

Ipſe captavit auram popularem per aſſiduam viſitationem conſilii.

Interim & conciliavit ſibi principes & milites per fœdera & ſtipendia.

Albertus contra intromiſit ſe in ligam Suevicam ad XII. annos, Anno MD.

Idem ſpeciale fœdus iniit cum *Udalrico* Duce *Wirtembergenſi* genero ſuo, datis
125000. fl. Luciæ Anno MDIII. 1503.

Item cum *Wilhelmo* Landgravio *Haſſiæ* pro 50000. fl. in Feſto Circumciſionis An-
no MDIIII. 1504.

Item cum *Friderico* Marchione *Brandenburgenſi* per matrimonium filiæ *Suſannæ* pro 100000. fl. in Feſto Purificationis anno eodem.

(c) In marg. *Doctor Johann Neunhauſer Canzler.* Magna illius viri in aula Alberti ſemper autoritas fuit ut qui illius rationes omnes conſilio & pena ſua dirigeret. Erat is Erneſti nothus, utroque jure conſultiſſimus & in regiis artibus in ipſa Italia (quanta tum magiſtra!) plus ſatis imburus.

(d) In marg. *Graf Wolff von Kolberg Canzler iſt daryber gefangen worden Anno 1500. als ſolt ers Hannſen von Paulstorf geöfnet haben.*

Item cum Noribergenſibus per 40000.fl. aureos, anno eodem.

Dux *Georgius* conſtituit locumtenentem ducatûs ſui *Rupertum Palatinum* generum ſuum adjunctis nonnullis regentibus, *Ingolſtadii* Anno MDIII. &c. 1503.

Contra id *Maximilianus* Cæſar decrevit mandata contra ipſum *Georgium* & ejus ſubditos ne quid innovetur in feodo Imperiali. Anno MDIII. XXIIII. Octobris.

Dux *Albertus* ſcribit Statibus Ducis *Georgii* commonendo eos de Juribus ſuis præſertim ex antiqua diviſione Año MDIII. in die omnium Sanctorum.

Idem cogit equites in *Kelhaim*, ſub præfectis *Joanne* & *Andrea* Comitibus de *Sonnenberg*.

Item per ſuos nobiles agit cum regimine in *Landshut* juxta inſtructionem eis datam & cum nobilibus Ducis *Georgii*.

Friſingenſes declarant ſe futuros *neutrales* in die Eliſabethæ Anno MDIII. 1503.

Dux *Georgius* prohibet & impedit actionem nobilium & ii coguntur recedere inauditi relicta tamen Epiſtola ad nobiles Ducis *Georgii*.

Molitur Dux *Georgius* in vigilia S. Andreæ 1503. & conſcribuntur Status Ducatûs ad Luciæ.

Bunds Tag zu Ulm, auf welchen Herzog Albrecht *des Herzog* Jorgen *Land zu Leben entphaht. 9. Decembris.* 1503.

Cæſar & foederati mittunt legationem ad Status Ducis *Georgii* demortui.

Ingolſtadienſes dimittunt Equites qui occupant arcem in *Burckhauſen*: ſicut alii arcem in *Landshuet* contra omnia mandata.

Landſchaft zu Landshuet. Luciæ 11.*Decembris Anno* 1503.

Recipiunt omnes officiales in ſubjectionem. Mittunt ad Ducem *Rupertum* pro mittenda legatione ad Cæſarem.

Herzog Jörgen *Handzeichen*: wie Gott wil. Faciunt ordinationem de adminiſtranda provincia.

Mandatum Ducis *Georgii* de intromittendo Duce *Ruperto*.

Status agunt cum Duce *Ruperto* ne ſe propria auctoritate intrudat.

Legatio Cæſaris ad Status & Ducem Rupertum cum inſinuatione mandati. Doctor *Johann Khuchenmaiſter*.

Legatio Ducis *Alberti* & Ducis *Wolfgangi* cum deductione jurium. Doctor *Gregorius Lamparter Wirtembergiſcher* Canzler.

Mandatum Cæſaris ad Ducem *Rupertum* 9. Decembris Anno 1503.

Mandatum Cæſaris ad Status *Georgii* 12. Decembris.

Mandatum Generale. 13. Decembris.

Legatio Foederatorum *Sueviæ* & Ducis *Wirtenbergenſis* ad Status.

Dux *Rupertus* in propria perſona petit ducatum à Statibus per duas vices.

Status deliberandum cenſent de quo plurimum conqueruntur legati &c.

Der Bund bewilligt Herzog Albrechten *ain ſtatliche Hilff in die Thomæ.*

Status agunt inter utroſque Principes, *das ſy ſtill halten*, cum comminatione.

Verſicheruvg Herzog Rueprechten *gegen der Landſchaft.* 1504. circumciſionis.

Status mittunt Legatos ad Cæſarem: ut ipſe cognoſcat de cauſa & eam diſcernat: & alii Legati diſcedunt ex *Landshuta*.

Anno 1504. Lunæ poſt purificationis. 5. Februarii. *Verhörs Tag vor der Königlichen Majeſtet, Churfürſten und Fürſten Räth, dem Schwäbiſchen Bund, der Königlichen Räthe und etlichen von dem Auſchus Herzog* Albrechts *und weilland Herzog* Jörgen *in* Bairn *Landſchaft.*

Prima actio propoſita per D. *Gregorium Lamparter* Wirtenbergiſchen Canzler von wegen Herzog *Albrechten* und Herzog *Wolfgangen* &c. in qua petunt ſe immitti in hæreditatem defuncti Ducis *Georgii*: tanquam proximos & feodales agnatos: offerendo deinceps adverſario ſtare juri &c.

Sexta Februarii reſponſio Ducis *Ruperti* propoſita per D. *Leonhard* von *Egloffſtain*, Thumherr zu *Bamberg* und *Wirzburg*, negando adverſarios eſſe hæredes, ſed ſe & uxorem ſuam &c. tam jure ſanguinis quam ex teſtamento.

De Mobilibus non eſſe dubium.

Inter immobilia plura eſſe Allodialia: plura etiam pecunia empta: plura feoda eſſe communia; plura feoda quæ non veniunt ab imperio; feoda imperii & jus ſuper iis non ſpecificari: Cæſarem autem poſſe gratificari inſtituto hæredi &c. Hæredibus debere ſatisfieri de melioratione in feudis: Filius inſtitutus debet ante omnia mitti in poſſeſſionem &c. Quod ita fieri petit.

Replica Ducis Alberti 7. Februarii.

In feudis dignitatum ſicut in nobilibus non ſuccedant fœminæ ſed proximi agnati: probatur autem agnatio Littera A. **A.**

Teſtamentum non poteſt fieri in feudis in præjudicium proximorum agnatorum & ſine conſenſu Domini.

Mobilia cedunt *dem Fürſtenthumb.*

Feuda dignitatum & quæ non habent deſignatos fines comprehendunt omnia bona quomodocunque quæſita. Quia de omnibus ſervitur Cæſari, de omnibus pariter vocantur ſubditi, ad omnia pariter pertinent regalia, pariformis eſt appellatio ab omnibus, inveſtitura fit de omnibus: ut in Littera B. **B.**

Feuda *vom Krumben Stab* non extant nec habent ſpecialem naturam &c.

Præterea ex prima transactione & diviſione ducatûs atque ſitus ſibi eſſe jus prout Littera C. juxta quatuor illius articulos. **C.**

1. Quod factum eſt cum conſenſu *der Landſchaft.*
2. Quod Feuda permanent apud Seniorem.
3. Quod certus modus eſt præſcriptus de teſtamento uxori vel aliis.
4. Quod ſucceſſio eſt reſervata proximo agnato cum pacto de dotando filias.
5. Quod nulli liceat quidquam ſtatuere vel diſponere in contrarium.

Talis tranſactio ratificatur inter Duces *Ludovicum* & *Albertum* Seniores dum ageretur de Succeſſione Ducum *Ludovicorum* patris & filii de *Ingolſtat Mortani* & *Graiſpach* juxta Litteras D. E. D. E.

F. G. Item per ceſſionem Ducis *Ludovici* Littera F. & aliam Litteram G.

Per conſuetudinem *Bavariæ*, filiæ accepta dote 32000. fl. excluduntur à ſucceſſione. H. I.

K.L.M. Exhibentur ſimul mandata Litteris H. I. K. L.. M.

Duplica Ducis Ruperti
Nonâ Februarii.

Filiæ ſuccedunt de Jure divino & naturali. Teſtamentum exhibitum eſt Cæſari.

Tranſactionem allegatam eſſe invalidam & contra jus.

Per eam obligantur ſoli primi tres fratres.

Nihil etiam diſponit de filia dotata & ad eam non extenditur quia tenderet in odium.

Ceſſante cauſa de conſervanda familia, ceſſat etiam effectus.

Pacta de futura ſucceſſione nihil valent &c.

Fœminæ de jure non poſſunt excludi abſque juramento.

Tranſactio abiit in deſuetudinem &c. exemplificat in pluribus capitulis.

Eandem eſſe caſſatam per obligationem Ducis *Alberti* cum Duce *Georgio*, Littera N. N.

Item non tollit teſtamenti factionem omni jure permiſſam.

Negatur conſuetudine excludi foeminas Jure communi ſe eſſe potiorem.

1. In mobilibus.
2. In Debitis.
3. In Allodialibus.
4. In Hypothecis.
5. In Feudis emptis.
6. In Feudis hæreditariis.
7. In melioratione Rectorum Feodorum.
8. In favore Domini.

De jure in multis differunt mobilia ab immobilibus nec cedunt eisdem.

Item non cedunt Provinciæ in præjudicium Poſſeſſoris Domini.

Inveſtitura non comprehendit niſi feudalia: & in cæteris ſpecialis confirmatio facta eſt.

Multi poſſident reſpectivè feudalia & allodialia quæ non confundentur.

Per ſervitia non ammittit aliquis jus in Allodialibus.

Convocatio etiam ſubditorum non confundit bona, ſicut nec appellatio &c.

Nec refert ducatus habeat diſcretos fines vel non.

Feuda dignitatum poſſunt etiam fœminis concedi ut exemplum in *Hollandia*: item de *Carinthia* & *Tyroli*.& Littera O. O.

Concludit per plura alia ſuper bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas.

Mandata
Inventarium
Cancellaria
Intruſio & occupatio } In omnibus legitime ſe egiſſe.

Triplica Ducis Alberti
12.Februarii anno 1504.

In ſucceſſionibus habent locum jura civilia non Lex Moſaica.

Jura feodalia derogant juri naturæ.

Se eſſe hæredes feudales & reliqua diluuntur per propria.

Fœminis poteſt gratificare dominus quando non extant agnati.

Fraternitates vim ſuam obtinent de communi uſu non obſtante quod agatur de futura ſucceſſione.

Provinciales ſolvunt dotem filiarum nempe 32000. florenos.

Exhibet Reverſales Littera P. qualiter Dux *Georgius* acceptavit obligationem & inſtitutionem Ducis *Alberti* &c. P.

Dux *Albertus* hat mitgeſigelt in der Stiftung des *Newen Collegii* zu *Ingolſtat*.

Legitimus & inſtitutus hæres in dubio eſt immittendus in poſſeſſionem: ſecus autem ſi conſtat de legitimo ſucceſſore.

Quadruplica Ducis Ruperti
XIIII. Februarii.

Repetit ut plurimum priora, ideo non notavi. Niſi quod exhibet Teſtamentum Littera Q. Q.

Dominus poteſt gratificari inſtituto hæredi in feudo dignitatis.

Reverſales nihil operantur extantibus liberis.

De Mandato Ducis *Georgii* acceptavit arces *Landtshuett* und *Burckhauſen* prout in Litteris Littera R. R.

Exhibet etiam deſignationem bonorum per *Georgium* Ducem pecunia emptorum Littera S. S.

Implorat interceſſionem Principum & Baronum præſentium & ſe acceptari per deputatos provincialium. Offerendo &c.

Concluſiones Ducis Alberti & Ducis Wolfgangi, in die Valentini.

Allegat ſimile exemplum de Duce *Ludovico Mortaniæ*, qui reliquit quidem filiam uxorem Regis *Franciæ* & tamen Dux *Henricus* tanquam agnatus ſucceſſit. (e) (e)

Meliorationes feudi pertinent ad ipſum feudum ſicut & deteriorationes & contra regiſtrum exhibet aliam deſignationem.

Compellant ſimul deputatos provincialium ut ſe ſe potius recipiant &c.

Submittunt ſe ſe ut jure decidatur ſuper petita immiſſione appellatione & reductione remota. Concludendo prout Juris &c. (f) (f)

Con-

(e) Non fuit filia ſed ſoror Ludovici; hinc totum corruit argumentum Lamparteri, quem miror propterea ab adverſario non fuiſſe exagitatum, ſed nimirum & ipſe Leges potius quam annales revolverat.

(f) In marg. *nota iſt alles mundlich gehandelt vvorden.*

Concluſiones Ducis Ruperti XVII. Martii.

ALlegat exempla in quibus ſucceſſerunt fœminæ utpote *Burgund*, *Brabant*, *Hollandt* &c.

Khatzenellenbogen, *Röttelen*, *Leuchtenberg*, *Koburg*.

Exemplum Ducis Ludovici nil ad propoſitum quia fortè renuntiavit.

Sigillatio nihil juris tribuit.

Submiſſio juris per adverſarium facta non habet locum cum non ſit proceſſum prout de jure, poteſt tamen ferre ut judicetur ſuper provocatione ſua ad jus facta nempe an ſufficiat &c.

Super hæc quæ ſunt voce tantum prolata reperitur nihil amplius actum.

Sequuntur Documenta:

A. Arbor agnationis cum allegatione jurium Ducis *Alberti*.
B. Lehenbrief auf Herzog *Georgen* und ſeinen Anwald *Sigmunden von Fraunberg* zum *Hag* &c. get auf alle Gueter inner und auſſer Lands &c. cum exceptione von fremden Gerichten &c. Iſt ausgangen vom König *Maximilian* zu *Worms* Anno 1495.
C. Thaiibrief Herzog *Steffans*, Herzog *Fridrichs* und Herzog *Johanns*, von dato *München* Catharinæ Anno 1392.

Oberland Herzog Johanns zugethailt.

München Stat.
Aurburg Burg.
Valckenſtain Burg.
Aibling Burg und Marckt.
Tölz Burg und Marckt, ſambt dem Zoll *Mittenwald*.
Wolffertzhauſen Burg und Marckt.
Gruenwald Burg.
Starenberg Burg.
Weilhaim Stat.
Päll Burg.
Schongaw Stat ſambt *Beutgaw*.
Landſperg Burg und Stat.
Lechſperg Burg.
Liechtenberg Burg.
Menching Burg.
Mering Burg.
Swabeckh Burg.
Rietenburg Burg und Marckt.
Tachenſtain Burg.
Egerſperg Burg.
Wyhauſen Burg.
Weychs Burg.
Vorſtat zu Regensburg.
Der *Werdt* in der *Thonaw* und alle Recht in der Stat zu *Regensburg* die zu der Burggrafſchaft zu *Rietenburg* gehören.
Das Ladgericht zu *Hirſchberg*.
Vobburg Burg und Marckt.
Sigenburg Burg und Marckt.
Newenſtat Stat.
Pfering Marckt, und das Gericht über *Gaimershaim*.
Pfaffenhoven Marck.
Geiſenfeld Markt.
Dachaw Burg und Marckt.
Haimhauſen Burg.
Regenſtauff Burg und Marckt.
Schwaindorf Marckt.
Luppurg Burg.
Lengfeld Burg und Marckt.
Calmüntz Burg und Marckt.
Simdmuln Marckt.
Velburg Burg und Marckt.
Hembeuer Stat.
Reitzmanſtein Burg.
Ruden Burg.

Herzog Steffans Thail.

Rotenburg Burg und Marckt.
Schindelberg Burg, halb Anſprach umb *Liechtenberg*.
Kuefſtain Burg und Marckt.
Kutzpühel Marckt.
Tierberg Burg.
Der *Stain* Burg.
Cling Burg.
Wildenwart Burg.
Hadmanſperg Burg.
Waſſerburg Burg und Stat.
Schwaben Burg und Marckt.
Ellenkofen Burg.
Fridberg Burg und Marckt ſambt den Zoll an der Lechprucken.
Mulhaus Burg.
Aichach Burg und Stat.
Schrombhauſen Marckt.
Altenmünſter Marckt.
Khuebach Marckt.
Ainling Marckt.
Sant Leonhard Marckt.
Schiltberg Burg.
Dorenſperg Burg.
Rain Stat.
Newburg Burg und Stat.
Gerolfing Burg.
Ingelſtat Stat.
Choſching Burg und Marckt.
Chunſtain Burg.
Gaimershaim mit der Gült auſſerhalb des Gerichts, ſo gen *Vobburg* gehört.
Graispach Burg.
Manhaim Stat.
Huting Burg.
Schwäbiſchen Werdt Stat.
Hilpoltſtain Burg und Stat.
Freienſtat Stat.
Landegkh Burg.
Hollnſtain Burg.
Stoſſenberg Burg.
Höchſtetten Burg und Stat.
Lawingen Stat.
Haymingen Burg.
Gundelfingen Burg und Stat.
Giengen Stat.
Hagel Burg.
Wartſtain Burg.
Weiſſenborn Stat.
Puech Burg.
Wolfsperg Burg.
Landgericht zu *Merſteten*.

Des Herzog Fridrichs Tail iſt in ain beſundern Brief ſpecificiert worden.

Pacta de juvando invicem præſertim contra Ducem *Albertum.*

De non movendo bellum ſine præſentia alterius.

De non alienando extra familiam ſine prævia oblatione.

De teſtando in uxorem.

De ſuccedendo invicem per hæredes maſculos.

De dotando filias.

De non augendo telonia.

De non teſtando in præjudicium hujus diviſionis.

De non gravando ſubditos.

De non recipiendo extraneos in ſervitium.

De conferendo feuda per ſeniorem & caduca dividenda.

De redimendo bona hypothecata.

De componendo contra controverſias emergentes.

Arbitratores hujus diviſionis XXIIII. *von der Ritterſchaft und XVI. von Steten.*

D. Compoſitio de hæreditate Ducis *Ludovici Mortaniæ* & *Ingolſtat* quam cedit Dux *Albertus* de *München* Duci *Ludovico* de *Landshut*, acceptis ab eo

Teckendorf,
Schwaben,
Liechtenberg.
Beurpronn.
Spitz und *Swalnbach* in der Wachaw in *Oeſterreich.*

Annectuntur varia pacta de redimendis hypothecis &c. datum Luciæ 1450.

E. Ceſſio Ducis *Ludovici* de jam dictis bonis. de eodem dato.

F. Remiſſio ſubditorum ejusdem *Ludovici* &c. datum Sebaſtiani. 1451.

G. Ceſſio Ducis *Ludovici* der Salzſtraſsen auf Herzog *Sigmunden* und Herzog *Albrechten* in ea fit mentio de * - - - ſucceſſione utriusque lineæ &c. Datum *Lauingen* Nicolai 1461.

* hiatus in apographo meo.

H. Mandatum Cæſaris ad Ducem *Georgium* de nil immutando vel innovando in ducatu ſuo tanquam feudo Imperii. Datum Kaufbeurn XXIIII. Octobris 1503.

I. Mandatum ejusdem de eadem re & dato, ſtatus ducatus *Georgii.*

K. Simile mandatum an die ſechs Stathalter.

Sigmund von *Fraunberg* Freyherr zum *Hag.*
Seiz und Adam von Törring.
Hanns von Cloſen.
Eraſm Seyboltſtorffer.
Hanns von Badmen.

L. Mandatum Cæſaris ad Ducem *Rupertum* de non impediendo Ducem *Albertum* in ducatu demortui Ducis *Georgii* ei per inveſtituram conceſſo &c. Datum *Ulmæ* nona Decembris 1503.

M. Mandatum Cæſaris ad ſtatus ducatus de præſtando Duci *Alberto* homagium & debitam fidelitatem & non impediendo &c. eodem dato.

N. Herzog *Sigmunden* und Herzog *Albrechten* Verſchreibung, darinn ſy Herzog *Georgen* zu irem Erben verordnen &c. Die iſt daſelbs in Herzog *Georgen* Revers inſeriert am dato. *München* Udalrici Anno 1485.

O. Inveſtitura *Ludovici* Cæſaris ad inſtantiam *Henrici* Ducis *Carinthiæ* Comitis *Tyrolis* & *Goritiæ* in favorem illius filiarum & ſororum facta &c. zu *Meran* purificationis Mariæ Año MCCCXXX.

P. Habetur ſimul in Littera N.

Q. Teſtamentum Ducis *Georgii* confectum in profectione ultra alpes ad coronationem Cæſaris &c. in quo

Eligitur ſepultura zu *Seldentall* cum legato 2000. florenorum pro anniverſario.

Legantur 20000. ad pias cauſas pro eleemoſyna.

Legatur ſolutio debitorum.

Filia *Margaretha* monialis inſtituitur hæres in 8000. ulra 8000. prius perceptos.

Eliſabethæ filiæ in favorem *Palatinorum* quibus nuptum dare intendit legantur pro dote 32000. fl. & pro melioratione 70000. ſuper venientibus hæredibus maſculis.

Ceſſantibus maſculis eadem filia inſtituitur hæres univerſalis.

Eidem ſubſtituitur unus ex filiis *Palatini* qui eandem duxerit.

Superventuræ poſthumæ inſtituuntur in 40000. fl. Iſtis omnibus ſubſtituitur *Philippus Palatinus* Elector aut illius filius ſenior & ſæcularis cum multis pactis ut ibi.

Mandatur ſubditis ut hæc omnia obſervent & conſtituuntur executores *Philippus Palatinus* Elector, *Laurentius* Epiſcopus *Herbipolenſis*, *Otho Palatinus*, *Wolfgangus* Comes de *Ortenberg*, *Wolfgangus* Comes & Dominus de *Newen Colberg* Cancellarius.

Sigmund von Frawnberg Freyherr zum *Hag* Pfleger zu *Landshut.*

Conrad von *Helmſtat* Ritter, Pfleger zu *Scherding.*

Hañs Ebran Ritter, Pfleger zu *Burckhauſen.*

Chriſtoff von *Freyberg* Ritter, Pfleger zu *Kueſſtain.*

Hañs Schilwatz Ritter, Pfleger zu *Lauingen.*

Hanns Aichperger Ritter, Pfleger zu *Natternberg.*

Heinrich Ebran Pfleger zu *Ingelſtat.*

Georg Preiſinger Pfleger zu *Waſſerburg.*

Hanns Offenhamer Rentmaiſter zu *Burckhauſen.*

Wilhelm Magensreuter Rentmaiſter zu *Landshut.*

Ulrich Alberſtorffer Rentmaiſter zu *Newburg.*

Caſpar Morhart Landſchreiber zu *Neuburg.*

Hanns Paumgartner Rentmaiſter zu *Waſſerburg.*

Et illorum ſucceſſores. Datum Fridrichsburg Wormbſer Biſtumb. 14. Septembris A. 1496. Teſtator ſubſcripſit. poſt *Hainrichen Grävinger, Herman Bas von Waldegkh* der Pfalzhofmaiſter; *Adam von Törring* zum *Stain*, Ritter; *Philips Forſtmaiſter* von *Gerlichhauſen*; *Wolfgang* von *Pientzenaw* zu *Hermansperg*;

Teſtes:

perg; *Niclaus* von *Ebeshaim* beeden Rechten Doctor, Thumherr zu *Speyr*; *Jörg Kärgl* zu *Siesbach*; *Hieronymus Flor* von *Heidelberg*, beder Rechten Doctor. und ordinari der Keyſerlichen Rechten zu *Heidelberg*.

Notarii: *Heinrich Geringer* der Pfalz Cammer-Schreiber, *Johan Erbwein* von *Hailbron*, Notarius curiæ *Wormatienſis*, *Johan Mangolt* von *Hall*.

Teſtes notariorum: *Joannes Stoll* Doctor Canonum Præpoſitus in *Weiſſenburg* & Decanus S. *Germani Spirenſis*

R. Herzog *Georgen* Bevelhe das man Herzog *Rueprechten* ſoll einlaſſen ins Schlos zu *Landshut* Martini A. 1503.

S. Verzaichnus der aignen und erkauften Güeter:

Kirhberg per 47000. fl. von den Graven daſelbs.

Heydeckh per 40000. fl. von den Herren daſelbs.

Eckh per 14000. fl. von Jorgen Frawnberger.

Fraunſtain per 15000. fl. von Wilhelm Fraunhofer.

Weiſſenhorn per 15000. fl. von Georgen von Rechberg.

Reicheneckh halb per 15000. fl. von den Eglofſtainern.

Höhenſtain und *Herſpruckh* per 30000. fl. von der Abbtiſſin zu *Pärgen*.

Juden Steur zu Regensburg per 44600. fl. von Keyſer *Ludwigen*.

Graſſertal und *Marquartſtain* per 21000. fl. von *Margareten Warterin*.

Wembding per 30000. fl. von Grafen zu *Ottingen*.

Dietzenſtain per 10000. fl. von *Arnolden Fraunberger*.

Fridberg mit dem Zol am *Lech* per 50000. fl.

Pernſtain und *Rannfels* per 30000. fl. von Grafen von *Ortenberg*.

Eberspeunt per 15000. vom Biſchove zu Regensburg.

Laber per 20000. fl. von Herrn von *Laber*.

Erneckh und *Ratzenhoven* per 14000. fl. von Landgraven zu *Leuchtenberg*.

Oſterhoven per 30000. fl. von *Pangratzen Puchberger*.

Khuefſtain per 25000. fl. von *Oeſterrich*.

Zanngberg per 5000. fl. von *Anna Harſchkircherin*.

Weinzehent zu *Hailbron* per 20000. fl. von Grafen zu *Ottingen*.

Hengerſperg per 15000. fl. von *Nider Altach*.

Teyspach per 35000. fl. von Biſchove zu *Regensburg*.

Lenburg per 15000. fl.

Saltz-Zol zu *Frontenhauſen* per 6000. fl. von *Jorgen Schermair*.

Julbach per 15000. fl. von *Erich* Burger zu *Nurnberg*.

Neuburg per 60000. fl. von Grafen zu *Graispach*.

Flos halb per 10000. fl. von *Behaim*.

Wartſtain per 4000. fl. von Grafen zu *Wartſtain*.

Balldern per 9700. fl. von Grafen zu *Ottingen*.

Gundelfingen per 40000. fl. von Herrn von *Wirtenberg*.

Reicheneckh das ander halb per 12000. fl. von *Jörgen von Seckendorf*.

Fridburg und *Matigkoven* per 35000. fl. von Herrn *Harting von Eglofſtain*.

Vogtey *Nider Altach* per 3000. fl. von Grafen *Raboten* von *Hals*.

Rentarigel per 9486. fl. vom Stift *Baſſau*.

Reichenhal per 40000. fl. vom Stift *Salzburg*.

Stamhaim per 4000. fl. vom Stift *Eyſtet*.

Allerſperg per 12000. fl. vom Stift *Eyſtet*.

Uttendorf von *Benigna Parſpergerin*.

Parckſtain und *Weyden* per 30000. fl.

Reyspach per 15000. fl. von *Hanns Warter*.

Vorſtern per 3000. fl. von den *Glatzen*.

Haylsperg per 4000. fl.

Gänckhofen per 8000. fl. von Graf *Heinrich zu Dernberg*.

Mäſſing per 2000. fl.

Egelkhofen per 6000. fl.

Harbach und *Geiſenhauſen* per 10000. fl. von Grafen zu *Ortenberg*.

Reichartshoven per 15000. fl. von den *Preiſingern*.

Wintzer per 4000. fl. von *Wilhalm Puechberger*.

Trosperg.

Traunſtain.

Krayburg.

Mermoſen per 80000. fl. der Königin von *Poln* widem.

Otting.

Julbach.

Waldeckh.

Erneckh per 70000. fl. Herzog *Luwigs* Gemahels widem.

Ratenberg per 50000. fl. von *Oeſterreich*.

Laugingen per 60000. fl. von *Abbt zu Fulda*.

Tatnhauſen per 3000. fl. von *Rechberg*.

Newenburg an Inn per 36000. fl. verkauft auf Loſung.

Lauffen.

Neidſtain.

Liechtenſtain.

Praitenſtain per 36000. fl. von der Cron *Beham*.

Wildeckh.

Wildshuet.

Wildenwart.

Menhaim per 30000. fl. von Grafen von *Otting*.

Hilpoltſtain per 30000. fl. von Herrn von *Hilpoltſtain*.

Summa 1385486. fl.

T. Liquidatio ſupra notatorum bonorum, quæ partim ſunt feodalia, partim ante primam diviſionem acquiſita &c. & ita reſpondetur ad proximam deſignationem.

Finis Documentorum.

Eſto mihi *Fasnacht gehalten.*

Erſte Faſt Wochen hat man auf guetlich Mittel gehandlet, ſambt der Lantſchaft zu Aichach *verſamblet.*

(g) Interim Cæſar cum provincialibus egit de *Intereſſe* (g) ſuo ratione pœnæ comiſſæ per Ducem *Georgium* & filium atque generum ejus, ſuper eo confectæ litteræ in quas conſenſerunt ſtatim Dux *Albertus* & Dux *Wolfgangus* poſtea etiam ratificavit Dux *Fridericus* tanquam tutor liberorum Ducis *Ruperti*.

Reſoluto tractatu amicabili citantur partes ad Mercurii poſt oculi.

Mercurii poſt oculi Cæſar per Graf *Eitl Fridrich* von *Zollern* Hofmaiſter proponit ſe velle audire partes judicialiter.

Dux *Albertus* & Dux *Wolfgangus* repetunt omnia prius acta tanquam judicialiter propoſita cum exhibitione litterarum (h) propria Cæſaris manu ſcriptarum. (h)

In iis Cæſar caſſat omnem diſpoſitionem quæ facta eſſet vel fieri poſſet per Ducem *Georgium* de ducatu ſuo in præjudicium filiorum ſororis ſuæ Ducis *Wilhelmi* & Ducis *Ludovici* &c. Datum *Kaufheurn*: Trinitatis A. 1497.

Dux *Rupertus* ſimilem repetitionem facere recuſat Cæſar deliberat & vocat in conſilium judicem & aſſeſſores cameræ Imperialis &c. citat deinde partes ad 23. Aprilis.

Publicatur ſententia in præſentia Ducis *Wolfgangi* & in contumaciam Ducis *Ruperti* citati per Ernholdum & facto per (i) eum proclamate: (i)

Eodem *D. Haiden* Fiſcalis Cæſaris dedit accuſationem criminis læſæ majeſtatis contra Ducem *Rupertum* & ejus uxorem in contumaciam propter ſuſceptam expeditionem & occupata loca *Landshuet*, *Dingolfing*, *Mosburg* & alia.

Declaratio ex ore ipſius Cæſaris ſtatim ſecuta: *Dieweil die Handlungen durch unſern und des Heiligen Reichs Fiſcal in ſeiner accuſation vorgetragen offenbar ſeind, am Tag ligen und mit kainen Schein verborgen werden mögen, decernieren, erclären und declarieren wir* Maximilian *mit rechten Wiſſen das gedachts Herzogs* Ruprechts *Hauptleut, Söldner, Diener und Anhanger mit ir That und Handlung desgleichen Herzog* Ruprecht *ſein Helffer und Helffers-Helffer, Fürſchieber und Anhenger, was Wierden Stat oder Weſens die ſeyen, mit ir Hilff, Rath, Beyſtand, Zueſchub oder Ratihabition wider den Landfriden und unſer ausgangen offen Edict gehandlet, den Landfriden verprochen, unſer Gericht und Edict veracht und dardurch als frevenlich ungehorſam unſer Majeſtet verlezt haben, das ſy auch dardurch in die Peenen in unſern Landfriden begriffen, und darzue in unſer und des Heiligen Reichs Rebellion ſchwere Straff und Ungnad gefallen ſeyen, die wir auch hiemit als darein denuntiert und erclärt aus unſern und des Heiligen Reichs Frid, Gnad, Schuz und Schirm geſezt haben wellen, maynen, ſetzen und ordnen das niemand der ſy an iren Leyben und Guettern angreiffen wurde, damit frevlen oder ſich gegen uns und dem Heiligen Reich in ainig weg verwircken ſoll noch mag.*

Den 24. Aprilis bewilligt der Ausſchus dem Kayſer die Erbhuldigung, werden derhalben zwen Landtäg fürgenomen werden.

Executoriales *an gemaine Landſchaft.*

27. Aprilis Inſtructio *K. M. und Herzog* Albrechten *an die Landſchaft zu* Ingolſtat *und* Scherding *&c.* in qua petunt *die Erbhuldigung und Beyſtand* contra *Herzog* Ruepprechten, idque etiam ſeriò propter periculum quod eſt in mora.

Ausſchreiben der Regenten und Ausſchus zu Ingolſtat *an gemaine Landſchaft das ſy der Königlichen Erkantnus und Executorialen folg thun wellen. am* 4. *May.*

Eodem Cæſar occupat *Fridpergam*, reddente Domino *Georgio de Gumppenberg* equite &c. & inde exeunt, die Achtbrief vigore declarationis ſupra notatæ, werden per Cæſarem abgefordert 25. Junij zu *Inſpruckh*, die nachbenanten:

Johanns Landgrave zu *Leuchtenberg.*
Wilhalm Graf zu *Hennenberg.*
Haug Graf zu *Montfort* Herr zu *Pregentz.*
Bernhart Graf zu *Eberſtain.*
Jörg Herr zu *Limburg.*
Adam von Loſenſtain.
N. von Traun.
Leo von Stauff.
Reinhard von Neineckh.
David von Nusdorf.
Ludwig von Hutten.
Jorg von Ebling.
Mang von Habſperg.
Ludwig von Habſperg.
Sigmund von Thungen.
Jörg von Roſenberg.
Jörg Wisbeckh.
Wilbolt vom Schomberg.
Caſper von Waldenfels.
Arbogaſt von Rotenſtain.
Hanns Grues.
Melchior von Piswang.
Jörg von Volberg der älter.
N. Thannberger.
Veith, Hanns und Jörg von Rechberg.
Lutz von Eyb.
N. Neminger.
Albrecht von Landenberg.
Manng Fetzer.
Hanns von Hertenſtain.
Fritz von Wolfmershauſen.
Hanns Leonhard von Abſperg.
Sylveſter von Schomberg.
Chriſtoph von Güch.
Andres Pflueg.
Chuntz Hablüzel.
Michel Giebinger.
N. Capitani von Kützpübel.
N. Perckhover Pfleger zu *Roſenham* & alii in

(g) In marg. *Nota Intereſſe Caſaris Maximiliani.*

(h) In marg. *Nota propria manu Caſaris in ea vocat Ducem Geörgen ſeinen Hofmaiſter.* Vid. de ea re JOANNIS VETTERI *Chron. Landishutanum* à nobis editum.

(i) Extat in Hiſtoria hujus belli à ZAYNERO edita & à nobis publici juris factâ.

in genere &c. cum inſerta clauſula de certificando & annexa clauſula citationis ad purgandum &c.

Königl. Maj. gemain Ausſchreiben, darinn ſy den furgenomenen Reichstag abkhönden und die Stendt aufmanet, des Reichs-Panier auf das Lechfeld *zu zuziehen &c. wider Herzog* Rupprechten *Wittib und Herzog* Philippſen *Pfalzgraven &c. auch die* Beham. 4. *Septembris* Schwäbiſch Werdt.

Dux *Philippus* Elector ſcribit Cæſari ratione belli ſibi per Ducem *Albertum* & ejus auxiliatores moti, purgando ſe & in eventum tuendo honorem ſuum. 7. Maij.

Practicæ Duciſſæ Eliſabethæ quas habuit pendente litis examine.

XXVIII. Februarii ſcribit civitatibus Provinciæ, *wo ſich die Handlung in ain leng verziehen wolt, das ſy ſie wolten für ir Herrſchaft erkennen und annemen &c.*

Prima Martii Dux *Albertus* ſcribit eisdem deducendo ad longum jura ſua & tractatum habitum, tandem petendo ut ſe agnoſcant pro Domino & Principe &c. MDIIII. IX. Martii. *Handlung zu Ingolſtat zwiſchen* Bernhardin *von* Stauff *, *auch Rath, und dan die Gemain daſelbs, iſt die vorſteend Aufrur hingelegt durch Herrn* Hanns *von* Stadion *Riter und Doctor, Pfleger zu* Gundelfingen *und andere Regenten des Oberlands. Iſt der Mangl in dem geweſen das gedachter von* Stauff *gen* Augsburg *verriten, hat die Gemayn beſorgt, er wurde ſich mit Herzog* Albrechten *in Handlung einlaſſen, dagegen der Rath ſich beclagt das die Regenten ſich gen* Newburg *und nit gen* Ingelſtat *als die Hauptſtat ſich gethon &c. Item das ſy an die Gemain allain auſſer Raths geſchriben und geſchickt haben &c. Rector und Rath der Univerſität durch Dr.* Dietrich Reyſacher *begert auch Verſicherung &c.*

* Hæc omnia ubertim ex *Zaynero* rerum illarum actuario damus.

Philippus Palatinus Elector ſcribit 10. Aprilis ad *Ligam Sueviæ* ne velit aſſiſtere Duci *Alberto* ſed ſibi potius auxiliari &c. petendo ſe declarare.

Reſpondet Liga certificando eum de lata ſententia & declaratione Banni, petendo ut agat cum filio quod pareat &c. In eventum non poſſe relinquere Ducem *Albertum* ſine defenſione &c.

Verſchreiben ſich die von der Landſchaft 3. Aprilis Herzog Rupprecht *gegen Herzog* Albrecht *zu kriegen khain Beyſtand ze thuen ſonder ine helffen abzewenden &c.* Subſcripſerunt *Abbt* Wolfgang *zu* Manſee, Sigmund *von* Frawnberg *Freyherr zum* Hag, Jacob *von* Fraunhovē *Riter*, Wolf Zierngaſt *Burger zu* Landshut *&c.*

Cæſar 14. Aprilis ſcribit Provincialibus præſertim *Landshutæ* &c. ne deſciſcant *von gemainer Landſchaft Regiment.*

Rurſus ſcribit Cæſar 15. Aprilis *Landshutenſibus* ut bene cuſtodiant civitatem.

XVII. Aprilis Duciſſa *Eliſabeth* ejicit regentes ex Landshuta & violenter occupat civitatem.

XX. Aprilis eadem vocat reliquos officiales ad præſtandum fidelitatem.

Sambstag poſt Miſericordia, ex juſſu Cæſaris ſcribunt *Herr* Sigmund *von* Fraunberg *Freyherr zum* Hag, Johanns Adelman *Commenthur zu* Pluemental *und D.* Peter Paumgartner *den Regenten Oberlands das ſy die peſts verwaren und ain Landtag auſſchreiben ſollen.*

Anno 1504. 21. Aprilis. *Herzog* Albrecht *ſchreibt den Stetten das ſy ſich zu Abfal nit wollen bewegen laſſen &c.* cum comminatione.

22. Aprilis. Idem ſcribit Wolfgangen Paumgartner *Rentmaiſter zu* Waſſerburg *das er wöll daran ſein damit die Stat nit übergeben werdt.*

21. Aprilis. Cæſar mittit ad Ducem *Albertum* Graf *Georgen von Munthforth* certificando eum de ſententia mox ferenda & monendo ut pro conſervando *Ingolſtadio* exercitum ad *S. Leonhardum* deducat &c.

22. Aprilis. *Ausſchreiben deren von Landshuet* in quo ſe purgant de facta fidelitate &c.

25. Aprilis. Reſpondent *die Regenten zu* Arding, *wie ſy gar blos an Gelt ſeyen, begern Hilf, mit Anzaig der Noth, das* Burghauſen, Dingelfing, Oting *und* Mosburg *auch eingenomen und es yezund an* Braunaw *und* Landaw *gebe, bey dem gemainen Man ſey kain Troſt &c. begern auch Bevelh vom Kayſer an Herrn* Wolfgangen von Polhaim *Haubtman der* Nideröſtreichiſchen *Lande &c. umb Hiff &c.*

21. Aprilis. Cæſar ſcribit *Jorgen Nothhaften* Pfleger zu *Natternberg* & aliis officialibus ne quid innovent contra Ducem *Albertum* pendente controverſia.

23. Aprilis. *Schreibt Herzog* Albrecht *widerumb den Stetten das ſy ſich nit wenden* cum comminatione. Tamen *Jörg von Preiſing* & cives *Waſſerburgenſes* ejiciunt *den Rentmaiſter daſelbs.*

28. Aprilis. *Nider Oeſterreich* ſchickt den Regenten zu *Scherding* Hilf.

Philippi & Jacobi. Ii ſcribunt ad Ducem *Albertum* qualiter ipſis ſit diffidatum per *Palatinos* petendo auxilia.

Georgii. Werbung der K M. Geſanten Doctor *Jorgen von Neydeck* und *Heinrichen von Scheppach* Urbarer zu *Cyli*, an die Landſchaft zu *Scherding*, das ſy Herzog *Albrechten* huldigen wöllen, & Dux *Albertus* ſcribit ad eundem finem & deinceps mittit *Chriſtoffen* von *Fraunberg* Pfleger zu *Teckendorf.* Landſchaft erclärt ſich quod velit parere ſententiæ latæ.

18. Aprilis. Duciſſa ſcribit denen von *Newburg* quod velint ſe ſuſcipere pro Domina.

29. Aprilis. Similiter den Landgerichts Leuten zu *Arding* & aliis cum remiſſione des zehenten Pfennings und der Fron Dienſt &c. cum comminatione. In omnibus jactat ſe habere tres liberos maſculos.

27. Aprilis. Dux *Rupertus* ſcribit in ſimili ad *Ingolſtatenſes*.

1. Maij. Auſſchreiben der Regenten zu *Scherding* quod pareant omnes & ſinguli latæ ſententiæ.

3. & 4. Maij. Duciſſa bis ſcribit der Landſchaft quod velint ſe recipere und Huldigung thuen &c. nuntiando qualiter maritus *Neuburgum* ceperit &c.

13. Maij. Et ſimilia nonnullis in ſpecie.

Finis primi Libri.

Sequuntur Geſta bellica in ſecundo Libro.

Anno MDIIII. *Albertus* quidem ejus animi fuit, ut commiſſo aliquo inſigni prælio cauſam finiret. *Rupertus* contra, inſtructus eo theſauro quem *Georgius* reliquit, bellum trahere conatus eſt, ideo munitioribus ſe ſe locis continens excurſiones tantum facit, nec enim arbitrabatur auxilia *Alberti* quæ à Cæſare & ſuevico fœdere habuit fore perpetua; ſed re mirabiliter mutata *Albertus* hoſtem tamdiu fatigavit donec rerum omnium inops efficeretur & tandem mortuis ipſo *Ruperto* ejusque uxore & matre, inimici *Landshuta* atque *Burckhuſio* reliquisque locis quæ occupaverant ac tota Provincia cum maxima jactura ſimul & verecundia excedere cogerentur.

Fuerunt autem in univerſum Expeditiones VII.

1. *Ruperti*, quæ paſſim ex *Landshuta*, *Burckhuſio*, *Neuburgo* & *Amberga* excurrit, nec unquam in unum cogi potuit.
2. *Alberti* & *Wolfgangi* fratrum, quæ ex *Monachio* & *Werdea* educta, totas decem & octo hebdomadas caſtra circumtulit.
3. Marchionis *Friderici* & filiorum *Caſimiri* & *Georgii* quæ in *Norico Palatino* bellum movit.
4. *Norimbergenſis Reipublicæ.* Ea pariter in *Norico* ad *Neumarcktum* caſtra poſuit.
5. *Landgraf. Haſſiæ Palatinum* ad *Heidelbergam* adorta.
6. *Ulrici* Ducis *Wirtembergenſis* qui alio loco ad *rhenum Palatinatum* vaſtat.
7. Cæſaris quæ in *Alſatia*, *Sundgoia* & *Brisgoia Palatino* plura loca ademit.

Neceſſario tamen bellum tractum eſt donec potentia *Palatini* frangeretur isque ad petendam pacem compelleretur.

Ex alia etiam parte *Albertus* provinciæ quantum potuit parcere & potius juſto prælio decernere conatus eſt, ſed interim Deus æquo judicio finem poſuit intra menſem abrepto *Ruperto* & ejus conjuge. Sic tranſit gloria mundi, & omnia prætereunt præter amare Deum.

Sequuntur Diaria per totam expeditionem.

1504. XVIII. Aprilis, *Albertus* CCC. Equitibus *Auguſtam* exit & in profunda nocte *Fürſtenfeldam* atque *Pruggam* venit.

XIX. XX. XXI. XXII. XXIII. XXIIII. Perventum *Monachium* & ibi luſtratus exercitus.

Rupertus per *Georgium Wisbeck* occupat *Otting* & *Craiburg*. A *Braunauenſibus* non recipitur qui etiam oppugnationem fortiter ſuſtinent electo in capitaneum uno eorum cive *Platner* nomine, tandem etiam VII. Junii in verba *Alberti* jurant.

XXVIII. Aprilis. *Arding*, quæ ante XXII. Aprilis *Palatinum* receperat per Comites *Joannem* & *Andream de Sonnenberg* dominos *zur Scher* &c. *Wolfseckh* ad deditionem *Alberto* factam compellitur; inde etiam hoſtes XXI. Maij in fugam vertuntur.

Eo loci *im Isngaw*, umb Dorffen ultra mille agricolæ convenientes fecerunt tumultum quem vocârunt *den Küttelbund* nec tamen poteſtatem ſui præbuerunt ut diſſipari poſſent. Dux fuit *der allt Engelshover und ſeine Söne*.

1. Maij. *Rupertus* qui 20. Aprilis à *rheno Ambergam* venerat inde cum 600. equitibus & peditibus 300. *Neuburgam* adortus eſt. Eum cives non gravatim intromiſerunt, quamvis invito Cæſare & multa querente de mora *Alberti* cujus ipſe poſtea in *Inchenhofen* rationes reddidit. Ejecti ſunt autem *Neoburgo Georgius* de *Gumppenberg* & *Rudolphus Haslanger* equites & regentes.

Eodem *Wolfgangus Fridbergæ* per *Georgium* de *Gumppenberg* equitem & præfectum recipitur.

Eodem. *Albertus* zu *Inchoven* ad Cæſarem venit. Cæſar metu tormentorum *Aychenſes* ad deditionem compellit ita ſuadente *Rudolfo Haslanger* equite & præfecto. Inde Cæſar *Fridbergam* conceſſit reliquus exercitus per *Weſtendorf Werdeam* deductus eſt.

Monachij milites qui ſub ducibus *Jacobo Scholl* & *Marco Bader Ardingam* deſtinati erant ſeditionem in foro moverunt in eos *Andreas* comes equites immiſit tandemque compeſcuit quibus tamen *Bartholomeus Schrenck* impunitatem exoravit, miſſi ſunt igitur 28. equites & 400. pedites ſub auſpiciis Joannis Comitis *Andreas* vero 500. equites & 1000. pedites, nonnulla tormenta & 260. currus ea nocte deduxit *geen Dachaw*.

Eodem nunciatur Cæſari *Ottingerum* præfectum in *Rhain* oppidum illud hoſtibus tradidiſſe contra id fruſtra tentatur occupatio Pontis ad *Lycum*. *Laugingen*, *Hochſtet*, *Gundelfing* petentes trium ſeptimanarum non audiuntur.

Bärtel Ungelter zu Fridberg capitur ab hoſtibus & exauthoratur toto illo bello.

Marſcalci de Oberndorf econtra capiunt *Mang Fetzer* cum ſex militibus.

Marchio Fridericus juſſu Cæſaris & *Alberti Ruperto* bellum denuntiat, oppidum & arcem *Hilpoltſtain* capit tradente *Wilhelmo* de *Wolfſtain* equite ſed *Hiltprandus* de *Ludwach* portas *Haideckenſes* claudit. Cives litteris ſe ſe apud Cæſarem purgant & toto bello in hoſtium poteſtate perſiſtunt.

1504. *Albertus* & *Wolfgangus* Philippo Palatino bellum denuntiavit, *Ruperto* verò & uxori non ſcribunt quia ipſi priores absque ulla nuntiatione bellum intulerunt.

6. Maij. *Jorg von Elbing* per nobilem puerum alba cruce ſignatum *Philippi* nomine *Alberto* & *Wolfgango* bellum renuntiat.

13. Maij. Denuntiatio *Ruperti* propter occupatam *Ardingam* nulla præmiſſa monitione.

15. Maij. Reſponſio & retorſio *Alberti* & *Wolfgangi.*

22. Maij. *Wilhelmus* Landgravius *Haſſiæ Philippo* bellum denuntiat. Ita *Ulricus Wirtembergenſis.*

7. Junij. *Adam von Terring* tuetur honorem contra *Albertum* & *Wolfgangum.*

24. Maij. *Waſſerburgenſes* quamvis initio Cæſari obedientiam promiſiſſent ac recepiſſent *Alberti* nomine *Wilhelmum Abaimer* cum 50. militibus, bona enim pars ſenatus & quæſtor *Wolfgangus Paumgartner Alberto* favebat; ſed *Georgius* (k) *Preiſinger* qui rhenenſem uxorem habuit (k) populum facile ad hoſtium partes traxit, itaque libenter receperunt litteras à Duciſſa, *Alberti* verò litteras ſuperbè reſpuerunt, & miſſos Legatos *Georgium de Aw zue Zimmern*, *Wilhelmum Abamer*, *Bartholomæum Schrencken*, *Henricum Barth* & ab ipſis præmiſſos *Chriſtophorum Mosbuecher* Pfentermaiſter & *Michaelem Barth* non admiſerunt; procurante *Ruperto Heller* eorum cive arroganter etiam ſcripſerunt Conſiliariis *Monachij* relictis repetendo pecus per *Georgium Awer* abactum, qui tamen per litteras rationes reddidit. Tandem igitur intromiſerunt *Rupertum* cum 15. equitibus ac poſtea cum exercitu 4000. militum, ſed & poſt mortem illius recepto *Georgio de Roſenberg* cum equitibus 400. peditibus 600. in verba filiorum jurârunt, atque ita usque ad transactionem factam permanſerunt, *Alberto* non auſo tentare ipſorum munitiones.

1. & 2. Julii *Thomas Leffelholtz*, qui poſt *Georgium* Comitem de *Helfenſtain* vocatum *gen Ingolſtat* præfecturam oppidi Abenſperg tenuit varias excurſiones in hoſtes fecit multa damna intulit, tandem arcem (l) *Wildenberg* dolo cœpit, & ibi *Ulricum Ebran* Canonicum *Friſingenſem* (l) cui portas aperuit, in ipſo ingreſſu conjecit in vincula; peracto tamen bello arcem pecunia à ſe redimi paſſus eſt, quam prius propriis expenſis tuitus fuerat.

3. & 4. Maij. *Rupertus* à *Rainenſibus* cum 800. equitibus recipitur. *Sebaſtianus Marſchalck* in *Oberdorff* moniales in *Nidern Schönfeld Ingolſtadium* fugere compellit, ita ſuadente Abbate in *Kayshaim*, & hæc nuntiantur Cæſari per ejus præfectum in *Werd*, *Balthaſar Wolff.* Ita hoſtes *Neoburgam* & *Rainam* cum utroque ponte ad *Marchsham* & *Lycum* usque ad finem belli tenuerunt.

6. Maij. *Albertus Werdæam* ad fœderatos, Cæſar *Dillingen* ad *Fridericum* Comitem *de Zollrn* Epiſcopum *Auguſtanum* conceſſerunt.

9. Maij. Exercitu ad *Höchſtet* provecto Dominus *Caſpar Schrenckh* eques & præfectus tradidit oppidum, miles tamen ad *Laugingam* caſtra protulit.

Rupertus Gozman reliquit præfecturam *Graispach* quam Cæſar Domino *Balthaſari Wolff* Schazmaiſter und Pfleger zu *Werd* tradit eam poſtea *Albertus* 6000. aureis redimit.

10. 11. & 12. Maij. *Lauginga* vix perſuaſa eſt ut dederetur Cæſari, is pro intereſſe retinuit den Caſten daſelbs, *Wendl von Haunburg* Pfleger dedidit ſe.

Hanns von Stadion Ritter tradidit *Gundelfingen.*

Wilhelm von Welwart tradidit *Haidenhaim.*

Jorg von Rechberg, *Wembding.*

Trugenhover Monhaim:

Graff *Philipps von Kirchberg*, *Weiſſen born* und *Kirchberg.*

Eodem modo *Balderen* & *Stauffen* ſe ſe dediderunt.

Herr *Wilhelm von Wolfſtain* Ritter, tradidit *Hilpoltſtain.*

Jorg Reindl, *Crantſperg.*

Leonhard Rorbeck, *Wolnzach.*

Item *Ollkofen* ſe dedit, permanſit tamen vacua toto illo bello.

13. 14. 15. 16. Maij, congregatus eſt totus exercitus circa *Werdeam.*

17. Maij, ductus exercitus auf das *Lechfeld* bey *Fridberg.*

18. Maij, caſtra propè *Aicham.*

19. *Schrobenhauſen* in poteſtatem reducta. *Monhaim* relicta neutralis.

Jorg Riederer tradidit *Reichertshoven.*

21. 22. 23. 24. Maij *Bernhardin von Stauff* tradidit *Ingolſtat.* Palatini multa ibi conantur.

Herr *Hieronymus von Stauff* conſtituitur Landshauptman in nidern Bayrn.

Marchio *Fridericus de Brandenburg* jungit ſe Duci *Alberto Ingolſtadij.*

Eodem transmitunt Duces *Saxoniæ* Elector *Fridericus* & *Joannes* 200. equites ducente *Johanne de Wilsdorff.* Interim *Eliſabeth Palatina* ſcribit nobilibus ut ſibi ſe dedant atque militent.

Exercitus ductus gen *Pfaffenhoven.*

(k) Hanc etiam cauſam ſuſpicatur Hundius *P. II. Stemmatogr. Bav.* p. m. 248. uxor autem fuit *Barbara de Venningen.*

(l) De eo Hundius *P. II. Stemmat. Bav.* p. m. 69. „ *Ulrich Ebran des Heinrichs erſter* „ *Sohn vvar im Bayriſchen Krieg Thombherr zu Freiſing: darnach vveltlich vvor-* „ *den. Sein Hausfravv Catharina Soyerin von Eyſendorf* &c.

26. Maij. *Dorffen* geblündert und *Moſen* verbrent per Graf *Hannſen von Sonnenberg*.

27. & 28. Maij: Exercitus gen *München*.

Herr *Chriſtoff von Layming* Ritter, coactus eſt licet invitus tradere *Ratenberg*.

29. Maij. Exercitus gen *Schwaben* & inde werden die Landleuth aufgemant auf Viti hernachkomente &c.

Dux *Ulricus de Wirtemberg* cœnobium *Maulpronn* vi compellit, imperata facere, disjecto eorum propugnaculo, quod vocabant *Trutzhundt* atque abinde in perpetuam protectionem recipit.

Dux equitum, Herr *Fridrich Cäpler*, peditum Herr *Dietrich von Plumeneckh* &c.

Idem occupat *Leonſtain*, *Newenſtat* am *Kocher Weinſperg* & omnia paſſim vaſtat.

Petit pro ſuo Intereſſe *Kirchberg*, ſed cum id Cæſari eſſet reſervatum, tradita ſunt ei arx *Heleſtain* & oppidum *Haidenhaim*. Ex altera parte Landgravius *Haſſiæ* usque ad mœnia zu *Haidelberg* agros urit atque vaſtat.

30. Maij. Comitatus *Hag* devaſtatur, Cæſar tamen relinquit Comitem *Sigismundum* neutralem, ſed tandem filius *Leonardus* in ſervitium Ducis *Alberti* ſeſe committit & immunitatem obtinet.

31. Maij. Exercitus ex *Hag* ductus.

12. Junij auf *Ampfinger* Wiſ gelegert, *Zangberg* eingenomen.

3. Junij. *Newenmarckt* verbrennth.

4. Junij. *Egkevelden*, *Pfarrkirchen*, *Reichenberg* ſambt den gantzen *Rottal* eingenomen, die Edelleuth gehuldigt und zugezogen unter Herr *Jorgen Schenck* Ritter Pfleger zu *Riedt*.

5. & 6. Junij bey *Weeng* zwiſchen der Herrſchaft *Lenberg* auf *Julbach* gezogen. Id hoſtes prius exuſſerunt & inde tormenta in exercitum emiſerunt.

7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. Junij. Exercitui in *Braunaw* quies data. Ibi inventi 10000. fl. per monaſteria depoſiti, cum quibus militibus data ſtipendia, ſed ea ſumma poſtmodum per *Cunegundam* Duciſſam de dote ſua eſt ſoluta.

Interim milites *Bavari* vorm Wald per Palatinos mediocri cæde profligantur, Dux de *Walbrun* vulneratur atque capitur, Herr *Sigmund Satelboger* Ritter cedere compellitur.

Hoſtes ex *Landshuta* erumpunt usque ad *Pfaffenhoven*, omnia vaſtant, oppidum ipſum incendunt & eodem ordine redeunt per die *Hallerthaw* &c. inde cœpta ſunt incendia hinc inde fieri, præſertim auf dem *Nortgew*, ubi tunc Herr *Ludwig von Eyb* Vitztumb fuit, & per Bavaros plurimum coanguſtatus.

12. Junij. *Norimbergenſes* fruſtra oppugnant oppidum *Neumarckt*, quod egregiè defenditur per obſeſſos; interim etiam Bohemi Palatino veniunt in auxilium cum 700. equitibus & 5000. peditibus ſub ducibus Herrn *Heinrichen* und *Dietrichen von Guetenſtain* Herr *Albrecht von Sternberg*, Herr *Johann von der Weitmül* &c. idque privato tantum conſilio ſine juſſu aut permiſſu Regis.

13. Junij. Exercitus ex *Braunaw* ductus gen *Malching*.

14. Junij. Caſtra promota gen *Purtlbach* oder *Peyrbach*.

Hoſtes ex *Landshuta Mosburgam* veniunt ſed mox redeunt.

15. & 16. Junij. Caſtra metatum bey *Allerspach*.

17. Junij. Progreſſum gen *Iſerhoven*.

18. & 19. Gen *Pladling* & *Vohlming*.

20. Junij. Gen *Landaw*.

Eo die ruſtici trucidantur zu *Biſchofsdorf* qui conati fuerant occupare arcem *Uttendorff*, aliqui etiam eorum capite plectuntur per Herr *Caſpar Wintzerer* und *Stoffel Ungelter*.

Interim hoſtes incendunt arcem *Fridtburg* quæ commiſſa erat *Hañſen Druggſeſſen* von *Wolhauſen*, *Uttendorf* conceditur Herrn *Dietrichen* von *Tſchernhe*, ſed is non acceptat, igitur *Braunenſes* eam committunt eorum civi *Conraden Stadler*.

21. 22. 23. 24. 25. 26. bis 30. Junij. Hoſtes qui convenerant in *Landaw* obſidentur per *Bavaros*, ac tandem oppido excedere compelluntur incenſa prius arce, Dux eorum Herr *Jorg von Roſenberg*, Comes *Eitl Fridrich* Cæſaris nomine prohibet ne exeuntes cæderentur. Ipſi aufugiunt ad *Rupertum* gen *Dingelfing*.

2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Julij. Dux *Albertus Landoiam* vacuam intrat. Cum autem milites fœderatorum tumultuarentur propter *Sturmſoldt*. Datum eſt illis oppidum in prædam &c. ibi primum emiſſi ſunt ex tormentis globi ferrei, qui plurimum contriverunt obſeſſos, donec tandem exire cogerentur.

Hoc tempore prima mentio facta eſt de tranſigendo urgentibus maximè Epiſcopis *Treverenſi*, *Salzburgenſi*, *Herbipolenſi* &c. & orant Cæſarem ut *Rainam* & *Neoburgam* recipiat miſſo ad hoc Herr *Ulrich von Weſterſtetten*.

Monacenſes Roſenhaim occupant.

In eadem caſtra pervenerunt multi milites ex ducatu *Georgii* & jurârunt fidelitatem, ſed pro majori parte ad ſua rurſus remiſſi ſunt. Fuerunt 200. equites ſub duce Herrn *Jorgen Schenck* Pfleger zu *Ried*.

Cæſar jubet exercitum contineri donec ipſe veniat.

9. Julii Caſtra bey *Pöring* poſita.

10. & 11. Julij, bey dem Dorf *Köllnpach* propè *Leonsberg*.

12. Julii. Zu *Hermansdorff* übernacht.

13. Julii. Caſtra è regione *Landshutæ* poſita bey Altorff hinc inde tormenta emiſſa & præliatum auf dem *Grabweg* victores *Bavari* & *Landshutenſibus* magnus terror incuſſus.

Dux *Albertus* ſcribit Cæſari ut velit redire in *Bavariam*.

Rupertus variè turbatur, Capitaneum ſuum Herrn *Georg Wisbecken* dimittit, ſubſtituit Herrn *Georgen von Roſenberg*. *Wilhelmo* Comiti de *Heñenberg* donat domum D. *Peter Paumgartners* zum *Frawenſtain.* Is illam dum abit, diruit, ſupellectilem ſecum abducit, quæ tum ipſi per *Thomam Löfflholz* ex *Abnſperga* rurſus aufertur & in prædam vertitur. Inde controverſia in judicio cameræ mota &c.

Caſtra promota gen *Pfatrach* & ibi per hoſtes tumultus excitatus.

Für Süesbach und gen *Wenigmünchen* den *Khärglen* gehorig, ex quibus *Ulricus* militabat Duci *Alberto.*

16. Jul. *Palatini* incendunt den *Sigmund Apfentaler* ſein Schlos *Newenkirchen.*

17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. & 28. Julij. Caſtra ad oppidum *Mosburg* poſita & quies ibi exercitui data.

Interim *Reichenhall* ſe ſe dedit per *Petrum Fröſchl* præfectum.

Cæſar per *Petrum* de *Wilhelmsdorff* arcem *Kirchberg* in fidem ſuſcipit.

Item die *Landvogtey* mit 10. Stetten, & ob 60. Dörffern *Palatino* abripit.

Item die *Mortenaw*, *Offenburg*, *Gengenbach* und *Zell.*

In *Alſatia*, *Sundgoia*, *Briſgoia*, *Hercinia*, *Burgundia* evocantur ſubditi.

Ulricus Dux *Wirtembergenſis* expugnat *Beſickhen* & *Weinſperg.*

Heſſus ultra 300. pagos *Palatino* exurit & usque ad portam *Haidelbergenſem* eundem profligat.

Cæſar conſulit ut redigatur in poteſtatem *Neoburgum* propter adventum *Bohemorum* qui ſunt in magna expeditione, corrupto Cancellario *Alberto de Colobrat* per 10000. &c.

29. Julii. Caſtra promota für *unſer Frawen Reſt* und gen *Märtzing.*

Epiſcopus Friſingenſis ex aliquot argumentis venit in ſuſpicionem quaſi juvet *Rupertum* fratrem ſuum & malignè agat cum *Monacenſibus.*

30. *Albertus* per *Friſingam Monachium* contendit, exercitus ad *Crantſperg* caſtra ponit.

31. Caſtra ad *Camer.*

1. Auguſti. Ad *Pfaffenhoven* ubi *Albertus* in caſtra [illegible]

Interim Sch[illegible]n die von *Schwanigdorff* wie ſy [illegible]enen von *Amberg* und den *Behemen* [illegible]ch uberfallen und gar ausgebrenndt [illegible]&c.

2. 3. 4. 5. A[illegible]ſti. Caſtra ad *Reichartzhoven* poſita.

Hoſtes Landshutá excurrendo omnia ſuccendunt usque zu dem *Freyenmann* propè *Monachium*, repulſi tamen prædam relinquere coguntur.

6. Aug. Exercitus per *Weichering* ductus, *Albertus Ingolſtadium* conceſſit.

7. 8. 9. 10. 11. & 12. Caſtra ad *Neoburgum* poſita in ea *Albertus* rediit, ſed propter improviſas pluvias retrocedere coacti ſunt.

Capti 100. *Bohemi*, qui *Neoburgenſibus* ſubſidio venire debebant.

13. & 14. Caſtra *Ingolſtadium* in planitiem reducta.

Joannes Pienzenauer arcem *Kueffſtain* absque magna neceſſitate hoſtibus tradit, ii tamen prius oppidum invaſerant.

Sed *Aurburg* fruſtra tentârunt, fortiter ſe defendente Parcifale Urfarer præfecto, ita & *Joannes Caſper de Laubenberg* oppidum *Ratenberg* ab inſultu hoſtium facile defendit.

15. & 16. Exercitus *Ingolſtadium* trans *Danubium* ductus & ad *Neoburgum* in altera ripa caſtra metatum.

Hoſtes *Julpach* occupant, *Braunaw* oppugnant & duodecimo poſt die deditione capiunt.

18. 19. & 20. Exercitus præter *Neoburgum* ductus, hinc inde ejaculatum, ſed ſine damno. Caſtra in pago *Eyſtetenſi Pfintzen* locata.

Albertus cum foederatis in *Werdea* quievit.

20. *Julii. Dux Rupertus Landshutæ moritur: eum ſequitur conjux poſt XV. Septembris diſenteria extincta. Requieſcant in pace.* *

18. Auguſti, interea *Bohemi* in *Noricum* erumpunt *Swaingdorff* 28. miſerè deprædantur, *Lengenfeld* ad deditionem compellunt eque arce abeunt 29. eodem oppugnant *Sulzbach*, *Ambergenſes* verò *Schmidmül* capiunt, ſed ſine præſidio relinquunt. Marchio *Brandenburgenſis* petit ſubſidia à foederatis ſed fruſtra. Ideo Cæſar eos denuo congregare compellitur.

28. Auguſti. Eodem tempore *Georgius* Comes de *Helfenſtain*, Dominus *Caſpar Winzerer* & *Joannes Ungelter Brawnaw* oppidum variis de cauſis hoſtibus tradunt non ſine magno terrore *Alberti* Ducis. Qui ſimilem caſum *Scherdingenſibus* metuebat, quod tamen hoſtes intactum relinquunt. Bartholomæi. Mortuo *Ruperto Albertus* per edictum vocat in caſtra ſua omnes Nobiles qui *Ruperto* ſervierant, quaſi jam fide & militiá ſolutos.

22. Auguſti Exercitus ad *Marchshaim* caſtra habet. *Albertus* cum foederatis *Werdeæ* manet.

23. Caſtra ad *Monhäm* tranſlata.

24. Inde ad *Werdæam* promota. Interim ex *Aichach* capiuntur aliquot hoſtium equites, præſertim *Francones.*

26. 27. 28. 29. 30. 31. Foederati paulatim ex caſtris dilabuntur, quæ res 2. & 3. Septembris novam conſultationem parit Cæſari & *Alberto.*

Cæſar *Franckfordiam* curiam indixerat, ibi convenerunt *Salzburgenſis*, *Herbipolenſis*, *Bambergenſis*, *Eyſtettenſis*, cum quibus variè actum ut juvarent negotium; ſed omnia fruſtra.

Hoſtes cum *Bohemis* Marchionis *Brandenburgenſis* ditionem infeſtant, occupant & incendunt *Tierſcham*, *Artzberg* und *Wuenſtat*, audierant enim diſperſos eſſe foederatos, ſed illi nuntiata morte *Ruperti* facile ad militiam reducti ſunt.

Iisdem diebus ſcribunt *Sultzbachenſes* qualiter hoſtem ſimul cum *Bohemis* repulerint, acceptis maximis auxiliis à Marchione & *Norimbergenſibus*, cum tamen hoſtes minarentur ſe redituros petunt ſibi amplius provideri.

---

* Hæc omnia in cod. meo litteris majuſculis, appictis duabus crucibus.

4. Septembris Cæſar & *Albertus* exercitum renovant eumque contra *Bohemos* educunt ad *Monhaim*.

5. Sept. Caſtra metatum ad *Weiſſenburg*.

6. & 7. Ad *Hilpoltſtain*.

8. & 9. Præter *Freienſtat* & *Sulzburg* perventum ad *Erespach* prope *Panching*.

Ibi in caſtra venerunt Marchio *Fridericus* cum duobus filiis *Caſimiro* & *Georgio*.

Item *Noribergenſes* cum 200. equitibus.

Item *Ericus* Dux *Brunsvicenſis*; ſed *Henricus* junior Dux *Brunsvicenſis* longo itinere retardatus tandem circa Galli advenit.

3. Septembris *Albertus* ſcribit *Straubingenſibus* quo pacto ſe ſe contra hoſtes tueri debeant.

10. Sept. Totus exercitus ad *Hembaw* ductus.

11. Sept. Integro die progreſſum usque ad *Ettershauſen* & ſequenti nocte excitatus miles atque per devia ductus *bis an den Stainweg*.

Ibi ſuperatus pons ad *Regen* amnem & manè ventum ad hoſtes, qui adhuc in caſtris ad Schönbach erant, *Palatini* vim Cæſaris metuentes maturè abierunt, ſed *Bohemi* dum ſuperiora loca occupare conantur, retinentur levibus præliis à noſtris, donec juſta inſtructa acie Cæſar & *Albertus* in altiora evadit, & inde ordinem *Bohemorum* oblongis ſcutis ſe protegentium perrumpit, eosque paſſim cædit, ceciderunt 1800. & 600. capti, reliqui verò qui aufugerunt undique per ruſticos mactantur, ita ut ex 4000. qui fuerunt, vix pauci in *Bohemiam* redierint. Ita Deus *Albertum* & præſertim *Straubingenſes* ingenti metu liberavit.

Poſt prælium Cæſar cum *Alberto* & Principibus eodem veſperi triumphabundus *Ratiſponam* intravit.

13. 14. 15. Sept. *Ratiſponæ* quietè mortui ſepulti & vulnerati curati. Ibi nuntiatum qualiter præſidiarii *Bohemi* in *Lengenfeld*, direpta & incenſa, abierint.

Cum autem noſtri diſpergerentur, hoſtes rurſus collegerunt ad 1000. equites, *Georgio Wisbecken* Duce & eos *Neoburgum* introduxerunt, de quo fœderati in *Werdea* multum ſibi metuerunt. Sed illi potius verſus *Ingolſtadium* excurrerunt & omnes obvios pagos *Vobburgum* pertinentes incenderunt. Tandem cum mors Duciſſæ *Eliſabethæ* amplius celari non poſſet equites illi *Landishutam* evaſerunt & inter eundum ad *Geiſenfeld* Comitem *Andream de Sonnenberg* cum ſuis ciderunt cœperuntque.

16. Cæſar & *Albertus* ad *Abach* profecti diviſerunt ſocium exercitum, audierant enim de mortua *Eliſabetha*, reliquos tamen equites *Monachium* præmiſerunt, ut inde ad recipiendum *Roſenhaim* contenderent.

17. Septembris. Cæſar & *Albertus Abnſpergam* profecti, inde 18. Sept. in *Geiſnveldt* & ibi per *Thomam Leſſlholtz* cognoverunt qui duces adhuc eſſent *Landshutæ*. Nempe:

Georg von Roſenberg, alſo krancker,
Der Halblüzel.
Pany Rochtzespeizenſtain. *
Graf *Ludwig von Leonſtain*.
Herr *Ludwig von Hutten*.
Herr *Schweicker von Sickingen*.
Zentz von Roſenberg.
Wolf von Thalberg.

* ita Cod.

Utz von Zebytz & alii, milites verò 2000. nam ultra 500. abiiſſe ob vini caritatem.

19. Sept. Progreſſum gen *Wolnzach* & ibi novus equitatus comparatus.

20. Progreſſum gen *Underſtorff*.

21. Sept. usque ad 1. Octobris, *Monachium* progreſſum & ibi per undecim dies venationi vacatum, deinde prima Octobris *Albertus* egreditur cum equitatu ſuo ad obſidionem *Kueſſtain*. Hac die, ut ſupra notatur, hoſtes ad *Geiſenfeld Andream de Sunnenberg* Comitem cum LXIII. equitibus intercipiunt atque capiunt, de quo illi ſe longa epiſtola purgant, arbitrabantur enim ſe in illo pago fore ſecuros, & noluerunt ſequi præcedentes Herr *Heinrichen Götz* Pfleger zum *Valckenſtain*, *Wolfgang von Schmiehen* Pfleger zu *Vobburg* und *Peter Zeilhofer* Pfleger zu *Pfaffenhoven* &c. de quo hoſtes plurimum triumpharunt.

Roſenhaim toto hoc bello variè jactatum eſt cupiebat quidem ſtatim initio recipere *Albertum* ſed hoſtes id per quemdam civem *Rocher* & præfectum *Perckhofer* turbârunt. Donec *Georgius* de *Aw* variis artibus principio pagum, deinde arcem in poteſtatem redegit, eam tamen rurſus relinquere & exurere coactus eſt, ut commodius ſervaret pagum à quo hoſtes maximè per ſpem adventantis exercitûs Cæſarei Principe de *Anhalt* duce fortiter rejecit, ea cauſa civibus conceſſa eſt ain Salzſtraſs wie denen von *Waſſerburg*.

2. Octobris. *Albertus* ſuſceptâ expeditione ad Alpes ex *monachio* & ad *Mangfaldt* amnem in arcem *Altenburg* ad Machſelrainios pertinentem venit.

3. Octobris Cæſari in *Roſenhaim* occurrit, duce *Henrico* de *Lunenburg* equites ductante.

A 4. usque ad 16. Octobris. Ipſe cum aulicis in *Aurburg* concedit (relicto exercitu ad arbitrium Cæſaris) & ibi permanet donec per Cæſarem ars *Kueſſtain* vi expugnaretur. Duravit ea oppugnatio omnino XVI. diebus, & cum obſeſſi ad deditionem verbis compelli non poſſent Cæſar majora tormenta ex *Oeniponte* ſecundo flumine adferri juſſit, cum quibus propugnacula & ipſum montem ita concuſſit, ut oppugnationi militum facilem præbuiſſe aditum videretur, vocavit igitur in caſtra *Albertum*, ut præſens rem geri intueretur. Sed obſeſſi ſibi metuentes clam fugam parant & ipſis muris deſiliunt, incidunt tamen in manus hoſtium qui corona arcem cinxerant & juſſu Imperatoris ex iis capite plectuntur præfectus ipſe *Hanns Pientzenawer*, *N. Wamboldt*, ain *Trautenberger*, der alt *Turrügl*, drey Püchſenmaiſter cum aliis 18. militibus. Inter quos unus Bohemus ob fortitudinem ſuam quam luctando cum ſpiculatore probaverat & ſibi & aliis 22. vitam impetravit, deprecante potiſſimum *Felice* Comite de *Werdenberg*, Comite de *Zollrn* & aliis. Ita arx illa in poteſtatem reducta eſt 17. Octobris.

Incidit antem tantum frigus ut milites in hyberna reducere neceſsè fuerit, alioquin recta ducti fuiſſent ad oppugnandum *Waſſerburg*.

Durante hâc obſidione præſertim 11. & 12. Octobris *Georgius Wisbeckh* cum 1400. equitibus, 2000. peditibus *Landshuta* erumpit, circa *Erding*, *Swaben*, *Eberſperg*, *Monachium* usque omnia vaſtat & incendit. In ipſum Monachium ultra *Iſaram* aliquot globos ejaculatur, ſed per tormenta facile repellitur, & dum in receſſu tormenta ſua cum eorum magiſtris præmittit, ii ab arce Swaben per *Joannem de Weisdorf* intercipiuntur, nec ſequenti exercitui aperiuntur portæ. Quinimo unus ex præcipuis (arbitrantur fuiſſe Dominum *de Roſenberg*) brachio trajectus, cauſa fuit ut reliqui abſcederent, quorum pars *Landshutam* rediit per *Waſſerburgum* deducta, deprædato tamen prius *Eberſpergo*, unde Abbas & Monachi *Monachium* confugerant.

A 20. usque ad 24. Octobris. Cæſar cum *Alberto* rediit gen *Roſenhaim*. Ibi exercitum dimittit, cognoverant enim per *Straubingenſes*, hoſtes paulatim *Landishuta* abſcedere, quorum ipſi aliquot ultra *Danubium* ſalvos conduxerant, reliqui per *Hallerthaw* ad *Neoburgum* properabant & ad *Haydeckh*.

25. 26. 27. 28. Cæſar cum *Alberto* rediit in *Kueſſtain*.

29. Octobris. Cæſar aſcendit ad *Ratenberg* & *Swatz*; *Albertus* verò ad interiora alpium, arcem *Uttenberg* & *Hopſgarten*, ubi ea nocte quievit, quibus inter eundum occurrit *Leonhardus* Archiepiſcopus *Salzburgenſis* & allata pecunia Cæſari de concepta mala ſuſpicione ſatisfecit; *Alberto* quoque liberalem ſe præbuit. Cæſar deinde hoſtes ad *Traunſtain* circumvenire meditatur; ſed illi id ipſum præſentientes milites mox abduxerunt ad *Troſperg* & *Burckhauſen* atque ita Cæſari locum vacuum reliquerunt. Quem tamen tanquam parum munitum poſtea XIX. Novembris recuperârunt & inde *Reichenhall* tentare conati eſſent, niſi per munitiones fuiſſent prohibiti. Hujus rei authores fuere: *Jorg von Roſenberg*, *Adam von Thörring* und *Sigmund von Thungen*, *Georgius* quidem globo ad *lapidem Törringenſem* ſeceſſit. Tandem 30. Novembris *Ulricus* von *Weispriach* & *Georgius von Senshaim* idem oppidum in *Alberti* poteſtatem rurſus redegerunt & viam vehendi ſalis ad *Roſenhaim* & *Monachium* aperuerunt.

30. Oct. *Albertus* cum aulicis ſuis pervenit *gen Lofer* & 31. cum eisdem & equitibus gen *Reichenhall*.

1. Novembris 2. & 3. ibidem quietum, & inſpectæ rationes coquendi ſalis, habitatores in fidem recepti, hoſtibus id fruſtra impedire conantibus.

4. Novembris. Reditum gen *Lofer* auf *Kützpuhel*.

5. *Albertus Kytzpuhel* ingreditur, quam prius circa Joannis Baptiſtæ hoſtes ſui juris fecerunt tandem verò Cæſar eam cum nonnullis propinquis locis pro ſuo intereſſe retinet, numeratis *Alberto* 10000. florenis.

6. usque ad 18. Decembris *Albertus* ad Cæſarem redit *gen Kueſſtain*, eumque per alpes ſequitur diebus 37. partim ad moleſtas venationes caprearum, partim ad inſpiciendum ea quæ Hallis & Oeniponte viſuntur.

19. Decembris. *Albertus Oeniponte* egreſſus redit gen *Ratenburg*, 20. gen *Aurburg*; 21. gen *Altenburg* an der *Mangfalt*, 22. ſalvus & incolumis *Monachium* intrat.

Interea temporis Cæſar & *Albertus* novam expeditionem mittit ad omnem Ducis *Georgii* regionem, qui minora loca in fidem recipiant eisque pecuniam pro incendio imperant Dux fuit *Reinprecht* von *Reichenberg*. ad eos hoſtes litteras mittunt plenas conviciis, quibus illi juſſu Imperatoris reſpondent & ſubſcribunt ſe *Ruedolf Fürſt zu Anhalt*, *Sigmund Graf zu Lupfen*, *Leonhart Herr zu Vels*, *Reinprecht von Reichenberg Ritter*, *Görg von Sainshaim* expeditio illa dicta eſt vulgò der *Kerab*.

Eodem tempore ex improviſo hoſtes oppidum *Vilshoven* adoriuntur & oppugnant, ſed illis maturè ſubvenitur per Dominum *Hieronymum de Stauff* & alios qui in præſidium intromiſſi ſunt: nempe *Sigmund Schwarzenſtainer* von *Englburg*, *Aſm Schilt*, *Michel Per* Mautner zu *Vilshoven*, Cæſar etiam indignitate rei exaſperatus (nam cœpta mentio de concordia per *Fridericum* & Epiſcopum *Friſingenſem* Palatinos) jubet ſuos ad *Anniſum* in ſubſidium accurrere ipſe etiam eodem properare cogitat, ſed hoſtes nihilominus murum ad 60. pedes demoliuntur & ibi per vim intrare nituntur, fortiter tamen ab oppugnatione repelluntur ducibus peditum *Walthern Algewer* und *Matheſen Peckh* rem ſtrenuè gerentibus, qui ex ſuis quinque tantum deſiderant. Hoſtes eadem nocte diſcedunt & cadavera ſuorum partim curribus avehunt partim in horreo comburunt, ne videlicet noſtri damnum illorum animadverterent, cum credibile eſſet non paucos nec parum nobiles interiiſſe.

Acceptis autem tot cladibus & quamvis Cæſar jam cogitaret de componendo negotio, hoſtes tamen non quieſcunt, ſed quæſito colore propter den *Kerab*, cujus ſupra facta eſt mentio, ipſi quarta Decemcembris *Landishutæ* cum 500. equitibus excurrunt, & usque *Neoburgum* atque *Rainam* omnia flammis infeſta faciunt. *Ingolſtadij* pontem incendunt, ſed præſidiarij eundem mox reficiunt.

XVII. Decembris. Iterum hoſtes excurrunt in *Alberti* ditionem & præfecturam *Haydaw*, ubi præda & flammis omnia vaſtant usque gen *Pferr*, inde eodem tenore per *Labertal* redeunt in cœnobium *Mallerſtorf* & poſtridie *Landshutam* revertuntur, nec enim *Straubingenſes* prohibere poterant diſperſis per præſidia militibus & multis in *Vilshoven* tranſmiſſis.

Quo tempore Cæſareani regionem *Rottel* & *Vilsthal*, præſertim *Pfarrkirchen* & *Ecknfelden* in poteſtatem redigunt eisque pecuniam imperant. *Bohemi* & alii accepto ſalvo conductu paulatim ſecedunt. De quo timendum fuit ne tumultus *Landshutæ* exoriretur, niſi Dux *Fridericus* cives præſentia ſua mitigâſſet. De pecunia etiam per *Cæſarianos* exacta murmurabant *Alberti* milites & conquerebantur quod nulla pars illius ad ſe rediret. Sed *Albertus*, qui non erat apud Cæſarem, eam injuriam patienter ferre coactus eſt.

24. Decembris, dum hoſtes *Ingolſtadii* ad pontem obſervant occaſionem deprædandi aliquot currus, *Ulricus Oberhamer* ex *Fridberg* & *Aichach* adveniens eorum conſilia animadvertit & *Ingolſtadium* denuntiat. *Ingolſtadienſes* excurrunt & undecim ex iis captivos abducunt.

Converſionis Pauli. Cæſareani pagum 1505. *Biburg* occupant & incendunt, Comitem de *Montfort* capiunt. Cum autem forte fortuna 100. equites hoſtium ſupervenirent & noſtros adorirentur eandem fortunam paſſi ſunt & ipſe ſupremus *Georgius Wisbeckh* in manus perveniſſet, ſi noſtri caſum præſcire potuiſſent. Capti tamen ſunt: Graf *Haug* von *Montforth*, Graf *Ludwig von Leonſtain*, *Zdislaw Herr zu der Lippeſchenck*, Ebrin Herr zu *Trautenberg*, *Hanns Guß* cum pluribus equitibus. Ex altera tamen periit *Georgius de Sennshaim*, & Mareſcalcus Ducis Lunenburgenſis cum aliquot nobilibus captus eſt, quorum nomina ſunt: *Ulrich Groß* Marſchalch, ain junger *von Fruntsperg*, *Jorg Puchler*, jung *Wolf Dietrich von Haunburg*.

1. Februarij: *Albertus* à Cæſare impetrat ſibi captivos tradi & *Monachium* deputari. Illi verò cum nollent conſentire in novam capturam, niſi priori fide liberarentur. Facta eſt liberatio per *Paulum de Liechtenſtain*, qui tunc fortè *Friſingæ* de conſtituendis induciis agebat.

Sequuntur Tractatus Pacis & Concordiæ in tertio Libro.

IN medio fervore belli cum *Philippus Palatinus* undique premeretur, nempe in *Alſatia* per Cæſarem, deinde aliis locis per Palatinum *Alexandrum in Veldentz* per *Ulricum Wirtembergenſem* & per *Landgravium Haſſiæ* coactus eſt tandem pati ut de pace & deditione mentio fieret, intercedentibus potiſſimum Archiepiſcopo *Treverenſi*, Epiſcopo *Herbipolenſi* & *Chriſtophoro* marchione *Badenſi*, ex altera etiam parte Epiſcopi *Salisburgenſis*, *Friſingenſis*, *Eyſtetenſis*, *Patavienſis* ſolicitârunt *Albertum* ut ſineret de pace agi. Idem etiam *Ludovicus* frater *Ruperti*, cui filia *Alberti Sidonia* jam dudum deſponſata fuerat, agebat. Sed *Rupertus* turbavit ea conſilia, Cæſar autem inſcio & indignante *Alberto* per *Chriſtophorum* Marchionem & Cancellarium ſuum *Nicolaum Ziegler* conſenſit *Philippum* in gratiam recipi & diem tractatus ad 4. Decembris conſtitui. Interim *Bohemi* in *Noricum* erumpunt, omnia vaſtant, tandem contractis auxiliis per Cæſarem, *Albertum* & alios fœderatos cæduntur 12. Septembris ad *Ratisponam*.

1504. 10. Sept. *Chriſtophorus* Marchio publicat inducias *Palatino* datas, usque ad feſtum *Georgii* poſt futurum, ea conditone ut interim *Philippus* ad conventum Imperii veniat, & quæ Cæſar ibi judicialiter vel alioquin ſtatuerit acceptet & obſervet datis fideijuſſoribus *Bambergenſi* & *Herbipolenſi* Epiſcopis, revocantur igitur qui in *Philippum* concitati fuerant principes, & hæc omnia ratificantur per Cæſarem & *Philippum*.

Lunæ poſt Mathæi. 1504. *Philippus* cavet de dimittendo ſuos milites & auxiliares.

Poſt tantos igitur motus qui priori libro notati ſunt Epiſcopi *Herbipolenſis*, *Eyſtetenſis* & *Friſingenſis* tracto in partes ſuas *Friderico Palatino*, pupillorum *Ruperti* poſtea tutore rurſus cœperunt agere de tractatu Pacis. Sed milites per *Rupertum Landshutæ* relicti, non potuerunt ab armis avelli nec cohiberi ab excurſionibus donec per ultimam expeditionem *den Kerah* delaſſati commeatum ultra Danubium peterent & *Landshutam* atque *Burckhuſium* penitus deſererent. Ii fuêre Comes *Wilhelmus* de *Hennenberg*, Landtgravius de *Leuchtenberg* cum aliis nobilibus.

Interea *Fridericus* Palatinus per Cæſarem vocatus conſtituitur tutor pupillorum *Ruperti Ottonis Henrici* & *Philippi* & cum eo firmantur induciæ usque ad paſca, in iis tandem compromittitur in liberam omnimodam diviſionem controverſiæ per Cæſarem fiendam.

14. Aprilis. Cæſar ea cauſa mandat *Alberto* & *Wolfgango*, ut deſiſtant ab armis & commeatum adverſariis non prohibeant &c.

Idem mandatur per Cæſarem omnibus imperii Statibus membris & ſubjectis generaliter &c.

Mercurii ante Georgii *Albertus* paria mandat ſuis officialibus, ut interim tamen cautè obſervent adverſariorum conatus &c.

Cæſar igitur Generalem Conventum *Coloniam* indicit & ibi juxta COMPROMISSUM pronuntiat inter partes ſequenti ordine.

LAUDUM *Cæſaris ſuper Controverſia Bavariæ Coloniæ 30. Julii editum Anno MDV.*

CONtinet principio brevem narrationem controverſiæ, & qualiter *Fridericus Palatinus* conſtitutus ſit tutor pupillorum *Ruperti* fratris.

Per eum & Duces *Bavariæ Albertum* & *Wolfgangum* in ſe factum COMPROMISSUM tanquam in judicem ordinarium.

Inſeritur COMPROMISSUM *Alberti* & *Wolfgangi* cum obligatione de non contraveniendo datum Aſcenſionis Anno MDV. *Monachii.*

Similis obligatio *Friderici* datum *Coloniæ* Jacobi Anno MDV.

Inſeritur etiam *mandatum Alberti* & *Wolfgangi* in perſonas *Ulrich* von *Waſſerſtetten* Thumherrn zu *Augsburg*; *Johann Adlman* Commenthur zu *Pluementhal*, *Wolfgang von Aham* zu *Wildenaw* Hofmaiſter, Ritter; *Sigmund* von *Rorbach* Hauptman zu *Regenſpurg* Ritter, *Hanns von Paulſtorf* Vitzdumb zu nidern Bairn, Doctor *Peter Paumgartner*, *Ludwig* von *Sennen*, *Bartholome Schrencken* Burger zu *München*, *Veith Beringer* Burger zu *Ingolſtat.* Datum Aſcenſionis 1505. ſuper quo ſequuntur Capitula Laudi:

1. Sublata ſit omnis controverſiæ materia.
2. *Friderico* tutori cedunt urbs & arx *Neoburg* & omnia ea quæ *Georgius* poſſedit ultra *Danubium* extra tamen *Ingolſtadium* usque ad redditus 20000. fl. & quatenus non attingunt eam ſummam addatur de propriis Ducis *Alberti* quæ habet in *Norico* ultra *Danubium* exceptis iis quæ per *Albertum* ſunt alienata.

   Quod ſi etiam iſta non ſufficiunt, ſtet in Cæſaris arbitrio de ſupplendo ex aliis bonis.
3. Ultra illa 20000. cedant *Friderico* alia 4000. eodem prorſus tenore.
4. Reliquæ ditiones per *Georgium* relictæ cedunt *Alberto* & *Wolfgango.*
5. Mobilia & clenodia in arcibus *Landshuet* & *Burckhauſen* cedant *Friderico*, exceptis clenodiis Eccleſiæ & communi ſupellectili. Reliqua mobilia relinquantur in ſuo quoque loco.
6. Tormenta ex æquo dividantur.
7. Ita & frumentum, niſi quatenus ad ſuſtentationem cujusvis loci relinqui debet.
8. Debita quæ quisque poſt mortem *Alberti* contraxit de ſuo ſolvat.
9. Sublata ſit omnis inclementia erga ſubditos & miniſtros.
10. *Georgii* libera debita ſicut & credita pertineant ad Fridericum ſed oppignorationes redundent ad Albertum.
11. Quælibet pars alteri cedet inſtrumenta ſuper bonis illius pertinentia.
12. *Fridericus* tutorio nomine bona illi addicta à Cæſare in Feudum accipiat, niſi quæ docuerit aliunde eſſe feudalia.
13. Subditis confirmentur privilegia.
14. *Friderico* tradantur intra feſtum Michaelis bona ſequentia;
    - *Neuburg* Schlos und Stat.
    - *Reichertzhoven* Schlos.
    - *Lauingen* Schlos und Stat.
    - *Gundelfingen* Schlos und Stat.
    - *Haydeckh* Schlos und Stat.
    - *Sulzbach* Stat.
    - *Lenngfeld* Schlos und Marckt.
    - *Velldorf* Schlos und Stat.
    - *Hemaw* Schlos und Stat.
    - *Calmuntz* Schlos und Marckt.
    - *Weiden* Stat, cum iſtorum pertinentiis.
15. Reliqua infra idem tempus tradantur *Alberto.*
16. Taxatio reddituum maturè fiat & finiatur infra feſtum Georgii, incipiendo per Conſiſtorios ut infra. Interea *Fridericus* pignoris loco teneat *Waſſerburg*, *Trawnſtain*, *Wald*, *Trosburg*, *Mermos*, *Marquartſtain*, *Cling.*
17. Pro *taxatione* & diviſione quælibet Pars tres eligat, quibus, ſi conſentire nequeant, Cæſar ſeptimum adjungat.
18. Salva maneat Cæſari declaratio ſuper omnibus punctis, ut tamen nihilominus procedatur in executione.
19. Sublatum ſit omne *bannum* & indignatio.
20. Salvum etiam maneat Cæſari Intereſſe ſuum ſuper bonis *Georgii* & quæ de iis alienavit.
21. Salvum etiam filiæ *Georgii*, quod ei debetur.
22. Vigore compromiſſi firmum permaneat iſtud *Laudum.*
23. Contraveniens puniatur in millione auri, præſentes fuere qui ſequuntur:

Hermannus Colonienſis }
Jacobus Treverenſis } Electores.
Fridericus Elector *Saxoniæ.*
Joachimus Elector *Brandenburgenſis.*
Georgius Bambergenſis }
Laurentius Herbipolenſis } Epiſcopi.
Conradus Monaſterienſis }
Joannes Dux *Saxoniæ.*
Henricus ſenior }
Henricus junior } Duces *Brunsvicenſes.*
Ericus }
Henricus Dux *Meckelburgenſis.*
Wilhelmus Dux *Juliacenſis.*
Chriſtophorus Chiemenſis }
Petrus Tridentinus } Epiſcopi.
Chriſtophorus Labacenſis }
Adolfus Comes de *Naſſaw Wisbaden.*
Utilo Fridericus Comes de *Zollrn* magiſter aulæ.
Philippus Comes de *Waldeck.*
Joannes Comes de *Holſtain & Schawnburg.*
Reinhardus Comes de *Reineckh.*

Sigismundus Comes de *Lupfen.*
Felix Comes de *Werdenberg.*
Chriſtophorus Pincerna Baro de *Hag.*
Gerlacus Comes de *Eiſenburg.*
Mathæus Lang Adminiſtrator *Gurcenſis* Præpoſitus *Auguſtenſis.*
Chriſtophorus de Schrovenſtain Coadjutor *Brixinenſis.*

Paulus de Liechtenſtain Mareſcalcus.	Conſiliarii Cæſaris.
Cyprianus de Serentein Cancellarius.	
Wolfgangus de Zullhardt Decanus *Auguſtenſis.*	
Sigmundus Pflueg.	
Eraſmus Tappler.	
Wilhelmus de Wolfſtain.	
Walther Wolf de Wolfsthal.	

Heringo Friſius.	Doctores.
Henricus Heiden.	
Valentinus de Dürckhaim Fiſcalis	
Joannes Schnaidtpeckh.	

Wilhelmus Mareſcalcus de *Bappenhaim.*
Legati civitatum *Argentinæ*
Lubeci
Auguſtæ
Francofurti.

1505. 20. Auguſti Cæſar mandat iſtud Laudum obſervari per officiales & ſubditos utriusque *Bavariæ.* Deinde pro executione iſtius *Laudi*, nempe ut quælibet pars cedat & tradat alteri ad quod tenetur, Cæſar conſtituit Commiſſarios *Joannem Druchſeß*, Baronem de *Waldburg* & *Bernhardum de Scherffenberg*; quibus mandat ut *Friſingam* concedant & ibi inter partes agant juxta inſtructionem eis datam; ii ergo citant partes ad diem exaltationis crucis; & *Albertus* quidem mittit legitimos procuratores:

Doctor *Dietrich von Plenningen* Riter.
Caſpar Winzerer Pfleger zu *Tölz.*
Hanns Rishamer Groszoller zu *München* und *Ludwigen von Sennen* Herzog *Wolfgangs* Secretarien.

Sed *Fridericus* primo mittit nudos excuſatores ſine mandato

Ludwigen von Habſperg Ritter.
Albrecht Nothaft.
David von Nusdorff.

Quibus non potuit perſuaderi ut ſe ſe intromittant vel *Fridericum* ipſum ſiſtant. Sequuntur ergò variæ citationes, comminationes & mandata. Interim prorogatur dies executionis usque ad feſtum S. Martini, & incidit controverſia de frumento per *Fridericum* alienato, & ſequuntur nova mandata monitoria & citationes donec *Fridericus* ipſe 13. Octobris *Friſingam* venit & poſtea procuratores miſit

Ludwigen von Habſperg	Ritter.
Adamen von Terring	
Ulrichen Alberſtorffer	

Sed ii ſtatim movent ſcrupulum quod à parte *Alberti* executio incipere debeat, contra verò *Albertus* arguit eam utrinque paribus paſſibus ambulare debere &c. ſuper qua diſputatione aliquot conſumpti ſunt dies. Tandem utraque pars nominat tres taxatores juxta Laudum, ſed Commiſſarii ſtatim præſcribunt modum qualiter ceſſiones hinc inde coram ipſis ante Martini fieri debeant, cum relaxatione ſubditorum & traditione inſtrumentorum &c. *Alberti* procuratores acceptant conditionem, ſed *Friderici* allegant, id ſibi non eſſe poſſibile cum diviſio & taxatio ſimul fieri debeat &c. igitur nihil amplius potuit agi, niſi quod *Albertus* petiit omnia Acta Cæſari transmitti idem & *Fridericus* dixit ſe ferre poſſe, ſalvo quod per ſe non ſtet quin executio debito modo fiat, de alienatione quoque frumenti ſe purgat exhibendo declarationem Cæſaris per quam reſtituuntur omnes rebelles etiam ad bona aliis promiſſa &c. Super hisce omnibus concludunt Commiſſarii relationem ſub utriusque ſigillo & ſubſcribit ſingula folia *Ambroſius Dietrich* Judicii cameræ Imperialis Protonotarius de dato 5. Novembris 1505.

XV. Novembris. Cum igitur per Commiſſarios nihil eſſet actum & prior *Fridericus* deinde *Albertus* jura & intentionem ſuam Cæſari expoſuiſſent, Cæſar novum modum præſcribit, nempe ut *Albertus* ſtatim bona fide deſignet quo pacto *Friderico* de 20000. ſatisfacere velit, eo facto Commiſſarii conſtituunt diem in quo ceſſio utrinque fiat nec retardetur per diviſionem, ſed quilibet princeps bona fide res dividendas in commune cuſtodiat, veniant etiam in diviſionem fructus, qui poſt Michaelis qui per quemlibet ex communibus bonis avecti ſunt. Ita & cuilibet ſuum quod ablatum erat, reſtituatur, & in omnibus aliis *Laudum* vim ſuam obtineat. Actum *Pataviæ* XV. Novembris, anno V.

Statim poſt hæc nominavit *Albertus* omnia ea loca per quæ *Friderico* de redditibus 24000. fl. ſatisfacere vellet &c. Et Cæſar deſuper declarat traditionem hinc inde fieri debere ſalvo de addendo vel minuendo quod taxaliter dederit. Relaxatio autem officialium & ſubditorum atque traditio inſtrumentorum utrinque fieri debeat ad feſtum *Scholaſticæ* idque *Friſingæ*, deinde realis ceſſio ad Dominicam *Lætare.* Eodem die Scholaſticæ debeant electi taxatores incipere diviſionem tormentorum & frumenti, modo prius præſcripto. Deinde iidem debeant facere taxationem ſuper bonis per *Albertum* ceſſis, ita ut ea compleantur ante feſtum S. Georgii, ad hanc rem addit Cæſar priores ſuos Commiſſarios & etiam tertium *Wolfgangum Zillnhart* Decanum *Auguſtenſem* qui inter taxatores debeant amicabiliter agere, quatenus autem omnino non concordaverint, reſervat Cæſar facta relatione *ein Obman zu ernennen* &c. Medio tempore nihilominus *Friderico* maneant ſua pignora. Fructus a die Michaelis percepti cuilibet computentur in portionem ſuam, reliquorum ablata reſtituantur. Hæc omnia ſtrictè obſerventur & *Laudum* permaneat in ſuo vigore; quæ omnia acceptarunt pro parte *Alberti:*

Georgius Præpoſitus montis *S. Petri Madron.* & Decanus *Monachii* ad S. Petrum.

Sigismundus de Rorbach Hauptman zu *Regensburg.*

Hanns von Peſſenhauſen Hofmaiſter.

Caſper Wintzerer der jünger Königlicher Rath und Pfleger zu *Tiernſtain.*

Pro parte *Friderici*: *Adam Thoringer, Windl von Haumburg.*

Acta & declarata per Cæſarem zu *Enns* den 18. Januarii Anno 1506.

Dominica eſto mihi. *Friſingæ* deinceps concordantur partes per Commiſſarios Graf *Ulrichen* zu *Montforth*, Herrn zu *Tetnang, Wolfen* von Zullnhardt Thumbdecant zu *Augsburg* und *Bernharden von Scherffenberg.*

1. De ceſſione fienda auf Oculi und Judica.
2. De ſtatim fienda diviſione.
3. Controverſiæ particulares dirimantur per ſex taxatores.
4. Regiſtra & Salbuecher ſtatim hinc inde tradantur & de modo fiendæ taxationis.

Auguſtæ Joannis Baptiſtæ. Facta ceſſione ortæ adhuc controverſiæ ſunt ſuper taxatione & pignoratione quæ per fœderatos *Ligæ Suevicæ* (m) auditæ & terminatæ ſunt modo quo ſequitur.

1. De hinc inde tradendis inſtrumentis, & de comunibus deponendis *Auguſtæ.*
2. De taxatione & inſpectione bonorum fienda usque ad Nicolai &c. ad quam inſpectionem ordinantur per fœderatos, Doctor *Auguſtinus Löſch*, und *Conrad Lacher* Stataman zu Ulm.
3. Facta taxatione pignora ſtatim relaxentur.

9. Decembris Cæſar declarat redditus 4000. fl. & aſſignat ſuper bonis per *Albertum* prius nominatis, in defectum autem nominat alia bona ad nutum *Alberti* usque ad quantitatem prædictam aſſignanda.

1507. Per tam multiplices tractatus *Albertus* non tamen potuit conſequi finem rei & ut pignora ſibi relaxarentur. Itaque quamvis cum multa difficultate Conſtantiam ad comitia ſe contulit & ibi Cæſaris ac omnium Statuum opem imploravit, præſertim tamen impetravit ab foederatis auxilia de recuperandis per vim pignoribus.

2. Julij. Qua re Cæſar motus rurſus novam declarationem promulgavit, in ea, propter priorum negligentiam alios Commiſſarios conſtituit, ſuo quidem nomine *Fridericum* Electorem Saxoniæ, *Alberti* verò Doctorem *Ludovicum Fergenhans*, & *Friderici*, *Erneſtum de Welden*, iis rurſus formam taxandi præſcribit & plura exorta dubia diſcernit. Cavet ut pignora ante feſtum *Laurentii* omnino reſtituantur, conditionibus tamen adjectis & inter alia utramque partem ultra fidem datam ad Fidejuſſoriam cautionem compellit &c. Dux *Wolfgangus* cœpit tunc non amplius eſſe in conſideratione, idque expreſſis verbis teſtatum eſt.

Nam inter hæc omnia *Albertus* cum fratre ſuo *Wolfgango* transegerat, concedendo ei donec viveret partem quandam ditionis & deinde inter liberos diſponendo de regendo in perpetuum per unum ſolo ducatu, ita ut reliqui Ducis nomine abſtinerent; quod & provinciales ratum habuere & Cæſar confirmavit. Geſta ſunt ea circa feſtum *S. Udalrici* anno 1506. ſed ejusmodi diſpoſitio poſtea anno 1514. & 1515. penitus abolita eſt, & poſt varios tractatus fratres ipſi inter ſe, ne inde novi motus orirentur, ſecreto conciliârunt atque concordârunt. Tandem poſt multas & graviſſimas difficultates ſecuta eſt taxatio & ex tota *Bavaria* ceſſerunt bona iis qui infra notantur.

Herzog Ott Heinrichen und Herzog Philippſen aus Herzog Jorgen Landt &c.

1. Newburg *ſambt dem* Weihringer-*Vorſt Slos, Stat und Landgericht.*
2. Burckhaim *Marckt und Gericht.*
3. Lauging *Slos Stat und Gericht.*
4. Hochſtet *Slos Stat und Landvogtey ſambt* Faymingen *und* Thatnhauſen.
5. Gundelfingen *Stat und Gericht mit ſambt* Burckhagl *und* Stauff.
6. Monhaim *Stat und Gericht.*
7. Hilpoltſtain *Slos Stat und Landgericht.*
8. Haydeck *Slos Stat und Landgericht.*
9. Graispach *Slos und Landgericht.*
10. Reickherzhoven *Slos Marckt und Landgericht.*
11. Laber *Slos Marckt und Landgericht.*
12. Haillsperg *Slos und Gericht.*
13. Allerſperg *Slos Marckt und Gericht.*
14. Weiden *Stat.*
15. Barckſtain *Slos, Landgericht.*
16. Floſſenburg *Slos und Landgericht ſambt den Märckhen* Flos, Erndorf, Vahendros, Kaltenbrun.

Eisdem aus Herzog Albrechts *Fürſtentumb aufm* Norigkhew.

17. Sulzbach *Slos Stat und Landgericht.*
18. Lengveld *Slos Marckt und Landgericht.*
19. Regenſtauf *Slos Marckt und Gericht.*
20. Velburg *Slos und* Veldorff *Stat und Gericht.*
21. Calmüntz *Slos Marckt und Gericht.*
22. Schwaigndorf *Stat und Gericht.*
23. Schmidmüln *Marckt gen Lenfeld.*
24. Hembawer *Stat und Gericht.*

(m) In marg. Des Bunds Hauptlevvt: *Hainrich* Biſchof zu *Augsburg*, *Fridrich* Marggraf zu *Brandenburg*, *Ulrich* Herzog zu *Wirtenberg.*

Eisdem von den Flecken vorm Waldt *Herzog* Jörgen *gehörig geweſen.*

25. Hengerſperg *mit ſampt dem Cloſter* Nider-Altach *ſovil jenhalb der* Thonaw *darzue gehörig.*
26. *Schlos* Pernſtain *und Stat* Gravenaw *ſampt dem Landgericht.*
27. *Marckt* Schönberg.
28. *Marckt* Hofkirchen.
29. *Slos* Hilckerſperg.
30. *Slos* Eckh.
31. *Slos* Dieſenſtain.
32. *Slos* Ranfels.

In marg. *Hat Herzog* Albrecht *wider an ſich gelöst umb* 85000. *fl. ut infra.*

Graf Eitl Fridrich *von* Zollrn *Königlicher Majeſtät Hofmaiſter, iſt aus Herzog* Jörgen *Verlaſſung hingeben:*

Spitz *und* Schwalnpach *Herrſchaft in* Oeſterreich.

Dem von Wirtenberg.

Heleſtain *Slos, ſampt der Stat* Haidenhaim *und das Landgericht im* Prentztal *mit den zugehörigen Clöſtern.*

Marggraf Fridrichen von Brandenburg.

Die Freienſtat *im Landgericht* Hirsperg, *aber die* Pfaltz *wider an ſich bracht.*

Denen von Nürnberg.

Reichenegkh *Slos und Landgericht.*
Härſpruckh *Stat und Gericht.*
Lauffen *Stat und Gericht.*
Allerſperg *Slos, Marckt und Landgercht.*
Hohenſtain *Slos.*
Das Slos Connſtain *iſt auch vergeben worden, non dicit cui.*

Herrn Hannſen Langenmantel *Riter Hauptman im Bundt zu* Schwaben *und Burgermaiſter zu* Augsburg.

Slos und Herrſchaft Wolfsperg *und* Ygling *oberhalb* Landſperg.

Den Grafen von Öting *iſt in ain Vertrag wider zuegeſtellt.*

Balldern *Schlos und Herrſchaft.*

Wolfen Länckhover *und darnach* Hilbranden Kutſcher *iſt geben worden.*

Ellenkhoven *Schlos und Hofmarch zwiſchen* Schwaben *und* Waſſerburg.

Herr Caſpar Winzerer Ritter &c.

Brandenburg *Schlos und Hofmarch vorm Gebürg.*

Herrn Paulſen *von* Liechtenſtain *Freyherrn zu* Khaslkhorn.

Marquartſtain *Slos und Herrſchaft, aber hernach wider gelöst umb* 10000. *fl.*

Der Stat Braunaw.

Vorſtern *Sitz und Hofmarch.*

Herrn Bernhardin von Stauff *Herrn zu* Ernvels.

Schonnberg *Slos und Herrſchaft oberhalb* Thumbſtauff, *hat Graf* Wolt *von* Kolberg *von den* Haslpecken *kauft, aber Herzog* Jorg *im eingezogen.*

Den Herrn von Bern *nach Herzog* Albrechten *Tod.*

Waldt *Slos und Herrſchaft bey* Burckhauſen.

Herrn Hannſen von Peffenhauſen *Riter der Fürſten Hofmaiſter.*

Eberspeunt *Märckt und Hofmarch.*

Graf Chriſtofen von Ortenberg.

Matigkofen *Schlos Marckt und Herrſchaft iſt zuvor Herr* Friderichen Holluppen *Riter, verleibt geweſen.*

Khönig Maximilian *hat für ir Majeſtet Intereſſe und Innhalt ſonderer Vertreg aus Herzog* Jörgen *Land eingenomen.*

1. *Schlos und Stat* Ratenberg *am Ynn und das Lyberstal dabey.*
2. *Schlos und Stat* Kueffſtain *am Yn ſambt den Welden und Hollzern, ſo in der Herrſchaft Kützbühel gehörig, ſo vil Kayſerlicher Majeſtet und irer Grafſchaft* Tyrol *zu iren Perckwercken und andern Notturften dienen mag.*
3. *Schlos* Newburg *am Yn oberhalb* Paſſaw.
4. *Schlos* Rennaridl *an der* Thonaw.
5. *Die Grafſchaft* Kirchberg.
6. *Stat und Herrſchaft* Weiſſenhorn.
7. *Obenhauſen und was von den Varbern von Ulm herkhumbt.*
8. Martſteten *und* Puech.
9. Pfaffenhoven *bey* Ulm.
10. *Schlos* Schmihen *am* Lech.
11. *Item* Werder *und* Weiſſenburger *Vorſt zu des Reichs Pfleg daſelbs gehörig.*
12. *Die* Werder Awen *zu der Marggrafſchaft* Burgaw *gehörig.*
13. *Die Gerechtigkait ſo* Herzog Jorg *auf* Ellerbach *gehabt.*
14. *Die Vogteyen und Schürm über die Stift* Salzburg *und* Paſſaw.
15. *Die Gotzheuſer* Varnbach *am Yn und* Khönigsbrun *bey* Giengen.
16. *Das rot und ſchwarz Wild und alle Fürſtliche Obrigkeit ſo in der Marggrafſchaft* Burgaw *zwiſchen der* Donaw Lech *und* Wertach *ſeyen.*
17. *Die Juden und anders zu* Regenſpurg *ſo weiland Herzog* Jörgen *verpfennt geweſen.*
18. *Das rot und ſchwarz Wild zu* Spitz *gehörendt ſambt aller Fürſtlichen Oberkait daſelbs.*

Item in ainer ſondern Verſchreibung.

19. *Herrſchaft, Schos und Stat* Kytzbühel.

20. *Die Vogtey* Männſee *ſambt dem Doſer* * *daſelbs.*

* in Cod.

21. *Schlos* Wildeneckh.

Das ybrig von Herzog Jörgen *Landt iſt Herzog* Albrechten *bliben*, *wie folgt*:

1. Landshut *Stat*, *Schlos ünd Gericht.*
2. Arding *Stat und Landgericht ſambt* Wardenberg *den Marckt.*
3. Mosburg *Stat und Landgericht.* Nandlſtat *Marckt* Iſereck *Schlos.*
4. Wolnzach *Schlos und Gericht.*
5. Rätzenhoven *Schlos und Gericht.*
6. Rotenburg *Schlos*, *Marckt und Landgericht.* Pfaffenhauſen *Marckt.*
7. Kirchberg *Schlos und Landgericht.* Geislhering, Pfaffenberg, *Märckt.*
8. Eckmül *Schlos und Marckt.*
9. Teispach, *Schlos Marckt und Landgericht.* Frontenhauſen, Ergoltspach, Pillſing *Märckt.*
10. Reispach *Marckt und Gericht.*
11. Dinglfing *Stat und Gericht.*
12. Landaw *Schlos*, *Stat und Landgericht.* Euchendorf, Symbach *Märckt.*
13. Oſterhoven *Stat und Gericht.*
14. Natternberg *Schlos und Gericht.* Plädling *Marckt.*
15. Vilshoven *Stat und Landgericht.* Pleinting *Marckt.*
16. Griespach *Schlos*, *Marckt und Landgericht.*
Münſter, Koslarn *Märckt.*
17. Reichenberg *Schlos und Landgericht.*

18. Ecknfelden *Marckt und Gericht.*
19. Pfarrkirchen *Marckt und Gericht.*
Trufftern.
Mäſſing.
Wurmansweick.
} *Im* Rottal.

20. Gangkhoven *Marckt und Gericht.*
21. Gaiſenhauſen *Marckt und Gericht.* Harbach.
22. Biburg *Marckt und Landgericht.* Vellden *Marckt.*
23. Neuenmarckt *Marckt und Landgericht.* Wintzer *Schlos*, *ain Tail.*
24. Crantſperg *Schlos und Landgericht.*
25. Burckhauſen *Schlos und Stat.*
26. Brawnaw ***im obern*** Weilhardt *Stat und Landgericht.*
27. Uttendorf *Marckt und Gericht.*
28. Julbach *Schlos und Gericht.*
29. *Herrſchaft* Lenberg, Thann *und* Märcktl *ſind zwen Märckt und Gericht.*
30. Scherding *Schlos Stat und Landgericht.*
31. Ried *Schlos Marckt und Landgericht.*
32. Fridburg *im* Matich-*Thal und Gericht.*
33. Oting *Schlos und Landgericht.*
34. Cling *Schlos und Landgericht.*
35. Krayburg *Schlos*, *Marckt und Gericht.*
36. Trosperg *Schlos*, *Marckt und Gericht.*
37. Mermoſen *Schlos und Gericht.*

*

* Hoc loco erat hiatus in Cod. meo.

38. Waſſerburg *Schlos und Stat auch Gericht.*
39. Trawnſtain *Schlos*, *Stat und Landgericht.*
40. Roſenhaim *Schlos*, *Marckt und Landgericht.*
41. Reichenhall *Schlos*, *Stat und Gericht.*
42. Karlſtain *Schlos und Gericht*, *iſt dem* Fröſchl *auf ewig verſchriben.*
43. Marquartſtain *Schlos und Gericht haben die Fürſten wider an ſich gelöst.*
44. Ingolſtat *Schlos*, *Stat und Gericht.*
45. Köſching *Schlos*, *Marckt und Gericht.*
46. Gerolfing *Schlos und Gericht.*
47. Rain *Schlos*, *Stat und Landgericht.*
48. Aichach *Schlos*, *Stat und Landgericht.*

Inchenhoven
Ainling
Kuebach
Altomünſter
} Märckt.

49. Schrobenhauſen *Stat und Gericht.*
50. Fridberg *Schlos*, *Stat und Gericht.*
51. Wemding *Schlos*, *Stat und Gericht iſt in ainen Vertrag durch die Fürſten wider erkauft worden*, *von Herzog* Ott Heinrich *und Herzog* Philippſen *Vormunder.*

Folgt Herzog Albrechts *vorgehabts Fürſtentumb*, *auſſer deſſen was im Vertrag davon komen wie obſtet.*

1. München *Schlos und Stat.*
2. Schwaben *Schlos*, *Marckt und Landgericht.*
3. Aibling *Schlos*, *Marckt und Landgericht*,
4. Aurburg *Schlos und Gericht.*
5. Töllz *Schlos*, *Marckt und Gericht.*
6. Wolferzhauſen *Schlos*, *Marckt und Gericht.*
Holzkirchen *Marckt.*
Schlos Gryenwaldt.
7. Starnberg *Schlos und Gericht.*
8. Weilhaim *Stat und Landgericht.*
Pael *Schlos.*
Murnaw *Schlos und Marckt des Cloſters* Ettal.
9. Schongaw *Schlos*, *Stat und Gericht.*
10. Rauchen Lechsberg *Schlos und Gericht.*
11. Landſperg *Schlos*, *Stat und Gericht.*
Dieſſen *Gericht.*
Weiſſenberg *Schlos.*
Liechtenberg *Schlos.*
Hagnenberg *Schlos.*
12. Moering *Schlos und Gericht.*
13. Vohburg *Schlos*, *Marckt und Gericht.*

Pfering
Geymershaim
Sygenburg
} *Märckt.*

14. Alltmanſtain *Schlos*, *Marckt und Gericht.*
15. Abenſperg *Schlos*, *Marckt und Gericht.*
16. Rietenburg *Schlos*, *Marckt und Gericht.*
17. *Landgericht* Hirſchberg.
18. Neuenſtat *Stat und Gericht.*
19. Mainburg *Schlos*, *Marckt und Gericht.*
20. Pfaffenhoven *Stat und Landgericht.*

Geiſenfeld
Hohenwart
} *Märckt.*

21. Dachaw *Schlos*, *Marckt und Landgericht.*

Menzing
Nenhoven
} *Schlos.*

In nidern Bairn.

22. Straubing *Schlos, Stat und Landgericht.*
23. Dietfurt *Stat und Gericht.*
24. Kelhaim *Schlos, Stat und Landgericht.* Lanquad *Marckt.*
25. *Vor* Stat *und Gericht* am Hof *bey* Regensburg.
26. Abbach *Schlos, Marckt und Gericht.* Leonſperg *Schlos.*
27. Haidaw *Schlos und Landgericht.*
28. Sigenſtain *Schlos und Gericht.*
29. Thumſtauf *Schlos, Marckt und Gericht.*
30. Mitterfels *Schlos und Landgericht.* Pogen *Marckt.*
31. Viechtach *Marckt und Gericht.*
32. Renng *Marckt und Gericht.* Newen Ramſtet *Schlos.*
33. Valckenſtain *Schlos, Marckt und Gericht.* *
34. Furth *Schlos, Stat und Gericht.*
35. Newenkirchen *Schlos, Marckt und Gericht.*
36. Eſchkemb *Schlos, Marckt und Gericht.*
37. Kötzting *Schlos, Marckt und Gericht.*
38. Teckendorff *Stat und Gericht.*
39. Halls *die Graffschaft iſt erkauft durch Herzog* Wilhelm *und Herzog* Ludwigen.

* In marg. *Iſt vergeben hat iezt Pienzenawer.*

So iſt der Niderwald *wie hievor ſtet durch die iezvermelten Fürſten laut des Vertrags zu* Ingolſtat, *von Herzog* Ott Hainrichens *und Herzog* Philippſen *Vormunder Herzog* Fridrichen *erkauft.*

Mors Philippi *Electoris &* Alberti.

1508.

PHilippus quidem *Palatinus* Elector ſtatim poſt promulgatum *Laudum* obiit, nihilominus tamen *Albertus* Dux propter difficultates taxationis per *Fridericum* & Cæſarianos motas, non potuit obtinere poſſeſſionem *Landshutæ* & *Burckhuſii* donec in *Conventu Conſtantienſi* opem & auxilium fœderatorum impetravit, per quos inductus in poſſeſſionem non multo poſt, anno octavo, menſis Martii die decimo animam Deo reddidit, relicto ſucceſſore *Wilhelmo* filio pupillo ſub tutoribus teſtamento ſcriptis; *Philippo* autem ad *rhenum* & in *ſuperiori palatinatu Ludovicus* filius ſucceſſerat. Igitur in conventu Principum quem fortè Cæſar anno novo *Wormatiæ* celebrabat cœperunt utriusque Principis Conſiliarii tractare quo pacto rebus *Bavariæ* extra Cæſarianos mederi poſſit, & pro firmiori vinculo deſponſarunt *Ludovico* ſororem *Wilhelmi*, *Sibillam*, iisdem omnino conditionibus, quibus antea *Sidonia* ſoror præmortua deſponſata fuerat, deinde circa feſtum S. Viti conceperunt quædam capitula, de quibus per miſſos utrinque quatuor Conſiliarios *Ingolſtadii* circa Jacobi agi deberet. Sunt autem ea quæ ſequuntur:

1. De ſolvenda pecunia quam *Georgius* Eccleſiæ *Ottingenſi* debitam reliquit.
2. De permutandis & redimendis bonis prius ceſſis.
3. De ponte in *Morichshaim.* *
4. De XV. libris Vogtey von *Geiſenfeld* gen *Reichartshoven.*
5. De Controverſia *Eckh* und *Hilckerſperg.*
6. De tradendis invicem fideliter inſtrumentis.
7. De Controverſia der *Mosleben.*
8. De vineis propè *Lengfeld.*
9. De redemptione bonorum pignoratorum.
10. De avectione tormentorum.
11. De fructibus perceptis non computandis.
12. De alienatis *im Ambt Haydeckh.*
13. De telonia & via *zu Hemmaw.*
14. *Beyzoll zu Kelhaim.*
15. De frumento in *Burckhauſen.*
16. De complenda ſumma *der* 24000. *fl. Nutzung.*
17. Eintrag vom Pfleger zu *Thunawerdt.*
18. De vaſallagiis propè *Laugingen.*

* alias *Marchshaim.*

A.1509.

Hæc ita deliberata ſunt ſine præjudicio cujusvis partis, per Conſiliarios qui ſequuntur, *circa Viti*:

Johann von Morshaim der Pfalz Hofmaiſter.
Zeiſolf von Adelzhaim Vogt zu *Haidelberg.*
Herrn *Hieronymus von Stauff* Herrn zu *Erenfels.*
Hanns von Cloſen.
Diether von Plieningen, allen drew Rittern.
Doctor *Joann Lupfdich.*
Hanns von Sickingen } Ritter.
Adam von Torringen }
Ulrich Thengler Landvogt zu *Höchſtet.*

Igitur de propoſitis ſupra & aliis nonnullis articulis ſecuta eſt poſtea concordia circa Laurentii feſtum *Ingolſtadii* facta, nempe:

1. Eccleſiæ *Oettingenſi* ſatisfiat per alia clynodia ſufficientia pro debitis.
2. *Wilhelmo* reſtituantur inferioris provinciæ bona *Pernſtain*, *Ranfels*, *Droſſenſtain*, *Hilckerſperg*, *Hengerſperg* & *Eckh*, & pro iis aſſignentur *Friderico* 4250. annui redimendi per 82000. in ſorte, & pro ſupplemento 24000. aſſignentur alii 5000. redimendi per 100000. fl. de quo ſufficienter caveatur, atque ita liberetur *Wilhelmus* ab omni onere *Laudi* & totaliter quietetur.

   Inſtrumenta hinc inde bona fide conquirantur & tradantur, *communia* deponantur *Auguſtæ* vel alibi.

   Civitas *Wemding* liberetur à Comitibus in Otting & ita detrahatur in ſumma ſupra notata.
3. *Reichertzkoven* permutetur cum *Raina*, pactis ibi appoſitis, ad arbitrium tamen *Wilhelmi.*
4. Pons in *Marchshaim* dependet à tertio articulo. Ita & XV. libræ annuæ de *Geiſenfeld.*
5. Der *Mosleben* halben fiat informatio per *Rentmaiſter* & concordetur.
6. Vineæ ad *Lengfeld* diſcernantur ut ibi.
7. Liceat *Friderico* redimere oppignorata.

8. Tormenta dividantur de quæ ſunt in *Wembdingen.*
9. Alienata in Ampt *Haydeck*, partim concordentur nempe *mit dem von Stauff; Doctor Pleininger*, relinquantur ſua ex gratia. mit dem *Holtzſchuecher* agatur jure &c.
10. *Friderico* remanent *der Beyzoll zu Kelhaim.*
11. *Feuda Laugingenſia* pertineant ad eos in quorum territoriis ſunt ſita.
12. Fructus percepti non computentur ſi quidem permutatio *Rainæ* effectum ſortietur. Alioquin ſuper iis arbitrentur Herr *Hanns Landſchad* Riter und *Hanns von Mörshaim* Hofmaiſter.

Hæc omnia rata maneant & confirmentur per Cæſarem &c. datum ſub ſigillis principalium *Ingolſtadii* Lunæ poſt Laurentii 1509.

Sequitur confirmatio Cæſaris de dato *Bulſon* 24. Decembris 1509.

Eodem tempore concordata ſunt etiam puncta quæ non fuit neceſsè inſerere, quia ut plurimum pertinent ad executionem reſtitutionis *des nidern Walds*, & ad controverſias privatarum perſonarum, de quibus tamen ſpecialis notula de eodem dato concipitur, & in ea reſervatur Punctus *des Landgerichts Hirſchberg.*

1509. Omnium Sanctorum. Obligatio *von den järlichen Gülten 9250. fl. ablöſig, je ain Gulden mit 20. thuet Haupt Summa 185000. fl. darin verſchreiben ſich erſtlich die Vormunder hie benennt:*

Tutores Wilhelmi Ducis.

Wolgangus Dux &c.
Joannes Neuhauſer *Decanus* Ratiſpon. *Præpoſitus* Monacenſis *&* Ottingenſis, *Cancellarius.*
Joannes de Scala *Dominus* Veronæ *&* Vincentiæ, de Waldt &c.
Joannes de Peſſenhauſen *zu* Reichertzhauſen *und* Eberspeunt *Riter, Hofmaiſter.*
Georg von Trenbach *zu* Waltperg.
Bartlme Schrenck *zu* München.
Veith Beringer *zu* Ingolſtat *Burger &c.*

Und dan Herzog Wilhelm *für ſich ſelbs und ſeiner lieb. Bruder Herrn* Ludwigen *Grafen zu* Vohburg *und Herrn* Ernſten *Grafen zu* Rietenburg *aus den Herzogen in* Bairn *ehlich geboren, als ſelbsgelter &c. werden zu Bürgen auf die Laiſtung die namhafte vom Adl im Landt und drew Stet &c.*

Nota: *diſe Verſchreibung iſt erlediget worden Anno* 1542. *mit* 140000. *fl.* nam reliquum antea paulatim erat redemptum.

Darauf hat Herzog Fridrich *des* Collniſchen Spruchs *und aller Sachen halben quittiert Martini* 1509. *Purificationis* 1510. *quitiert Herzog* Fridrich *umb* 5000. *fl. die* Hanns von Dachsperg *auf beden Ampten* Eckh *und* Rannfels *gehabt. Purificationis* 1512. *quittiert Herzog* Fridrich *umb* 4000. *fl. die im auf ſein Begern abgelöſt werden.*

Dominica vocem jucunditatis 1510. Facta eſt diviſio controverſorum feudorum circa *Lauging.* Cum autem permutatio de *Raina* cum *Reichartzhoven* non ſequeretur, arbitratores *Morshaim* & *Landshut* minuta quædam puncta, utpote de Ponte in Marchshaim & ſimilia per Laudum tunc ab ipſis promulgatum. *

* Videntur quædam omiſſa.

Per eosdem quoque actum quidem eſt Anno 1515. de terminis territorii *Neuburgenſis* & venatione ejuſdem loci, ſed propter ingruens bellum *Würtembergenſe* nihil concluſum, usque poſt anno 1522. concordia ſecuta eſt de variis punctis ibi comprehenſis. Actum *Ingolſtadii* ultima Auguſti Anno 22. &c. 1515. 1522.

De inſtrumentis quidem *Fridericus* multa confusè egit eaque ex *Landshuta Neoburgum* avexit, quæ deinceps *Auguſtæ* inſpecta ſunt, & *Friſingæ* depoſita.

Hæc ſunt quæ tota illa cauſa hæreditaria *Georgii* Ducis *Bavariæ* ſummatim notatu digna videbantur, nam alioquin tota illa geſta tribus voluminibus comprehenſa pro non otioſa rei memoria in *Archivo* Principis cuſtodiuntur.

ANONYMI BAVARI
BREVIARIUM BELLI BAVARICI
AB EXCESSU GEORGII DIVITIS EXORTI.

Ex Codd. MSS. coævo.

Monitum prævium.

Cum ferè nihil ſit quod de hoc ſcripto præfari poſſimus, cujus auctor ignotus eſt, parum etiam Lectorem morabimur. *Ingolſtadienſem* fuiſſe, narratio paulo curatior rerum in ejus urbis vicinia geſtarum, facile nobis perſuadet. BELLUM PALATINO-BOICUM etſi breviter & curſim proſequatur, non rerum tamen minus quam temporum modum rationemque tenet exactiſſimam. Codex è quo edidimus, coætaneus ferè eſt, & fortè autographus. Præmitti prolixioribus, quæ hactenus protulimus, ejusdem argumenti ſcriptis potuit, & etiam debuit; ſi maturius in manus noſtras incidiſſet, quod quaſi brevem Hiſtoriæ illius anacephaleoſin exhibeat: ſed, ut ſolet rariſſimus fortuitis ordo contingere, tardius repertum, poſtremo loco exhibemus, primo futurum, ſi primo legeris.

Anonymi Breviarium Belli Bavarici.

MDIII. DEs *Jars als man zalt von Geburt Chriſti unſers lieben Herrn MD. und im dritten Jahr, am Pfinztag vor Sant Michels Tage iſt* Herzog Georg *blödes Leibs gen Ingolſtat komen, des willens in das Wildbad* Badaw *ze ziehen, und nicht weiter dan bis gen* Lauging, *und am Pfintztag nach Michaelis widerumb gen* Ingolſtat *komen, daſelbs bis an ſein End verharret.*

Am Erchtag vor Simonis und Judæ iſt Herzog Rueprecht *bemelten Herzog* Georgens *Ayden und Schweſter* Son *zu* Ingolſtat *in das alte Schlos eingeritten der Mainung das Land* Bayrn *Herzog* Georgen *zugehörig einzunemn.*

Am Sontag Sanct Lienharts Abend ſein Herzog Albrechts *und Herzog* Wolfganges *Gerechtigkait brieflicher Urkund ain Rat überantwurt und verrer dieſelben Brief am Erchtag vor Martini dem Herzog* Georgen *geantwort, und abermals an* Veitten Beringer *und* Wilbolten Swaben *deſſelben Tags Erbhuldigung begert worden, die Gemain daran ze weiſen.*

Am Freytag vor Martini ſein die Königlich Mandat aim Rath zuekomen, und die verrer Herzog Georgen *geantwort worden.*

Am Freytag Sant Khatherinen Abent haben ſich Graf Balthaſer *von* Schwarzburg, *Herr* Bernhardin *von* Stauff, *und* Ulrich Alberſtorffer *als Hawptleut aim Rath angeſagt.*

Am Freytag nach Andreæ Apoſtoli iſt geweſen der erſt Tag Decembris hat Herzog Georg *ſeine lezte Tag ze Morgens bald nach ſiben als er Meß gehört het, beſchloſſen.*

Am Montag nach Nicolai iſt ain Landſchaft zu Landshuet *gehalten und in Leben Herzog* Georgen *ausgeſchriben worden.*

An Sanct Niclas Tag iſt Herzog Georg *zum Thor ausgetragen und gen* Landshuet *gefüert worden, der die Nacht zu unſer lieben Frawen in der Kirchen enthalten worden iſt.*

Am Pfinztag unſer lieben Frawen Abent irer Empfengnus hat ain Rath vil Ordnung furgenomen, und an ihrem Tag all Handwercks Geſellen Pflicht ton.

Am Montag darnach hat ain Rat Herzog Georgen *beſungen.*

Am Freytag Lucæ iſt die erſte Gemain im Cloſter gehalten.

Am Sambstag vor Nativitatis Chriſti ſein die Franckiſchen Reitter, nach dem ſy ausgeſchaft ſein, weg geritten, und zu Marckhsham *uber auf Freyſing zue, und zu* Burckhauſen *einkomen.*

Anno

Anno Domini MDIIII.

AM Sontag nach Appolloniæ hat ain Rath auf Begern des Regiments zu Landshuet zwainzig Gerüſter ze Fueſſen geſchickt, bey ihn, in Gehorſam daſelbs zu erſcheinen.

Am Mitwochen nach dem newen Jars Tag bemelten Jars, iſt Herzog Rueprecht mit gemainer Landſchaft vertragen und durch ihn nit gehalten worden.

An Mitwoch nach Palmarum iſt Herzog Albrecht und Herzog Wolfgang mit gemainer Landſchaft vertragen worden.

Am Erchtag nach Sontag Judica, als Wilbolt Schwab, Caſpar Feſel vor der Hannenkhemplin fenglich añemen wellen, haben ſich etlich in der Gemain embört und zuegeloffen demſelben Beyſtand zethon.

Am Suntag vor Erhardi ſein die Geſanten von gemainer Landſchaft gen Augsburg komen, daſelbs von Koniglicher Majeſtet zwiſchen der Fürſten zehandeln, Frid und Son zemachen.

Am Erchtag vor Geory, iſt die Urtel durch die Khöniglich Majeſtet zwiſchen der Fürſten ergangen.

Am Mitwochen den 24. Tag Aprilis iſt die Stat Landshuet eingenomen worden.

Am vierdten Tag des Monaths May hat die K. M. Herzog Ruepprechten, ſein Gemahel und all ir Helffer in die Acht und Aberacht thon.

Am Pfinztag nach Invocavit hat Herzog Ruepprechts Gemahel an Rat und Gemain begert, ſy einzelaſſen und Erbhuldigung ze thon.

Am Mitwoch nach Sontag Jubilate iſt geweſen der erſt Tag des Mayen, hat Herzog Ruepprecht Neuburg eingenomen.

Am Samstag nach Scholaſtica iſt der Landtag zu Aichach angangen und am achtzehenten Tags des Monaths Februarij der erſt Tag gehalten, und von Tag zu Tag gehandelt worden.

Am Erchtag nach Sontag Invocavit ſein der, von Ingolſtat Geſandten vor den Regenten Ober - und Niderlands, auch den Geſandten von Augsburg in Verhörung gegen den Ambtleuten zu Aichach erſchinen.

Am Samstag vor Sontag Oculi und Montag darnach gehandelt, zwiſchen Rath und Gemain als der bös Sam in die Gemain geſäet, was im newen Schlos und am Erchtag darnach haben Herr Bernhartin von Staff ain Rat und ganze Gemain mit Aydspflichten von newem widerumb ſich verpflicht.

Kriegsübung.

AM Montag nach Miſericordia Domini hat Herr Ruedolf von Haslang auf dem Tanzhaus zwiſchen Rat und Gemain gehandelt und wider zu Vergleichung und Ainigkait bracht.

Am Sampstag vor Sophiæ virginis hat Herzog Rupprecht die erſt That zu Neuburg ausgericht, erſtlich des Scheurers Hof Aiglſpach, Illmerdorf, Ernsgaden, Lindkirchen, und ſunſt vil Döffer verbrennt und her dishalb der Thunaw das Cloſter Ror umb ain tauſent Gulden brandgeſchäzt und auf den Tag Rätzenhoven eingenomen.

Am Montag nach Exaudi, iſt geweſen der XX. Tag des Monaths May ſein Herzog Albrecht und Herzog Wolfgang mit der Wagenburg auf ain tauſent Pferdt und darauf acht tauſent Knecht angeſchlagen, gen Reichertzhoven und am Erchtag darnach gen Ingolſtat komen.

Am Pfinztag darnach hat Rat und Gemain baiden Fürſten geſchworen.

Am Freytag vor Pentecoſtes ſein Marggraf Caſimirus und ſein Vatter Marggraf Fridrich mit ſechs hundert Pferden zu Ingolſtat, und am Pfingſt Abend die Fürſten miteinander gen München geritten.

Am Freytag vor dem Heiligen Pfingstag iſt geweſen der XX. Tag des Monaths May, hat inner und auſſer neuer Rath im newen Schlos geſchworn.

Am Pfinztag darnach hat Herzog Rueprecht Bobenhauſen und ain Haus zu Adelzhauſen verbrent.

Am Sontag nach Corpus Chriſti, iſt geweſen der ſibent Tag des Monats Junij ſein die Herzog Rupprechtiſchen für Pfaffenhoven zogen, und am vierdten Tag brennt und plündert.

Am Samstag darvor haben die Herzog Albrechtiſchen Wangenbach brent.

Deſſelben Abents haben die Herzog Rupprechtiſchen Mainburg eingenomen und prandgeſchäzt.

Am Erchtag nach Viti komen Beham auf zwai tauſent und vierhundert angeſchlagen gen Neuburg und des Pfinztag ſchlugen ſy zu Hagaw ir Gezellt auf, und am Samstag gen Landshut zogen.

Am Freytag nach Viti lies Herzog Wolfgang umb Ingolſtat all Baum abhauen.

Am Mitwochen zu Nacht vor Petri & Pauli Apoſtolorum hat Herr Wolf von Aham zu Berckham, Joshoven und im Ried bey funfhundert Hawpt Vichs und etlich Schaff genomen.

Am Sontag Sant Peter und Pauls Tag hat Herzog Albrecht Landaw gewunnen.

Am Sant Margarethen Abend haben ſich die von Nürnberg für dem newen Marckt belegert, und derſelben Zeit, Lauff, Herſpruckh, Freyſtat, Achdorf und etliche Schloſſer gewunnen.

Am Sontag vor Jacobi und Erchtag darnach ſein gros Aufrurn zu Landshuet, zwiſchen den Behamen und Knechten geſchehen und vil leiblos worden.

An Sant Jacobs Tag haben bey LX. Gerayſſige und XIIII. Behaim den Frawen von Geiſenfeld, dem Spital und fünf Brieſtern bey zway hundert Haupt Vichs und aim Mezger LXI. Schaff vor den Langenbruckhen genomen. haben in bey hundert Pferden, dreyhundert Burger und vierhundert Knecht das abgeeilt und bey zwaihundert und XX. Haupt Vichs darzubracht, und alſo Benckh und Rottenbach die Einöd abbrent.

Am Freytag nach Cathedra Petri iſt Herzog Albrecht mit dem Heer widerumb auf Reicharzhoven komen daſelbs am Sontag *darnach Lerman geſchlagen, in der Stat Sturmglockhen angeſchlagen und auftrumet, und dan jederman im Feld in ſeiner Ordnung auf XII. ſtarck geſtanden und gehalten, damit alſo jederman in ſeiner Geſchicklichkait erlernt.*

Am Erchtag vor Laurenti iſt das Heer geruckt für Weyhering *hinauf und Herzog* Albrecht *und Marggraf* Friderich *gen* Ingelſtat *komen.*

Am Pfinztag vor Laurenti hat man das gros Geſchos aus dem Gleger vor Neuburg *widerumb gen* Ingolſtat *gefuert.*

Am Freytag vor Laurenti hat Grave Andres *von* Sunnenberg *zu* Patmaſs *in der Vorſtat bey zweyhundert Behaim gefangen, bey XV. erſtochen.*

Am Samstag Sant Laurenzen Tag zu Abent hat Herr Bernhartin *von* Stauff *zu Neuburg die Pruckhen prenen wellen, ſein durch das Geſchos abtriben worden.*

Am Sontag nach Laurenti iſt zu Zell *im Feld zwiſchen der Gerayſigen und der Fuesknecht geweſen ein groſſer Lermen.*

Am Erchtag vor Aſſumptionis Mariæ hat ſich das Heer zu Inglſtat *belegert, und an unſer Frawen Tag ſich zu* Joshoven *her dishalb nider geton. Am Sampstag darnach das Heer weck zogen auf* Pfinz, *und Herzog* Albrecht *gen* Werd *zum* Bund.

In mitler Zeit hat Hanns *von* Hopfing *Herzog* Albrechten Graispach *übergeben.*

Item Erchtag vor Bartholomey *ſeind etlich Paurn von* Ingelſtat, *als ſy den haben zufuehren wollen, gefangen und geſchäzt worden.*

Am Mitwoch vor Bartholomey iſt Herzog Ruepprecht *zu Abent ſpat begraben, der davor bey acht Tagen todten iſt verhalten worden.*

In der Zeit haben die Beham Lengenfeld *eingenomen.*

Haben die Pfalzgraviſchen Praunaw *zu Sant Gilgen Tag eingenomen.*

Am Pfinztag vor Willihaldi haben die Neuburger *das erſtmal die langen Pruckhen brennt.*

Am Freytag nach Egidy haben die Reutter von Aichach *Herrn* Heinrichen *von* Redwitz *und etlich Reutter bey XVIII, und ain* Zedwitz *gefangen gen* Aichach *gefüert.*

An Mitwoch vor Nativitatis Mariæ, iſt geweſen der XII. Tag des Monats Septembris, umb XII. Mitag, bey XVI. und XX. Beham erſchlagen und bey ſibenhundert gefangen.

Am Erchtag vor Exaltationis Crucis haben Thoman Loffelholtz *und Zener zu der* Neuſtat *als ſich etlich* Beham *aus* Landshuet Sibenburg *einzenemen und zeblündern, unterſtanden haben aus inen X. erſtochen und vier gefangen.*

Am Freytag des heiligen Creuz Abent Exaltationis iſt Fraw Eliſabeth, *Herzog* Rupprechts *Wittib, auch mit todt abgangen, und davor Herzog* Georg *ir Son.* (n)

(n)

Am Erchtag Rupperti hat Herr Georg Wisbeckh Lenting, Kemling, Deiſing, Erlach, Zegelham, Mornig, Mening, Aw, Straſhauſen, Betling *und* Kalbaid *brent, darzue* Köſching, Gamersham *und* Oetting *brangeſchazt.*

An Sant Michelstag ſeind die Dörffer in Gericht Reichartzhoven *prandgeſchazt und das Wildbad* Gegging *und vil Dörffer darumb verbrennt.*

Am Sontag vor Franciſci haben die Pfalzgraviſchen XVIII. Wagen Wein gen Neuburg *genott.*

Am Erchtag vor Franciſci iſt Grave Andreſs *von* Sunnenberg *zu* Geiſenfeld *gefangen worden mit ſampt ainem Graven von* Böſing, *Herr* Bernhartin *von* Seiboltſtorff *zwen Ritter haben gehabt LXIII. Pferd.*

Am Freytag vor Send, hat Herr Georg Wisbeck *das* Iſertal *vor dem* Grüenenwald *bis gen* München *prennt, all Dörffer.*

Am Pfinz nach Galli hat Konigliche Majeſtet Kupfſtain *gewunnen und* Hannſen Pentzenauer *mit ſeiner Geſellſchaft richten laſſen.*

Am Erchtag vor der XI. tauſent Junckfrawen Tag hat man des Feurers *Schechel abgehauen und zu der Kuchen gen Hoff gefuert.*

Am Samstag vor Simonis und Judæ haben die Neuburger *bey zweihundert Smalvichs weg getriben, und vor Herder Thor ain Wagen mit Stro angezünt.*

Am Samstag aller Seelen Tag ſein etlich zu Ros und Fues in die Hallertaw *um ain Peuth zogen, und daſelbs bey XXIIII.* Pfalzgraviſch *auf ſy geſtoſſen ze Roß, aus in vier erſtochen, etlich gewunt, und alſo dannocht bey zwayhundert Haupt Vichs gen* Ingolſtat *bracht.*

Am Sontag Sant Martins Abent iſt Bürckhauſen *bis an XIIII. Heuſer ausbrunen.*

Am Mitwochen vor Andree vor Mitternacht haben die Neuburger *zu andern mal die langen Prucken daſelbs neun Joch abbrent.*

Am Freytag Sant Andres Tag Abends als bey zwaihundert Pferden von Landshuet *herauf zogen, hetten ſy bey XV. Pferden in* Vorngeres *thon, ward ain groſſer Lermen.*

An Sant Barbaren Tag iſt geweſen die groß Proceſſion zu Ingolſtat.

Am Montag Conceptionis Mariæ iſt des Morgens frue Viltzhoven *belegert worden, und am Pfintztag in der Nacht mit Schanden wegzogen.*

Am Sampstag vor Thomæ ſein der Ayſtettern *zwen Wegen Gewandts ainer gen* Vohburg *und der ander her gen* Ingelſtat, *und* Hanns Meule *Trabant gefangen worden.*

Am Erchtag ſexta Nativitatis Chriſti, iſt Herr Hanns Pflueg *ſelb XI. Edl und unedl gefangen und gen* Ingelſtat *eingefüert, ire Ros und Harniſch verheut worden, und ſich erſt in der Faſten gen* München *ſtellen mueſten.*

Kriegs-

(n) Primò hic prodit *Georgius* iſte geneographis Palatinis juxta ac Boicis ignoratus.

Kriegsübung Anno MDV.

AM Sontag vor trium Regum iſt Herr Hanns *von* Schwarzenburg *des Biſchofs von* Würzburg *Diener mit XXXII. Pferden zu* Inderſtorf *durch die Paurn gefangen, gewunt, geblündert und gen* München *gefüert worden.*

An Sant Sebaſtians Tage hat Thoman Löffelholtz *bey* Aigelſpach *Herr* Caſparn *von* Waldenfels *neun geladen Wägen genomen und XIX. Knecht gefangen.*

In der Wochen iſt Arbogaſt *von* Rottenſtain *in die Thonaw bey* Marxam *geſprengt und daſelbs ertruncken.*

Am Pfinztag vor Converſionis Pauli haben die Kunigiſchen Biburg *eingenomen, prennt, und Grave* Haugen *von* Montfort, *Grave* Ludwig *von* Leoſtain *mit etlichen Geraiſigen gefangen und gen* München *betagt worden.*

Am Montag nach Sontag Judica in der Vaſten hat Herzog Albrecht *von beden Landſchaften ain gantze Landſchaft erfordert die im mit Leib und Guet Hülf und Beyſtand zugeſagt haben.*

Ain Anſtand des Frids von an Sontag Invocavit bis Oculi.

Am Montag nach Invocavit im Anſtand des Frids haben XV. Knecht Talbaid *blündert und etlich Baurn weggefüert.*

Am Freytag Valentini haben die Geraiſigen zu Ingolſtat Grave Wilhalmen *von* Hennenberg *VIII. geladen Wägen mit ſambt den Roſſen gen* Ingolſtat *eingefüert und daſelbs verbeut.*

Am Samſtag vor Oculi haben die Reütter von Ingolſtat *zwiſchen* Eyſteten *und* Neuburg *zwen Wägen mit Pier und ain Wagen mit leren Fäſſern genomen, und gen* Ingolſtat *gefuert.*

Am Erchtag nach Oculi hat man zu Ingolſtat Landshuter *newe Gulden und Silbermüntz verbotten.*

Am Samſtag vor Gregory iſt ain groſſer Lerman über des Bunds *Knecht geweſen, als etlich die Wirth nit haben wöllen bezallen. Von am Montag nach Judica bis auf Montag nach Oſtern, iſt abermals ain fridlich Anſtand gemacht worden.*

An Mitwochen Sant Gregorien Tag iſt Grave Georg von Helffenſtain *bey* Meckenlo *gejagt, im ain Knecht erſchoſſen und ainer wund worden.*

Aber ain angeſtelter Frid, bis Sant Georgen Tag.

Auf an Sontag Cantate hat Herzog Fridrich *Vormunder die von* Ingolſtat *gerüſt ze* Landshuet *zu erſcheinen erfordert, aber nicht erſchinen.*

Am XIII. Tag Aprilis ſein all Krieg und Handlung in ir K. M. Hand geſtelt.

Am Pfinztag nach Annuntiationis Mariæ hat Fraw Sidonia *Herzog* Albrechts *Tochter ſo Pfalzgrave* Ludwigen *vermehlt geweſen, ir lezte Tag auf Erden beſchloſſen.*

Am Erchtag nach Quaſi modo geniti ſein die XXIIII. Verordenten durch Herzog Albrechten *Sachen halben, ſo ihm von K.M. furgevallen ſein, erfordert worden.*

Am Freytag vor Jubilate iſt Herr Georg von Roſenberg *mit ainer Pleykugel zu Gedechtnus des Landsverderben bezaichnet auf* Neuburg *aus dem Land haim mit Königlichen und Furſtlichen Glait geritten, und bald darnach geſtorben.*

Am Samſtag Cantate haben die von Ingolſtat *ailf Wägen Wein, ſo die* Newburger *auf* Neuburg *gewent, widerumb inen abgeeilt, und etlich darob erſtochen.*

Am Montag nach Bonifacij iſt Löffelholz *zu* Abenſperg *von Graf* Georgen von Helffenſtains *Knecht bis auf den Tod gewunt worden.*

Am Erchtag darnach haben die Pfalzgraviſchen *in angeſtelten Frid* Rezenhoven *eingenomen und dem* Löffelholz *ain Knecht erſtochen.*

Am Erchtag nach Aſſumptionis Mariæ hat Freyhans *den* Heldrit *ein Knecht erſchoſſen.*

Königlich Tag zu Cölln.

AM Montag vor dem Heiligen Pfinztag ſein Herzog Albrechts *Räth zu* München *aus, und am Sontag Sant Urbans Tag zu Mittag umb XII. Ur eingeritten, daſelbs der Königlichen Majeſtet Zukunft erwart.*

Am Mitwoch vor Sant Veits Tag iſt K.M. widerum gen Khöln *komen.*

Am Pfinztag nach Joannis Baptiſtæ iſt K. M. widerumb zu Cölln wegk geritten fur Arnam *und die Fürſten bald hinnach geruckt.*

Am Erchtag nach Margarethæ iſt K. M. bey der Nacht mit groſſen Geſchall zu Cölln einzogen und Bancketen gehalten worden.

Am Mitwochen nach Jacobi hat K. M. den Spruch zwiſchen den Furſten eroffnet.

Am Suntag unſer lieben Frawen Abent Nativitatis iſt die Handlung zu Cölln durch Veiten Beringer *auf dem Tanzhaus* * *eröffent und verleſen worden.*

* *Ingolſtadii* videlicet, ubi hæc conſcripta.

ANONYMI RATISBONENSIS FARRAGO HISTORICA RERUM RATISPONENSIUM

Ab Anno Chriſti DVIII. usque ad Annum Chriſti MDXIX.

* * *

Ex Cod. MS. chartaceo GEWOLDIANO
BIBLIOTHECÆ BOICÆ
edidit
ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Monitum prævium Editoris.

QUi tot *Ratiſponenſis* urbis, antiquiſſimæ Bojorum Regumque & Ducum Sedis, ſingulis ferè ſeculis, devaſtationes, ab incendiis maximè, per Annales diſperſas legit, quid niſi Hiſtoriæ Bojorum totidem buſta & ferales rogos deprehendit. Quo majoris in Patriam pietatis argumentum eſſe exiſtimo, ſemiuſtas reliquias velut è cineribus rapere. Cui quidem boni civis officio, uti hactenus pro facultate noſtra non defuimus, ne porro deeſſemus *Farraginem* hanc *Hiſtoricam*, uti eam compilatori ignoto (quisquis demum is fuerit) inſcribere placuit, è Codice chartaceo MS. deſcriptam hîc proferimus. Extitit ille quondam in CHRISTOPHORI GEWOLDI, viri toties à nobis & meritò laudati, Apparatu Hiſtorico, variè à morte poſſeſſoris (ut ſolent theſauri) diſperſo atque direpto.

Auctoris nomen, ipſi ut videtur GEWOLDO, at quam ſagaci monumentorum gentis noſtræ Indagatori! ignotum fuit: RATISPONÆ tamen egiſſe & urbis illius monumenta anecdota quam plurima legiſſe atque excerpſiſſe, ex ipſa ſylloge conſtabit Lectori. Hauſit autem ex multis fontibus, ſitu & ſalebris hodie abſtruſis vel omnino ſiccatis; quos omnes, ſeculi potius ſui vitio quam animi, incoronatos & illaudatos reliquit. Nec tamen ideo quia collector parum diligens ex parte fuit, nos ex integro eſſe oportuit. Hinc ſine ordine temporis undelibet conquiſitam congeriem, juſta annorum ſerie diſpoſuimus. Utinam fontes ipſos recludere integrum nobis fuiſſet, ſed hæc talia, ſemel è memoria hominum elapſa, (ut ſæpius deploravimus) nulla induſtria nullis votis revocantur.

Ad annum MCCC. quædam ex GEBHARDI *cuſtodis & magiſtri confraternitatis S. Emmerami* Tractatu MS. *confraternitatum Ratiſponenſium* referuntur, quem hodie quoque ſupereſſe *Catalogus Emmeramenſis Bibliothecæ* fidem facit. Vidit & *necrologia Fratrum prædicatorum* illius urbis, uti ad annum MDIIII. perſpicuum eſt: nec non & *Auguſtinianorum*, quod ad annum MCCCCLXXXII. ex iis verbis colligitur, quæ de *Joanne Nusbergero in Conventu noſtro* ſepulto ibidem leguntur. Conſtat autem ex WIGULÆI HUNDII *Stemmate Nusbergeriano* * *Joannem* illum apud *Eremitas Auguſtinianos Ratiſponæ* ſepultum.

Excerpſit

* P.I. Stemmatogr. Boic.

Excerpſit præter hæc alia non pauca, & in his quædam præcipuæ antiquitatis fragmenta, quorum fortè ex parte auctores diſcemus, ſi quando GRÜENEWALDII, WASSENBERGII, SELENDERIque magnæ molis volumina RERUM RATISPONENSIUM, blattarum dentes, quibuscum dudum luctantur, benigniori aliquo ſidere lucente evaſerint.

Codicem ipſum, quo uſi ſumus, quod attinet, utinam is tam correctè deſcriptus fuiſſet, quam nitidè ac ſcitè exaratus eſt, adeo feliciori manu quam judicio uſus eſt, librarius ille quisquis fuit; Ratisponenſis certè, nam pluribus in locis urbis illius incolam prodit. Perierat ferè Boijs hoc monumentum, in privatas trimalcionis cujusdam ædes unàcum aliis quamplurimis ex Bibliotheca principum translatum, quod illud genus hominum funginum, rariores quosque libros inter inſtrumenta luxûs & potentiæ habere & occupare ſoleat, non tam ut ipſi, ſed ne alii habeant. Eos ego Codices recuperatos demum, ut erant malè accepti & ab exilio diuturno ſquallidi, veteri & ſua ſede poſtliminio reſtitui; quos inter noſter quoque locum priſtinum inter Codd. MSC. Lat. numero CLXVII. ſignatus occupat.

DVIII.

NOtandum quod anno Domini *DVIII.* gens noſtra, ſcilicet *Noricorum* & *Bavarorum*, quæ jam ferè per CC. & L. vel ultra annos exulaverat, reſumptis viribus quia *Romani* à diverſis nationibus impugnabantur, ſtatuentesque ſibi Dominum nomine *Theodonem* ad ſedes proprias redierunt.

DXX.

Romani iterum *Bavariam* invaſerunt, ſed à *Theodone* Duce *Bavariæ* apud *Oetting* victi proſternuntur pariterque fugantur ſub *Johanne* Papa *primo*.

DXXX.

Anno Imperii *Juſtiniani* Quarto obiit *Theodo Bavariæ* Dux, cui ſucceſſit *Udilo*. Circa idem tempus *Theobaldus* Dux *Bavariæ* expulit de *Italia* omnes *Gothos*.

DLXV.

Udilo Dux *Bavariæ* moritur.

DLXVI.

Narſes Patritius occidit *Totilam* Regem *Gothorum* auxilio *Theodeberti* Ducis *Bavariæ*.

DXCIIII.

S. Rudpertus in *Bavaria* prædicare cœpit & ad fidem convertit *Theodonem* Ducem *Bavariæ*, videlicet anno DCXII.

DCXI.

Anno *Heraclij* ſecundo & *Gregorii PP.* IV. ultimo Sanctus *Rudpertus* auxiliante *Theodone* Duce *Bavariæ* conſtruxit Eccleſiam *Juvacenſem*, id eſt *Salzburgenſem* & ibidem ſedit.

DCCXIII.

Pipinus Anſigiſi filius obiit, *Carolus* Major Domus ſuccedit, per idem tempus è duobus priore vel majore mittente *Winfridus* cognomine *Bonifacius* Francis verbum Dei prædicavit Apoſtolicæ vices ſedis fideliter in Germania agendo.

DCCXXII.

Carolus Bavaros & *Alamannos* armis ſubegit.

DCCXXVII.

Odilo Noricorum Dux ſe ac ſuos, ſanctum Bonifacium viſitare rogavit. Per idem tempus Carolus Popponem Ducem fratresque interemit, anno Domini DCCXXIX.

DCCXXXII.

Gaubaldus à S. *Bonifacio Ratisbonenſibus* ordinatur Epiſcopus.

DCCLVII.

Gaubaldus Ratisbonenſis Epiſcopus ultimum fœliciter clauſit diem. Cui ſucceſſit *Sintbertus*.

DCCLXXV.

Adrianus Papa baptizavit *Theodonem* Ducem *Bavariæ* filium *Thaſſilonis* ſub anno Domini DCCLXXV.

DCCLXXX.

Temporibus *Pipini* Regis *Francorum* & filii ſui *Caroli*, qui dictus eſt magnus *Erhardus* Epiſcopus *Ardinacenſis* & *Albertus* Epiſcopus *Caſtelenenſis*, clari habentur, qui *Ratisbonam* venerunt & ibidem poſt ſanctas & varias doctrinas eorum migraverunt ad cæleſtia & apud *inferius monaſterium* ſepulti ſunt.

His temporibus *Odilo* prius Rex, poſtea Bavaria in provinciam redacta, Dux, ex conſilio *Pirminij Metenſis* Epiſcopi monaſterium *inferioris Altach* ex ſuo allodio ſub monaſtica profeſſione fundavit. Hujus filius *Thaſſilo* ex *Hiltrude*, quæ fuit ſoror *Pipini* Regis, qui fuit pater *Caroli Magni* devotiſſimus extitit in ſervitio & cultu divino, fundator etiam fuit multorum monaſteriorum ſcilicet *Pollingen*, *Weſſesprunnen*, *S. Nicolài* Pataviæ, *Weltenburg*, *Chrembsmünſter*, *Lorch*, *Pfaffenmünſter*. Item Monaſterio *inferioris Altach* multa prædia dedit. Item *Pataviam* civitatem *Bavariæ* inſtaurans & renovans Epiſcopatus ſedem quæ apud *Lauriacum* priusquam ab Hunnis everteretur, erat, inibi conſtituit.

H. a. Monaſterium *S. Emerami* magnificè cœptum eſt.

Carolomannus Rex *Bavariæ* obiit.

DCCXCII.

Synodo *Ratisbonæ* collecta, Hæreſis Feliciana ſic dicta à quodam *Felice* Epiſcopo, damnata eſt, qui Chriſtum, hoc quod homo eſt, adoptivum Dei filium dicebat.

DCCC.

Ad comprimendos *Longobardos Pipinus* bis alpes tranſcendit, demum *Carolus Magnus* finem bello impoſuit anno Domini DCCC.

DCCCLXXXVI.

Carolus Imperator à *Francis* deponitur (qui & in *Augia* obiit anno Domini DCCCXC.) Et *Arnolphus* Rex *Bavariæ* præficitur.

DCCCLXXXVIII.

Arnulphus Imperator LXXVI. ab *Auguſto* Regum Europæ famoſiſſimus, cum *Normanni* peſſimi pagani Epiſcopia & monaſteria Sanctorum devaſtabant & Epiſcopos unà cum Canonicis Monachis & Sanctimonialibus indifferenter necarent, conducto exercitu ad fines occidentalium Francorum, ubi hoſtes conſederant, devenit. Tunc cæteris omnibus præ multitudine paganorum & ob pedeſtre bellum *Francis* eatenus in ſolidum deſperantibus Rex ſolus in Regem Regum ſpem ſuam ponens & exhortationibus validis ad ulciſcendum Chriſtianorum ſanguinem incitans milites, ipſe vexillum anteferens præliari cepit & mox ſubveniente gratia Dei victoria ceſſit ad Chriſtianos, ita ut amnis alveus cui inſederant, & antea illis pro muro fuerat cum cadaveribus interceptus univerſis ſtupentibus ſiccus appareret. In eo prælio cæſi ſunt duo Reges *Normannorum* & *Danorum Sigefridus* & *Godefridus*, nec non regia ſigna XVI. ablata & in Bavariam pro teſtimonio ſunt transmiſſa. Tunc quoque Rex cum omni exercitu ad Letanias procedens laudes magnificas Deo celebrare præcepit, qui talem ſuis tribuit triumphum, ut uno de parte Chriſtianorum occiſo, mille de parte paganorum perirent usque ad unum. Hic *Arnolfus* ob honorem pretioſi Dei Martyris *Emmerami* muros civitatis *Ratisponenſis* amplificavit & auxit. Hic cum triumpho de Gallia à cæde *Normannorum* rediens in *Bavariam* oſſa *S. Dionyſii Areopagitæ* ſecum tulit, quæ una cum ornatiſſimo Evangeliorum libro Monaſterio *S. Emmerami* quod eſt Ratisponæ, tribuit.

DCCCXC.

Formoſus Papa venit *Ratisponam*, dedicavit Eccleſiam *S. Emmerami* igne exuſtam.

DCCCXCI.

Urbs *Ratiſpona* exceptis *S. Emmerami* ſanctique *Caſſiani* Eccleſiis IV. Idus Auguſti divinitus incendio tota conflagravit.

DCCCXCII.

Arnolphus tres Reges *Normannorum* vicit & cum omnibus copiis ſuis Chriſto victoriam dante ad internecionem delevit.

DCCCXCIIII.

Arnolphus Ungaros eluxit. Idem anno Domini DCCCC. obiit. *Ludovicus* filius ſucceſſit.

DCCCCII.

Interfectio *Ungarorum* magna.

DCCCCIIII.

Prid. Kal. Novembris obiit *S. Wolfgangus*.

DCCCCVI.

Obcoecatio *Ludovici* Regis.

DCCCCVII.

Interfectio *Bavarorum*.

DCCCCVIII.

Combuſtio *Reginæ* civitatis.

DCCCCXI.

Interfectio *Ungarorum*.

DCCCCXII.

Ludovicus Rex obiit, *Conradus* ſucceſſit.

DCCCCXXI.

Comes *Eberhardus* cum filio ſuo *Adelberto* in caſtro *Ellerſperg* fundavit clauſtrum. Idem etiam fundavit clauſtrum in *Geiſenvelt* Ordinis *S. Benedicti* circa fluvium *Illern*.

DCCCCXLIX.

Berchtoldus Dux *Noricorum* obiit. (o) (o)

DCCCCL.

Interfectio *Bavarorum* ad *Iſaram*. (p) (p)

DCCCCLIII.

Henricus Ratiſponam accipit, quæ proxima nocte penè tota exuſta eſt.

DCCCCLVI.

Ungari totam *Bavariam* vaſtantes civitatem *Auguſtam*, ut in *Legenda* S. Udalrici legitur, obſident. *Otto* igitur Rex, qui poſtea adeptus eſt Imperium & dictus eſt *primus Otto*, LXXXIII. ab *Auguſto*, ſuos alloquens ac monens, ut modo in Patria non cederent, qui ſæpius in terra aliena victores exiſterent, illos bello aggreſſus devicit, ubi Dux *Conradus* fortiter pugnans, fraterque *S. Udalrici*, *Diepoldus*, occiſi ſunt. Reges autem *Ungariæ* ſuſpenſi ſunt *Ratiſponæ* in patibulis, qui in quibusdam chronicis fuiſſe tres leguntur. In legenda autem *S. Udalrici* principes appellantur.

(o) Epocha memorabilis & diu controverſa, ſi de auctoritate monumenti unde ea, quæ circa hos annos memorantur in compilatione, eruta fuerint, conſtaret.

(p) Ex eod. loco quo annalis præcedens deſumptum. Illuſtrant hanc cladem membranæ Eberſpergenſes à nobis editæ, & fidem his excerptis non levem faciunt.

DCCCCLXIII.

Regina civitas comburitur.

DCCCCLXIIII.

Regina civitas iterum comburitur.

DCCCCLXVI.

Interfectio *Ungarorum* ad *Lech.*

DCCCCLXXVI.

Hoc anno *Hemma* Regina obiit (*Ratisponæ*) & in Baſilica *S. Emerami* ſepulta eſt.

Nota quod infra ſcripti Sancti corporaliter in cœnobio *S. Emmerami* ſervantur *S. Emmeramus* Epiſcopus & M. Item *S. Dionyſius Areopagita* Epiſc. & M. *S. Wolfgangus Ratisp.* Epiſcopus, & Confeſſor, & hi canonizati ſunt. Item *S. Tuto* Epiſcopus *Ratisponenſis* Cancellarius quondam *Arnulphi* Imperatoris. Item *S. Gaubaldus* Epiſcopus *Ratisbonenſis* cum aliis XVI. Epiſcopis ſibi conſepultis, item *S. Ramuoldus* ejusdem loci Abbas & patruelis *S. Wolfgangi*, item *S. Adalbertus* Abbas ejusdem loci. Item *S. Hainricus* Dux *Bajoariorum* qui fuit pater *S. Hainrici* Imperatoris in *Babenberg*. Item *S. Aurelia* virgo & filia Regis Franciæ. Hi licet non ſint canonizati, tamen ſignis & miraculis evidentiſſimis claruerunt. Item *Arnulphus* Imperator fundator ejusdem monaſterii. Item *Ludovicus* ejus filius Rex Romanorum. Item *Hemma* fundatrix ſuperioris Monaſterii.

DCCCCLXXVII.

S. Wolfgangus in Epiſcopum *Ratisponenſem* eligitur.

DCCCCXC.

H. a. V. Kal. Novembris obiit *Henricus* Pius dictus Dux *Bavariæ* ad *S. Emmeramum* ſepultus *Ratisponæ* in latere *Aquilonari* ejusdem Monaſterii. Hic genuit *S. Henricum* Imperatorem *Babenbergæ* ſepultum.

DCCCCXCIIII.

S. Wolfgangus moritur, vel, ut verius DCCCCXCIX.

MII.

Ratisbona combuſta.

MXX.

Ratisbona iterum combuſta.

MXXVII.

Idibus Octobris *S. Aurelia* virgo migravit ad Dominum & in ambitu S. Emmerami ad partem auſtralem Monaſterii eſt ſepulta. Hic nota quod temporibus *Ramuoldi* Abbatis patruelis *S. Wolfgangi* quædam puella filia Regis Franciæ *Aurelia* nomine fugiendo conjugale commercium profuga venit ad S. Emmerami Monaſterium *Ratisponæ* quam *S. Ramuoldus* Abbas prædictus eleemoſynam petentem adeſſe cognovit in ſpiritu, eamque locavit ad unam ſolitudinem, quæ nunc vocatur capella S. Andreæ, ubi vigiliis & orationibus LII. annis vixit. migravit ad Dominum anno quo ſupra.

Epitaphium Aureliæ virginis.

Hic pia floreſcit Aurelia virgo ſepulta,
Quæ pœnas neſcit cæli dulcedine fulta.

MXXXVI.

Gebhardus III. Epiſcopus XV. *Ratisbonenſis Henrici II.* Imperatoris patruus, anno hoc dum Ungari anno XI. regni ſui iterum rebellarent ipſe *Gebhardus* vice ipſius Imperatoris eis obviam veniens, ipſos in fugam converſos non minimâ clade afflixit. Inſuper urbem *Hennburg* in *Marchia* poſitam ædificiis reſtauravit, ipſeque cum ſumma pace regreſſus eſt in patriam ſuam.

MXLVI.

Ratisbona maximè arſit.

MLII.

Leo IX. Papa CLVI. à beato Petro, ad inſtantiam Sereniſſimi Imperatoris *Henrici II.* ad partes Germaniæ & præcipuè ad urbem noſtram *Ratisponam* ad venerabile corpus *B. Wolfgangi* hujus Sedis Epiſcopi transferendum eſt evocatus, quod ea qua decuit reverentia tranſtulit. Similiter & corpus B. *Erhardi.* Hic etiam rogantibus Paryſiorum legatis litem quæ inter civitatem *Ratisponam* & regnum Francorum diu erat de reliquiis S. *Dionyſii Areopagitæ*, quæ illic translatæ fuerant ab *Arnolfo* Imperatore, determinavit & eas apud *S. Emmeramum* haberi probavit.

Hoc anno translatum eſt corpus *S. Erhardi* Epiſopi & Confeſſoris.

Quos referat fructus cultori candida virtus
Qui ſpectas tumulum diſce legens titulum
Clauſerat hac foſſa brevis urnula corporis oſſa
Præſulis Erhardi principium meriti.
Quis ſit apud Dominum doceat de pluribus unum
Lumina cæcatæ reddidit Otiliæ.
Hinc etiam ſacris foret ut ſua gloria membris
Nonus Papa Leo tranſtulit oſſa loco.
Conſtituens celebrem migrantis Patris honorem
Translatione geri religione pari.
Imperium ſextum propè jam transmiſerat annum
Tertius Heinricus culminis ipſe decus.
Jura dabat ſedi Gebhardus tertius iſti
Quantum ſtirpe nitens tam probitate cluens.
Heglica velatæ mater caſtiſſima turbæ
Præfuit inſignis moribus & meritis.
A Jano decimus menſis cum volverit Idus
Octavos mundo lex fuit hæc celebris.

MLXII.

Tempore *Ottonis* ſedecimi Epiſcopi Ratisponenſis ſeptem fratres de natione *Scotorum* quorum nomina ſunt hæc: Frater *Marianus*, Fr. *Machantinus*, Fr. *Muchertachus,*

tachus, Fr. *Clemens*, Fr. *Gervaſius*, Fr. *Iſaac*, Fr. *Donatus* venerunt *Ratiſponam*, & ſicut legitur in chronicis quemdam mortuum nomine *Zandolphum*, nuper in patibulo ejusdem civitatis ſuſpenſum precibus ſuis reſuſcitaverunt. Ad locum ubi nunc eſt Prioratus *S. Petri* extra muros civitatis inhabitare cœperunt, quos *Henricus III.* Romanorum Imperator privilegiavit.

MLXXXIII.

Monaſterium *Dietramſel* nominatum à quodam Sacerdote *Dietram* dicto fundatur.

MXC.

Monaſterium in *ſuperiori Altach* conſtruitur.

MXCVII.

Henricus Imperator ab *Italia* rediens *Ratisbonam Bajoariæ* urbem venit, ibique aliquamdiu moratus Judæis, qui baptizari coacti ſunt, judaiſandi ritum conceſſit.

MCIII.

Henricus III. ab *Auguſto* LXXXIX. Imperator natalem Domini *Ratiſponæ* celebravit. Dum autem ibidem aliquamdiu moraretur, *Franci* vel *Saxones* familiarius & honorabilius quam indigenæ tractarentur, *Sigebardus* Comes qui hoc ſpecialiter notabat præ cunctis qui tunc aderant, habundantiori militum copia illuc venit, ex quo inviſus Imperatori cœpit haberi. Cum autem idem Comes aliquot dies jam ſecurior factus ſuorum turmas diffluere permiſiſſet, excitatur contra illum furibunda ſeditio, unde ab hora diei tertia usque ad horam nonam in hoſpitio obſeſſus, tandem fractis foribus ipſe prius confeſſione facta, ſumpto etiam Dominici Sacramenti viatico capite truncatus occubuit.

MCVII.

Henricus IV. ab *Auguſto* XC. Imperator ob regni negotia procuranda curiam in urbe *Ratiſpona* *, ad quam Venerabilis *Otto Bambergenſis* Epiſcopus utpote primus inter principes venit, qui cum ſub tentorio ubi nunc eſt Monaſterium quod *Prueſling* nuncupatur, requieſceret, vidit in ſomnis ſcalam cælos tangentem & Angelos Dei aſcendentes per eam, ex qua viſione ſibi cœlitus facta animatus Monaſterium ſolemne prout hodie apparet, fundavit.

Hoc anno Monaſterium *Viſchpadau* vel *Uſenboven* fuit ædificatum per comitiſſam *Mathildim*.

H. a. Henricus IV. vel V. Henrici Imperatoris tertii filius, dum ob regni negotia procuranda curiam in urbe Ratispona celebravit ad quam venerabilis *Otto Bambergenſis* Epiſcopus, utpote prius inter primos principes vocatus advenit. Hic colloquio Imperatoris quod in urbe gerebatur intererat, tentorium verò ſibi ſuisque in loco opaco & amœno in quo erant arbores nuces portantes extra urbis mœnia cauſa comoditatis collocari præcepit. Ubi dum quieſceret vidit in ſompnis ſcalam cujus ſummitas cœlos tangebat, & Angelos Dei aſcendentes & deſcendentes per eam, qui evigilans è ſomno ex viſione ſibi cœlitus facta animatus Monaſterium in *Prüefening* ſic vocatum ut dicitur *das man prüfen ſol*, ibidem fundavit, jubens fieri altare in eo loco quo dormierat fundensque oleum deſuper, cum ipſe & *Hartwicus* Epiſcopus *Ratiſponenſis* conſecrarent idem altare in honore Dei & omnium Sanctorum, principaliter autem in honore bellatoris fortiſſimi *Georgii* M. Chriſti & *Erminoldum* virum venerabilem de monaſterio, quod *Hirſaugia* dicitur à *Brunone* ejusdem monaſterii Abbate petiit & impetravit, eumque ſuo monaſterio *Prüefening* dicto præfecit.

MCXVIII.

Marchio *Diepoldus* de *Vochburg* precibus matris ſuæ *Leucardis* & conthoralis ſuæ *Albaidis* fundavit monaſterium *Reichenbacenſe*. Hic marchio habuit filiam nomine *Reitzam* Duciſſam *Böemiæ*, quæ ædificavit Monaſterium *Cladrunam*, & eſt ſepulta in Capitulo *Reichenbacenſi*.

MCXIX.

Clauſtrum *Pewburg* à Domino Ottone de caſtro *Irſing* nato fuit fundatum & à *Caliſto* Papa conſecratum.

MCXXVI.

Ebrach monaſterium fundatur.

MCXXX.

Monaſterium *Kayſerham* dictum, fundatur à Comite *Henrico* de *Lechsgeminde*, *Luitgarde* uxore, ac *Volrado* filio.

H. a. *Ratiſpona* pene tota igne conſumpta eſt in Feria VI. Paſcæ.

MCXXXV.

Pons fieri cœpit Domini dum annus incepit
Mille centenus tria decem ſemiquoq; denus. *

MCXXXVI.

Fratres de S. *Emmeramo* à capite jejunii usque ad XII. Kal. Auguſti à Divino Officio ſunt ſuſpenſi, propter cenſum Romanæ Eccleſiæ debitum.

MCXXXVIII.

Conrado II. XCII. ab Auguſto regnante *Ripenſis Eccleſia*, quæ nunc dicitur *S. Magni* in præurbio *Ratisbonæ* cœpit ædificari per venerabilem Dominum *Gebebardum* presbyterum *Ratisbonenſis* Eccleſiæ Canonicum.

MCXLII.

Albertus Comes Illuſtris de *Pogen* fundavit monaſterium in *Windberg* Ordinis *Præmonſtratenſium*, & ſepultus eſt ibidem cum filiis ſuis ſcilicet *Hartwico* & *Berchtoldo*. Hic *Berchtoldus* genuit *Albertum*, qui vicit civitatem *Spoletanam* in *Tuſcia* & inde tranſtulit duo corpora ſancta ſcilicet *S. Sabini* Epiſcopi & *S. Serenæ* viduæ & MM. in *Windberg*.

MCXLIII.

* ſubaudit: *indixit*.

* de ponte *Ratiſponenſi*.

MCXLIII.

H. a. Locus dictus *Walderpach* incorporatus eſt Ordini *Ciſtercienſium*, amotis inde Canonicis Regularibus, qui quondam ibidem habitâſſe feruntur.

Ordo Ciſtercienſis in *Walderbach* inſtituitur expulſis *Canonicis Regularibus.*

MCXLVII.

In Feſto S.Potentianæ obſeſſa fuit civitas *Ratiſponenſis* ab omnibus Principibus Bavariæ, ſed re infecta vacui receſſerunt.

MCLII.

H. a. *verbrann die Stat* Regensburg *durch ain gar gros Feur, und zu fordriſt verzehrt die unerſättlich Flamm etliche nambaffte Clöſter und Kirchen, das iſt, Sant Peters Kirchen, Sant Joannis die alt Capellen, Nidermünſter und Sant Pauls Cloſter, das geſchach an dem XVIII. Tag Maij.*

H. a. *Ratiſpona* incendio maximo flagravit Eccleſia S. Petri & S. Johannis Monaſterium inferius & S. Pauli Monaſterium cum veteri capella combuſta ſunt omnia tempore paſcali ſcilicet XVIII. Cal. May Feria II. Ebdomadæ ſecundæ.

H. a. *S.Wolfgangus* à *Leone* Papa translatus eſt.

Nota h. a. *Am Tag Tiburtij & Valeriani verbran hie* (Ratiſponæ) *vom Fewr S. Peters Thumb und Sant Johanns, und alten Capellen, und Nidermünſter und Sant Pauls und Sant Haymeran und Sant Jacob, darzu überal die Stat zu* Regensburg, *das die Leut gaben die Flucht auf das Veldt.*

MCLIII.

Monaſterium *S. Emmerami* ex parte combuſtum eſt.

MCLV.

Marchionatus *Styriæ* fit Ducatus.

MCLVI.

Henricus Dux *Bavariæ* cognomento *Superbus* habuit fratrem nomine *Welfonem. Henricus* Dux *Bavarorum* fit primus Dux *Auſtriæ* & Dux *Sueviæ* nomine *Henricus* fit Dux *Bavariæ.* Actum *Ratiſponæ* anno Domini MCLVI.

MCLXI.

Hainricus Dux *Carinthiæ* obiit.

MCLXIII.

Circa h. a. *Othaber* marchio *Styriæ*, *Eberhardus* de *Burckhauſen*, *Sifridus* de *Luibenoue*, *Luitoldus* de *Blein* Comites obierunt.

MCLXIIII.

Gebhardus de *Burckhauſen* obiit. Ex tunc Duces *Bavariæ* caſtrum *Burckhauſen* poſſederunt.

MCLXVI.

Ordinantur *Canonici Regulares* in *Salzburg.*

Monaſterium *S. Emerami* (Ratiſponæ) combuſtum eſt, & muri qui ante CCCC. annos juſſu *Caroli M.* à *Sintbberto* Epiſcopo *Ratisbonenſi* ædificati erant, collapſi ſunt.

Otto Palatinus de Wittelſpach obiit, qui fundator extitit *Enstorf* alias *Unterſtorf.*

MCLXXII.

H. a. *Verbran S. Peters Thumb zum andernmal und all Glockhen verbronnen an den XII. Cal. vor S. Georgen Tag.*

MCLXXV.

Hoc anno Urbs *Monacenſis* ædificari cœpta eſt.

H. a. *An Sant Georgen Abend, da ward wider anerhaben zu pawen* S. Peters Thumb *zu* Regensburg *und den erſten Stain legt Biſchof* Leo *von* Regensburg, *der war eines Burgers Son von* Regensburg.

MCLXXVIII.

Obiit *Otto* Dux *Bavariæ*, reliquit filium nomine *Ludovicum*, qui caſtrum in Landshut ædificavit.

MCLXXX.

Marchionatus *Styriæ* mutatur in Ducatum.

Otto Comes de *Schyra* fit Dux *Bavariæ.*

MCLXXXI.

Nota quod capella *S. Ottonis Ratiſponæ* propè portam civitatis ſita (*Oeſten*) conſecrata fuit à Domino *Conrado* Epiſcopo *Ratiſponenſi.*

MCCIIII.

Lantzhuta conſtruitur.

Landaw civitas *Bavariæ* conſtruitur.

MCCVIII.

Eccleſia *S. Pauli Ratiſponæ* exuſta eſt. XIII. Kal. Octobris. *

* Ab alia manu adſcriptus annus MCLXXXIIII.

Straubinga nova conſtruitur.

Berchtoldus Comes de *Pogen* obiit.

Palatinus de *Witiliſpach* occidit *Philippum* Regem in *Babenberg*, & ad Grangiam quorundam monachorum ſecedens, dum cauſa delectationis vervecem cum clypeo provocaret, irruentes *Philippi* familiares & complices *Palatinum* occiderunt.

MCCX.

Dux *Ludovicus* ædificat caſtrum *Abach.*

Item ab eodem caſtrum in *Lantzhut* conſtruitur.

MCCXVI.

Ordo *Minorum* & *Prædicatorum* tempore *Seifridi* XXV. Epiſcopi *Ratisbonenſis* civitatem *Ratiſponam* inhabitare cœperunt, alias XXIX.

Philhoven * à Comite de *Ortenberg* conſtruitur.

**Vilshoven.*

MCCXVIII.

Straubinga conſtruitur.

MCCXIX.

Ludovicus Dux *Bavariæ* cœpit munitionem *Hallis* in monte qui dicitur *Grutte*, quæ à Domino *Eberhardo* Archiepiſcopo ſub quadam forma compoſitionis deſtructa eſt, & ob hanc cauſam prænominatus

natus Epiſcopus homines ac redditus per viam quos in *Halle* & circa habebant *Altenſes* * comparavit.

* fortè *Alpenſes.*

Comes *Luitoldus* de *Plain* obligatis quibusdam prædiis ſuis & beneficiis, transfretavit Jeruſalem, ibique pauperibus plurima largiens Deo devotus militavit, ſagitta percuſſus oculum amiſit. Inde *Terviſum* rediens obiit, & oſſa ejus à Domino Archiepiſcopo & *Ruegero* Epiſcopo *Chiemenſi* apud *Heglwert* ſepulta ſunt, à quibus etiam eadem die ipſum Monaſterium eſt conſecratum.

MCCXX.

Caſtrum *Abach* à *Ludovico Bavariæ* Duce conſtruitur.

MCCXXIIII.

Landaw conſtruitur.

MCCXXIX.

Seifridus Epiſcopus *Ratiſponenſis*, Eccleſiam *S. Blaſii Ratiſponæ*, quæ pleno jure ad eum ſpectabat, fratribus Ordinis *S. Dominici* contulit, & hoc de bona voluntate Conradi Decani & univerſiate *Capituli Ratiſponenſis*, & factum eſt ibidem ſolemne monaſterium auxiliantibus ad hoc præcipuè nobilibus dictis *Truckſeß* de *Eckmül*, anno Domini MCCXXIX.

MCCXXX.

Otto Dux Bavariæ curiam *Ratiſponæ* celebrandam indixit, quapropter indignationem Regis & aliorum quorumdam Principum ſibi non faventium apud *Landshut* celebravit. Cui Archiepiſcopus *Salzburgenſis* & alii Principes interfuerunt, ſed poſtmodum Rex cum multis Principibus & magno exercitu Bavarorum intravit ducatum ſed mediante Archi-Epiſcopo *Salzburgenſi* in gratiam eum recepit & filium ejus puerulum in obſidem Regi dedit, & tandem curiam ſolemnem Ratiſponæ Dux celebravit, cui *Archiepiſcopus Salzburgenſis* & omnes Epiſcopi Bavariæ cum exercitu Ducis fines *Auſtriæ* devaſtavit & caſtrum in *Lambach* exuſſit.

MCCXXXI.

Ludovicus Dux *Bavariæ* h. a. de ſero in *Kelhaim* à quodam ſiccario præſente ſua familia occiditur, quod in *Chronicis de Schyra Fridericus* Imperator legitur diſpoſuiſſe.

Ludovicus Dux occiditur, & clauſtrum * *Landshut* erigitur.

* fortè *caſtrum.*

Hoc anno, do ward Herzog Ludwig *von* Bairn *ain Cron, und ain Troſt alles Lands auch der beſten Fürſten ainer, der dazumal lebet, erſchlagen zu* Kelhaim *aines Abends von aim* Stockher, *das ſtiftet Kayſer* Heinrich, *als er das ſelber hernach bekant, derſelb* Ludwig *blieb lang unbeſungen, doch zu lezt beſang man im mit faſt groſſen Ehren. Des ſelben Tags thet ſein Sohn Herzog* Otto *alle Cäſten mit Traidt auf, dann es was ein groſſe Theure deſſelben Jars, das ain Schäffl Korn galt fünf Pfund Pfenning.*

MCCXXXIIII.

H. a. *enthawpt Herzog* Ott *wol funfzig Rauber zue* Fernpach, *derſelbig Herzog* Ott *hett zwen Söhn,* Ludwigen *und* Heinrichen, Heinrich *hett des Königs Tochter von Ungern.* Ludwig *hett des von* Brabant *Tochter genant* Maria. *Auch hett derſelbig Herzog ein Tochter genant* Eliſabeth, *die gab er Kayſer* Fridrichs *Son König* Conrado *anno Domini MCCXLVI.*

MCCXXXVIII.

H. a. *gab Graf* Heinrich *von* Ortenburg, *als er war im Gsloß zu* Murach, *den Sweſtern Sant Sixt die Kirchen zu* Schwarzenhoven *in ſolicher beſchaiden, das die Stat, an der noch heut bey Tag die Capellen Sant* Sixt *beweist wirdt, von den Früchten, Renten und Güettern, der jezgemelten Kirchen, gebaut ſolt werden, das iſt die Stat, daran iezt das Cloſter zu dem Heiligen Creuz ligent iſt, darin iſt iezt ain Convent der geiſtlichen Frawen Prediger Ordens.*

MCCXLI.

Ordo *Heremitarum S. Auguſtini* tempore *Alberti I.* XXVI. *Ratiſponenſis* Epiſcopi hoc anno, civitatem *Ratiſponam* inhabitare cœperunt, in noſtris tamen añalibus dicitur quod anno Domini MCCLXIX. *Capellam Domini* poſſederunt.

Albertus Comes ultimus in *Pogen* eſt defunctus.

MCCXLVI.

Vid. ad annum MCCXXXIIII.

MCCXLVII.

Dux *Ludovicus* Comitem de *Waſſerburg* in ſua præditione * habuit.

* ita Cod.

MCCL.

H. a. *warden die beſten Burger der Stat zu Regensburg gefangen und gen* Stauff *gefürt.*

H. a. Cives *Ratiſponenſes* meliores ab Epiſcopo *Alberto* captivantur & ducuntur in *Stauff.*

MCCLI.

Conradus Rex vocatus à civibus *Ratiſponenſibus* apud *S. Emeramum* incautè dormiens cum ſuis, à *Conrado* de *Hohenvels* invaſus eſt nocte, vix evaſit mortem, occiſis duobus militibus de ſuis & quibusdam captivatis.

MCCLII.

Conradus Rex anguſtias patitur *Ratiſponæ.*

Eodem anno oppidum *Dingolfing* capitur.

Hoc anno prædicare cœpit frater *Berchtoldus* de Ordine *Minorum*, legitur denique quod ad ejus ſermonem aliquotiens duodecim millia imo mille centum homines confluere ſolebant. Sepultus in Monaſterio fratrum horum *Ratiſponæ.* hujus multa mira in ejus geſtis narrantur & fuit natione *Ratisbonenſis.* Multas gentes Hungarogarorum convertit ad fidem. Super hujus caput in Thuringia à fide dignis religioſis utriusque ſexus in curſu ſermonis plures coronæ fulgidæ videbantur. Hic cum ſemel contra peccatum quoddam prædicaret valde deteſtando & gravitatem elevando, quædam mulier quæ tale peccatum commiſerat audiens verbi ſpiculo ex arcu tantæ virtutis & efficaciæ proſiliente percuſſa tanto dolore compungitur quod ſpiritum exhalavit. Tunc populo ſuper hoc tumulante frater *Berchtoldus* ſilentium impetravit & omnibus injunxit ut orarent, quod Dominus ſuper hoc beneplacitum ſuum revelaret. Ipſo igitur & aliis orantibus mulier illa mortua reſurrexit & dixit quod ad divinum judicium evocata propter compunctionem magnam fuerat ab æterna pœna liberata. Sed ut confiteretur peccatum perpetratum nec confeſſori intimatum fuerat, propterea à mortuis revocata. Et inter cætera manifeſtavit quod eadem hora qua obierat, LX. millia hominum fuerant in diverſis partibus orbis ex ſeculo evocata, de quibus tantum tres purgatorium intraverant cæteri in infernum ſepulti, excepto uno fratre Ordinis Minorum, qui per purgatorium tranſiens ſubito acceptis ſecum duabus animabus, quæ ſibi erant confeſſæ, inde cum eis paradiſum aſcendit. *Vid. de eodem Bertholdo ad annum MCCLXXXII.*

Alexandro IIII. Præſidente Imperio verò vacante poſt obitum *Friderici II.* anno VIII. anno Domini MCCLII. *Ludovicus* & *Heinricus* Duces *Bavariæ*, filii *Ottonis*, dividunt *Bavariam. Ludovico* natu majori ceſſit in partem *Bavaria ſuperior* cum *Comitatu Palatini Rheni* & civitate *Monaco*, *Heinrico Bavaria inferior* cum civitate *Landshuet* & eodem anno Dux prædictorum pater Ducum moritur.

DCCLIII.

Otto Dux caſtrum & oppidum in *Dingelfing* conſtruere cœpit.

Comes *Burchardus* de *Hohenberg* fulmine interiit in craſtino Margarethæ.

Hoſpitale *Monaci* conſtruitur.

MCCLIIII.

Hoc anno Indict. II. prid. Kal. Julii dedicatum eſt altare & *Monaſterium B. Petri* in ſummo (*Ratiſponæ*) ab *Alberto Ratiſponenſi* Epiſcopo.

Sterilitas frugum magna fuit & maximè circa *Danubium*, ut nec ſemina poſſent haberi, ſed & in nocte S. Marci Evangeliſtæ per maximum frigus vineæ & fructus arborum perierunt, ita ut valde modicum vini naſceretur, & illud nimis acerbum.

MCCLVI.

Oſſa S. *Wilibaldi* de tumulo ſunt levata apud *Eyſtet.*

Ludovicus Dux *Bavariæ* ac Palatinus Rheni *Mariam* conjugem ſuam, ſororem Ducis *Brabantiæ* decollavit in civitate *Werdea* terræ Sueviæ XV. Kal. - - - - eo quod abſque ſuo conſenſu & voluntate litteras duas miſiſſet duobus Ducibus ſicque in adulterio eam ſuſpectam habens. In hujus rei emendam conſtruxit idem Dux *Ludovicus* abbatiam in *Furſtenfeldt.* Hic denique *Ludovicus* contra voluntatem *Ratiſponenſium* ædificabat caſtrum ſupra montem ex oppoſito montis Ratisponenſis *Geirſperg*, vocabatque caſtrum *Landscron.*

MCCLVII.

H. a. *Hat Herzog* Ludwig *der Elter von Bayrn ſein Hausfrawen* Mariam *genant zu Schwebiſchen Werdt enthaupten laſſen von Argwohns wegen, darumb Ihm zue Rom wardt zur Bues geben, das er ſtifftet das Cloſter Fürſtenfeld. Er hat auch gebawt die Burckh zue Friedberg wider den Biſchof und Burger zu Augsbourg.*

MCCLX.

Ludovicus Dux *Bavariæ* accepit ſecundam uxorem nomine *Annam*, filiam Ducis *Poloniæ*, qui tandem deficiens ſepultus eſt in *Fürſtenfeld. Heinricus* verò in *Landshut.*

H. a. *umbleget Herzog* Albrecht *das Gslos* Wirsberg *und gewann daſſelb. Nota zu den ſelben Zeiten an Sant* Oswalds-Tag *geſchach ein Brunſt zu* Regensburg, *und verbrann der Thurn auf dem Marckt und zwo Glockhen verſchmolzen darinnen.*

MCCLXIIII.

Conradus Croatiæ atque *Dalmatiæ* Dux natione *Noricus*, de caſtro *Dachau* oriundus anno Domini MCCLXIIII. vel circa apud *Bergamum* finem vitæ fecit, ejusque corpus in terram ſuam deportatum, in monaſterio *Schiren* eſt ſepultum. Cujus liberalitas & in multis probata periculis animi magnitudo meruit ut ſubtractus ex hac luce memoria illius longo tempore apud poſteros non deleatur.

MCCLXXII.

Major Eccleſia S. Petri *Ratiſponæ* igne cæleſti exuſta eſt.

MCCLXXIII.

Eccleſia *S. Petri Ratiſponenſis* cum multo ornatu & omnibus campanis & multa parte civitatis incendio conflagravit tempore Paſcali XII. Kal. Feria V. Ebdomadæ ſecundæ.

MCCLXXIIII.

Conſecratum eſt *Altare S. Petri* in cathedrali Eccleſia *Ratiſponenſi* à *Leone Ratiſbonenſi* Epiſcopo.

DCCLXXVII.

Herzog Ludwig *der Jung ſtreit mit dem Grafen von* Waſſerburg *und vertrib den Graven von dem Landt.*

MCCLXXX.

Henricus de Roteneck Comes, *Ratiſponenſis* Eccleſiæ Epiſcopus XXIX. hoc anno, cathedralem Eccleſiam *S. Petri Ratiſponæ* conſumptam & deſtructam incendio & ab anteceſſore ſuo *Leone* reædificare cœptam ſumptuoſo opere quod & materiam ſuperabat, ut ad finem perduci poſſet multis laboribus procuravit & multa pretioſa ornamenta dictæ Eccleſiæ dedit. Idem per duos monachos de *Halsprun* edoceri fecit Muſicam in ſuâ Eccleſia.

MCCLXXXI.

Nix competens à *Friſinga* usque in *Longaw* in die B. Alexii cecidit, ita quod omnes mirarentur.

MCCLXXXII.

H. a. Kalendis Januarii obiit frater *Berchtoldus* Ordinis *Minorum*, magnus prædicator. De quo ad annum MCCLII.

H. a. *da khamen der Fürſten von* Bayrn *Begrebnus von* Scheürn, *wan* Ludwig *ſtiftet* Fürſtenfeld *und leit auch da.* Heinrich *zu* Landshuet. *und was für Fürſten ſeind geweſen die ligen all zue* Scheürn *jung und alt, wol LXII.*

MCCLXXXIIII.

Hoc anno *ertödten die Juden ain Kind in der Stat* München.

MCCLXXXIX.

Ludovicus filius *Ludovici* Ducis *Bavariæ* h. a. cum haſtiludio *Noribergæ* intenderet lancea cujusdam Baronis de *Hohenlo* tactus gutture, occubuit.

MCCXC.

Heinricus Dux *Bavariæ* filius Comitis Palatini Rheni & Ducis *Bavariæ* duxit in uxorem *Elizabeth* filiam *Belæ* Regis *Ungariæ* qui fuit frater *S. Eliſabethæ.* Idem *Heinricus* anno Domini MCCXC. bono fine apud *Burckhauſen* obiit.

H. a. obiit Dux *Bavariæ Henricus* in *Burckhauſen* relinquens tres filios Duces *Ottonem*, *Ludovicum*, *Stephanum.* Hic *Ludovicus* habuit uxorem nomine *Eliſabeth*, filiam *Belæ* Regis *Hungariæ*, qui *Bela* frater erat ſanctæ *Eliſabethæ.*

Hoc anno vel circiter Comes de *Mosburg* moritur & comitatus ad Duces *Bavariæ* devolvitur.

Hoc anno Comes de *Mospurg* moritur ſine hæredibus & comitatus ad *Heinricum Bavariæ* Ducem devolvitur.

MCCXCII.

Ludovicus Dux *Bavariæ* obiit ſepultus in *Fürſtenfeld*, relinquens poſt ſe filios duos, *Rudolfum* qui poſt eum Ducatum adeptus eſt, & *Ludovicum* qui tandem Romanorum Imperator eligitur.

MCCXCV.

Kam der Fürſten von Bayrn *Begrebnus von* Scheurn, *do ligen LXII. Herzogen, der Graven bey den LX. zu* Scheyrn, Dachaw, *und anderhalb geweſen, auch ir aller reine wirdige Frawen. Gott genad ihnen allen.*

DCCXCIX.

Dux Bavariæ *Rudolphus* matrem propriam de ſuſpecta familiaritate cujusdam militis dicti *Oetlinger* notabiliter diffamavit & ipſum militem decollavit.

H. a. *verſchied Graf* Gebhard *von* Hirſchberg *ohne Erben.*

MCCC.

Legitur in *Tractatu Fraternitatum*, quem *Gebhardus* Cuſtos & Magiſter *Fraternitatis S. Emmerami Ratisbonæ* collegit, circa annum Domini MCCC. poſt obitum ſcilicet *Heinrici de Roteneck* Epiſcopi Ratisbonenſis: quod tempore *B. Wolfgangi* erant multæ Fraternitates, tam inter Clericos quam inter Laicos ſtatuum & conditione diverſarum & unusquisque cum ſuis in hac parte complicibus in diverſis pompis ſuam paupertatem contendebat extollere. Et exinde odium & ſeditiones & capitales inimicitiæ & ſcandala plurima evenerunt. Videns hoc *B. Wolfgangus* graviter indoluit & cogitare cœpit ſtudioſè quomodo hujusmodi ſcandala tolleret & removeret. Tandem adjutorio totius Cleri, Conſulum & Majorum totius civitatis non ſine difficultate omnes iſtas fraternitates duntaxat penes octo Eccleſias & Monaſteria civitatis Ratisponenſis ſanctè & devotè inſtituit. Nota, ex quo fraternitas S. Nicolai celebratur in ſummo. Ideo ſæpè vocatur *Fraternitas S. Petri*, quia fraternitas *S. Wolfgangi* celebratur ad S. Emmeramum, ideo ſæpè vocatur fraternitas S.Emmerami. Aliæ autem fraternitates habent nomina ſua à ſuis Eccleſiis in quibus dantur, ſcilicet S. Joannis, veteris capellæ inferioris Monaſterii, ſuperioris Monaſterii & S. Pauli. Octava eſt S. Udalrici in qua olim habebatur, & totaliter ablata, & ſutoribus a quibus ſecundum idioma *der welſchen Schuſter Bannar* * modo vocatur, eſt commiſſa, & hoc factum eſt propter eorum inſtabilitates & negligentias maximas.

* ita Cod.

MCCCIX.

Otto Dux *Bavariæ* in Regem *Ungariæ* eligitur.

MCCCXII.

Bellum per *Ludovicum* Ducem *Bavariæ* apud villam *Gamelſtorff* ubi idem *Ludovicus* glorioſè triumphavit, actum anno Domini MCCCXII.

MCCCXIIII.

H. a. *iſt Herzog* Ludwig *von* München *zue Römiſchen König erwehlt worden, und auch Herzog* Fridrich *von* Oeſterreich. *Die zwen Fürſten haben gros Streit miteinander gehabt neun Jar.*

MCCCXV.

Fames tanta erat in *Bavaria* tempore *Ludovici* tunc imperantis ut ſcaffa ſiliginis V. libras & LX. denarios *Ratisbonenſes* ſolveret. Unde verſus :

Ut lateat nullum tempus famis Ecce CU
CULLUM.

MCCCXVIII.

MCCCXVIII.

Antiqua civitas *Straubinga* exuſta eſt.

MCCCXX.

Claruit in *Ratiſpona* frater *Arnoldus* de Ordine Prædicatorum, vir literatus & nominatus, cujus ſimilis in Aſtronomia tempore ſuo & in partibus prædictis non eſt viſus, qui multa prædixit futura quæ per quinquaginta annos poſt ejus obitum ſunt impleta. Hic interrogatus de lite Principum *Auſtriæ* & *Bavariæ* reſpondit: licet omnes Doctores & Aſtrologi dicant, uti magnum Ducem *Auſtriæ* prævalere, ego autem dico *Auſtrenſes* à *Bavaris* ſuperari, aut falſa eſt, & erit omnis mea ſcientia & inanis quod rei exitus comprobabit.

MCCCXXII.

Bellum aliud ejusdem *Ludovici* cum *Friderico* Duce *Auſtriæ*, ubi & glorioſus triumphavit. Actum in prato dicto *die Fech Wis*, anno MCCCXXII. in vigilia ſancti Michaelis.

MCCCXXVII.

Ludovicus Dux *Bavariæ* ac Imperator circa annum Domini MCCCXXVII. Monaſterium Ordinis ſancti *Benedicti* fundavit & nomen *Etal* cœnobio impoſuit.

MCCCXXIX.

Fridericus de *Ratiſpona* honeſtis ex parentibus natus Ordinem D. *Auguſtini* ea in urbe ingreſſus frater converſus factus: magnæ ſanctimoniæ extitit vir, & mira per eum divina egit potentia, ut vetuſtiſſimæ indicant picturæ. Vitam tamen ipſius virtutibus plenam ad hanc usque diem reperire non potui negligentia incuriaque ſcriptorum ut opinor deperditam. Obiit autem Beatus Vir anno MCCCXXIX. in vigilia S. Andreæ Apoſtoli, ſepultus in æde ſui Ordinis Ratiſponæ prope aram Corporis Chriſti ubi Epigramma parvum apparet.

MCCCXXXIII.

In die S. Afræ apparuerunt innumerabiles locuſtarum turmæ in *Bavaria*, ſenas alas, roſtra corvina habentia ſpatiumque terræ IIII. milliarium occupantium. Hæ locuſtæ omnia conſumentes, ſcilicet arbores, herbas, ſegetes, multa hominibus detrimenta inducebant. Quò autem tandem pervenerint nemini patet. Ajebant quidam quod immerſæ ſint in aqua.

MCCCXXXIIII.

In die S. Panthaleonis in porta *S. Emmerami Ratiſponæ* depoſitum eſt tectum de parvula turri parrochiali & illic ſpecula conſtructa, in qua *Ludovicus* ejus nominis *Quartus* Romanorum Imperator perſonaliter deſidens, per Capellanos ſuos ſancta inſignia Imperialia oſtendit populo, quæ cum eſſent numero CXX. oſtenſa ſunt tantummodo hæc: Lancea Salvatoris noſtri Jheſu Chriſti, clavus unus de ligno ſanctæ Crucis ad longitudinem unius palmæ, Brachium *S. Annæ*, Dens *S. Joannis Baptiſtæ*, Corona aurea *S. Caroli Magni* Romanorum Imperatoris & gladius ejus, qui ſibi fuerat oblatus ab Angelo, gladius & lancea *S. Mauritii M.*

MCCCXXXVII.

Ludovicus IIII. ab *Auguſto* CI. Imperator litem habuit cum civitate *Ratisbona*, quam cum per plurimos annos expugnare non poſſet, tandem cum ſcitu & juvamine quorundam civium etiam potentum utpote conſulum in domo Ducum *Bavariæ* apud *S. Egidium* fecit foramen ſub terra. Ipſe laborando ab extra, civibus juvantibus ab intra intendens per hoc foramen civitatem intrare & eam obtinere, ſed fruſtra. Nam ea die qua per foramen ſemper duo & duo debebant intrâſſe civitatem, foramen fuit inventum, in cujus rei ſignum in eo loco quo foramen fuit factum, lapis impoſitus eſt muro, continens inſcriptionem quæ ſequitur:

> *Anno Domini MCCCXXXVII. des Erichtags vor Sant Urbans Tag ward das Loch funden, und zwen darinnen gefangen, die das Loch grueben, und wurden des nechſten Erichtags darnach an die Zinnen gehangen.*

H. a. *ward das Hochwirdig Sacrament zu* Deckendorf *gefunden, das dan die Juden daſelbs gemartert hetten, darumb wurden die Juden verprennt.*

MCCCXXXVIII.

Heinricus Dux *Bavariæ* junior obiit anno Domini MCCCXXXVIII.

Eodem anno obiit Dux *Heinricus* ſenior qui dictus eſt *Probus*.

MCCCXL.

Facta eſt diſcordia magna inter Canonicos *Ratiſponenſes* & non poterant uniri ut unus eligeretur in antiſtitem.

MCCCXLV.

Comes *Hannoniæ* frater Imperatricis cum multis militibus in *Friſia* interfectus fuit.

MCCCXLVII.

In die *S. Gereonis Ludovicus* ſupradictus obiit, ſepultus in Eccleſia parochiali ſanctæ Mariæ, quæ eſt in *Monaco*.

MCCCL.

H. a. *umb Sanct Jacobs Tag hueb ſich der Sterb gemainiglichen in der Welt, das der Menſch ain Drüs gewan, und ſtarb darnach an dem dritten Tag, in demſelben Sterben und in demſelben Jar wurden die* Juden *erslagen und verbrant in allen teutſchen Landen, in Stätten und Merckten, und in allen denen Stetten da Juden waren, dan zu* Regensburg *in der Stat, und in* Oeſterreich *wurden ſy gefriſt.*

MCCCLII.

Des nechſten Suntag nach Sant Jörgen *Tag da kam der* Legat *von des Babſts wegen gen* Regensburg *in die Stat und beſant die Prelaten und Pfaffen und die beſten Burger in der Stat, und ſwuren die auf das Evangelium, das ſie ſagten umb die Burg zue* Stauff, *die Biſchof* Fridrich *der Burggraf hin het geben dem Römiſchen Kayſer* Carl *und König im* Beheim, *und die Herr* Rüger *der* Reich *innen hett, und dem Biſtumb und den Herzogen zu Bairn hett geſworen, und hett inen ſeinen Brief geben mit ſeinem Inſigel, das er die Veſt aus ſeiner Hand ohne iren Willen nit gäb; da er ſtarb, da emphalh ers den* Ecker, *der was zu denſelben Zeiten* Vitzthumb *in Bayrn, und do im Herzog* Albrecht *von dem* Vitzthumb Ambt *thet, und do er wolt reitten gen* Holland, *da fieng im der von Gülch, dieweil er gefangen lag, da gab der* Ecker *das vorgenant Haws dem Kayſer, und fuert das Geld, das der* Reich *hergeliben hett gen* Regensburg *dem* Rüger *des* Reichen *Wittib, und iren Erben. Ob das mit iren Willen geſchach, das ways man nit für ain Warhait. So hett Herr* Friderich *der* Awer *vom* Prennberg *werd auch alſo innen auf ſein Trew, als er den Herrn von* Bairn *darumb geſworen hett, und der behielt ſein Trew und wolt das Haws dem Kayſer und dem Biſchof nit geben ohne der Fürſten Willen von* Bairn *und des* Capittels. *Item do gab der Kayſer dem Biſchof ain Haws ditz Behaim und Beraitſchaft darinn für* Stauff, *do fragt der Legat die vorgenanten Herrn, die da geſworen hetten, ob der Wechſel dem Biſtumb, und der Kauf nuz wär oder ſchad, das wolt er für den Babſt bringen.*

MCCCLIIII.

Carolus IIII. CII. ab Auguſto Imperator die quadam pace ſimulata veniens *Ratisponam* cum tanto exercitu per diverſas portas intravit civitatem, ut æſtimaret ſe ac intenderet etiam civitatem capere, & licet manu armata & valida veniſſet usque ante prætorium, in quo tunc erant Conſules congregati, tamen doli ſui fructum nullum reportavit per conductum enim *Satzenhover* tunc magiſtrum civium ex latere uno & ſculteti ex latere altero Imperator ipſe, qui per diverſas portas intraverat per unam ſcilicet orientalem turbis in eum frementibus eſt cum ſuis eductus.

MCCCLVI.

Ratisponæ puer biceps naſcitur fœminei ſexus. Sepelitur in cæmeterio majoris Eccleſiæ omnibus videntibus. Nam uno tantum capite vivente dum naſceretur paucis diebus ſupervivere poterat alterum.

Nota quod hoc anno obiit Dominus *Berchtoldus Ergolspeck* ſtrenuus miles & Magiſter civium *Ratisponæ* ſepultus in noſtro conventu ibidem. Ubi & Dominus *Wolfhardus Uberäcker*, qui & conſanguineus ſupradicti, tumulatus habetur.

Herr Berchtoldt Ergoltspeckh,
Der geſtreng Ritter Friſch und Keckh,
Hie Burgermaiſter und Haubtman
Hat der Stat vil guts gethan.

MCCCLVII.

H. a. vel circa caſtrum *Straubingæ* à Duce *Alberto* conſtruitur.

Umb das Jahr nach Chriſti Geburt MCCCLVII. an der Unſchuldigen Tag, ertödt Herr N. Reich *ain Burger zue* Regensburg, *Maiſter* Conraden *von* Braunaw *ainen Thumbherren des Thuembs als ſy ritten mit iren Biſchof der Kinder, darumb legt Biſchof ein Niderlegung der Chriſtenlicher ambt und ward da ain groſſe Unainigkeit und Feindſchaft zwiſchen der Prieſterſchaft und den Burgern, alſo das auch die Burger unter inen auffſazten, das kains irer Kind auf den Thuemb oder in die alte Capellen in die Schuel geben ſolt. Das weret alſo ain Zeit, und als nam das Spil, von der Gemain genant der* Kinder Biſtumb *ein Endt. Diſes Spil geſchach mit groſſer Coſt, Zerung und Ausrichtung der newen Thuembherren, ſondern nachdem ward erkent und geſezt, das ſolches Gelt und Ausrichtung der newen Thuembherren ſolten hinfur in dem Sagrär geben wurden zu Nutz und Mehrung der Ornät und ander Gezierde der Kirchen.*

MCCCLX.

In die *Oswaldi* igne exorto *Ratisponæ* in foro, combuſſit turrim & duas campanas ibidem; quo tempore Dux *Albertus* caſtrum in *Straubing* conſtruxit.

MCCCLXVII.

H. a. de aſſenſu Ducis *Alberti* filii *Ludovici* Imperatoris *Albertus Stainhauff* civis & Præpoſitus duorum *Auguſtenſis* Eccleſiæ in area ſua in *Straubing* dictæ civitatis cœpit fundare monaſterium fratrum *Carmelitarum.*

MCCCLXX.

Nach Chriſti Geburt MCCCLXX. oder darbey ward die Kirch Sant Johanns *der Chorherrn von Weitterung und Mehrung wegen des Stifts zu Sant* Peter *zerbrochen, dte dan vormals von den Biſchoven zu* Regensburg *geſtifft ward und an die Stat darauf dan das Haus genant auf den* Prettern *gar wol geſtalt und herrlichen gebawt. Und das Stift zu Sant Johanns was des erſten gebaut auf der Hoffſtat Sant Peterskirchen, an der Statt die man noch heut bey Tag zeigt in Mittel zwayer Altar, der erſt iſt Sant* Florin, *den Herr* Albrecht Stauffer, *ehe er Biſchof ward, geſtift hat. Der ander iſt Sant Thoman hingegen über gegen Mittag wertz, den hat geſtift* Herr Räbitzer *ain Thuemherr deſſelben Thuems zue Sant Peter, zu den Zeiten des erſtgemelten* Albrechten Stauffers *hernach komments.*

MCCCLXXI.

H. a. *herrſchet ain grauſame Peſtilenz gar kreftiglich zu* Regensburg *in der Stat.*

MCCCLXXIII.

Fuit magna peſtilentia in *Ratiſpona.*

MCCCLXXIIII.

Joannes Præpoſitus *Friſingenſis*, à Capitulo non electus *Ratiſponenſi* Eccleſiæ præficitur Epiſcopus. Hic mortuo *Theodorico Ratiſponenſi* Eccleſiæ Epiſcopo dum Capitulum in eligendo tardaret ipſe fretus proviſione Urbani Papæ ſexti, fultusque potentia conſanguineorum ſuorum Magiſtro *Paulo* electo ſe oppoſuit, quo in brevi defuncto Epiſcopatum obtinuit & rexit potenter & magnam curiam habuit. Sub hoc incepit exactio Clericorum in conceſſione curæ animarum, nam quidam dictus *Petrus de Romago* Vicarius in ſpiritualibus Epiſcopi prædicti (quamvis litteras habuerit ſecuritatis) qui fuit rei auctor & perſuaſor, demum æquo judicio ab Epiſcopo capitur & omnibus bonis ſpoliatur. Hic Epiſcopus ſepultus eſt ante altare S. Andreæ.

MCCCLXXV.

In die S. Gregorii obiit *Luipoldus* ultimus Comes de *Hals*, in *Oſterhoven* ſepultus.

MCCCLXXVII.

In ſynodo *Ratiſponæ* celebrato Epiſcopus Conradus inſtituit feſtum S. *Barbaræ* celebrandum.

MCCCLXXXI.

Eccleſia *Saltzburgenſis*, totum monaſterium campanæ, vitra, organa, & omnia ornamenta in præfata Eccleſia combuſta ſunt, ita quod nihil remanſit, ſimiliter media pars civitatis ejuſdem verſus partem - - - -* combuſta eſt.

Nach Chriſti Geburt MCCCLXXXI. ward Theoderich *ein Frey von* Abenſperg *ein Thumbherr zu* Regenſpurg *und Thumbroſt des Stifts zu* Bamberg *durch ain gemaine Erwehlung Biſchof zu* Regensburg. *Diſer Biſchof ward beſtät von dem Babſt* Urbano *dem* Sechſten. *Auch nam er in dem erſten Jar ſeines Regiments von ſeiner Prieſterſchaft ein, ein Steur, und löſet das Geſchlos* Stauff. *Als er auch aines Tag um aller Heyligen Tag in groſſer und ſwerer Kranckheit lag, und das hochwirdig Sacrament entphieng, da ſandt er nach den allermächtigiſten Thumbherren ſeines Stifts, dieſelben kamen nicht zu im. Nachdem verſchid er an Sant Leonhards Abend und ward begraben in Thuemb hinter dem Fronaltar des Chors. Das Geſchlos Stauff ward entfrembt aller Silber Geſchirr und Clainod des Biſchofs Hof, wurden von ſeinen angebornen Freunden hinweg gefurt, und alſo ward ſein Begrebnus bis auf den heiligen Tag nit begangen. Nach im ward erwehlt Maiſter Pauls ein Doctor Decretorum der heyligen Recht ein Thuemherr zu Regensburg, und diſer Doctor Paul ſtift vor ſeiner Erwehlung Sant* Hieronymi *Altar im Thuemb bey dem Prun. Er verſchied zu* Paſſaw *um das Feſt der heiligen Oſtern, ehe er beſtätt ward.*

MCCCLXXXVIII.

Nota quod anno Domini MCCCLXXXVIII. In die S. *Briccij* fit à quibuſdam Principum militibus & *Ratiſponenſibus* in campo ante portam S. Jacobi prope montem dictum *Burgerberg* conflictus, ubi à *Ratisbonenſibus* triumphatur.

Caſtrum *Thumſtauff* cum toto ejus foro à *Friderico*, *Alberto*, *Ludovico* Bavariæ Ducibus obſidetur & capitur.

Ad h. a. *Zu den Zeiten des Königs Wenzla der das heylig Römiſch Reich (wiewol unnüzlich) regirt, begab es ſich, das Herr Ruprecht Pfalzgraf bey Rhein, der auch darnach Römiſcher König ward nach Wenzla, der legt ſich mit ſeinem Heere für die Stat* Regensburg *auf dem Perg entgegen der Stathinüber, auch Herzog* Fridrich *von* Landshut, *Herzog* Steffan *von* Ingolſtat *mit ſampt ſeinem Son* Ludwigen, *auch Herzog* Hanns *von* München *mit ſambt ſeinem Sohn Herzog* Ernſten, *desgleichen Herzog* Albrecht *von* Straubing *mit ſambt dem obgemelten* Rueprechten, *die all miteinander umlegten das Schlos* Stauff *nach Chriſti Geburt MCCCLXXXVIII. auch der Marckt daſelbs ward geſtürmet und gewunnen diſe Samblung der Fürſten wardt zertrennt nachdem und ſich das Geſchlos beſezt und bekümert und doch nit beſtritten hetten, die Vorſtat zu* Regensburg *ward durch die von* Regensburg *nidergefelt und abgebrochen und das was ain Schedlichkait nit zu widerbringen das Cloſter S. Mangen wan es was iezt nahent an dem das daſſelbig Cloſter zerſtreüt ſolt werden, und doch aus Göttlicher Guetigkait wardt ſolches underſtanden. Jedoch begiengen deſſelbigen Jars an S. Brixen Tag etlich aus den Rittern der Fürſten, mit denen von Regensburg einen Streit im Veldt vor Sant Jacobs Thor bey dem Perg genant der* Burgerberg. *und die von* Regensburg *erlangten den Sieg, nachdem ward diſer gemainer Krieg durch gemain Taiding und Auſpruch geſtillt. Zu derſelben Zeit Herr* Hans *genant der* Guldin Zenger, *hett innen in Pfands weis die Vorſtat zu* Regensburg *und* Neunburg *gelegen an der Tonaw, eingeſezt fur XIIII. Gulden, aber darumb das er in Ungnade der Fürſten was, da ſchlueg er ſich zue den Freundt ſeines Geſchechts, zue denen von* Regensburg. *Als aber durch Taiding ain Ainigkait gemacht ward, da war die vorgenant Vorſtat und auch Newenburg frey und gänzlich den Fürſten übergeben, und die benant Summa der Gulden ward bezalt durch die von Regensburg, den als zu ainer Widerlegung aber dem Cloſter zu* Sanct Mang *geſchach kain Widerlegung wiewol aber das Geſchecht der* Zenger *zu diſer Zeit vil Guttat der Stat* Regensburg *gethan hat, yedoch war ainer aus in genant Herr Parciſal, der vormal in dem erſtgemelten Streit den Sieg gehabt hett, der fuert*

---

* Cod. habet *Chay*, ſed quid id monſtelli ?

durch etlich Jar mit denen von Regensburg ainen Krieg und alſo geſchach das die Burger der Stat Regensburg *gar furſichtiglich ſein worden in der Entpfahung von allen iren Söldnern ledig.*

Anno Dom. MCCCLXXXVIII. do der *gros Krieg was zwiſchen den Herrn und Stetten do kamen die Herrn Herzog* Fridrich, *Herzog* Albrecht *und Herzog* Ludwig *mit ainem groſſen Heer für* Stauf *an unſer Frawen Tag im Herbſt und ſchluegen ire Zelt auf, bey dem* Prewberg *auf die Thonaw uud bey dem alten Pach bey* Reifferding, *darnach kam Herzog* Rueprecht Chlemen *der* jung *von Neuburg mit ſeinem Heer und ſchlueg ſein Zelt auf oberhalb* Stauff *auf die Thunaw, und die Herrn ſturmeten den Marckt des Freitags in der Quatember zue Sant Haymerans Tag, und gewunnen den mit ſampt der Kirchen. Alſo lagen ſie vor Stauff untz in die neunten Wochen, und laſen die Weingarten ab und raiten ir gar vil aus ohn Zahl. Nun geſchach das in der Wochen vor Sant Dionyſien Tage, das zwen erberg Mann zwen Brüeder gehaiſſen die* Oberhauſer *geſeſſen bey* Braunaw, *die hetten Knecht als oft ain fromer Herr arg Diener, desgleichen die Knecht kamen in die Kirchen zue* Sulzbach, *und brachen auf den Sarch auf dem Altar, und namen daraus Gottes Leuchnam unſers Herrn mit ſambt der Püchſen Peutel und Taſchen darin er lag. der ain der do hieß Anderl, der des* Jörgen Oberhauſers *Knecht was, der ſchob im in ſeinen Bueſen und hielt im darnach verborgen in ſeinen Ermel bey dreyen Tagen und Nacht, untz an dem Pfintztag vor Sant Dionyſien Tag. In derſelben Zeit gab er den Peutl zue kauffen ainer gemainen Frawen umb ſiben Amberger, dieſelben verthet er mit andern gemainen Weibern, dieweil er Gots Leuchnam bey im trueg, als er hiñach verjoch der Frawen der er den Peutl hett geben. Doch in derſelben Zeit erzaigt Gott ſein Rach hintz im, das er anhueb erkrumpen an ſeinen Gliedern. Do erſchrack er und nam Gottes Leuchnamb und trueg im vor an den* Prewberg *und verbarg den in der Buſchen in dem Fels und warf darauf, und gemaint das ſein niemand gewar ſolt ſein worden an der Stat, do nun iſt die Heilig Stat unſers Herrn und do der Alter obſtet. Nachdem gieng er aber unter das Heer, und kam zu der Frawen der er den Peutl zu kauffen geben hett die was gehaiſſen* Diemel, *und fragt ſie wo ſie den Peutl hette hingetan. Do antwort ſie und ſprach, ſy het im den* Jorg Oberhauſer *zu behalten geben. Da klagt er ir, wie faſt er begriffen wär mit ſweren Preſten und groſſer Krenckheit, do lieff dieſelb Fraw nach ainem Herrn und bracht den Gardian von* Landshut *das er ſein Beicht höret, der kam und vernam wie er gefaren hett. Da ſprach der Herr*: *du ſolt zeigen wo du unſern Herrn hin habſt verborgen, des antwort der ſchuldig: ich mag ab ſtat nit vor Gebreſten und vor Webetagen, doch bracht im der Herr mit Ziehen und Tragen an den Perg, do kündt er unſern Herrn nit finden an der Stat, do er im hin verborgen het. Do ſprach der* Herr, *du biſt ſein nit wirdig das du in ſiden ſolſt. Do hett der Munch Sün das man Gottes Leuchnam mit groſſer Wirdigkait ſolt haben geſucht, und er hebt ſich auf, und thet es kunt Herzog* Fridrichen *und den ſeinen. Dieſelben weil was* Jörg Oberhauſer *mit ſampt dem Frewlin und ander erber Leut gangen und ſuechten auch unſern Herrn. Und ainer ſchart das Erdreich naher und erſach die Püchſen, da berueffen ſy Herrn* Heinrichen *Herzog* Albrechts *Capellan, der nam da die Püchſen mit Gots Leuchnam und trueg den zu Herzog* Albrechts *Zelt, und ſezt ſich auf ein Ros und führt in mit ſampt den Pewtl gen Wördt. In derſelben Zeit von Göttlicher Rach geſchach, das an den vorgenanten Knecht auf offen Plaz, das meniglich Mann zuſache das gros Wunder in aller der Weys als man ainer* Hennen *abſchlegt den Kopf und darnach ſpringt hin und her, alſo erkrumbt er an allen ſeinen Gliedern und tobt, das es in oft erhürt von der Erden und ſein Haupt ward im umgetriben auf dem Nackh, und ſeine Augen brach es im für den Kopf, und wurden im als die Feuſt und ſeine Naslöcher wurden im als weit, das man hiet in ein jedlichs wol ain Ay geſchoben und erſchwarzt under den Augen wie ein Kohl, und ſtarb alſo jämerlich. Deſſelben Tags ſein Geſell wolt trenken ſeinen Herrn ain Pferd in der* Thonaw, *das ſtuend vorn auf und warff ihn überruck ab in die* Thonaw, *do lieff vil Volcks zue und wolten ihm geholffen haben, und do man im ain Spieß reicht, do ſchlueg das Roß hinden auf und ſchlueg im vor den Kopf entzwai, die zwen wurden begraben gen* Sulzbach, *der dritt der auch ſchuldig daran was, der wardt erſtochen.*

H. a. *Zugen die Reichsſtätt mit Gewalt durch das Bayrland von* Augsburg *bis gen* Regensburg, *doch da ſie wider haim* zogen, *wurden ſie auf dem* Lechfeld *von Herzog* Steffan *all darnider gelegt.*

MCCCXCI.

Media pars *Straubingæ* fulmine periit.

MCCCXCII.

Menſe Octobri natus eſt Dux *Philippus* Dux *Mediolani* & Comes *Papiæ*, qui anno MCCCCXII. menſe Julio obtinuit Dominium civitatis, interfecto tunc proditoriè à certis civibus Mediolani olim ejus fratre Duce Mediolani &c.

Hoc anno *Indulgentiæ plenariæ Monaci Stephano* Duce juniore à *Bonifacio IX.* impetrantur.

H.a. *verbrann der halb Thail der Stat zu* Straubing *durch den Blizen angezündt.*

DCCCXCIII.

In die S. Viti media pars oppidi *Straubing* à fulmine incenſa periit.

M ter Centeno dabit I ter nonaque geno
Viti profeſto Straubing perit igne moleſto.

H. a. *ward aiñ* Thurnier Hof *zu* Regensburg.

MCCCXCVIII.

Pfaffenhoven capta à Duce *Ludovico.*

MCCCXCIX.

Ward der Chriſten Heer nidergelegt vor Kriechiſchen Weiſſenburg *à Turcis tempore* Sigismundi *Cæſaris*, & Johannes *Dux* Burgundiæ *captus*, *und vil ander Ritter und Knecht erſchlagen*, *unter dem waren Herr* Jörg *von* Frawenhoven, *Herr* Jörg *von* Frawenberg *vom Haag und vil ander guter Edelleut.*

MCCCC.

Nota infra annum MCCCC. & primum & MCCCCXXVIII. multæ novæ ſtructuræ factæ ſunt, & primo caſtrum *Särching* in territorio *Thuemſtauff* à *Dürnſtetter* cive *Ratisbonenſi* conſtruitur, quo defuncto idem caſtrum ad manus civium *Ratisbonenſium* pervenit à quibus deinde per quendam contractum Domino *S. Egidij* Ratisbonæ Ordinis Teutonicorum eſt appropriata. Item *Ratisbonæ* à porta S. Petri usque ad portam occidentalem foſſatum exterius in toto perficitur. Item circa idem tempus civitas *Ratispona* à porta orientali & etiam occidentali pavimentatur, quod multis antequam fieret, impoſſibile videbatur.

Anno Domini MCCCC. vel circa multæ nobilium generationes & Genealogiæ cum clypeis ſepultæ defecerunt, videlicet Dominorum *de Stain*, *de Hohenvels*, *de Erenfels*, *Maſſenhauſer*, *Harskircher*, *Weichſer.*

Monacum obſeſſum eſt à tribus Principibus *Erneſto*, *Wilhelmo*, & *Heinrico.*

Eodem anno *Wenzeslaus* deponitur & *Robertus* Palatinus, Rex eligitur.

MCCCCIIII.

Joannes Epiſcopus *Ratisponenſis* h. a. ſynodum celebravit, in quo feſtum ſanctæ *Eliſabethæ* inſtituit celebrandum.

MCCCCVIII.

Henricus Dux *Bavariæ* cives quosdam occidit *Landishutæ.*

H. a. *war ein* Thurnier Hof *zu* Regensburg.

MCCCCIX.

H. a. ſub *Gebhardo* hujus nominis *Tertio Imbripolenſi* Epiſcopo ac Abbate (*Emmeramenſi*) *Reginardo*, *S. Dionyſii* corpus *Ratisponæ* haberi compertum eſt.

Hoc anno, *oder darbey in dem lezten Jahr Biſchof* Albrechts Stauffer *ward ein groſſer Unfrid und Krieg in Bayrn. In diſen Krieg thet Biſchof* Albrecht *Hilf und Beyſtand den Fürſten von* Bairn *wider Herzog* Ludwigen *von* Ingolſtat, *alſo ward er in ſolcher Ungeſtüm kranck, und als er die Chriſtenlich Sacrament empfieng, da verſchied er am Pfinztag vor der ſiben Brüder Tag und ward in Sant* Florin *Capellen begraben*, *die dan an der Hofſtat Sant Peters Kirchen ligent iſt, die er vorlengſt ehe er Biſchof ward, begabt hat.*

MCCCCX.

Robertus Rex Romanorum, hic gente *Bavarâ* Comesque Rheni Palatinus, vir juſtitiæ gloria clariſſimus moritur anno Domini MCCCCX. & in choro Eccleſiæ *S. Spiritûs Heidelbergæ* ſepelitur, cum hoc Epigrámmate ſarcophago inciſo:

> *Robertus Bavariæ Dux Comes Palatinus, Romanorum Rex, juſtus pacis & religionis amator dignus Deo viſus qui pro juſtitia pateretur. Hujus ſacræ Sedis & Collegii Inſtitutor. Hic cum caſtiſſima conjuge Eliſabetha Norici montis Burggravia quieſcit, vita functus anno Chriſti MCCCCX. Kal. Junij XV.*

MCCCCXI.

Ward Herzog Ludwig *von* Ingolſtat *aus Ordnung Herzog* Hannſen *von* Burgundia *zue* Paris *durch die* Ranniger *gefangen*, *und durch den* Delphin *wider heylſamlich erlediget.*

MCCCCXII.

Ventus magnus circa feſtum Catharinæ, & *Heinricus* Dux *Bavariæ* nuptias celebravit.

MCCCCXIIII.

Stephanus Dux *Bavariæ* de *Ingolſtat* obiit, & in Monaſterio Monialium *Schenfeld* ſepultus.

MCCCCXVIII.

Cives *Ratisponenſes* litem habuerunt cum Domino *Joanne Stauffer* milite, & obſederunt caſtrum *Ehrenfels* in hebdomada Paſcali, quod & ceperunt tertia die cum aliquibus captivis, qui & *Ratisponam* deducti ſunt: de poſt pace confecta traditum eſt caſtrum prædicto Domino *Stauffer.*

Item h. a. circuitus murorum ejusdem civitatis *Ratisbonenſis* lateribus tectus conſumatur. Circa idem tempus in ambitibus Eccleſiarum ſubſcriptarum factæ ſunt teſtudines ſcilicet Majoris Eccleſiæ *Ratisbonenſis*, *veteris capellæ*, *S. Auguſtini* fratrum *Heremitarum*, fratrum *Minorum* Sancti *Jacobi*, Sancti *Magni* & *Prüel.*

MCCCCXXI.

Caſtrum *Törring* per Ducem *Henricum Bavariæ* deſtruitur.

H. a. *Joannes de Streitperg* Epiſcopus *Ratisponenſis* præficitur, vir benignus. Adhæſit tamen Principibus contra Ducem *Ludovicum* de *Ingolſtat*, qui & eundem Ducem valdè oppugnabant, terras ejus & Dominia uſurpando. Sub eodem degradatus eſt & judicio ſeculari traditus ad comburendum quidam Sacerdos Magiſter *Petrus de Dräſen* pertinaciter defendens novem articulos *Wicleff* hæretici.

MCCCCXXII.

Sigiſmundus Rex Romanorum & principes Electores ad tractandum de deletione *Wicleſiſtarum* & *Huſſitarum* hæreticorum in regno *Bohemiæ* ſtatuerunt fieri congregationem Principum *Ratiſponæ*.

H. a. *da geſchach die Niderlegung am* Parsberg, *das man nent zu* Hoflach, à tribus Ducibus de *Monaco*.

MCCCCXXIII.

H. a. circa feſtum Pentecoſtes dum M. *Wernherus Hohenberger* architectus civitatis *Ratiſponenſis* reformando pontem apud portam *S. Jacobi* ibidem cum aliis carpentariis laboraret, venit quidam de *Argentina* in peregrinatione ad S. *Erhardum* requirens à dicto Magiſtro *Wernhero* ubi & in qua Eccleſia corpus S. *Erhardi* Confeſſoris requieſceret, qui *Wernherus* conditionem & cauſam ſuæ peregrinationis requirens, reſponſum accepit, quod eſſet carpentarius & cauſam peregrinationis ſuæ hanc eſſe, quod dum in labore ſuo truncum portaret atque confidens in multitudine virtutis ſuæ gravitati quam ſentiebat cedere nollet ad inquina ruptus eſſet & per multa tempora nullius medici remediis poſſe curari. Die autem quadam ſibi viſum fuiſſe quod ſi ſpem recuperandæ ſanitatis in Chriſti confeſſorem *Erhardum* poneret, & locum in quo S. *Erhardus* corporaliter requieſcit viſitaret & tunc atque poſtea ſingulis annis vitæ ſuæ aliquam oblationem S. *Erhardo* faceret, precibus ſuis priſtinæ ſanitati reſtitueretur, quod ſtatim poſtquam veniſſet applicans manus dolori inteſtina in corpus reducens ſanitatem integram recepiſſet & modo nulla læſionis veſtigia apparere. Hæc audiens dictus M. *Wernherus* ipſum in hoſpitio collegit, & quia ejuſdem artis mechanicæ erat, modis quibus potuit condigno honore tractavit.

MCCCCXXVI.

Joannes Dux *Bavariæ* in die S. Marthæ venit *Ratiſponam* emitque ab *Heinrico Nothaft* milite domum ſuam, ſitam apud portam *S. Emmerami* pro nongentis florenis.

In *Gnadenberg* h. a. obiit IV. Non. Martii *Catharina* Duciſſa *Pomeraniæ*, uxor *Joannis* Ducis *Bavariæ* filii *Roberti* Regis *zue den neuen Marckt begraben*. Hæc eſt fundatrix Monaſterii *Montis gratiæ*, & de Ordine *Salvatoris* qui & *S. Brigidæ* dicitur non multum inde diſtantis.

Joannes de Streitberg Epiſcopus *Ratiſponenſis* obiit, VI. Idus Julii, poſt quem ſub contentione duo fuerunt electi *Fridericus de Parſperg* & *Erhardus Satelpoger*, quibus ſe invicem vituperantibus apud Sedem Apoſtolicam *Urbanus* Papa, ſubrogavit Dominum *Conradum de Suſato* doctorem Theologiæ qui olim adminiſtrabat pontificalia in *Amberg* propter ſciſma trium Paparum, quia Principes Rheni non adhæſerunt Domino Epiſcopo *Ratiſponenſi*.

MCCCCXXVIII.

H. a. vel circa inter milites & nobiles oritur *Societas*, eorum qui deferunt *unicornu*, & ob hoc vulgus ſocietatem illorum *Böckler* ſolebat appellare. Item paulò poſt oritur ſocietas illorum qui deferunt *Griffem*.

Conradus de Suſato h. a. à *Martino V.* Papa, volente complacere Principibus Bavariæ Epiſcopus *Ratiſponenſis* ſubrogatur. Qui fuit vir prudens & pacificus. Intravit urbem *Ratiſponenſem* anno quo ſupra, in die *S. Emmerami*, habens in comitatu *Joannem* Ducem unà cum filio *Chriſtophoro* qui poſtea factus eſt Rex *Daciæ*, & plures nobiles, ſuſceptus à Clero & populi multitudine & reliquiis. Benefecit Epiſcopatui in ſpiritualibus & temporalibus.

MCCCCXXX.

Anno Domini MCCCCXXX. ſeptimo die menſis Februarii, quæ fuit Feria tertia ante Septuageſimam ſub *Conrado* de *Suſato* Epiſcopo *Ratiſponenſi*, cives ejuſdem *Ratiſponenſis* civitatis magnam ſeu præſtantiorem partem ædificiorum fortium & excellentium hoſpitalis ſanctæ Catharinæ & quarundam Domorum in præurbio deſtruxerunt & foſſatum ibidem perantemurale fecerunt. Item in menſe Majo & præcipuè Dominica *Cantate*, quæ fuit XII. Kal. Junii & Feria ſecunda ſequenti pruina ferè omnes vineas in Bavaria cum eſſent uberrimè diſpoſitæ corrodit & comedit. Similiter in multis locis arbores & plantæ. Anno autem ſequenti tanta fuit abundantia vini ut de iſta omnes mirarentur. Item Sabbatho poſt feſtum Corporis Chriſti, hoc eſt XV. Kal. Julii circa horam veſperarum ſubitò orta eſt tempeſtas aëris valida & tonitruus tantus factus eſt quod cunctos terruit & nodum turris magnæ in pede montis *Ratiſponenſis* dejecit, nodum verò turris de propè in ſuburbio quæ dicitur judicis accendit & ab altera parte turris ejuſdem veſtigia concuſſionis reliquit. Circa idem tempus *Adalbertus* Dux cum certa ſumma pecuniarum teloneum *Ratiſponæ* à *Parzeval Zenger* redemit.

Zu den Zeiten Biſchofs Conrad *von* Suſato *zu* Regenſburg, *zerbrachen die Burger von* Regenſburg *den gröſten und fordriſten Tail des ſterckiſten Gebewes des* Spitals Sant Catharinæ *und etliche Hewſer in der Vorſtat daſelbs, und machten da ein Graben durch den Zwinger.*

MCCCCXXXI.

Eccleſia Beatæ Virginis in *Ingelſtat* ad amplificandam & innovandam incœpta ad inſtar Eccleſiæ Parrochialis in *Ulma*.

MCCCCXXXII.

Circa feſtum Purificationis ſanctæ Mariæ obiit Domina *Eliſabetha Barnabovis* Vice-Comitis *Mediolanenſis* filia, uxorque *Erneſti* Ducis *Bavariæ*, *Monaci* ſepulta.

H. a. *umb des Heiligen Creuz Tag wardt das Geſchlos* Reichenſtain *ligen in* Behaimer-Wald, *das dan die* Huſſen *durch Ubergebung bekhümert betten, umbbelegt und feſtiglich beſtritten, durch Schickung Herzog* Hannſen *von* Bayrn, *und zue lezt durch Taiding beſeſſen und eingenomen.*

MCCCCXXXIII.

H. a. *in dem Weinleſen füert man in die Stat* Regensburg *mehr dan ſechshundert Fueder bayriſch Wein. In dem nechſten Jar darnach am nechſten Tag nach Sant Jörgen Tag erfrorn die Bairiſch Wein, das nit mer dan XXX. Fueder mit ſampt der Prieſter Wein in die Stat gefüert wurden. In demſelben Jar an dem Samſtag vor Bartholomæi kham Kayſer* Sigmund *gen* Regensburg, *und blieb da bis zu Sant Michels Tag.*

MCCCCXXXIIII.

In die S. Georii, hoc eſt Sabbato poſt Dominicam Jubilate & etiam ipſa Dominicâ Cantate omnia vineta frigus & ventus urens totaliter conſumpſit, dum uberrime diſpoſita fuiſſent.

Anno Domini quo ſupra, Feria tertia in die S. Clementis *Sigismundo* Romanorum Auguſto exiſtente in Ungaria, factum eſt torneamentum *Ratiſponæ*, cui *Joannes* & filius *Chriſtophorus* * & *Albertus* Duces *Bavariæ* interfuerunt. In hoc torneamento Princeps quidam * virtutibus præclarus propter Amaſiam, propter quam, ut putabatur, differebat ducere uxorem legitimam fuit impugnatus & percuſſus. Hæc poſtmodum fuit *Straubingæ* ſubmerſa.

* qui poſtea Rex *Daniæ*

* Ille ipſe *Albertus Erneſti* F. haud dubiè innuitur.

Item circa idem tempus XI. Kal. Maij Feria quinta Paſcæ in terra Bavariæ vineta iterum ſicut anno præterito quaſi omnino perierunt.

H. a. vel circa infra Octavas S. Martini nocte Dominicæ diei caſtrum *Ayting* quod eſt Epiſcopatus *Ratiſponenſis* ſitum in territorio *Kirchberg* à quodam dicto *Hohenfelſar*, qui fuit præfectus ibidem & de amotione ſua, ſive ſumma pecuniarum ſibi ſolvendarum non contentus, cum adjutorio *Joannis Paulſtorffers* ex inſperato obtinetur, & hinc fuerunt incendia & prædationes multæ, tandem res per placita ſedatur & prædicto *Hohenfelſär* ad ſummam ſibi prius obligatam mille floreni perſolvuntur.

H. a. Feria VI. poſt Dominicam *Miſericordias Domini*, in die SS. Apoſtolorum Philippi & Jacobi caſtrum *Werd* ab Epiſcopatu *Ratiſponenſi* in poſſeſſionem eſt receptum, ubi notandum, quod hoc caſtrum priſcis temporibus ab Epiſcopatu *Ratiſponenſi* ducatui *Straubing* pro : : : : millibus florenorum fuit impignoratum, dum igitur idem caſtrum in diviſione terrarum, quæ facta eſt anno Domini MCCCCXXIX. *Straubingæ* in manus Ducis *Wilhelmi* perveniſſet & *Henricus Nothafft* quondam *Vicedominus* ejuſdem ducatûs idem caſtrum teneret, Dux *Wilhelmus* eidem *Nothafft* certam pecuniam ſibi debitam perſolvit & dictum caſtrum Werd Epiſcopatui reddidit, dimiſitque in ſumma capitali ad honorem Dei libera voluntate - - - millia florenorum. Ob hoc ad perpetuam rei memoriam Epiſcopus *Conradus* in ſignum gratiarum actionis eidem Duci *Wilhelmo* anniverſarium ſingulis annis in Eccleſia Cathedrali inſtituit peragendum. Præfuit autem Conradus hic (de Suſato) annis decem, aliis novem.

MCCCCXXXV.

Hoc anno, XII. Octobris ex mandato *Erneſti* Ducis *Bavariæ* (*Straubingæ*) de ponte Danubii præcipitata fuit quædam matrona ſpecioſa nimis, Amaſia Ducis *Alberti* filii ejuſdem *Erneſti*, dicta *Bernawerin*, quæ adjutorio unius pedis non ligati aliqualem natans diſtantiam venit propè littus rauco gemitu vociferans : *Helfft! helfft!* * tortor verò, qui eam de ponte præcipitaverat in ripa accurrens *Danubii*, & timens vehementiam Ducis *Erneſti* iraſcentis cum longo ligno capillis ejus intricato ipſam denuo demerſit propter quod non modica diſſenſio ſecuta eſt inter Ducem *Erneſtum* & omnes cooperatores nobiles & oppidanos ex una & Ducem *Albertum* filium *Erneſti* & *Alberti* partes ex altera, quæ poſt cum magna difficultate utpote fundatione unius capellæ & Miſſæ perpetuæ ſine intermiſſione ſeu vacatione celebrandæ ſuper ſepultura dictæ mulieris in cæmeterio Parrochialis Eccleſiæ S. Petri *Straubingæ*, intercepta fuerat & ſopita.

* *Id eſt:* ſuccurrite! ſuccurrite!

Conradus de *Suſato* Epiſcopus *Ratiſponenſis* hoc anno *Synodum* ordinarium celebravit, & obiit in vigilia Pentecoſtes ſepultus in cathedrali Eccleſia ſuæ ſedis, coram altari S. Stephani. præfuit annis IX.

MCCCCXXXVI.

Circa carniſprivium Dux Bavariæ *Henricus* caſtrum *Laber* emptum, in poſſeſſionem accepit. Tunc Nobiles illi dicti de *Laber* caſtrum tituli ſui poſſidere deſierunt.

H. a. XII. die Octobris obiit honeſta Domina *Agnes Bernawerin*, præcipitatur in aquam *Straubingæ*, conjunx, ut aſſeritur, Illuſtris Principis *Alberti Monaci*.

Albertus ejuſdem terræ ac familiæ Princeps poſtquam pater ejus *Erneſtus* puellam balnei cuſtodis ab eo perditè amatam & in ſpem matrimonii ſuſceptam apud *Straubingam* Danubii fluentis demerſit, cum diu vitam in mœrore peregiſſet, tandem luctu peracto uxorem ex domo *Brunſvicenſi* duxiſſet, ex qua prolem pulcerrimam ſuſtulit, ſub Imperio *Friderici* podagrâ laborans, ſepoſitis cæteris curis ſectatus Muſicam aſſiduis cantibus ac ſonis animum oblectavit, & venationi operam dedit.

H. a. *umb Sant Lienharts Tag vermähelt ſich Herzog* Albrecht, *ain Sohn Herzogs* Ernſt *in* Bairn *zu Frawen* Anna, *die ain Tochter was des Herzogen von* Braunſchweig, *und begiengen die Hochzeit zu* München *in der Stat.*

H. a. in Quadrageſima de Turri antiqua quæ eſt ſecus aulam epiſcopalem *Ratiſponæ* campanæ magnæ miſſæ ſunt deorſum & ad novam turrim appenſæ, procurante hoc Domino *Conrado Könshover* Canonico majoris Eccleſiæ *Ratiſponenſis* tunc temporis magiſtro Fabricæ.

MCCCCXXXVII.

Joannes de Parsberg in Epiſcopum *Ratiſponenſem* h. a. electus, confirmatus in concilio Baſilienſe. Hic fortiter attemptabat reformare Canonicos *Eccleſiæ Majoris*, & cum hoc ſe oppoſuit civibus *Ratiſponenſibus*. Itaque multiplicatis cauſis, nulla eſt ſortita effectum. Cupidus pecuniarum, cujus tamen profectum Eccleſia non ſenſit.

Conradus de Suſato Epiſcopus *Ratiſponenſis* obiit XVI. Kalend. Maij. Sepultus extra chorum Eccleſiæ *Ratiſponenſis* latere ſeptentrionali.

MCCCCXXXVIII.

Circa feſtum Auguſtini Domina *Anna* de *Brunſvicia* uxor *Alberti* Ducis *Bavariæ* filii *Erneſti*, priusquam anno præterito genuerat *Johannem*, anno prædicto in civitate *Monacenſi* genuit ſecundum filium *Erneſtum* dehinc *Sigismundum*, poſt quem *Albertum* & *Chriſtophorum* & poſtremo *Wolfgangum* Bavariæ Duces.

MCCCCXL.

Ludovicus Bavariæ Dux ſapientiſſimus ac per omnia vir optimus, hoc anno cum diu non ſolum regnum ſuum ſed & Franciæ peroptimè gubernâſſet, à *Ludovico* filio ſuo gibboſo & ſtrumoſo impia bella ſuſtinuit, & tandem ipſo filio prævalente, ipſum venerandum ſenem in munitiſſima arce diu obſedit. Sed Superis tanti mali vindictam petentibus prius febre valida percuſſus quam patris animum in ſuam trahere poſſet voluntatem. Verum poſtmodum in poteſtatem *Henrici* ejusdem Familiæ Ducis brevi vitam finivit. Sed nec *Henricus* ipſe diu ſupervixiſſet, qui cum ſuos ſubditos in anno Jubilæo prohibuiſſet Romam petere veritus ne provinciæ pecunia exhauriretur eodem anno defunctus eſt & in *Landsbuta* Metropoli urbe ſepultus.

Fridericus de *Parſperg* Epiſcopus *Ratiſponenſi* Eccleſiæ præfuit annis XXXI. hic anno Domini MCCCCXL. fecit fontem ſatis profundum in caſtro *Werd*.

MCCCCXLIII.

Joannes de Parſperg Epiſcopus *Ratiſponenſis*, degradavit quemdam ſacerdotem & tradidit judicio ſeculari ad rotandum, qui occidit alium ſacerdotem, cujus caput ſuſpendit in ſude & viſcera ipſius applicavit ſepi & cor diviſit in plurimas partes, accenſus in eum propter concubinam, factum anno Domini MCCCCXLIII.

MCCCCXLVII.

H. a. obiit *Ludovicus* Dux *Bavariæ* de *Ingolſtat*, in *Burckhauſen* in die Inventionis ſanctæ Crucis.

Eodem tempore obiit in vinculis Dux *Heinricus* & eſt ſepultus in *Raitenhaslach*.

MCCCCL.

Annus Jubilæus *Romæ*, quo anno *Heinricus* Dux in *Landeshut* obiit.

H. a. *Fridericus* de *Planckenfels* confirmatur in *Ratiſponenſem* Epiſcopum per *Nicolaum V.* Hic fuit *Romæ* cum Imperatore *Friderico* in coronatione & Benedictione Epiſcopali anno Domini MCCCCLIIII. præfuit annis VII. *Joannes de Parsperg* Epiſcopus *Ratiſponenſis* obiit.

MCCCCLI.

Ludovicus Dux nuptias in *Landshut* celebravit.

MCCCCLII.

Obiit Domina *Margaretha* Duciſſa *Henrici* Ducis *Bavariæ* uxor & eſt ſepulta in *Raitenhaslach*. Prædictus autem Dux opulentiſſimus extitit, ita quod vulgabatur de eo quod quinquies centum millia haberet florenos.

Eodem anno in die purificationis Virginis glorioſæ obiit Illuſtriſſimus Rex *Daciæ*, nomine *Chriſtophorus* Dux *Bavariæ*. Hic intoxicatus à quodam, ut ferunt, milite. Hujus mater fuit una de *Dacia*, & non habuit liberos, deſignavit etiam regnum in vita prædicto Duci *Chriſtophoro*.

MCCCCLVI.

Ipſo die *S. Agathæ* quinque ſunt truncati capite *Ambergæ* in fori medietate ad mandatum *Friderici* Palatini Rheni eo præſente & vidente, quinque tamen ob petitionem mulierum ex gratia fuerunt dimiſſi.

MCCCCLVII.

Fridericus Epiſcopus *Ratiſponenſis* dictus *Plancknfelſer* obiit, die XXIIII. Menſis Maij.

Rudbertus hujus nominis *Primus*, Dux *Bavariæ* non electus per capitulum, quoniam major pars elegit *Henricum de Absberg*. Ita ſub contentione *Rudbertus* per *Pium* Papam intruſus eſt hoc anno.

Fridericus de *Planckenfels* Epiſcopus *Ratiſponenſis* obiit. Erat facie pulcher, ſtaturæ proceræ, non regebat ſed regebatur.

Rudpertus I. de *novo foro*, Dux *Bavariæ* frater *Ottonis* Ducis, *Ratiſponenſis* fit *Epiſcopus* hoc anno. præfuit annis VIII.

MCCCCLX.

Moneta, quam vulgò *Schinderling* vocabant, leviſſima cuditur.

Eyſtet & *Rot* &c. à *Ludovico* Duce *Bavariæ* capiuntur.

MCCCCLXI.

Ludovicus Dux *Bavariæ* marchioque *Albertus Brandenburgenſis* bella plurima inter ſe gerunt, quibus diſturbiis civitas

Eyſtet per *Ludovicum* Ducem in Ebdomada ſancta cum maxima *Bohemorum* multitudine obſidetur, deſtructis quoque quatuor diſturbiis muroque crebris ictibus lapidum perforato Epiſcopus & populus civitatis ejusdem perterriti in deditionem ſe dederunt Feria ſecunda Paſcæ.

MCCCCLXII.

Fridericus Bavarorum Dux tres Illuſtres & nominatiſſimos hoſtes devicit pridie Kal. quinctiles anno Chriſti MCCCCLXII. inter *Rhenum* & *Neccarum* milliario uno ab *Heidelberga.*

Moguntia à Duce *Ludovico* de *Veldentz nigro* capitur ob amorem *Adolphi* de *Naſſaw* electi Epiſcopi.

H. a. *ward* Mentz *eingenomen von Herzog* Ludwig *bey* Rein *genant der* Schwarz Herzog *und ward Sackman da gantz gemacht Pfaffen und Burger geſchezt und erſtochen.*

H. a. *lag* Herzog Ludwig *von Bairn und Marggraf* Albrecht *vor* Giengen *um die Zeit Mariæ Magdalenæ.*

MCCCCLXV.

Ludovicus Dux *Bavariæ* h. a. contra *Auguſtenſes* plurima bella gerens, ferro, fame, igne multas circum circa conſumit villas, è quibus unam villam magnam *Nawe* vocatam funditus in favillas redegit.

Rudpertus Epiſcopus *Ratisponenſis* frater *Ottonis* Ducis *Bavariæ* obiit, undecimo die menſis Octobris, non adeptus benedictionem. Hic adjecit Epiſcopatui caſtrum *Bärbing*. *Henricus* de *Abſperg* Præpoſitus Eccleſiæ majoris *Ratisponenſis* electus concorditer per Capitulum conſecratus in Epiſcopum *Ratisponenſem* per Epiſcopum *Friſingenſem.*

Defuncto *Rudperto* Duce *Bavariæ* per Capitulum aſſumitur pari voto Dominus *Henricus* hujus nominis *Tertius* de *Abenſperg* etiam nuper electus, Eccleſiæque Ratisponenſis Canonicus in ejusdem Eccleſiæ præſulem pium providum, benignum, ſcientificum clerique zelatorem optimum. Hujus ſiquidem præſulis auſpiciis divino quodam, ut credo numine, Miſſalia Ratisponenſis chori per viros doctiſſimos correcta, quæ quondam negligentia ſcriptorum aliaque incuria depravata fuerant, emendatiſſima ſuis cum rubricis reddita ſunt, ac quaſi de novo edita, impreſſoribus librorum inſtituit imprimenda.

Hoc anno inopinabili & ſubita corporis infirmitate tactus diem ſuum clauſit extremum *Rupertus* de *Novo foro* Dux *Bavariæ* Epiſcopus *Ratisponenſis*, in civitate *Yps*, quæ eſt in partibus *Auſtriæ*, cujus corpus per alveum *Danubii* navi impoſitum verſus *Ratisponam* delatum ibique in Eccleſia cathedrali ante ſacriſtiam ſumma cum honorificentia terræ commendatur. Fuit hic intruſus & non conſecratus, quia morte præventus.

MCCCCLXVI.

Menſe Martio ſub *Paulo* PP. II. & *Friderico* III. Dominica infra Octavam Epiphaniæ quidam hæreticus, *Levinus Werſperger* dictus abjuratus propter hæreſim quam tunc in Eccleſia cathedrali *Ratisponæ* publicè abjuraverat carceri perpetuo præſente Epiſcopo & ejus Suffraganeo & quampluribus Doctoribus atque Licentiatis & populi multitudine qui & in carcere turris caſtri *Hohenburg* Norici mortuus eſt.

MCCCCLXVIII.

Albertus Dux *Bavariæ* de *Monaco* caſtrum *Degernberg Joannis Gebolf* funditus deſtruxit. Caſtrum quoque *Nusberg* manu capit forti. Caſtrum denique Domini *Joannis de Nusberg*, *Calmberg*, ſimili modo tenet fugato Domino *Johanne* de *Nusberg* in *Bohemiam*, qui tandem obtento ſalvo conductu venit *Ratisponam*, ubi per annos aliquot vitæ ſuæ deduxit moras. Demum anno Domini MCCCCLXXXII. moritur & in conventu fratrum *Heremitarum* ibidem ſepelitur.

Hoc anno *Eccleſia S. Mariæ Monaci* cœpta & paucis annis conſumpta.

MCCCCLXIX.

Fridericus Imperator *Romam* ivit.

MCCCCLXX.

Chriſtophorus Dux *Bavariæ* ab *Alberto* fratre ſuo in balneo captus & in vinculis annis duobus, minus dimidio tentus.

MCCCCLXXI.

Dux *Chriſtophorus* de *Monaco* per Albertum Ducem Germanum ſuum captus & per biennium ferè in carcere mancipatus tandem quorumdam Principum interventu & diæta *Ratisponæ* habita certis conditionibus datis liberatus eſt.

H. a. die Solis, XVI. Junii, hora quarta poſt meridiem vel quaſi intravit Imperator *Fridericus Ratisponam* urbem cum magno exercitu ferè quatuor millibus equorum.

Item præceſſerunt eundem *Fridericum* Imperatorem, Cardinalis *Franciſcus* SS. Romanæ *Eccleſiæ S. Eyſtachii Diaconus Senenſis* in partibus Germaniæ & terris S.R.I. ſubjectis, Apoſt. Sedis Legatus. Item Epiſcopus *Moguntinenſis*, *Trevirenſis*, *Colonienſis*, Marggravius *Brandenburgenſis.* Item de poſt advenerunt duo Principes de *Saxonia*, videlicet *Erneſtus* & *Albertus* quos Imperator ſuſcepit reverenter eis obviam equitando unà cum aliis Principibus. In numero equitaverunt per pontem lapideum cum prædictis Principibus quatuor mille cum aliquot centenis. Item poſtea ſupervenerunt, videlicet poſt adventum Imperatoris Dux *Otto* de *Newburga*, Duces tres de *Monaco*, Dux *Sigismundus* de *Atheſi*, Dux *Ludovicus* de *Landeshuta* intravit cum Imperatore. Item de poſt ſupervenerunt Principes ſpirituales videlicet

Bernardus Archiepiſcopus *Salzburgenſis*, *Ulricus* Epiſcopus *Patavienſis*, *Joannes* Epiſcopus *Auguſtenſis*, Epiſcopi: *Eyſtetenſis*, *Colonienſis*, *Strigonienſis* cum Legato *Laurentio* de *Ferraria*. Item in vigilia S. Jacobi Dominus Landgravius de *Haſſia*, recepit terram ſuam ab Imperatore in Feudum cum magna ſolennitate, præſentibus quinque Electoribus.

MCCCCLXXII.

Studium *Auripolenſe*, quod & *Ingolſtatenſe* hoc anno per Papam *Sixtum IIII.* confirmatur.

MCCCCLXIIII.

Jubilæus à *Sixto* celebratur.

Nota quod anno Domini MCCCCLXXIIII. obiit Magiſter *Cunradus de Nurinberga* qui cum à nativitate eſſet cœcus, in omnibus tamen muſicalibus artibus expertiſſimus ac famoſiſſimus extitit, nulluſque ſui temporis ſibi ſecundus, in organis, lutina, cithara, fidella ac fiſtula, tibiis ac buccina & in omnibus inſtrumentis muſicalibus. Sed & in longinquis regionibus apud nonnullos Principes fama ejus divulgabatur, qui ad ſe illum invitantes copioſis muneribus ad propria in ſuo curru remittunt, videlicet *Fridericus* Imperator, Dux de *Mantua*, qui inter cætera tunicam auro contextam & gladium militarem capulo deaurato ac catenulam ſeu armillam auream ſibi largitus eſt; Princepſque *Ferrarienſis*, qui & ſimiliter pallium auro contextum cum aliis munuſculis donavit. Sed & Dux *Albertus* de *Monaco* in cujus curia commoratus eſt annuatim pro ſe & uxore ac familia ſua LXXX. florenos Rhenenſes dare conſuevit & cætera. Plurimos artis ſuæ reliquit Diſcipulos optimos quos propria perſona artificialiter inſtruxit. Sepultus in Eccleſia Virginis Mariæ *Monacenſi*. (q) (q)

MCCCCLXXV.

Item Herzog Georg *hett Hochzeit zu* Landshut *mit des Königs Tochter von* Poln *am Erichtag nach Sant Marteins Tag in dem Jar MCCCCLXXV. und der Kayſer* Fridrich *und Herzog* Ott *von* Neuenmarckt *fuerten die Braut gen Kirchen, und Marggraf* Albrecht *und Herzog* Sigmund *von der* Etſch *fuerten ſie zum Opfer. Item den erſten Tanz thet der Kayſer mit der Braut, und im tanzten ſechs Fürſten vor und zwen Fürſten nach, und waren XVIII. weltlich Fürſten auf der Hochzeit, und ſechs Fürſten Biſchöffen geiſtlichen, und zwölf Graven zu* Landshuet.

Henricus de *Abenſperg* Epiſcopus *Ratisponenſis* hoc anno circa feſtum Michaelis verſus *Romam* iter arripuit, expeditis quoque feliciter in eadem curia, quæ pro utilitate Epiſcopatus ſui, & Bavariæ Principis Ducis *Ludovici* arduis expeditionibus fideliter ac fiducialiter gerebat, ſicque ad propria incolumis in profeſto S. Pauli converſionis anni ſequentis advênit.

MCCCCLXXVI.

De Judæis Ratiſponæ: Gens miſera ac calamitoſa omni cæcitate plena, judaicus ſcilicet populus qui quondam fuit populus electionis, nunc verò reprobationis & ignorantiæ, hactenus in noſtra alma Ratiſponenſi urbe moratur à quo ut piè præſumitur hæc inclyta civitas haud parva diſpendia ac detrimenta in hodiernum diem ſenſit. Sunt enim numero quamplures & ut quidam volunt, major pars in abditis latitat, quæ ſe luci dare non audet, ob numeroſam fortè eorum multitudinem. Diverſis ex partibus noſtram adeunt urbem, & quaſi ad Gymnaſium quoddam cottidie videntur accedere. Incolunt enim ea in civitate portionem non modicam in corde civitatis ſituati è regione Eccleſiæ Fratrum Heremitarum D. Auguſtini, ubi laus divina cantuſque ſynagogicus ab utraque parte percipitur. Habent plateas valdè amplas ſed immundas, domos perveteſtas ac fortes, portas quatuor habent unde tranſitus communis, quas claudere habent per ſuos nocturnis temporibus. Non laborant, ſed uſuræ inhiant, Chriſtianorum nimia familiaritas cum eiſdem. nemo corde percipit quos diu noctuque in domibus eorum contrahunt &c. (r) (r)

Anno Domini MCCCCLXXVI. nonnulli ex Judæis capti ſuppliciiſque affecti propter pueros ab eis necatos, in quorum memoriam officula eorundem per *Ratisponenſes* in domibus eorum reperta, in Prætorio *Ratisponenſium* aſſervantur, & demum Friderico Imperatore & avaritia dominante impunè libertati dati ſunt.

Nota, quod Judæi Ratisponenſes circa annum Domini MCCCCLXXVI. coram Romanorum Imperatore *Friderico III.* in *Lintz* poſiti eorum diſperſionem profitentes inter cætera dixerunt quod circiter annos MDCCC. in loco quo nunc *Ratisponæ*, morantur, habitationem ſuam in ſua diſperſione habuiſſent. Imo antequam urbs illa fundaretur, & hoc quidem veritati conſonare videtur, ſi inſpiciatur diſperſio Judæorum, quæ per Ptolomæum Soter facta eſt, ante verbi incarnationem CCCXXIV. annis quibus ſi addantur MCCCCXXVI. conſtabunt MDCCC.

Fridericus Bavarorum Dux qui tres Illuſtres & nominatiſſimos hoſtes devicit, apud Cordigeros *Heidelbergæ* ſepultus cum tali Epigrammate: *Fridericus Bavariæ Dux Comes Palatinus Rheni, S. R. I. Elector, ſalus Patriæ, Prædonum fulmen, tres Illuſtres Duces vicit, Principatum auxit & piè vivis exceſſit anno Chriſti MCCCCLXXVI.*

(q) De ejus obitu alibi, *T. I. rer. Boicar.* egimus, ubi & *Epitaphium* relatum eſt.

(r) Videntur ex *Hiſtoria MS. de Judæis Ratisponenſibus*, *Hofmanni* Monachi *Emmeramenſis* deſumpta.

LXXVI. pridie Idus Decembris, fuit ejus vitæ ſocia, virtus, gloria martis comes.

Epitaphium.

Una ſalus Patriæ Dux & Mavortius heros
Et Leo magnanimus hic Friderice jaces.
Gloria Bavarici tu ſanguinis inclyte Princeps
Eximium belli tu decus atque togæ
Tres hoſtes magnos claro bello ſuperaſti
Oppida, villæ, arces te tremuere Ducem
Juſtitiæ cultor vigilanter ubique cavebas
Ne premeret terras fur, latro, prædo tuas.
Quod ;dudum dederat corpus, modo terra recepit
Quam dederat, animam ſuſcipe Chriſte ſuam.

Aliud:

Debita naturæ fœlix reddens Friderice
Profeſto Otiliæ cœlum pro ſede capeſſe.

Aliud:

Tranſiit in celſas patrias magnus Fridericus
Profeſto Otiliæ cepit regnare Philippus.

H. anno vel circa Feria ſecunda ante Simonis & Judæ obiit Domina *Anna* de *Brunsvicia* Duciſſa *Bavariæ* in civitate *Monacenſi.*

Zu Regensburg an der Thunaw gelegen, haben die Juden nit lang vor den ſeligen Kindlein zu Trient, auch ain Kind getödt, als Iſaac *und* Lazarus *nach gewiſer Sag verhollen,* Iſrael *aber (nach der Tauf* Wolfgang *genant) bekennt, das er unter XXV. andern Juden auch da perſonlich darbey geweſen ſey, und nent die andern all in ſeinem Proceß. Er ſagt auch wie das gleich als das Kindlein Simeon emblöst und geſtochen, im ſein Hawpt abgeſchnitten aus beiden Kinbacken Fleiſch geriſſen, mit ainem Schwaistüchlein endlichen erſteckt, und im Hoff irer Synagog in dem Winckel der gegen Mittag der Sonnen iſt, begraben, das kam auch an die von Regensburg, die fiengen die Juden, und erfunden alles an ihnen, wie der bekant hett. Nun wolten ſie das noch bas erfaren, und verſuehen ob doch der ander Kinder Hainer noch doſelbs ſind, als dan vor auch ir Juden doſelbs geſeſſen und auch verhollen hetten, wolten ſy ſelber nit graben, damit die Juden hinnach nit laugen und villeucht ſprechen möchten, ſie hetten die Hain die ſie fänden ſelbs mit inen haimlich hineingetragen. Alſo fanden die* von Regensburg *doſelbs die Hain der getödten Chriſten Kinder durch die Juden, die ſie aus der Gefengnus namen, die muſten ſelbs an den Enden dohin ſie geſagt und gezaigt hetten, graben die funden ſelbs das Gebain in dem Grab und gaben die denen* von Regensburg *heraus.*

Hoc anno in die Cœnæ Domini quidam XIII. annorum furatus eſt in Eccleſia Parrochiali *S. Emmerami* Sacramentum Euchariſtiæ cum reſervaculo ſuo loco in quo reponi ſolet aperto incautè relicto & reſervaculo ſeu pixide retenta Sacramentum ad cellarium quoddam ex oppoſito curiæ Epiſcopalis versùs aquilonem projecit, quod die quarto fure ipſo oſtendente repertum eſt numero ſex particularum & per Epiſcopum cum reliquiis & clero & populi multitudine accenſis copiosè luminibus ad Eccleſiam parrochialem S. Udalrici delatum, fur verò virgis eſt cæſus in oppido *Kelhaim* & dimiſſus. In loco verò capella fabricata eſt in honore *Salvatoris.* Anno eodem, III. Non. menſis Novembris conſecrata.

MCCCCLXXIX.

Indulgentiæ plenariæ ad *Eccleſiam Beatæ Mariæ Monaci.*

MCCCCLXXXI.

H. a. *Henricus* Epiſcopus *Ratisponenſis* hortatu ſuo effecit ut feſtum *Præſentationis* à choro *Ratisponenſi* acciperetur, cum Hiſtoria ejusdem feſti, perpetuis temporibus celebrandum.

MCCCCLXXXII.

Feria V. ante aſcenſionem obiit nobilis & ſtrenuus vir Dominus *Johannes de Nusberg Erbſchenck* Bavariæ in oris, ſepultus in Conventu noſtro (s) *Ratisponæ.*

MCCCCLXXXIII.

Nota quod h. a. Ratisponæ inter Conſules & communitatem ſeditio orta. Ita quod Conſules furorem populi veriti ad loca religioſorum ſe transferentes, ibi latuerunt, usque dum res inter ipſos ſopita fuit, ad propria ſunt reverſi.

H. a. *Iſt die Gemain zu Regensburg* tertia die poſt Laurentii *zwiſchen 6. und 7. Uhr, die Wolwürcker wider den Rat ain Bund zumachen. Am ſechsten Tag hernach iſt die Gemain auf das Rathhaus gangen um 4. Uhr auf dem Tag. Nach Bartholomæi ſein die Brief der Bericht geben worden.*

MCCCCLXXXIIII.

Carthuſienſes in *Pruel* per *Albertum* Ducem de *Monaco* ponuntur, ſedente *Sixto* PP. Quarto.

Carthuſienſes receperunt locum in *Prüel* h. a. in die Achatii.

MCCCCLXXXV.

Seditio populi contra Conſules *Ratisponenſes* oritur, & hoc Feria tertia poſt Laurentii. Orta ſimultate inter *Chriſtophorum* Ducem *Bavariæ* & Dominum *Nicolaum* Liberum de *Abenſperg*, ita quod una dierum propè Friſingam in campo armata manu congreſſi, Dominus *Nicolaus* ſupradictus Liber à Domino *Frawnberger* occiditur, & N. *Rorbeck* & N. *Pogner* cum aliis deſiderati ſunt. Unde comitatus aut liberum Dominium *Nicolai* ſæpe dicti ad *Albertum* Ducem *Bavariæ* de *Monaco* devolvitur quia ſine liberis deceſſit.

(s) Hundius *Stemmat. Bav. I.* §. *de Nusbergiis* p. m. 281. ait Ratisponæ apud Auguſtinianos ſepultum, unde colligitur hæc ex Necrologio illius monaſterii excerpta.

Hoc anno *Albertus* Dux de *Monaco* *Landſperg* civitatem & caſtrum cepit.

Eodem anno *Nicolaus* de *Abenſperg* & *N. Rorbeck* & *Laurentius Pogner* à Miniſtris Ducis *Chriſtophori* propè *Freiſing* occiduntur. Quo anno *Mathias* Rex Ungariæ *Wiennam* cepit. (t)

(t)

Sciendum quod iſti ſunt quorum hæreditates cum caſtris & prædiis ſucceſſu temporis ad Duces Bavariæ ſunt devolutæ.

Fridericus & *Hermannus* Landgravii de *Stephnunge.*
*Calmüntz. *Ulricus* Comes de *Velburg* & *Clamnia.* *
Tres fratres *Burggravii* de *Rietenburg.*
Otto liber de *Werde* apud *Heilingſtat.*
Diepoldus Marchio de *Vohburg* & *Chambe* qui extitit fundator Monaſterii *Reicherſpacenſis.*
Conradus Dux *Croatiæ* & *Dalmatiæ* de *Dachaw.*
Fridericus & *Otto* de *Witeleinſpach* Comites *Palatini.*
Heinricus de *Lantſperg* apud *Lech* flumen.
Henricus Marchio *Hiſtriæ* de *Andechſen.*
Otto Fratruelis ſuus Dux *Meraniæ* de *Wolfrathauſen.*
Siboto Comes de *Hadmerſperg.*
Otto Comes de *Phalagia.*
Cunradus Comes de *Waſſerburg.*
Alhait Comitiſſa de *Morn* quæ habuit *Caſtein* in montanis.
Sifridus & *Bernardus* Comites de *Lehnaw*, quorum erat civitas in *Burckhauſen.*
Chuno Comes de *Meglinge.*
Eberhardus Comes de *Dornberg.*
Heinricus Liber de *Vilsbiburg.*
Chalhohus Comes de *Kirchberg.*
Ratoldus Liber de *Kager.*
Leopoldus, *Berchtoldus* & *Albertus* Comites de *Pogen.*
* ita Cod. *Henricus* & *Ludovicus* de *Henntonen.* *
Rapoto Palatinus de *Rötal.*
Otto Comes de *Gruembach.*
Comites de *Mosburg.*
Rabo de *Eleneskirchen.*
Hadmarus & *Rapoto* de *Achuſen.*
Heinricus Comes de *Ortenberg* & *Rapoto* frater ſuus, Comes Palatinus *Bavariæ.*
Ludovicus Liber de *Hagnaw.*
Liber de *Utendorf.*
Leopoldus Comes de *Hals*, cujus extitit oppidum *Oſterhoven* cum loco annexo.

MCCCCLXXXVI.

Des Suntags Invocavit in der Faſten, verwandleten die Sweſter des Stifts iezt genant zu S. Clara *zue* Regensburg *von wegen der Pueswertigkeit ainer Frawen genant* Reusmennin *den Orden S. Mariæ Magdalenæ, und namen da aus Vermanung der mindern Brüeder auf ſich den Orden und Regel Sanct Claren.*

H. a. VI. Auguſti *Albertus* Dux de *Monaco Ratisponam* cum conſenſu civium in ſuam redegit poteſtatem ſcilicet anno &c. quia primo Junii Marchio *Brandenburgenſis Fridericus* nomine Imperatoris ac Imperii eam ad Imperium reduxit.

Ratispona liberè à conſulibus *Alberto* Duci de *Monaco* deſignatur, & hoc in vigilia Jacobi.

En tua clara ſoror ratis illi Nobile nomen
Imperii nuper ſacri fundamen honorque
Saxea Danubium rapidum per vincula coërcens.
Libertate ſua quam prima ab origine duxit
Se miſeram ſpolians didicit ſervire, jugumque
Alterius patitur, nimium quia prodiga vixit.

Conſules neſcio qua mente moti *Ratisponam* civitatem *Alberto* Duci *Bavariæ* de *Monaco* liberè reſignârunt, & hoc anno MCCCCLXXXV. quam & cum *Georgio* Duce *Bavariæ* præſente, anno ſequenti (MCCCCLXXXVI.) in ſuam accepit deditionem. Sub cujus jugo fuit usque in annum ſalutis MCCCC. XCII. quo anno Illuſtris Princeps *Fridericus* Marchio *Brandenburgenſis* vice Imperatoris eam Imperio addidit.

H. a. *haben die von* Regensburg *Herzog* Albrechten *die Stat übergeben des Morgens frue umb neunte Stund. An Sant Sixten-Tag iſt Herzog* Albrecht *eingeritten, ain Uhr Nachmittag. An den dritten Tag haben die von* Regensburg *geſworen frue um newn Uhr dem Herzog* Albrechten.

MCCCCLXXXVII.

Proceſſio Generalis cum SS. Euchariſtiæ Sacramento *Ratisponæ.*

Circa Jubilate *hat man die Glockhen auf der Thunaw von* Regensburg *gen* Munchen *gefürt. Item Pentecoſtes iſt der Schefman ſo die Glockhen gefürt hat, tod. Am dritten Tag nach Mathæi hat man das Heiligtum zu* Regensburg *am erſten gezaigt.*

H. a. *war ain* Thurnier Hof *zu* Regensburg.

MCCCCLXXXVIII.

H. a. in die S. Colomanni *Albertus* Dux de *Monaco* cum conſenſu & voluntate civium *Ratisbonenſium* cœpit effodere & deſtruere certas domus in *Pretprun* & *Singrun* & ædificavit ibidem novum caſtrum pro ſe ſuisque Succeſſoribus, poſuitque primum lapidem XVII. die menſis Septembris, hoc eſt, in die S. Lamperti Anno MCCCCLXXXIX.

H. a. factum eſt torneamentum *Ratisponæ* cui inter alios interfuit *Georgius* Dux *Bavariæ* de *Landshuta.*

H. a. *hat man zu* Regensburg *das Geſchlos angehebt zu bawen.* Item circa feſtum XI. mille viginum *hat man angehaben ain newe Pruckh und ein newes Thor neben dem Geſchlos zu bawen.* In die Eliſabethæ *hat man dem Herzog die Schlüſſel zue dem Thor am Petprunn geantwortet.*

(t) Hoc loco in codice meo breve ſcriptum annexum ſub rubro ſequenti, quod hic inſerere data occaſione viſum eſt. Perinde enim eſt, cum nota annorum careat, hic an alibi legatur, quod uſui eſſe poteſt omnia perquirentibus.

Eodem anno in die Nativitatis Chriſti *iſt die Glocken zu München zerprochen , die man von* Regenſpurg *gefürt hat.*

MCCCCLXXXIX.

Feria quinta poſt exaltationis Crucis *iſt der erſt Stain zu dem Geſchlos zu* Regensburg *gelegt worden.*

MCCCCXC.

Fuit annus Jubilæus *Ratiſponæ* per ſex hebdomadas continuas ſub *Iñocentio VIII.*

Eodem anno , octava die menſis Junii tempeſtas valida & tonitrua ingentia , arbores evulſit, ædificia & caſtra deſtruxit & inter *Ratisbonam* & *Straubingam* ultra quingenta horrea.

Sabbato ante Eliſabeth obiit Illuſtris Princeps *Joannes* Vice Dominus Baiſæ Bavariæ (*Alberto* tunc Rempublicam Bavariæ adminiſtrante) *Ratiſponæ* veteris capellæ cum inſigni lapide armisque ſepultus *. Hic Dominus *Veronæ*, *Vincentiæ* , & per *Venetos* cum patre & tribus fratribus minus juſtè expulſus.

*Ita & Hundius P. II. Stem̄atogr. Bav. in gente illa , p. m. 46.

Die XXVII. Maij , *zu Mittag iſt der König Maximilian zu Regenſpurg durch die Bruckh gefaren , und zwiſchen den zwaien Prücken hat er den* armen Judas *pfeiffen und trumeten laſſen. Er wolt auch in die Stat nit.* Eodem anno menſis Septembris 4. *Ubr Vormittag iſt des Francken Sun im Harniſch mit aim geſpanten Armbruſt und hat auf den Velber des Biſchofs Notari abgeſchoſſen , und hat gefellt , und iſt zu dem Thor ausgeritten.*

MCCCCXCI.

Fames ingens ad biennium fermè Germaniam afflixit año Domini MCCCCXCI. regni *Maximiliani* anno ſexto, & in *Suevia* & *Bavaria* maximè graſſabatur.

Eodem anno *Albertus* Dux *Bavariæ* bellum geſſit cum nobilibus videlicet *Paulſtorffer* & *Stauffer* & eorum confœderatis quos *Leoniſtas* vocabant , caſtra eorum obſidendo, igne ferroque vaſtando , ac inter cætera *Ehrenfels*, *Köffering* ac *Flügelsperg* expugnando , ipſumque *Jeronymum Stauffer* cum triumpho Ratisbonam captum cum aliis ducendo, tandem interventu quorumdam pax inter ipſos compoſita eſt.

H. a. *hat der Keyſer die von Regensburg in die Acht getan. In die Joannis Evangeliſtæ hat ſich der Stauffer frue vor Tag als Herzog* Albrecht *für* Käfering *gezogen iſt.*

MCCCCXCII.

Confœderatorum populus *Sueviæ* cum Rege Romanorum *Maxilimiano* & marchione *Brandenburgenſi* occupaverunt partes *Bavariæ* contra Ducem *Albertum* de *Monaco* , qui *Ratisbonam* civitatem Imperialem contra Cæſaris voluntatem ſibi uſurpaverat.

Eodem anno fuit magna caritas in partibus *Alemanniæ* & præſertim in *Bavaria*. Vendebatur enim unum *Summer* tritici pro medio floreno , ſiliginis pro XXII. crucig. avennæ pro V. crucig. paulo plus vel minus.

Henricus Abſperg (Epiſc. Ratisb.) aſſumpſit ſibi Coadjutorem de conſenſu Capituli *Rudbertum* Ducem *Bavariæ* Canonicum *Moguntinum* , & hoc an. 1484. die 17. menſis Novembris , & prædictus *Henricus* obiit anno Domini MCCCCXCII. de nocte , & præfatus *Rudbertus* conſecratus eſt in Epiſcopum die S. Catharinæ anno præſcripto per Epiſcopum *Auguſtenſem*, Suffraganeum *Eyſtetenſem* & Suffraganeum *Ratisbonenſem* intereſſentibus octo Abbatibus infulatis.

H. a. in vigilia aſcenſionis *iſt Marggraf* Fridrich *zue* Regensburg *eingeritten und der Graf von* Zollrn , *und haben* Regensburg *widerumb zum Reich eingenomen , ut hat gefürt ain weiſſen Hanen im ainem roten Veldt. Darnach am dritten Tag Nachmittag hat Rat und Gemain dem Keyſer widerumb geſworn* & hoc in Junio. *Darnach ſeind zu dem Keyſer geſchickt worden vom Rath* , Karg, Kizaler, *von der Gemain Doctor* Hanns Bayr, Hanns *von* Strasburg, Kolb, Elnpeck, *iedliche Parthey ihr Sach zuverantworten. Poſt Jacobi iſt zu* Regensburg *ein newer Rath gewehlt , und die alten aus dem Rat geton.* In vigilia aſſumptionis Mariæ *hat der new Rath die Alten in die Thürn gelegt* , 7. *Stund Nachmittag , und den gantzen Tag geſeſſen im Rath , und darnach* Herr Bernhardin *mit etlichen des newen Raths zum Kayſer gen* Lintz *gefaren von des alten Rats wegen.*

Rudpertus hujus nominis *Secundus Ratiſponenſis* fit Epiſcopus , & anno Domini MCCCCXCII. ab Epiſcopo *Auguſtenſi* ſua in Eccleſia conſecratur , & hoc in die Catharinæ.

Rudpertus Dux *Bavariæ* ex Canonico & cantore *Maguntinenſis* Eccleſiæ Præſul efficitur *Ratiſponenſis* , confirmaturque ab *Innocentio VIII.* Hic inſtituit duo feſta celebranda videlicet feſtum *Viſitationis* & *Conceptionis* tam à Clero quam à populo ſolemniter peragenda.

H. a. VII. Kal. Auguſti obiit Reverendus in Chriſto Pater Dominus *Heinricus* de *Abenſperg*. Sedit annis XXVI. menſes VIII. dies VII. vixit annis LXXII. menſes IIII. dies VII. ſepultus in cathedrali Eccleſia cum inſigni lapide propè altare *S. Stephani.*

MCCCCXCIII.

Obiit Dux Bavariæ *Chriſtophorus* frater *Alberti* Ducis in *Monaco*. Hic in peregrinatione ad *Terram ſanctam* (una cum *Georgio* Duce *Saxoniæ*) morbo correptus

Rhodiis vitam cum morte mutavit, ibique humaniſſimè ſepultus.

H. a. quarto die poſt circumciſionis *ſeind zu* Regensburg *die Alten aus der Gefengnus gelaſſen, und verbürgt die Sach vor dem Kayſer auszutragen.*

MCCCCXCIIII.

Quidam nomine *Nicolaus Walch Ratisponenſis* crurifragium ſubiit propter homicidia quæ in domo cujusdam Judæi ibidem commiſerat. Occidit enim uxorem Judæi & filium & hoc in die converſionis S. Pauli.

H. a. *Rudpertus* Epiſcopus *Ratisponenſis* bellum geſſit cum nobilibus N. *Pretſchlaifer* & N *Nusberger* qui multa intulerunt damna Eccleſiæ Ratisponenſi.

MCCCCXCV.

In die Apolloniæ *ſein die Künigiſche Räth auf dem Rathhaus zu* Regensburg *geweſen, und haben innern und auſſern Rat verändert.*

MCCCCXCVII.

Reverendus Pater ac Dominus *Mathias* N. Ordinis *Carthuſienſis*, quondam *Prior Ratisponæ* in *Prüel* ſui Ordinis, in *Suffraganeum Friſingenſem* eligitur, & anno prædicto Dominica tertia poſt Pentecoſten *Ratisponæ* à Venerabili ejusdem ſedis Epiſcopo conſecratur.

H. a. Dominus *N. Künsperger* Canonicus *Ratisponenſis* & Capitaneus Eccleſiæ Romanæ in bello contra Urſinos occiditur.

MCCCCXCVIII.

Jubilæus *Ratisponæ* celebratur ſub *Alexandro VI.*

H. a. obiit Reverendus Pater & Dominus *David* Abbas *Scotorum S. Jacobi Ratisbonæ*, ſepultus ſua in Eccleſia.

MCCCCXCIX.

Sigismundus de *Rorbach* Capitaneus *Ratisbonenſis* deſignatur.

H. a. circa feſtum *S. Erhardi* Dominus *Sigismundus* de *Rorbach* Eques auratus à *Maximiliano* Romanorum Rege *Ratisbonenſibus* Capitaneus deſignatur. Obiit in *Egra* anno Domini MDXI.

Feria quarta Pentecoſtes fuit generalis proceſſio *Ratisponæ* cum reliquiis Sanctorum propter bellum quod tunc inſtabat inter *Maximilianum* Regem *Romanorum* & *Suitenſes.*

Eodem anno in profeſto S. Petri ad vincula obiit *Joannes* Epiſcopus *Hierapolitanus* nec non *Suffraganeus* Domini *Ratisbonenſis*, in Monaſterio D. Emmeramo dicato ſepultus.

Feria quinta ante Dominicam *Quaſimodogeniti* obiit Illuſtris Dux *Otto* de *Novo foro* ibique apud ædem D. Virginis Mariæ ſepultus.

MD.

Dominicâ ante Simonis & Judæ advenit *Ratisbonam* Illuſtriſſima Regina Domina *Blanca*, uxor *Maximiliani* Romanorum Regis, & manſit ibi usque ad Octavam S. Stephani, ſequentis anni.

Eodem anno intravit urbem noſtram *Ratisbonenſem* invictiſſimus Rex *Maximilianus*, & hoc Feria ſecunda ante feſtum S. Materni, demum cauſis prægnantibus Feria quinta ſequenti deceſſit, *Auſtriam* intrando ubi cum *Ungaris* bellum geſſit.

H. a. obiit Illuſtris fœmina *Hedwigis* filia Regis *Poloniæ*, uxorque *Georgii* Ducis *Bavariæ.*

MDI.

Circa feſtum *Aſſumptionis Virginis* glorioſæ fuit magna inundatio *Ratisbonæ*, ita quod *Danubius* excreſcens multa damna intulit.

H. a. obiit Illuſtris Domina *Margaretha* conjunx *Philippi* Ducis *Palatini.*

MDII.

Sabbato ante Palmarum celebratæ fuerunt indulgentiæ more Jubilæi *Ratisbonæ* & duravit usque ad feſtum S. Martini.

Eod. anno *Caſpar Amon* capitur.

MDIII.

Solemnis proceſſio *Ratisbonæ* habetur ob cruces in veſtibus hominum apparentes.

Decollatorium, quod vulgus *den Rabenſtain* appellat, à *Ratisbonenſibus* erigitur, quod aliàs in urbe habebatur.

H. a. cum in *Bavaria* res bello ferro & igne agerentur *Rupertus Bavariæ* Dux & *Georgii* Ducis defuncti gener, videns quoniam nihil proficeret quin potius hoſtium guſtata tyrannide omnia in præcipitium irent, dolore cordis tandem intrinſeco annum ætatis agens XXIII. mortem obiit, uxor vidua non diu ſupervivens mortis acerbitate abſumpta virum ſecuta eſt.

In die S. Andreæ Apoſtoli obiit Dux *Bavariæ Georgius de Landzhuta*, qui morbo *Ingolſtadii* contracto, ibidem deceſſit ſepultus in *Säldental.*

Eſt dicterium quo iſte *Bavariæ* Dux *Georgius* ad *Joannem Camerarium Vangionum* Antiſtitem facetiæ vel joci cauſa in *Conventu* Principum *Friburgenſi* uſus fuiſſe fertur: qui prima vice Romam acceſſerit nequam illic hominem eum quærere: qui ſecundò; invenire: qui tertio; eum ſecum adducere.

Eodem anno bellum graviſſimum oritur inter *Rupertum* (qui filiam habuit ſupradicti) & *Albertum* de *Monaco*, ambo Duces *Bavariæ*. Unde tota *Bavaria* incendiis & prædationibus expoſita fuit.

Eodem anno *Landaw* à Duce *Alberto* expugnatur.

Eod. anno *Rupertus Bavariæ* Dux, generque Georgii ſupradicti diem ſuum clauſit extremum, Lienteria, ut ferunt, correptus.

Eodem anno obiit Illuſtris fœmina *Eliſabeth* filia Ducis *Bavariæ* conjunxque *Ruperti* ſupradicti.

MDIIII.

Anno Chriſti MDIIII. pridie Idus Septembris *Maximilianus* Cæſar Romanorum, Boemorum quatuor millia in campis Noricis non longè à Ratiſpona Danubiana ſua & Imperii Rom. libera civitate primos ante ſuos haſta congreſſus fudit profligavit & occidit & pleriſque captivis vitam elargitus ſarciniſque armis & univerſis eorum impedimentis in prædam conceſſis cum exercitu ovans atque triumphans Ratisbonam eſt reverſus. Bohemica victoria potitus ad fines *Alpium Rhæticarum* oppidum *Kueffſtenium* munitiſſimum ſuper Oenum flumen ab accolis *Inum* appellatum in Bajoarico Ducatu non longè ab Illuſtris comitatus Tyrolenſis finibus ſitum per dies continuos decem quibus id & arcem ejus obſidione cinxerat tormentis minaciſſimis (quas à ſono bombardas nuncupant) adeò conquaſſavit ut muris ſolo æquatis facilem ſibi ingreſſum aperuit, oppidoque quinto Octobris in deditionem coacto, ad XVII. Cal. Novembris ipſam denique arcem quaſi inoppugnabilem muris laceratis atque fractis cœpit pridie Idus Septembris hora diei quinta anni MDIIII.

A Divo Maximiliano intempeſtæ noctis ſpatio paſſuum XXX. millium per devia itinera confecto acerrimo exercitu Boemo illico fuſo fugatoque ac penitus deleto germanis viris inclytis N. & N. pro Romano Imperio ſtrenuè pugnantibus occiſis. Albertus Bavariæ Dux Illuſtriſſimus hoc Sacellum & Monumentum in æternam rei memoriam dicavit. (u)

H. a. Strages magna *Boëmorum* facta eſt propè *Ratiſponam* per *Maximilianum* Regem Romanorum, occiſis circiter CXV. captis vero DCC. & cum triumpho glorioſè *Ratiſponam* ingreſſus, per tres ibidem dies manens.

Eodem anno *Kopfſtain* per eundem expugnatur. Et in adventu Domini *Vilſhoven* per *Georgium Wiſpeck* Capitaneum *Roberti* Ducis *Bavariæ* ac *Comitis Palatini* obſidetur, ſed re infectâ, haud ſine cruenta clade receſſit.

H. a. pridie Idus Septembris Dominus *Georgius Schenck* de *Neydeck* eques auratus in conflictu contra *Boëmos* præſente Rege *Maximiliano* haud procul Ratiſpona viriliter occubuit, & ea in urbe cum aliis æquè ſtrenuiſſimè pro Romano Imperio certantibus cum clypeo & armis apud *Prædicatores* pompoſè eſt ſepultus cum inſigni lapide & Epigrammate. Hujus ſoror *Barbara* uxor quondam *Joannis Offi.* Mulier ſiquidem honeſtiſſima noſtro in conventu (x) diem expectat noviſſimum, quæ obiit anno MDIII.

Nota: infra ſcripti nobiles in bello contra Boëmos propè *Ratiſponam* anno quo ſupra deſiderati, humati habentur apud *Prædicatores* ea in urbe, quorum nomina ſequuntur: *Joannes de Eytin*, *Georgius de Schamberg*, *Joannes Lachinger*, *Sigismundus* de *Doweneck*, *Johannes* de *Hetzendorf.* Et apud *S. Egidium* Ordinis *Teutonicorum* *Johannes Lochner* eſt conditus.

MDVI.

In profeſto diviſionis Apoſtolorum quidam religioſus (cujus Ordinis tacetur) nocturno tempore habitu ſeculari repertus (*Ratiſponæ*) in domunculam ſtultorum ponitur, ibique per tres fermè horas in ſpectaculum populi reſervatus.

H. a. circa Dominicam *Lætare* facta eſt diviſio terrarum in Bavaria inter *Albertum* Ducem de *Monaco* & *Fridericum Comitem Palatinum*, & liberos *Ruperti* Ducis relictos.

MDVII.

Circa feſtum Galli inchoatum eſt *Ratisbonæ Conſiſtorium Imperiale*, quod etiam floruit ibidem anno Domini MDIII.

Eod. anno Monaſterium *Ensdorf* dictum familiari igne exuſtum eſt.

Hoc anno Feriâ II. poſt Mathæi in die SS. Coſmæ & Damiani capite truncatur *Wolfgangus Sazenhover* quondam Canonicus *Ratiſponenſis* in civitate *Abensberg* ob nonnullorum ſpoliationem.

Joannes hujus nominis III. Dux *Bavariæ* filius *Philippi* Comitis *Palatini* anno hoc, ex Canonico *Patavienſi* fit *Ratiſponenſis* Epiſcopus.

Hoc anno, Feria II. ante Miſericordias Domini *Rupertus* Epiſcopus *Ratiſponenſis* morbo gallico diutiſſimè moleſtatus, viribusque conſumptus, fato ſuo religioſè ac devotè functus eſt in caſtro ſuo *Werd*, & Feriâ quarta ſequente cum proceſſione totius Cleri ac populi ad civitatem noſtram delatus, in Eccleſia ſua cathedrali, propè ſacriſtiam cum ſolempni actu præſente *Joanne* Duce *Bavariæ*, qui ei ſucceſſit meruit tumulari & vacavit ſedes.

MDVIII.

Obiit *Philippus* Comes Palatinus ac Dux *Bavariæ*, Electorque Imperii.

Eodem anno obiit *Albertus* Dux *Bavariæ* de *Monaco*. ibique apud ædem Beatæ Virginis humatus.

Philippus Comes Palatinus Rheni & Princeps Imperii Elector poſt longam podagræ & chiragræ calculi quoque & arenæ corporis infirmitatem III. Calend. Martij tandem obiit in oppido ſuo *Germersheim* anno ætatis LIX. menſe ſexto. Cujus corpus *Heidelbergam* relatum in choro *collegiatæ S. Spiritûs Eccleſiæ* juxta tumulum conjugis ſuæ debito cum honore ſepelitur. Reliquit poſt ſe filios ſeptem & tres filias, quarum iſta ſunt nomina: *Ludovicus* primogenitus qui in principatu ſucceſſit, uxorem habens *Alberti* Ducis *Bavariæ* filiam. *Philippus* ſecundogenitus *Friſingenſis* Eccleſiæ in *Bavaria* Epiſcopus. *Fridericus* tertiogenitus tutor filiorum quondam *Ruperti* fratris ſui uterini in *Bavaria*. *Georgius* primo *Præpoſitus Eccleſiæ majoris Moguntinæ*, deinde Epiſcopus *Eccleſiæ Spirenſis* poſtulatus. *Henricus* Præpoſitus *Sancti Albani* propè *Moguntiam* & Eccleſiæ *B. Mariæ Virginis Aquisgrani*. *Joannes Ratisbonenſis* Epiſcopus in *Bavaria*. *Wolfgangus Herbipolenſis* Eccleſiæ Canonicus. *Eliſabeth* ſenior filia quæ primo nupſerat *Wilhelmo* Landgravio *Haſſiæ* quo ſine liberis mortuo, ſecundo nupſit *Philippo* marchioni *Badenſi*. *Amalia* ſecunda filia quæ nupſit *Georgio Pomeranorum* & *Stettinenſium* Duci. *Helena* tertia filia nupſit *Henrico* Duci *Megalopyrgio*. *Catharina* ultimo genita in monaſterio *Newenburg* ad *Neccarum* fluvium - - - propinquo Divi Patris Benedicti Ordinem profeſſa vitam degit ſanctam.

(u) Quo loco monumentum hoc erectum fuerit, imo an erectum, diſcere non potui.

(x) Excerpta hæc haud dubiè ex Necrologio Dominicanorum Ratisbonæ. Ibi enim ſepultum, hunc ultimum gentis Neudectianæ memorat Hundius in *Stemmat.* Hujus gentis, Familiar. Bav. T. I. p. m. 324. ubi tamen hujus *Barbara* non meminit, ſatis etiam jejunus in hujus gentis rebus.

Eodem anno XVI. Kal. Aprilis obiit *Albertus* Dux *Bavariæ*, cujus mortuum cadaver cum honore & ſolenni funeralium pompa ſepelitur in Eccleſia *Monacenſi*. Reliquit autem poſt ſe filios *Wilhelmum* in Principatu Succeſſorem, *Ludovicum* quoque & *Erneſtum*, filias quoque quatuor primogenitam ante annos aliquot deſponſavit *Ludovico Palatino*, patre *Philippo* adhuc vivente. Cujus tamen nuptiæ morte interveniente non fuerunt celebratæ. Deinde alteram duxit filiam in uxorem. Tertia nupta eſt *Udalrico Wirtenbergenſi* Duci. Quarta ſupereſt adhuc juvencula & impubes. Uxorem autem duxit *Albertus* ſororem Imperatoris *Maximiliani* & filiam Imperatoris *Friderici III.* quæ poſt mortem viri omnibus quæ poſſidebat renuntians Monaſterium quoddam Sororum *de tertia regula S. Franciſci* ingreſſa *Monaci* vitam degit ſolitariam.

Eod. anno in die Epiphaniæ Dominus N. *Nusberger* Canonicus *Ratisponenſis* à quatuor famulis pellificum percuſſus paucos poſt dies ſupervixit. Hi autem comprehenſi, unus capite truncatur, alii tres precibus quorumdam liberè dimiſſi.

MDIX.

Habita eſt generalis Proceſſio *Ratisbonæ* ob victoriam Regis Romanorum contra *Venetos*, ubi ignes arsêre, Bombardæ ſonum dedêre &c.

Anno quo ſupra in Octava *Nicolai Tolentinatis* Domina N. Domini de *Polhaim* quondam uxor, vita in thermis functa per Alveum *Danubii Ratisbonam* eſt deducta & per noctem in Conventu Fratrum *Heremitarum* ibidem poſita, tandem manè cum proceſſione totius Cleri *Ratisbonenſis Danubio* eſt commiſſa.

Eod. anno circa Feſtum Michaelis comparuerunt *Ratisbonæ* Capitaneus Imperii cum certis civitatibus Imperii, inter quos *Nurnbergenſes* cum bellico apparatu &c. propter Dominum *Henricum* de *Gutenſtain* qui cum aliis prædationibus captivitatibusque urbes imperii infeſtabat.

H. a. Sabbatho ante Georgii duo Sacerdotes *Ratisponæ* ad ſcalas publicè poſiti quorum primus *Johannes Praun*, alter vero *Jacobus Ziegler* quondam Stationarius Sancti Anthonii &c. perpetuis carceribus ſunt addicti.

MDX.

Quidam civis *Ratisponenſis* arte vietor, nomine *Joannes Sporer*, neſcio quo ductus ſpiritu mulierem ſe fingens nocturnis temporibus mutatis veſtibus ad terrendum mulierculas alioſque . . . . (y) qui tandem deprehenſus in domunculam ſtultorum ponitur & ſequenti die cum Scabinis civitatis bannitus ducitur ac exul. (y)

MDXI.

H. a. nuptiæ factæ ſunt apud *Budorinos* id eſt *Heidelbergenſes*. *Ludovicus* Palatinus accepit *Sibillam*, *Udalricus* Dux & Comes *Wirtembergenſis Sabinam*, ambæ *Alberti* Ducis de *Monaco* filiæ.

Hoc anno *Ludovicus* Comes Palatinus XXIII. die menſis Februarii, quæ fuit Dominica XLIX. ſolemnes nuptias cum filia Ducis Bavariæ *Alberti* ſibi nuper deſponſata ſolenni pompa celebravit *Heidelbergæ*. Deinde Dominica L. ſequenti, quæ fuit ſecunda die menſis Martij, *Udalricus* Dux *Wirtembergenſis* annum agens XXIIII. nuptias *Stutgardiæ* cum filia Ducis Bavariæ *Alberti* & ſupradicti *Ludovici* Palatini conjugis ſorore maxima cum ſolemnitate pompa & expenſis graviſſimis celebravit. Convenerant illo *Wilhelmus* Dux *Bavariæ* & frater ſponſæ, *Fridericus* Dux *Saxoniæ*, *Ludovicus* Comes Palatinus &c. *Fridericus* ejus germanus, *Fridericus* Marchio *Brandenburgenſis*, *Henricus* Dux *Megapolis*, *Henricus* Dux *Brunsvicenſis*, *Chriſtophorus* Marchio *Badenſis* & filius ejus *Erneſtus*, *Guilielmus* Comes de *Hennenberg*, *Fridericus* Comes de *Zollern* & filius ejus *Franciſcus* locum Cæſaris referentes, *Andreas* Comes de *Sunnenberg*, *Nicolaus* Comes de *Salm* & alius Comes de *Bitſch*, cum multis aliis Comitibus, Baronibus, nobilibus & equeſtris ordinis viris, nec non Epiſcopis & Prælatis in quorum præſentia Epiſcopus *Conſtantienſis* matrimonium

---

(y) Hiant hic nonnulla, quæ ex *Laurentio Hochwarto* facile ſupplentur.

nium ad fores Eccleſiæ collegiatæ *Stutgardiæ* ſolemniter ſolemnizavit. Referunt qui rei veritatem norunt equorum fuiſſe circiter VII. millia, expenſæ tantæ quantæ unquam auditæ vel viſæ ſunt. non fuere pares nuptiæ celebratæ tam ſumptuoſæ tamque magnificæ tamque dapiferæ ut fuere iſtæ.

MDXII.

Poſt Jacobi venit quidam *Nurenbergenſium* ab Imperatore miſſus cum *Thoma Fux* cum litteris Imp. volens confirmare Capitaneum *Thomam Fux*, & Feria quinta contra communitas fuit congregata &c. (quo die *Liskircher* cum bonis ſuis ad ſuburbium civitatis *Ratisponenſis* dedit fugam) & Feria ſexta ubi timebatur ſeditio populi, ita quod aliqui tam Judæi quam Chriſtiani fugam dedêre & Sabbatho ſequenti reſponſio *Thomæ Fux* data quod vellent ipſum acceptare ſine ſtipendiario, quo audito Dominica ſequenti quæ fuit Vincula Petri, receſſit.

In demſelben Jahr ſchlugen die vom Regensburg *Gulden.*

MDXIII.

Feria II. poſt *Quaſimodogeniti* Ambroſii feſto, *Wolfgangus Leskircher* * olim Magiſter civium ac Conſul *Ratisponæ* ob furta in Republica ſuſpenditur.

* alibi *Ulricus* vocatur.

MDXIIII.

An den XXX. Tag May wurden enthawpt Magiſter Wolfgangus Rorizer *Thumbmaiſter*, Leonhard Hönhaimer, Michael Loij, *darnach am erſten Tag Junii Maiſter* Hanns Hirſtorfer *ein Ziengieſſer*, Sebaſtian Schneider, Michael Schefknecht, *darnach ward angenomen* Thoman Fuchs *Hawptman zu* Regensburg.

MDXIX.

Quarta die menſis Aprilis in die S. Ambroſij, quæ fuit Feria II. poſt *Lætare* decollatur *Joannes Schmaller* ſcultetus.

Expulſi ſunt Judæi per *Ratisbonenſes* & communitatem hoc anno, ſequenti die poſt Mathiæ Apoſtoli, quæ fuit Feria VI. ſub *Thoma Fux* Capitaneo & *Sigismundo Swebel* Camerario.

VOLCMARI
ABBATIS CAMPI PRINCIPUM
ORDINIS CISTERCIENSIS
DE GESTIS PRINCIPUM
A TEMPORE
RUDOLPHI REGIS
USQUE AD TEMPORA
LUDOVICI IMPERATORIS
CHRONICA.

* * *

Ex Codice chartaceo Bibliothecæ Boicæ unico eoque
ſemilacero revocavit

ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Accedit

ANONYMI FÜRSTENFELDENSIS
BREVE CHRONICON BAVARIÆ
E SCHEDIS GEWOLDIANIS.

Monitum prævium Editoris.

PRodit tandem jam ferè conclamatus *Fürſtenfeldenſis* ille *Abbas*
VOLCMARUS, quem AVENTINO adhuc uſurpatum, ut deperditum
(a) dehinc luxêre GEWOLDUS (a), VOSSIUSque, & qui hos Duces ſe-
cuti ſunt alii non pauci. Sed prodit acceptus peſſimè, multis plagis in capite præcipuè conciſus, membriſque nonnullis mutilus, ut ſcires è bachantum manibus elapſum. Sed de opere poſtea, nunc de autore videbimus.

GEWOLDUS Metropolis Salisburgenſis Parte II. in Abbatum *Fürſtenfeldenſium* Catalogo *quinto* loco ponit VOLCMARUM. Ita autem ibi: *Abbas quartus Hermannus, olim Præpoſitus in Polling eligitur anno MCCLXXVIII. Tandem ob ſenii gravitatem à prælationis adminiſtratione abſolvitur anno regiminis ſeptimo*, hoc eſt anno MCCLXXXIIII. quo electus *Volcmarus* noſter;

(a) In nuncup. ad MAXIMILIANUM I. Bojorum Ducem, *Chronico Reicherſpergenſi* præmiſſa, edito *Monachij typis Nicolai Henrici* Anno MDCXI. in 4. *Melior ſane auctoris hujus* (Chronici) *ſi unquam in manus Aventini incidit fortuna fuit, quam Hermanni Altaichii inferioris*, VOLCMARI *Fürſtenfeldenſis*, *Antiſtitum, Conradi Monachi Schyrenſis aliorumque Boicorum, ſeu ut ipſe Aventinus vocat domeſticorum Scriptorum, quibus licet ille in conficiendis ſuis Annalibus ſit uſus, omnis tamen deinceps poſteritas caret.* Hæc Gevvoldus, qui ſi viveret, nullum jam eorum quos ut amiſſos luxerat, deſideraret.

ſter; de quo hæc *Aventinus* memoriæ prodidit: * *Volckmarus &c. Fürſtenfeldenſium Antiſtes, qui Ludovico II. Rudolpho & Ludovico quinto & Machtyldæ Principibus noſtris à conſiliis fuit.* Hactenus de VOLCMARO Hiſtoriæ Bojorum Parens, cujus poſtea verbis, choræam ducente *Voſſio*, inhæſerunt omnes fermè quibus de VOLCMARO agendi occaſio fuit. Nec plura etiam de ipſo poſteris innotuiſſent ſi ſimul cum memoria, ſcripta quoque viri abſumpta fuiſſent; quorum cum pars non contemnenda in reliquorum naufragio, me tabulam præbente, enatârit, factum ut exinde ſingularia nonnulla ad ejus vitam pertinentia addiſceremus.

* L. VII. *Edit. Ingolſt.* 1554. p.m. 748.

Juvenem *Straubingæ*, veteri tum Ducum ad Danubium ſede, egiſſe, cum Ottocarus bellum adverſus *Rudolphum* Cæſarem pararet, ea conficiunt, quæ VOLCMARUS de Regis illius in pelliciendis ad ſocia arma Principibus, conſiliis atque molitionibus his verbis narrat: *Interim etiam tentat aliquos Principes & nobiles auro corrumpere & argento, hoc petens ab eis ut ſaltem neutri auxilium porrigant, ſed domi ſuperſedeant cum quiete: de quibus erat unus Dominus Henricus Dux Bavariæ, qui accepit ab eo tunc temporis maximum donativum. Vidi enim, quod miſit onuſtum plauſtrum cum argento in vaſe continente menſuram ſeptem urnarum* * *de Bohemia in civitatem Strubing, & niſi tantam pecuniam vidiſſem procul dubio alii referenti nullatenus credidiſſem.* Emicuit autem hoc bellum anno MCCLXXVI.

* urna vini Bavaris hodie *ein Yrn Wein.*

Occiſo poſtmodum anno MCCLXXVIII. *Ottocaro* & turbatiſſimo ſub matre libidinoſa & orphano regio octenni, Bohemiæ ſtatu VOLCMARUS noſter *Pragæ* moratus eſt, ſtudiis litterarum, ut videtur, operam navans. *Scolarem* enim ſe vocat & ætatem in iis quæ de ſe narrat muſteam valdè & rerum novarum importunè curioſam prodit. Locus dignus omnino eſt, qui ex opere excerptus, ſeorſim hic legatur; de *Cunigunda* Regina, muliere in exitium domûs regiæ nata ſermonem inſtituerat, quæ marito faſtu everſo, quo liberius & impudentius mœcho ſuo frueretur, filium novennem veneno petierat. Sed ipſum VOLCMARUM potius, quæ viderit, referentem audiamus, cujus etiam fide hæc ipſa vel ſtant vel cadunt: *Regina de morte Regis non contenta tractat de parricidio, filio proprio non parcens, hæredem ſimul & lucernam regni, ut jam nemo ſit quem timeat cogitat extinquere vel etiam interimere. Et ecce Rex junior ſubito incipit infirmari & divulgatur hæc infirmitas in populo &c. Rumor fit in civitate de Regina, quare nervum mortiferum intexuit, quo poſſit filium proprium irretire. Vocantur confeſtim Medici, aſſunt & morbum Regis inextricabilem curioſius perſcrutantur,* NOS *vero* SCOLARES *quodammodo pueriles, qui ſolent ſe ingerere familiarius & audentius, caſibus quibuſcunque, excurrimus & montem conſcendimus intrantes aulam regiam, vidimus ibidem Regem ſuſpenſum per pedes & pedicas deorſum & reſupinum ſubmiſſo capite, ut ſic ſuffragantibus Medicis ab intimis viſceribus efflueret, quod inbiberat vel guſtaverat toxicum, à qua tandem mortifera confectione auxiliante Domino mortis periculum vix evaſit.*

VOLCMARUM ego tunc ſtudiorum gratiâ *Pragæ* verſatum, jam Monachum fuiſſe ſuſpicor, & hinc faciliorem illi, ſub cucullo ubique pervio, acceſſum patuiſſe. Contigêre autem iſta poſt annum MCCLXXVIII. ferè ſexennio poſt, id eſt anno MCCLXXXIV. ad abbatialem dignitatem in Monaſterio ſuo evectus eſt VOLCMARUS, *Hermanno* Abbate ob ſenii incommoda loco illo cedente.

Juvenem valdè huic officio, ſive oneri potius (ut tunc erant tempora & novi monaſterii res tenues) admotum fuiſſe præter ſuperiora, diuturnitas etiam regiminis ſatis docet, tricennium integrum excedens.

Anno MCCXC. juſtis funeribus & ſepulturæ *Ludovici Junioris*, *Ludovici Severi* ex altera conjuge *Anna Glogovienſi* primogeniti filii interfuit, *Noriberga Fürſtenfeldam* translati, ut ibi ad latus matris, terræ inferretur; quod ille funus, genusque mortis Ludovici ac indolem prolixè proſequitur.

Cæterum regiminis ſui tempora infeſta & verè ferrea ſibi ſuiſque pluribus locis hujus operis perſtringit. Nam incendiario illo bello quod inter fratres exarſit quodque non alius liberius *Henrico* illo *Rebdorfenſi* memoravit, parum abſuit quin illud usque ad Monaſterii excidium & Monachorum diſperſionem deſævierit. Ita autem illâ de calamitate VOLCMARUS: *Denique ceſſatum eſt à prælio non ſine magno damno hujus Eccleſiæ; quanta enim preſſura præliorum afflictum fuerit clauſtrum in Fürſtenfeld illo tempore, non poteſt de facili explicari* *: *præſertim cum in grangiis nobis ablata fuerint optima pecora & jumenta, gravati nihilominus fuimus nimis per ignis concremationem, per ſteurarum exactionem & victualium adminiſtrationem hoſpitibus ſupra modum. Ideo multi mirati fuerunt quomodo ſimul remanſerimus indiviſi & ſine diſperſione unquam remanere potuerimus. Sed Dei pietas hoc effecit, qui ſperantes in ſe non derelinquit.*

* ita inferius, *clauſtrum noſtrum de Fürſtenfeld* memorat.

Poſt captum *Fridericum Auſtriacum* & victoriam *Amphingenſem* in magnum diſcrimen vitæ ipſe VOLCMARUS devênit, cujus rei ſeriem etſi longiuſculam, cum ad eum unicè pertineat ipſius verbis dare juvat: *Porro Dux Leupoldus volens fratribus ſuis ferre præſidium ad eos quantocius properat, & cum non procul à clauſtro Bawariam pertranſiret, prima nocte in Allingen fixere tentoria apud Ripam fluminis ibi cupientibus pernoctare; & cum ibi pauſarent, nuntii inter ambas catervas laborantes inſtanter clauſtrum noſtrum accuſant apud Principem, dicentes ſe ſpoliatos in clauſtro & propè clauſtrum, ideo non potuiſſe eos apto tempore litteras aſſignare. Audiens hoc Dux iracundiâ permotus, præcepit Marſchalco ſuo ut clauſtrum ignis incendio concremaret & quantum poſſet vaſtaret. Ille reſpondit ſuum non eſſe clauſtra Principum deſtruere, in quo plurima Sanctorum corpora requieſcant, & declinans in partem alteram ſubito audit ſiniſtros rumores in exercitu perſonare, videlicet Fridericum & Henricum Duces Auſtriæ in prælio captos & Regem Ludwicum ſtrenuè dimicâſſe, quod cum credere noluiſſent duo nobiles optimis equis aſcenſis ad explorandum rei veritatem versùs civitatem* MONACENSEM *velocius properantes, cito in via habebant obvios, qui dicebant ſe vidiſſe in civitate nuntios Regis victoriam exclamâſſe, qui ſtatim converſi ad ſuos citius redierunt, & dicebant verum eſſe, quod fama publica perſonabat. Iſti autem de inſperato & lamentabili caſu perturbati in medio noctis ſilentio moventes ſe de loco ad partes Sweviæ per viam quâ venerant redierunt. Sed ego cum eſſem tunc temporis & eadem nocte in Puoch proxima villa & ibi laborioſè grangiam cuſtodirem, multi quaſi furioſi tranſibant incendentes villas, ut ignis luceret eis per noctem, duo ceperunt me, tertius lanceâ me plagavit, & illa nocte quaſi unus de ſcurris fui duabus vicibus denudatus, quæ tamen omnia parvi pendi cum viderem illos verſos in fugam & Regem noſtrum nobiliter triumphâſſe.*

Mortem tandem obiit noſter, ſi GEWOLDO fides, *monumentis* qualibuſcunque *Fürſtenfeldenſibus nixo*, trigeſimo regiminis anno; qui ſi ab anno MCCLXXXIIII. quo in Abbatem electus eſt, numeramus, in annum MCCCXIIII. incidit; cum autem VOLCMARUS Hiſtoriam ſuam usque ad *Friderici* liberationem è carcere *Trausnitzenſi*, hoc eſt annum MCCCXXII. producat, imò usque ad obitum LEOPOLDI fratris ejus, in quo Hiſtoriam ſuam terminat, quem conſtat Argentinæ anno MCCCXXVI. contigiſſe: palam fit Catalogum Abbatum Fürſtenfeldenſium parum fidum exactumque eſſe; niſi dicamus VOLCMARUM poſtquam XXX. annis præfuiſſet, anno MCCCXVIII. dignitate ceſſiſſe *Henrico de Monaco*, quem eo anno Abbatem electum idem catalogus memorat, & onere hoc ſublevatum reliquos vitæ annos quieti & litteris conſecrâſſe.

AVENTINUS VOLCMARUM tricennio exacto anno MCCCXIIII. obiiſſe ait eundemque vivendi ſcribendique finem habuiſſe. Hunc VOSSIUS, VOSSIUM ſturnatim omnes ferè, quotquot Voſſium exſcripſerunt, & quos recenſere longum foret, ſecuti ſunt. Scriptores *Ordinis Ciſtercienſis*, quem VOLCMARUS profeſſus fuerat, tradunt eum anno MCCCXVIII. obiiſſe. CAROLUS DE VISCH videlicet *in Bibliotheca Ordinis ſui* * & apud eundem

* p. m. 332.

JONGELINUS *Euſſertalenſis* Abbas in *notitiæ Monaſteriorum Ordinis libro tertio*, quod ego opus ſemel in vita ante hos triginta annos *Lovanij* in Bibliotheca Patrum Soc. Jeſu, quondam *Torrentiana* vidi atque evolvi, ſed tum aliarum planè curarum.

GUILIELMUS EISENGREINIUS in *Catalogo teſtium veritatis*, tam rarò obvio etiam in his oris ubi excuſus eſt, cum AVENTINO annum MCCCXIIII. vitæ VOLCMARI poſtremum fuiſſe indicat. Autor Supinus (*b*) nec par argumento quod ſuſceperat, neceſſarius tamen in illa Hiſtoriæ Litterariæ infantia ſcriptor.

JÖCHERUS in *Lexico Eruditorum*, quod utinam litterati emendatius quam auctius edi contenderent, VOLCMARUM juxta ac AVENTINUS anno MCCCXVIII. obiiſſe memorat, anno vitæ ſuæ LXIX. quod poſterius utinam auctoritate quoque firmâſſet, qua ſine rem nulli priorum memoratam ſcribenti, merito fidem non facile præbemus; maximè cum ex chronica, quam edimus, conſtet annum mortis omnes fefelliſſe. Huc etiam pertinet, quod eum præter *Hiſtoriam ineditam ab anno Chriſti DVIII. ad MCCCXIII.* præterea ſcripſiſſe memoret de *abominatione peccati* tractatum.

Quod autem de VOLCMARO habet AVENTINUS eum *Ludovico II. Rudolpho & Ludovico V. & Machtyldæ Auſtriacæ Principibus Boiis à conſiliis fuiſſe*; cum nullo argumento aſſertum hoc firmet, difficulter inducor, ut credam; neque enim illius rei mentionem alicubi inſpergere omiſiſſet VOLCMARUS, ſui ipſius in ſcriptis ſuis non immemor, maximè cum opportuna ſàtis toties ſe offerret occaſio.

Opus ipſum quod attinet major etiam nodus reſtat, quem ipſum adeo AVENTINI autoritas non ſolvit, ut intricet potius & indiſſolubilibus mihi plexibus conſtringat, ita ut ſuſpicio non levis olim mihi ſuborta AVENTINUM alterius cujuſdam chronographi Boici opus pro *Volcmariano* accepiſſe, hoc verò ne vidiſſe quidem. Ita autem ille, & ex eo denuo omnes alii: *Annaleſque Bojorum, qui autographi extant, ab irruptione eorum in Provincias Romanas, hoc eſt ab anno Chriſti DVIII. ad annum MCCCXIIII. quo obiit, deduxit, ſua memoria res geſtas quibus etiam interfuit, accuratè perſcripſit.*

Jam verò ſi quis chronicon quod edimus & quod citra omne dubium VOLCMARI eſt, vel obiter percurrat Autorem deprehendet juſtis Annalibus ex remota adeo antiquitate petendis, minimè parem, quippe litteris humanioribus inquinatum potius quam imbutum, quales nimirum ferebat ævum illud ita ut ſimilem conatum, ſi quem vidit AVENTINUS alterius potius quam hominis ſemilatini & cui cum Priſciano perpetua rixa eſt, fuiſſe oporteat. Aliter ſe res habet cum poſtremis AVENTINI verbis, quibus ait VOLCMARUM *res ſua memoriâ geſtas accuratè perſcripſiſſe*. Quas ipſas tamen an viderit AVENTINUS merito dubitamus, imo non dubitamus, ſed planè non vidiſſe ex iis conficimus, quæ de obitu VOLCMARI habet, longè ultra annum MCCCXIIII. quem illi vitæ poſtremum aſſignat AVENTINUS, hiſtoriam ſuam producentis.

Cæterum poſterius illud ſcriptum, idem ipſum exiſtimo, quod AVENTINUS fortaſſe fando inaudiit, & nos è tenebris erutum in lucem damus, quodque GEWOLDI tempore latitans, ſub VOLCMARI denuò nomine producitur in Mimo illo Hiſtorico quem ſub JOANNIS ADELZREITERI *Cancellarii Boici* perſonâ egit JOANNES VERVEAUX *Jeſuita Lotharingus*. Parte enim ſecunda Annalium Boicæ gentis (*c*) Lib. I. n. v. *Annales Fürſtenfeldenſes* ad annum Chriſti MCCCXIIII. allegantur (*d*) & pauló poſt VOLCMARUS *Abbas Fürſtenfeldenſis* diſſertè nominatur; quoque minus dubites genuinum à nobis edi VOLCMARUM, refert ex eodem ADELZREITERUS penè ipſius verbis periculum quod poſt pugnam *Amphinganam* in prædio illo ſuo ab adverſæ partis militibus ſubiit, & nos ſupra quoque dedimus.

Super-

(*b*) Supinæ certè negligentiæ fuit *Volcmarum Benedictina Familia* adſcribere, cujus erroris autorem neminem habuit *Eiſengreinius.*

(*c*) *Edit. Monacenſ.* A. MDCLXII.

(*d*) Item p. 10. 14. 16. 17. & univerſim ab A. 1314. usque ad A. 1326.

Supereſt ut, qua forte fortuna, in unicum quod enatavit exemplar idque ſemiputridum, inciderimus, breviter referamus: alibi mentionem injeciſſe me memini (neque enim libenter ungues in hoc ulcere teneo) quam inclementer actum fuerit cum Codicibus nonnullis MSS. Bibliothecæ Boicæ, iis præcipuè qui monumenta domeſtica continebant. Monui tum, eorum non paucos induſtria mea & amicorum jam extorres ab exilio & ſqualore ad veterem ſedem ſuam revocatos. Horum in numero iſte etiam fuit chartaceus, nullo numero ſignatus neque adeo antiquus, quippe MAXIMILIANI I. Bojorum Ducis ævo, deſcriptus. Is toto quo exulabat tempore in obſcuro eoque humido ædium quarundam beatarum angulo cum ſociis aliis abditus, circa initium ferè computruit, udore ipſum quo operiebatur tegumentum membranaceum abſumente. Aëri poſtea à me expoſitus, ex parte convaluit quidem, ita ut deſcribi adhibitâ magna cautione potuerit, offenſa verò corruptaque folia è quibus caracteres jam ante effugerant, omninò in pulverem ſoluta ſunt, ita ut præter titulum & paucula quædam verba, quantumvis ſollicitè fragmenta colligenti, nihil reliquum marcor & ignava invidia fecerint.

Benigniori tamen litterarum nomine factum puto, quod præter autoris præfationem pauca admodum eorum, quæ propius ad poſteros ſpectant, interciderint; quis autem neſcit in illius ætatis exordiis, ſi fortè excidant, non niſi verborum jacturam fieri, hoc eſt putaminum ut plurimum rejectitiorum, incluſæ nucis. A rebus itaque *Rudolphi Habsburgici* auſpicatus VOLCMARUS filum hiſtoriæ ſuæ usque ad *Ludovici Bavari* annum regni XIII. Chriſti verò MCCCXXVI. deduxit, illudque, meo judicio, abrupit potius quam abſolvit. Adeò in mediis rebus deſinit, ipſe fortè eo tempore iisdem exemptus.

Stilo utitur temporum ſuorum, hoc eſt projecto, ſemilatino & breviarii duntaxat ſui papavere conſperſo; veri amans, niſi ubi rumore populari deceptus fallit; Bavaris ſuis, ut fit animis præſenti bello accenſis, faventior, non usque adeo tamen affectui indulgens ut non ſtricturas ſubinde in vitia mittat, Principum etiam, quorum nec virtutes extenuat nec attenuat vitia, ut virum ſimplicem bonumque facile agnoſcas.

Velles ipſum minus indulſiſſe verborum mercimonio & rebus preſſius inhæſiſſe; eſt enim ubi intempeſtivo prolixitatis metu (quem monaſticæ timiditati ſubinde prætendit) exiliter & jejunè narrat. Quædam omninò omittit vix ab alio expectanda. Quis enim ipſo melius implicatiſſimum *Hiſtoriæ* PALATINÆ de RUDOLFI *rufi* fatis ultimis nodum explicare potuit debuitque, ſi (quod AVENTINUS aſſeruit) Conſiliarius ejus extitit. Ille interim obfirmatè ſilet, & dum ævi ſui offenſam timet, poſteritatis meretur. *Multa prætereo*, (verba ejus ſunt, *Ludovici* periculum quod *Argentinæ* incurrit leviter attingentis) *quæ diligens ſcriptor cenſeret exaranda & legendum memoriæ indaganda; ſed ego ſimpliciter pertranſeo, ſtudens decurtare, ne legentibus faſtidium ingeram, qui minus delectantur in his, & ex hoc incipiant deridere vel etiam ſubſannare.* Ex quibus verbis *Volcmari*, Philoſophiam togæ ſuæ minimè profitentibus, patet plus ſatis quod tum rebus hiſtoricis apud populares ſuos pretium fuerit; atque utinam hodie dignius majusque ei ſtatuant noſtri, ne videantur Hiſtoriæ odium ſuum reddere &, ut pueri plorantes, objecto ſpeculo magis etiam efferari.

VOLCMARUSS interim (unde magis riſum timere debuit) oſtentis & terriculamentis recenſendis, adipem ſeculi ſui potius quam impoſturæ quæſtum videtur ſecutus, utpote vir bonus & ſimplex, diſciplinæque ſuæ ut recenti adhuc inſtituto & nondum pudenda paupertate, retinentior.

Falluntur interim qui putant Volcmarum Annales Monaſterii ſui condidiſſe, in errorem haud dubiè illorum auctoritate inducti qui in monumentis ſuis Opus præſens *Chronici Fürſtenfeldenſis* vel *ejusdem loci Annalium* nomine allegaverunt. Quale ſi ſcripſit certè aliud à præſenti hoc noſtro fuiſſe oportet. Quid autem ſcriberet de Monaſterio Patrum ævo erecto, niſi fortè erigendi occaſionem ex cæde *Mariæ Brabantinæ* ortam?

quod factum, virum tam timidè circumſpectum ſtilo auſum tentare etſi maximè vellem factum, valdè & vehementer dubito.

Hæc de VOLCMARO ejuſque *Chronico* in præſens diſſeruiſſe ſufficiat: plura fortaſſis & firmiora hic vel alius veſper proferet: *Deus* enim (ut verè Poëta tragicus) *ævum per ſuos ducit gradus* , & cum eo res per ævum geſtas.

Mantiſſæ loco *Breve Chronicon Bavariæ*, in fine mutilum adjecimus, ab *Anonymo Monacho Fürſtenfeldenſi* exaratum ab anno MCCXX. usque ad annum MCCCIII. procedens, & paulo infra. Deſinit enim in nuptiis LUDOVICI *Bavari* cum BEATRICE *Glogovienſi* initis, non multo poſt mortem MECHTILDÆ *Auſtriacæ* Ludovici matris, quam memorato anno obiiſſe memorant Auctores. Nos è *Gewoldianis Collectaneis* accepimus, unde GEWOLDUS, cum præter titulum nihil notaverit, pro veteri formula, *non liquet*.

(e) GEſta (e) - - - - - - -
- - ſi ea quæ ſcribenda ſunt neglexero, annis ſingulis aſſignare. Ideo fateor me non poſſe de ignorantia excuſare. Ergò ſi quis melius de ejusmodi ſcire voluerit, ſcrutetur apud eos qui de Annalibus habent experientiam pleniorem, meæ tantum intentionis intereſt tantam huic ſtudio operam dare, ſcribere Duces Nobiliſſimos ſecundum ſeriem, qui ſibi viciſſim ſuccedunt, cum quibusdam notulis. (f) (f)

(g) (g) - - - - - - Rex Romanorum
- - - - - - - - X.o poſt & ante
- - - - - - - - imperavit illo in
- - - - - - - - - - hic fuit ab
- - - - - - - - - - - tus & potens
Et nihilominus Fortunatus, proceræ ſtaturæ, torto naſo, vultum habens gravem, cujus gravitas virtutem animi prædeſignabat, de quo plurima ſcribere neceſſe non eſt, quia ejus acta præclara & inclyta ſcripta ſunt poſt Cronicas Martini ultimo in notulis prænotatis obmittenda non æſtimo ſequentia, quæ

(h) - - - - - - - - - - - - (h) Alemaniam, invaleſcentibus præliis diſturbabatur quia non erat qui prohiberet malorum incurſus, non erat, inquam, qui faceret judicium calumpniam patienti; malefici etenim & raptores regnandi ſibi vendicabant temerariè poteſtatem, tunc enim pax in exilium migravit, ubique diſſenſio & pacis turbatio triumphavit. Porro ruralia ablatis pecoribus & jumentis jacent inculta & omni damno expoſita, ut raro cerneret quis agricolam equum vel bovem minantem - - - - - Faceret -
- - - beres & feraces deficientibus - - - -
- - - - - - - - - manſio repleta
- - - - - - - - - autem Dominus
- - - - - - - - - entibus flagellavit
- - - - - - - - - - - - - - - - à mandatis Domini
- - - - - - - - - - - affixit & rurſus reverſis ad Dominum, miſertus eorum de omnibus tribulationibus liberavit ſicut ſcriptum eſt: clamavit ad Dominum &c. ſic & Dominus huic populo poſt longam & aſperam correptionem, motus miſericordia miſit eis Salvatorem *Rudolfum* videlicet Comitem *de Habsburg*, virum, ſicut præfatum eſt bellicoſum & - - - - - - præliandi & civitatem *Baſileam* - - - - obſediſſet, ecce repente veniunt - - - - - de *Franchenfurt* ab Electoribus regni, qui nuntiabant eum electum in Regem Romanorum cum pari voto & concorditer, nullo penitus diſcrepante, excepto Rege *Bohemiæ* qui Electio - - - - non conſenſiſſe, - - quod - - tamen non ceſſit in proſperam, ſicut poſtea rei exitus comprobavit. Electo ergo Rege mox univerſi tantis prolatis rumoribus ſunt gaviſi & gratulabundè clamantibus in ſublime vivat Rex in æternum, ipſa obſeſſa civitas liberatur & non ſolum huic civitati ſed pax & ſalus aliis civitatibus nunciatur, & omnes Provinciæ longè vel propè quarum aures repleverant hi rumores lætantur pariter & exultant de tanto orbis Rectore, DEO omnipotenti grates referentes, verum non multo tempore poſt Domino promovente *Aquisgranum* Rex cum uxore ſua poſt coronationem & ſacram unctionem pariter ambo conſecrantur.

Videntes autem - - - - - famam ejus creſcere, terror ac tremor eis incutitur, populus verò gaudio & lætitia cumulatur, & ſicut ſæpius lucem tenebræ antecedunt, & poſt auram turbidam ſerenitas ſequitur cum ſolis radio & ſplendore ſic poſt multa terrarum diſcrimina pacis tranquilitas, præſtante Domino, comitatur. Mox enim colonus reſumit aratrum, quod diu ocioſum in angulo - - - - -

---

(e) Hic ſemipagina putredine periit, nec quidquam præter primum verbum evaſit.

(f) Hoc loco exeſa duo verba, quorum ſaltem veſtigia in putrida charta & ex levi tactu in pulverem abeunte, ſuperſunt.

(g) Supereſt ea pars folii quæ tergo aglutinata eſt, eaque putrida. Reliqua olim in auras abiêre. Quæ leguntur, videntur ad Proſopographiam Rudolphi pertinere.

(h) Deficiunt hic reliqua folii, udore abſumpta. Niſi quod *Rudolphi* nomen alicubi emicet, quo ſcires ea, quæ mox ſequuntur, ad *interregni* horrores ſpectare.

Mercator, qui raptorum timore - - - - - - - ſecurè perambulabat regiones - - - - - - malefici & latrones, qui prius in publico, timore poſito procedebant jam perurgente formidine abdita repetunt & inculta. Porro cum fama Regis longè lateque crebeſceret - - ſimul multi proceres & nobiles de diverſis regni partibus certatim confluunt, concurrentes ſibi fideliter & juraturi ſe ſuis ſervitiis manciparunt. Sed Rex *Bohemiæ* confidens in virtute ſua & ſperans in multitudine divitiarum ſuarum, quia per fas & nefas multa terrarum ſpatia ſuæ ſubjecerat ditioni, in eis confidens cum Rege *Romanorum* concordare renuens, jura ſua ac feoda ab eo recipere dedignabatur. Tandem verò reverſus in ſe inſpirante Domino recognoſcens fore ſui juris Romano Imperio debere ſubeſſe cogitat ea quæ pacis ſunt cum eo componit per Nuncios & Legatos. Quod cum Regina uxor ſua reſcivit pariter & audivit, inimica pacis, mater erroris, indoluit, mox parat hanc concordiam infringere & totis viribus diſſipare.

Primo Regem obſecrat omni precum inſtantia quantum poteſt, ut pacem quam fecit cum Rege memorato citius incipiat retrahere dicens fore indecens & inhoneſtum tam potentem & famoſum Regem ſe ſubjicere unius comitis ſervituti. Ad hæc Rex, ut homo ſapiens & maturus, clementer Reginam alloquens, triſtemque blanditiis delinivit, perſuadet ei ut quod fecit pro bono pacis ſerenitati ſuæ placere non dedignetur, ammonens eam cum diligentia ut Deum exoret fideliter & devotè quod ea quæ inter ſe & Regem Romanorum tractanda ſunt Deo præpoſito laudabilem exitum ſortirentur, quæ nec ſic Regis ammonitionibus acquieſcens rurſum cernens preces ſuas caſſas fieri apud Regem, indignans truci vultu, minaci ſermone maritum invehit & quantum Reginæ licuit, increpavit & nunc blanditur, nunc minatur

Nil valuêre preces addidit ergò minas.

Addit ergo hoc & ſubmurmurat dicens: Hactenus thorum regium frequentavi, nunc vix habitura ſum Comitem pro marito. Hæc omnia Rex ſagaci ſtudio diſſimulans uxorem ſuam diſcretione prævia noluit contriſtare. Ideo autem Regina tam inſtanter ac ſerioſè laborabat ambos Reges diſſociare ac inter ſe contendere quia maluit maritum ſuum mori quam vivere. Hujus autem cauſa poſtea in ſuo loco melius declaretur. Sed quia non eſt ſapiens, non eſt fortis, nec dives qui non à mulieris malitia devincatur, quod juris aſſertionibus & exemplis probari poteſt ſacra pagina atteſtante, ubi legitur de Samſone & Salomone & aliis viris eminentioribus qui multarum virtutum gratia, præpe-
(*i*) diti (*i*) à foeminea verſutia enervati ad mala ultima devenerunt. Similiter & iſte Rex, qui, licet fuerit ſuffultus regia poteſtate & nihilominus inſignitus ſummæ dignitatis culmine, tamen à mulieris fraude præventus, ſicut infra patebit, omni gloria privatus ad immane præcipitium ruit.

Verum cum ipſa Regina maritum ſuum Regem diu noctuque ſuper hac re inquietaret, & ſemper eſſet ei moleſta veſperi & manè, tandem victus ab ea acquievit precibus deprecantis & rurſum mittit nuntios quibus committit, denuntient Romanorum Regi ſe non poſſe præſtare vel facere quod ſpopondit, promiſit - - - - (*k*) (*k*)
quæque imperata ſe velle cum aliis Principibus obedire, poſt executionem ſui negotii de Rege Romanorum, nuntii revertentes imperfecto negotio ad propria remearunt.

Gaviſus autem Rex Romanorum & exultat lætabundus, ſperabat ſe centuplum lucraturum - - - - fore ſibi honorificum & honeſtum ſparſa colligere, ablata repetere denique manu bellica Rempublicam ampliare, mox Regem *Bohemiæ* proſcriptione publica damnat tanquam hoſtem Romani Imperii, ſimiliter & omnes fautores ſuos proſcribit, volentes ſibi pertinaciter adhærere.

Sciens autem eum videlicet Regem *Bohemiæ* eſſe potentem nimis & refertum multis divitiis auri & argenti, ipſe autem tenuis in eiſdem cogitat & tractat, utens conſilio ſaniori qualiter ipſum æmulum juſtitiæ & ſibi rebellem humiliare valeat & Romano Imperio ſubjugare penitus non poſſe eum invadere ſine magno exercitu & armatorum multitudine copioſa generale ſcribit edictum regni nobilibus univerſis. Diſcurrunt Nuntii onuſti litteris, *Alemanniam* perambulant, vadunt celerius citra *Rhenum*, *Francos* perluſtrant, *Noricos* pertranſeunt, ad *Suevos* dirigunt greſſus ſuos. Tenor litterarum monet, ſupplicat, authoritate regia imperat & hortatur ut omnes ſe præparent & muniant ad deſcenſum verſus *Auſtriam* contra Regem *Bohemiæ* pugnaturi, ſpondet omnem - - - - - * refundere pro laboribus ac meritis - - - feoda compromittit ſi in executione ſui propoſiti ſucceſſus proſperos fuerint conſecuti: deſignat eis diem & locum quo univerſi conveniant, ubi quique examinandi ſunt, ubi etiam elegit meliores & fortiores & qui peritiores fuerint ad pugnandum, cæteri manentes munitiones ſuas cuſtodiant diligenter.

* fortè *impenſam*

Porrò Rex *Bohemiæ*, ſciens ſe non poſſe effugere manum validam Romanorum Regis & fore ſibi Dominum contra ſtimulum calcitrare, non minus præparat ſe interim contra eum, mittens æquè nuntios cum litteris qui peragrent regnum

Bohe-

(*i*) Ita apographum unicum; fortè melius: *præditi*.

(*k*) Quæ hic hiant exeſa ſunt, quod ſemel monuiſſe ſufficiat.

Bohemiæ & perluſtrent omnia viſcera ejus, hortatur enim eos ut pervadant partes *Auſtriæ*, *Carinthiæ*, *Moraviæ*, *Styriæ*, *Carneol.* & omnes Provincias ditionis ſuæ & denuntient omnibus nobilibus firmiter in mandatis ut viſis litteris & perſpectis omni occaſione poſtpoſita ſe præparent ac muniant, & venire ſecum non negligant contra Romanorum Regem viriliter pugnaturi. Mittit etiam ad *Ungaros* nuntios & *Schlavos* quibus ſupplicat rogans ut ſibi ſubſidium conferant & ſubvenire ſibi aliquoties non tardent, aſſumptis ſecum ſpiculis & ſagittis quibus terebrare valeant galeata capita & nihilominus hoſtibus infligere vulnera per thoracem. Spondet eis dona præſtantiora, pretioſa munera pollicetur. Collecta igitur inæſtimabili multitudine pugnatorum hoſtem jam expectat intrepidè & ſecurè; interim etiam tentat aliquos Principes & nobiles auro corrumpere & argento, hoc petens ab eis ut ſaltem neutri auxilium porrigant, ſed domi ſuperſedeant cum quiete. De quibus erat unus Dominus *Heinricus* Dux *Bawariæ*, qui accepit ab eo tunc temporis maximum donativum. Vidi enim quod miſit onuſtum plauſtrum cum argento in vaſe continente menſuram ſeptem urnarum de *Bohemia* in civitatem *Strubing*, & niſi tantam pecuniam vidiſſem procul dubio alii referenti nullatenus credidiſſem. Illud verò argentum Dominus *Otto* magnus Vice Dominus, ſuo Domino reſervavit. Tamen pro illa pecunia nihil aliud fecit ſervitii, niſi quod obſtruxerat unam viam *Swevis*, per quam incedere habuerunt deſcendentes. Negavit etiam eis obſtructis portis tranſitum per *Strubingam*, ex hoc animo concitati juxta portam civitatis occiderunt unum de melioribus civibus extra muros. Videns autem Romanorum exercitus quod Dominus *Heinricus* Dux *Bawariæ* non eſſet cum eis ab heri & nudiuſtertius, ſed eſſet cum adverſario eorum auxilio & favore & contra juſtitiam in partem alteram declinâſſet inflamati facibus iracundiæ, terram ſuam in deſcenſu ſecus viam graviter vaſtabant cæde, ſpolio & rapina.

Præterea Romanorum Rex electis ſuis melioribus ac fortioribus, aliis licentiatis in hoc providè agens, volens parcere ſumptibus & expenſis, nactus grandem pugnatorum multitudinem, & feroces ut probitate ſua poſſent muros ferreos penetrare - - - - & hilarato animo deſcendunt pariter - - - - ſed cum ad locum ventum eſſet ubi ſe præparare ad pugnam debuerant, viſis hoſtibus eminus contra eos inæſtimabilem bellatorum multitudinem coacervatam, timore percuſſi ac territi, murmur ſuccrevit non modicus, dicentibus: quomodo pauci poterimus pugnare contra tam gravem & inæſtimabilem exercitum? nec mirum, fuerunt enim inter eos in æſtimatione penè quatuor contra unum de parte Regis *Bohemiæ*. Igitur venerabilis Epiſcopus *Baſileenſis*, poſtea verò Epiſcopus *Maguntinenſis* pietate motus *de parte* * exercitus præ ſollicitudine pugnæ turbaretur jubet unum fratrem de Minoribus prædicare exercitui, dans ei materiam in hæc verba, qua conſoletur eos pariter & hortetur, ut contra adverſarios ſuos conſtanter, Dei auxilio, ſublato timore, viriliter dimicent, dicens: opus Dei eſſe, quia ipſi pro juſtitia certarent, & imo, ſi quis in prælio pro juſtitia morte præoccupatus fuerit, mortem mutabit in vitam & in cæleſti gloria coronam martyrii ſortietur: eorum verò Adverſarii rebelles juſtitiæ, de inobedientia condemnati, qui eorum in prælio necati ſeu occiſi fuerint, vita æterna privabuntur & nihilominus ſine fine arſuri gehennæ incendiis intruderentur. His auditis cordati & jocundati Divinæ gratiæ ſe ſubmittunt, inſtantem pugnam lætius jam expectant. Verum *Rudolfus* Rex in arte præliandi non mediocriter peritus & edoctus inſtaurat militem, aciem inſtruit conſertaque pugna commiſſum eſt prælium à mane usque poſt meridiem, fitque congreſſus partium utriusque. His ergo certatim pugnantibus & multis hinc inde in prælio ruentibus, ecce quidam nobilis & officialis de Auſtria & de parte Regis *Bohemiæ* ſed ejus domeſticus inimicus, cujus fratrem non longè ante quibusdam cauſis exigentibus necari fecerat. Hic cum Dominum ſuum memoratum Regem, pro quo pugnare debuerat in prælio, inter ſigna ſtudioſè & diligentius notaviſſet, in ultionem fratris ſui propius accedens, acuto gladio lethale vulnus lateri Regis inflixit, qui confeſtim de equo corruit, & cum non poſſet vivere poſt ruinam, inter manus clientum ſuorum vitæ ſuæ diem ultimum ſic finivit. Mox tam miſerabilis Regis occaſus diu latere non potuit, ſed repente divulgatus in certamen, aliis exultantibus aliis plangentibus *Bohemorum* exercitus & eorum complices, qui ſuperſtites remanſerant, fugam ineunt, multis interemptis gladio, plures fugiendo aquis miſerabiliter præfocantur. Nec mirum, quia percuſſo paſtore oves neceſſario diſperguntur.

* fortè legendum: *ne pars.*

Poſtquam autem ceſſatum eſt à pugna, Romanorum Regi triumphus & victoria acclamatur; & ſic Rex *Bohemiæ* Divinam ſenſit manum, & qui contra Dei ordinationem voluit fieri ſummus factus eſt infimus, & juſto Dei judicio ad nihilum eſt redactus.

Porro Rex *Rudolfus* de tam læto & præclaro triumpho Deo gratias agens induit gaudium ſed permixtum non modico cum dolore; doluit enim ſuper infauſta morte Regis *Bohemiæ*, cernens eum nudum & exutum regalibus armis & undique cruentatum, miſertus ejus, jubet eum poni in edito loco & diligentius cuſtodiri, ut videatur ab omnibus eum fore mortuum & occiſum & ne fieret anceps opinio de eo præſentibus & futuris & dicant eum eſſe ſublatum, & alium venturum, & ex eo fiat noviſſimus error, pejor priore, exemplo ammonitus de Domino *Friderico* quondam Imperatore, de quo usque in hodiernum diem dubitatur à multis utrum mortuus ſit vel vivat, & eſt infinita contentio.

Planxerunt igitur Regem *Bohemiæ* omnes ſui, ſed amplius civitas *Pragenſis*, quæ ipſo regnante in divitiis & aliis profectibus recepit non modicum incrementum. Non licet etiam ſilentio præterire quod ſequitur: erat enim in eadem civitate ſanctimonialis quædam clauſtralis, & ſancta Fœmina & germana Regis occiſi, quæ cognovit in ſpiritu divina ei gratia revelante, horâ qua commiſſum eſt prælium, plus quam XXI. miliaribus diſtans, fratrem ſuum Regem occubuiſſe & morte multatum, licet certamen longè ante quam hoc nuntii propalarent, quod confeſtim cum magno ejulatu & fletu præſentibus intimavit. Notatur dies & hora. Sed non multo poſt perſonuit terra & civitas, fama volat, mortem Regis annuntiat & verum fuiſſe, quod ſanctimonialis illa prædixerat, ab omnibus confirmatur. Pulſatur Regi in eadem civitate ferè ad centum Eccleſias campanis ſonantibus in ſublime & orantibus cunctis & dicentibus: anima Regis noſtri mereatur intrare cœli gaudia & in ſinu Abrahæ collocari. Lugebat nimirum etiam Regina cum duobus liberis ſuis, ſcilicet cum filio & filia, ſed utrum ſerioſè fleverit, Deus quem nullum ſecretum latet, ipſe novit. Cauſam verò erroris inter Regem *Bohemiæ* & uxorem ſuam promiſi ſuperius ſuo in loco explanandam. Hic ergò breviter declaretur. Hic convenit explanari, quod ſuperius prorogavi vel intermiſi.

Porrò Regina *Bohemiæ* de morte Regis habetur ſuſpecta, ideo quia ad reſiſtendum Regi Romanorum & ad pugnam multis ſuggeſtionibus ipſum compulit, & ideo non poteſt à nodulo ſuſpicionis ſe penitus excuſare vel enodare. Cauſa verò ex quo totum malum ſequitur, fuit enim in regno *Bohemiæ* quidam Supanus, dictus *Zawiſch* potens & dives, de magna proſapia oriundus & nihilominus in arte Magica non mediocriter edoctus. Hic cum Curiam Regiam ſæpius frequentaret, Reginam de induſtria artis ſuæ mirabiliter infatuavit in tantum, ut ſine ipſo vivere nequiret & carnali affectu & cæco amore pro ipſo vehementius æſtuaret & ideo mortis Regis parvi pendit, ut poſt ejus obitum ſoluta à vinculo maritali poſſit illi decentius ſociari, & ſicut una virtus ex ſui nobilitate aliis virtutibus innititur, ſic una malitia procliva in aliam de facili aliis ſceleribus implicatur. Sic Regina de morte Regis non contenta tractat de parricidio, filio proprio non parcens; hæredem ſimul & lucernam regni, ut jam nemo ſit quem timeat, cogitat extinguere vel etiam interimere. Et ecce Rex junior ſubito incipit infirmari & divulgatur hæc infirmitas in populo, dolent omnes, Familia curiæ perturbatur, graſſus murmur fit in civitate de Regina quare nervum mortiferum intexuit quo poſſit filium proprium irretire, vocantur confeſtim Medici aſſunt, & morbum Regis inextricabilem curioſius perſcrutantur. Nos verò ſcolares quodammodo pueriles, qui ſolent ſe ingerere familiarius & audentius caſibus quibuscunque, excurrimus & montem conſcendimus intrantes aulam regiam vidimus ibidem Regem ſuſpenſum per pedes & pedicas deorſum, & reſupinum ſubmiſſo capite, ut ſic ſuffragantibus medicis, ab intimis viſceribus effluerer, quod inbiberat vel guſtaverat toxicatum, à qua tandem mortifera confectione auxiliante Domino mortis periculum vix evaſit. Sint hæc de illo.

Porrò *Rudolfus* Romanorum Rex potitâ victoriâ in cunctis proſperè agens, eratque Deus cum eo, & omnia ejus opera dirigebat, multo milite ſtipatus Auſtriam intrat & civitatem *Wiennenſem*, negantem ſibi introitum, bello cingit, & vaſtatis circum circa pomeriis & aliis civitatis utenſilibus dilapidatis, tandem non ſine magno labore ſubactam eam in deditionem accepit. Ditatus eſt etiam ibidem ſupra modum, quia quoſdam ditiores civitatis, ſuis meritis exigentibus ac juſtitia dictante depecuniavit poſſedit etiam nihilominus terram magnarum opum opulentiſſimam ad modum putei ebullientis, cujus aquæ non deficiunt, puteum inquam de argento quem poſteritas filiorum ſuorum usque in hodiernum diem non ſufficit exhaurire. Cernens autem Rex ſe profeciſſe rebus in ſecundis & multis opus habundare mittit nuntios pro Domina ſua ſereniſſima Regina, quæ revera fuit mulier virtutis dans ei in mandato ut ſine dilatione ad eum deſcendere non obmittat, quæ protinus cum honeſto comitatu, ſicut Reginam decuit, deſcendit ad eum in *Auſtriam*, ubi haud longo tempore demorata, morbo correpta, receptis Eccleſiaſticis Sacramentis viam univerſæ carnis ingrediens fœlicem exitum eſt ſortita; Rex verò de obitu Reginæ cordis dolore graviter ſauciatus, jubet eam honeſtè revehi ad patrium ſolum, ubi ſepulturæ ſolemniter tradita diem noviſſimum præſtolatur.

Poſt hæc Rex filio ſuo *Alberto* ſeniori terram *Auſtriæ* committens eum ibidem præfecit in Ducem. Ipſe verò digrediens divertit iter verſus *Bohemiam*, quam ſine ſtrepitu præliorum intrans recepit ſe in civitatem *Pragenſem*, ubi mediantibus quibusdam Principibus & aliis viris facta reconciliatione ac pacatis omnibus inter ſe & Regem *Bohemiæ* unam de filiabus ſuis, generoſam & decentiſſimis moribus ornatam, eidem Regi *Wenzeslao* copulat in uxorem, & nihilominus cum ſorore ejusdem Regis *Bohemiæ* ſereniſſima & filio ſuo *Rudolfo* junctis pariter vinculo maritali cum magna pompa feſtum celebrat nuptiale.

Itaque binis ſponſalibus ſolemniter celebratis cunctis per ordinem diſpoſitis Romanorum Rex factus hilarior, fortunâ ſibi lætius arridente, redit ad ſuperiores partes *Sweviæ* ad diverſa regni negotia pertractanda. Verum quia impunitas fovet temeritatem auſum etiam parturit & contemptum, quod, quia verum eſt, præfatus *Zewiſco* adhuc recentiori in memoria ex facti ſui malitia approbat & confirmat, qui cum antiquam Reginam impunè ſuis incantationibus infamiâ denigrâſſet, rurſus ſecundam Reginam auſu temerario attentat ſuis præſtigiis dementare. Mittit enim ei clam quoddam peplum arte magica infectum quod cum Regina intuita fuiſſet, ſanè ſecum deliberans cautè vel præmonita ſpreto munere & indignans, jubet protinus igni citius concremari, rem pandit marito, Domino ſuo Regi & æſtimat non celandum, ne fortè incaute detecto crimine poſſet labem incurrere ſive notam.

Rex verò poſtquam adolevit & juxta robur ætatis profecit in virum, animo concitatus memorans mala noviſſima & antiqua ad ſe convocat Conſiliarios meliores & quos noverat - - - - adorſus eos: decernite omnes - - - quid facto opus ſit. En ille criminator regiæ majeſtatis non ſolum matrem meam verum etiam propriam conjugem ſuperſtitioſis incitamentis non veritus attemptare. Et cum cauſam ſuam coram omnibus prudentius perorâſſet, datur ſatis dura ſententia ab omnibus contra eum, ſalvo tamen corpore, ita ut infra terminum ſibi ſtatutum ipſe cum quibuſdam propinquis & amicis ſuis, rebus ſuis mobilibus & immobilibus venditis & diſtractis, regnum *Bohemiæ* exeant ſine ſpe reverſionis ſeu gratia redeundi, quod ſi non fecerit termino diffinito, cautione facta, ſine omni gratia abſciſſione capitis puniatur. Ideo & ſic ipſe regia majeſtate perurgente cum omnibus ſuis attinentiis de regno juſta ultione perpetuò eſt expulſus.

Illo tempore poſt obitum Regis *Bohemiæ* qui occubuit in prælio facta eſt fames magna in eadem terra, in tantum ut præ famis inedia infiniti homines morerentur, ſed non ut æſtimabant ex ſterilitate, vel ex defectu annonæ, ſed ex plaga Domini, magna lues mortalitatis in populo ſæviebat, in tantum ut in civitate *Pragenſe* duo plauſtra nil aliud facerent, niſi quod ad unam foſſam ad hoc præparatam, extra muros cottidie mortuorum corpora deportarent. Profecto quodam in vico civitatis ejuſdem fuit cumulus vel acervus de fimo in quo jacebant plura corpora mortuorum quæ cum vidiſſet quædam mulier adhuc fortis & incolumis deſperans - - - etiam ſubito morituram, acceſſit propius & proſtravit ſe in medio mortuorum, animæ ſuæ exitum inibi expectando. Non longè etiam ante *Rudolfo I.* regnum intrante, poſt vel ante non eſt certum, fuit etiam prævalida fames longe lateque ex eo, quod eodem in tempore terra negaverat fructum ſuum & fuit permaxima ſterilitas & defectus frugum, in tantum ut nuſquam vel pauciſſimis in locis annona venderetur, panis etiam non inveniebatur in foro publico vel communi, ſed piſtores clauſis domibus & ſerratis, ne à ſtrepitu populi conculcarentur pro condigno pretio porrigebant panem ementibus per feneſtram, vendebatur enim menſura unius ſcaffæ pro quatuor libris *Auguſtenſis*, vel *Monacenſis* monetæ parum plus. Verum pauperiores miſerum victum quæritabant, alii glandes & quæque groſſiora in cibum confricabant ſicut olim mortales primi temptabant mandere glandes: alii de herbis agreſtibus victitabant, & imo ſine panis edulio verſi in tumorem & pallorem præ famis inedia, multi ſupremæ vitæ ſpiritum exalabant, ſicut ille gentilis cuſtos portæ civitatis *Samariæ* poſt acerbitatem duræ famis donum Dei, quod *Helyſeus* prædixerat, credere noluit. Ideo dictum eſt ei, videbis & non comedes ex eo pro incredulitate gratiæ Dei ultione divina ab intrantibus civitatem *Samariæ*, juxta portam, ſicut prædixerat *Helyſæus*, conculcatus eſt pariter & extinctus. Sic illo in tempore poſt diræ famis moleſtiam ſuper annonam deſcendit Benedictio Dei copioſè, ita ut revertente anno granariis evacuatis & exhauſtis, menſura quæ dabatur pro quatuor libris denariorum, jam pro libra dimidia venderetur. Quis enim ſperare potuit tam ſubito in emptione frumenti tam magnam partem pretii defalcari. Deus, cui nihil eſt impoſſibile, hoc effecit.

Digreſſo igitur Rege Romanorum à partibus orientalibus, jam moratur in Provinciis citra Rhenum, porrò quidam Comites alii Nobiles *Sweviæ* meliores & potentiores videntes & invidentes Regem multum profeciſſe in gloria & honore, non tamen ſine eorum auxilio & labore, & nihilominus ipſum cottidie multiplicanter rebus excreſcere ſecundis, livore torquentur, quia invidia ſolet ſedem ſuam in ſummitatibus collocare & conſuevit meliores rodere, unde

Summa petit livor, perflant altiſſima venti.

Conſilium ineunt, pacem in regno diſcrimine turbantes, contra Regem vehementius malignantur, ideo, ut æſtimo, quia deſcendentes cum eo in expeditione verſus *Auſtriam* cum magnis laboribus & expenſis nondum eis de ſervitio reſpondit, nèc damnum quod exceperant, refudit, ſicut eis fideliter ante compromiſit. Ob ea cogitant & pertractant, ſi quo modo poſſint eum infirmare, vel etiam in regni negotiis impedire. Tandem factâ conſpiratione inter ſe contra Regem, juramento etiam præſtito, confœderationis vinculo ſe ſociantur. Rex verò conſtantior nec minus hilaris ſed intrepidus ut leo qui ad nullius pavebit occurſum eorum diſſenſiones & gravamina parvi pendens, præſertim qui ante multis annis * ſuperatis inimicis & pluribus præliis mitigatis pro nihilo duxit eorum effrœnem inſaniam perdomare, quod & poſtea factum eſt. Nam ſine ſanguinis effuſione quibusdam ex eis humiliatis, alios in exemplum perurgebat omnes ultro præliis finem imponere & omnimodam contentionis rabiem terminare. Qui videntes ſe non poſſe proficere contra eum & ſicut cognoverant non poſſe eum deſtruere, rogant ea quæ pacis ſunt & mitius agentes de compoſitione tractant inter ſe & Regem, qua pace facta & firmata in gratiam priſtinam redierunt.

* fortè legendum: *aliis.*

Cum autem Rex Rempublicam multis laboribus non mediocriter ampliaſſet propaginem filiorum ſuorum per diverſas mundi partes longè lateque diligentius dilatavit, extendit enim ſuam propaginem usque ad mare. Nam unam de filiabus ſuis in maritima regione Regi *Ciliciæ* in conjugem copulavit, ubi filiarum ſuarum ſoboles, *Auſtriam*, *Bohemiam*, *Carinthiam*, *Bawariam*, *Saxoniam* & alias regni partes in ſua retinent poteſtate, & in tantum proceſſu temporis profecerunt, quod nimia freti poteſtate usque in hodiernum diem inter ſe dimicant & concertant.

Porro dum medium ſilentium tenerent omnes, & Rex eſſet in accubitu ſuo & pauſaret poſt opera quæ patrarat. Ecce quidam tryumphator ſurrexit in medium qui dixit ſe eſſe *Fridericum* quondam Imperatorem, quod de ſe multis interſignis & quibusdam præſtigiis ſcire volentibus comprobavit, ſed ipſe deceptus, multos decepit, multi enim pro eo quod ipſe eſſet, vadimonia poſuerunt. Aliis verò ſub quadam ſpe exultantibus in populo, & dicentibus quod ipſe eſt, aliis dicentibus, non, ſed ſeducit turbam; taliter verò multis opinantibus, quidam dicebant eum miſſum ab æmulis Regis ad deſtructionem ipſius fortunæ temptandam, ſi poſſet fortè in Cæſarem promoveri, quo facto mox Regis auctorias expiraret; ſed fruſtrati ſunt & fraudati ſua ſpe, Rex enim prudentius agens cum ſobolem ſuam per multa terrarum ſpatia dilatâſſet, & jam nemo eſſet qui ſurgeret contra eum, videns populum tumultuantem & errantem de illo vago, jubet conſtrui magnum rogum & illum deſuper poni, & ſic eum æſtuantibu flammis, coram multis aſtantibus & videntibus miſerabiliter concremavit. Talem exitum eſt ſortitus, & qui multis fecit riſum, ipſe totus cecidit in deriſum.

Anno Domini CCLXXXX. cum eſſet Rex in civitate *Nuremberch* & ſuper quibusdam cauſis & negociis cum Principibus placitaret, eſſetque ibi etiam Dominus *Ludwicus* illuſtris Dux *Bawariæ* & filius ſuus junior Dux *Ludwicus*, quem genuit per Dominam *Annam* ſereniſſimam Duciſſam de *Polonia*, ubi inter cætera quæ fiebant ibi ſpectacula, ſicut moris eſt in curiis Regum, erant ibi Nobiles curioſi, qui vehementer in haſtiludio ſe ſpectante populo exercebant. Dux verò junior *Ludwicus*, cum jam eſſet in flore vividæ juventutis, elegantis formæ, & etiam viribus corporalibus jam polleret, quo aptior eſſet ad quæque fortiora, virtute animi contra morem Principum huic ludo ſe ingerere conabatur, & pro nihilo duxit inſpicere niſi id manu propria attentaret, multisque diſſuadentibus, non acquievit; jubet ſibi dextrarium præpari, arma deferri ſibi imperat, quæ omnia mox parata ſunt ad manus. Induitur ſed negligentius, equum aſcendit, non eſt ibi æquipollens ſibi dignitate qui curſitare debeat contra eum, ſed vocat & provocat contra ſe quemdam nobilem de *Hohenloh*, qui ſibi debeat obviare. Ille primo denegat ſibi Reverentiæ cauſa tanquam digniori; ſed cum Dux nollet cœptis deſiſtere & in ludo vehementius æſtuaret, dictus Nobilis parat ſe in ejus occurſum & convenientibus ſibi obviam alter bis vel ter vergens haſtam ocioſè reclinans volens parcere Duci, ſed ultimò neſcio an rogatus, vel animo concitatus in ipſo congreſſu vibrans haſtam & ruptis armis circa collum guttur Ducis perforans ipſum lethaliter vulneravit. Quo facto poſt viſo mortifero vulnere ipſa haſta intuita à multis habetur ſuſpecta, habuit enim in ſummitate acutam pollicem, cui nihil eſt inpenetrabile ſed pervia univerſa. Si enim habuiſſet haſtam ſolitam & conſuetam non ei taliter nocuiſſet. Verſus eſt ludus in luctum, & multorum gaudium in mœrorem. Ille autem de *Hohenloh* timore procul reus hujus mali, nemine perſequente fugam iniit.

Ipſe verò Dux dum adhuc viveret, dilexit vitæ auctorem, quia multocies dum eſſet in tali gloria & honore in ſæculo, vitam Monaſticam ſimulabat. Sæpè enim quando bibit aquam, ſimulabat ſe bibere vinum, obſervabat privata jejunia, nunc à piſcibus nunc à carnibus & aliis delicatis cibariis, ab uno illorum annis plurimis abſtinuit & frequenter ob amorem Domini parſimoniam ſectabatur. Non erat lubricus & diſſolutus & carnis illecebras devitavit. Quem autem Dominus diligit corripit nihilominus & caſtigat. Dilectori verò ſuo porrexit manum ſuam ad judicem, fecit enim ut in tali periculo ſubita morte non periret, conceſſit ſibi paucos dies poſt acceptum vulnus, ut de comiſſis ageret pœnitentiam & reciperet ante vitæ exitum Eccleſiaſtica Sacramenta. Quod & fecit, nam à divina gratia ſibi præſtita perfuſus pœnitentia jubet ſe in hoſpitale deportari, humilians ſe & pauperibus ſe coæquans, rogat omnes pauperes pro ſe Dominum exorare, cum autem poſt ruinam permittente Domino ſupervixiſſet usque ad decimam diem pœnitentiam agendo, ingraveſcente labore ad vitæ exitum feſtinabat & faciens teſtamentum jubet ſe duci ad patrium ſolum & ad locum ubi pauſat mater ſua, (quem inquam locum ſummè dilexit, ubi etiam ſepeliri deſiderabat toto cordis affectu) & patre præſente multo dolore ſauciato commiſit ultimum teſtamentum. Venit igitur hora ut tranſeat ex hoc ſeculo, & multis coram aſtantibus & plangentibus ultimo in manus Domini commiſit ſpiritum ſuum, & hæc dicendo vivendi finem fecit. Raptus eſt verò, vocante Domino ne malitia ſeculi hujus, mutaret intellectum illius: quia melius eſt ſalvo ſpiritu in corpore perire, quam quis ex hujus mundi voragine pereat in utroque. Denique circa funus ritè omnibus expletis & præparatis ad terram propriam reducitur & in *Fürſtenfeldt*, quo hoſpitaverat, juxta matrem honeſtiſſimè ſepelitur. Non enim vidi nec viſurus ſum tam ſumptuoſè & tam ſolemniter mortuorum exequias celebrari. Omiſſis aliis quantum ibi de cera expenſum fuerit nequeo æſtimare. Vidi enim unum magnum currum non aliud quam ceram ſingulariter apportare. Duobus verò diebus ac noctibus contiguis, infinitæ & permaximæ candelæ arsêre circa funus, quantum etiam de vino multorum vaſorum & de Plado & pabulo & de panis copia & aliarum rerum allatarum ibi expenſum ſit, non poteſt de facili explicari. Omnes verò grangiæ & vicinæ villæ fuerunt hoſpitibus occupatæ. Officiales etiam ad nutum Domini Ducis ſenioris largam elemoſynam, de pane, de caſeis, de nummis, de carnibus pauperibus erogabant. Die verò quo ſepultus eſt vidi & audivi in uno altari tres miſſas immediatè à tribus Epiſcopis tonaliter percantari. Eadem etiam hora fiebat planctus & luctus à coævis & commenſalibus ſuis, alii capillos capitis evellebant, alii mitras capitis laniabant. Quid plura, Eccleſia tota ſuper infauſta morte ejulatu & ploratibus perſonabat, peracta igitur ſepultura unusquisque digrediens manſionem propriam repetivit.

Igitur Romanorum Rex *Rudolfus* cum ſenuiſſet & provectæ ætatis eſſet, poſt multorum annorum curricula jam vergeret ad occaſum XVIII. anno regni ſui plenus dierum correptus febre, lanquore naturali, Eccleſiaſticis receptis Sacramentis & facto teſtamento viam univerſæ carnis ingrediens, finem laudabilem eſt ſortitus, quæ tamen gratia perpaucis Regibus eſt conceſſa. Nam ferè omnes Reges aut veneno aut gladio videmus crebrius interire. Hic in civitate *Spira* cum aliis Regibus honeſtius ſepelitur, ubi exanime corpus ejus diem noviſſimum eſt expectans. Interim ſpiritus ejus mereatur cœleſtia gaudia poſſidere. Amen!

Defuncto igitur egregio regni gubernatore, Principes ad quos jus reſpicit eligendi ad creandum alium Regem in *Franchenfurt* ſibi diem ſtatuunt & præfigunt. Ubi cum conveniſſent in electione facienda, minimè concordârunt. Nonnulli enim elegerunt *Albertum* Ducem *Auſtriæ*, ſicut Illuſtris Dux *Ludwicus* videlicet *Bawariæ*, qui cum quibusdam aliis Principibus, quaſi ad ſponſalia celebranda illuc ſincerè venerat inermis. Epiſcopus verò *Moguntinus* & alii Pontifices Electores non ſine dolo illuc venerant cum multo milite & magno exercitu armatorum. Illi verò elegerunt *Adolphum* Comitem de *Nazzavia*, virum probum & manu propria acerrimum pugnatorem quem per vim aliis non conſentientibus, tam in confirmatione quam in conſecratione & aliis ſuis juribus percipiendis, in Regem promoverunt. Ideo autem hunc ad regnum proficere decreverunt, quia ſperabant eum magis eis mitiorem fieri & in ſuis agendis tractabiliorem. Ad hoc exhortante eos Rege *Rudolfo*, contra quem non audebant mutire, tantum oppreſſerat eos & quando volebat ad quæque ſervitia perurgebat.

Cum igitur *Adolphus* Rex ſine ambitione & absque ſui labore Romanum Imperium regnare ſuſcepiſſet, divina favente gratia incœpit regni negotia ſtrenuè gubernare: ſed quia Dominus *Ludwicus* Illuſtris Dux *Bawariæ* in electione non conſenſit in eum, conſobrinum ſuum Ducem *Auſtriæ* promovere geſtiens, ſi non intercœpiſſent alii Electores. Quod cùm Rex animadvertiſſet, ipſum & quosdam alios non eſſe cum eo gratiâ vel favore in ſuis agendis, ſe eis exhibuit duriorem, quod diſſimulare non valentes, videlicet ipſum non eſſe ſyncerum contra eos, mala voluntate concepta adversùs eum rarius & lento gradu ejus curiam frequentârunt.

Poſt hæc non multo interjecto tempore anno Domini MCCLXXXXIII. Dominus *Ludovicus* Illuſtris Dux *Bawariæ*, cum eſſet in *Haidelberch* infirmitatem gravem incidit corporalem, & ſubito ingraveſcente corporis moleſtia deſperatis à Medicis conſulitur ei ut cogitet de ſalute animæ & confeſſione prævia, viaticum recipiat ſalutare, quod divina inſpirante gratia non negligens ritè Eccleſiaſticis receptis Sacramentis inſtante ultima horâ vitæ ſuæ non immemor fundationis ſuæ in *Fürſtenfeldt* jubet ſe poſt exitum ſuum illuc duci & ſepeliri, & hæc dicendo & alia ſalutaria monita in vigilia purificationis Beatæ *Mariæ* fœliciter expiravit. Quo mortuo officiales ſui ad terram ſuam & ad clauſtrum fundationis ſuæ non ſine mœrore ſuum Dominum mortuum induxerunt, quem verè tota *Bawaria* plangere debuerat & plorare, quia ipſo vivente rerum opulentia & pacis habundantia & multo commodo fovebatur: ipſo autem de medio ſublato, multis malis oppreſſa ſine ceſſatione, multa diſcrimina ſeu pericula usque in diem patitur hodiernum. Cum autem delatus eſſet ad locum quo ipſe juſſerat, ad clauſtrum videlicet in *Fürſtenfeldt*, quod ipſe fundaverat, ibi Dominus *Otto* Illuſtris Dux *Bawariæ* venerabilis *Enicho Friſingenſis* Epiſcopus, Dominus *Reinbotto Eyſtetenſis* Epiſcopus, Epiſcopus *Ratisponenſis* & multi Prælati iis interfuere exequiis, filiis etiam ſuis *Rudolfo*, & *Ludowico* præſentibus terræ honeſtiſſimè commendatur, cujus anima in conſpectu Domini ſine fine gaudiis mereatur perfrui ſempiternis. Dux iſte in diſciplina & morum venuſtate omnes alios Principes ſuperavit pariter & exceſſit, cujus prærogativæ gratiæ hæres extitit *Ludowicus* filius ſuus noviſſimus, eadem gratia vernans pariter & coruſcans.

Poſt hæc parvo elapſo tempore *Adolfus* Rex mediantibus honeſtis viris, ex utraque parte rem agentibus filiam ſuam *Mechtildam* honeſtiſſimam Domicellam *Rudolfo* Illuſtri Duci *Bawariæ* matrimonialiter jungit, exiſtimans ſibi fore perutile ſi tam honeſtum virum & egregiæ dignitatis ſibi fecerit amicum, & ex eo ſperans ſe in regno fieri fortiorem. Ipſo autem *Adolfo*, primo regnum intrante pacifica fuerant omnia & tranquilla, ſed eodem in tempore terra *Meichsnenſis* omnium hæredum poſſeſſore deſtituitur & privatur, quam quidam Marchio petens irrequiſito Rege & ſine ejus ſcitu, ad quem extinctis hæredibus ejuſdem terræ jus reſpicit conferendi, quia ſuæ terræ eminus adjacet, potenter eam intrat & ſibi ſubjicit faventibus ſibi Miniſtris ejuſdem terræ, & eam manu poſſidet violenta. Quo comperto Rex collecto exercitu Rempublicam cupiens ampliare intrat eandem terram, & temptat eandem rapere de manu injuſtè poſſidentium, ſed non profecit, repulſam enim ſuſtinens, fatigat eam incendio & rapina & tandem infecto negotio exire cogitur, quod reverâ regiam non decuit Majeſtatem. Non erat fortuna cum eo quomodo cum Rege *Rudolfo* Anteceſſore ſuo, ſed malis ſucceſſibus cœpit ei fortuna citius novercari.

Porro *Albertus* Dux *Auſtriæ* ſentiens ſe fruſtratum & fraudatum regno indoluit & dilationem ultionis non ſuſtinens contra fas Regem *Adolfum* parat invadere & quanta potuit virtute omnimodis ſupplantare. Porro per ſolemnes nuntios apud Principes & quosque Magnates quærit gratiam & favorem, aperit ærarium & manu largiſſima multorum burſas reficit, quo regni apicem valeat adipiſci; & quos antea contrarios ſuſtinuit, jam muneribus ſibi attrahit & adſciſcit. Denique tantum de argento expenderat ſuper uſus proprios & aliis neceſſariis, ut una muta tunc temporis in communi foro levius quam ante defalcatis quinque ſolidis venderetur. Sed non incaſſum diſtribuit, quia ex eo lucrum non modicum reportavit. Principes verò qui *Adolfum* Regem ante ad regni ſolium promoverant, averterunt ſe ab eo & non ſervaverunt ſibi fidem, quam ſibi ante fideliter impenderant, quo exemplo docemur fidem non eſſe ponendam in homine, in hac vita.

Denique *Albertus* Dux *Auſtriæ* concepto odio contra Regem de morte ejus tractat, ſtruit inſidias, laqueum tendit & quæque nociva molitur ut ipſum ſtrangulet & interficiat quamquam innocentem, & mitigatis Principibus & corruptis, qui ante fuerant de parte Regis, ut jam de majoribus nemo ſit qui eum contra Regem prohibeat malignari aſſumptis *Auſtralibus* & *Ungaris* aſcendit ad partes *Sweviæ*, recipiens ſe ibi in loco tutiori ubi collegit magnum exercitum & armatorum multitudinem copioſam, ex quo confortatus, animum induit ferocem & confidens in multitudine divitiarum ſuarum & fortitudine manus ſuæ intrepidè Regem laborat invadere non ſine fraude & dolo, loco & tempore ſibi apto. Quo audito *Adolfus* Rex cernens ſe haberi contemptui, & ſervum præceptori ſuo velle illicitè dominari, tactus dolore cordis intrinſecus juravit per viventem in ſæcula, ſe non quieſcere, quo usque Dux *Auſtriæ* cœptis deſiſtat vel coactus contra eum deſinat malignari, vel ipſe cum ipſo ambo ſimul pereant, vel uno ſalvato alter victus perpetuo non adjiciat ut reſurgat. Et tali ſecum habita deliberatione mox nuntios mittit ad omnes nobiles & civitatibus & ſuis officialibus imperat univerſis ut ſe præparent, & invaſorem regni manu armata ſecum invadere non obmittant & erigentem ſe contra regiam Majeſtatem ſuper auſu temerario ab omnibus conteratur & talem vindictam excipiat quæ cæteris vel huic ſimile attemptare volentibus perpetuò tranſeat in terrorem. Congregato igitur de regno ſuo magno exercitu tam equitum quam etiam peditum, hoſtem ſuum eminus intrepidè jam expectans; Dux verò *Auſtriæ* callidè agens, ut homo ſapiens & maturo pollens ingenio, ad prælium optimè præparatus verſutiam ſuam agere non negligens, jam fugam ſimulat jam Regi ſe ſimulat obviare, ut ipſum ad pugnam provocet & abſtrahat à peditibus ſine quibus ipſum non dubitat expugnare quod poſtea rei exitus comprobavit.

Rex verò ſuper omnes audaciſſimus & nimis vehemens ad pugnandum, timens hoſtem ſuum elabi de manibus ſuis, dimittens pedites & licentiatis eis, in hoc negligentius agens, prælium celerius maturavit; & cum adverſarius ſuus cum ſuo exercitu appropiaret, repentè inſtaurat militem, inſtruit aciem, conſerit pugnam & multis eum prohibentibus non acquieſcens, primus in hoſtem ivit, & ferè primus cecidit, præſertim qui tanto fervore certaminis debilitatus fuerit, non amplius ſurrecturus. Quod diu latere non potuit, quia de parte Regis alii occiſi alii vulnerati, alii capti, & ferè omnibus equis occiſis victoria Duci *Auſtriæ* acclamatur. Nec mirum, omne enim opus quod malè incipitur, neceſſario malum exitum ſortietur. Quia ſi Rex hanc pugnam conſultius inchoaſſet, profectò ſine ſui deſtructione fœlicius terminaſſet; & quamvis ibi contra juſtitiam fuerit dimicatum, quia fas non eſt ſervum contra Dominum litigare, tamen hæc victoria Dei judicio committenda eſt qui ſolus diſcernit cauſam

ſam & rationem rerum omnium, antequam fiant.

Poſt hæc *Adolfus* Rex poſt infœlicem caſum defertur ad quoddam clauſtrum & ibidem à ſuis cum magno ejulatu & planctu honeſtius ſepelitur. Rex iſte Principes regni minus reverens vel honorans difficilem ſe eis reddidit in feudis conferendis, quod etiam ſibi non ceſſit in proſperum. Quia unus eorum ea de cauſa contra eum ſurrexit & multis malis contra eum efferbuit in tantum, ut usque ad campeſtre bellum ipſum provocans, ſicut præfatum eſt ipſum debellans, regno pariter & vita privaret. Hic tamen plangendus eſt, quia revera homo erat liberalis & offenſas viduarum & orphanorum, quantum potuit, vindicavit. Eodem verò in prælio *Rudolfus* Dux *Bawariæ* filiaſter ejusdem Regis magnam jacturam rerum paſſus eſt, & omnes nobiles ſui exercitûs, tam in equis quam in armis damnum maximum acceperunt & in tantum attenuati ſunt rebus, quod multi tyrones, facti ibi in prælio videlicet novi milites, pedes ad propria remearent.

Porro *Albertus* Dux *Auſtriæ* poſt victoriam, eodem in loco ubi pugnatum fuit, ad ſpatium ſeptem dierum permanens & jam læta potita victoria factus eſt lætior de tryumpho. Mox mittit ad Dominum *Rudolfum* Ducem *Bawariæ* avunculum ſuum, rogat & ſupplicat ei ut ad eum declinare dignetur, prius pace porrecta vel inter ſe firmata & cum eo poſt laborem certaminis ſolatiari non pigeat iſta vice. Cui meliores de exercitu ſuo perſuadent, ut quod rogatur, non negligat facere, ſed annuat deprecanti; & cum conveniſſent ambo Duces amicabilia inter ſe miſcent colloquia; ſed maximè conſolabatur avunculum ſuum quanta potuit lenitate, ſuper morte Regis ſoceri ſui, & ſpondet ei benefacere & damnum quod ibi cum ſuis acceperat pecuniâ congrua reſarcire. Excuſat ſe etiam apud eum & alios Principes, de Regis interitu, ne fortè ſibi aliquis impoſterum improperet, dicendo: occidiſti & inſuper poſſediſti, dicens ac ſimulans ſe fore turbatum ſuper morte Regis, & non fuiſſe ſuæ intentionis vel voluntatis ipſum occidi, ſed tantum ſe velle partem hæreditariam defenſare. In hunc modum ſe expurgans & ſcelus commiſſum, quantum potuit, palliavit.

Mortuo igitur *Adolfo* Rege ac Imperio vacante, Principes ad quos jus reſpicit eligendi, ut celerius tractent inter ſe multis nuntiis de alio regni Rectore cito conveniunt & conſilium ineunt, & tandem conſentiunt & concordant, in Ducem *Auſtriæ*, ſcientes ipſum eſſe virum ſtrenuum & prudentem & perutilem ad regni negotia gubernanda. Sed quia ipſe ante Regis obitum, quorumdam Principum acquiſierat gratiam & favorem, ab his clam vocatur & præſtò eſt, & ipſis in unum concordantibus pari voto eligitur & ab eis celerius confirmatur. Verum ante electionem ipſe ut homo ſapiens, exorſus eſt ad eos dicens: *Si ad hanc dignitatem alium promovere decreveritis me dimiſſo, annuo votis omnibus & gaudebo. Interim autem unum vos ſcire volo, quod pro honore hujus regiminis non pugnavi nec alicui moleſtiam intuli ut illum dejicerem ut ego exaltarer.* Hujus autem rei veritatem Deo, qui vindex malorum eſt & ſecretorum cognitor, hæc & alia incerta committimus, qui in die noviſſimo vivos & mortuos judicabit, in diebus noviſſimis declarabit. Poſt hæc ſuſcepit Imperium & non multo poſt ipſe cum uxore conſecrantur & pariter coronantur. Poſt hæc cum poſt multos labores & magna expenſa pecunia regnum cum inſtrumentis regalibus ſuſcepiſſet, tranquilla redeunt tempora & omnia præliorum incommoda ſopiuntur. Sed cum etiam longè latèque per diverſa terrarum ſpatia fama communis divulgaretur, ſuper infauſta morte Regis *Adolfi*, Dominum etiam *Bonifacium* Summum Pontificem, qui tunc Romanæ præfuit Eccleſiæ, latere non poterant hi rumores. Quos cum intellexiſſet ſtupet & miratur ſuper illicito & inſolito caſu; videlicet Romanorum Regem occubuiſſe in prælio, & mortis auctorem illud regnum auſu temerario intraviſſe, faventibus Electoribus & promoventibus eum contra juſtitiam, cœpit ſuper tali negligentia permaxime indignari. Et quia idem Apoſtolicus vir erat animoſus & ſtrenuæ mentis, ſe jam amplius non valens continere mediam prorumpit in vocem & dicens: *Si occiſum Regem non vindicavero, ulciſcatur in me Deus.* Addens etiam hæc: omnia enim regna in manu mea ſunt, habens binos gladios. Unde ſi unus mihi non ſuffecerit, addam & alterum, quousque Regis percuſſor congruam recipiat talionem. Sed quia *David* quondam Rex legitur, promovente Deo regnum ſui æmuli ſuſcepiſſe, non ideo tamen ut poſſideret occidiſſe, *Saulem* inquam, Regem *Iſrael*, qui cum contra *David* iniquum odium concepiſſet, habens ipſum ſuſpectum de regno ſuo, vel ab eo privationem metuens regni ſui, ideo inceſſanter ipſum deſtinere vel occidere conabatur, & multoties ipſum lanceâ vel gladio peremiſſet, ſi non Dominus qui aliud de ipſo in futurum prævidit, ipſum de ſuis manibus exemiſſet. *David* verò juſtitiæ tenax, cupiens innocentiam conſervare, quamvis ipſum ſæpius tradiderit, ſi voluiſſet ſuis manibus ad nocendum tamen nihil mali ſuo æmulo intulit, dicens: *niſi dies mortis ejus venerit, vel in prælio mortuus fuerit, abſit ut mittam manum meam in Chriſtum Domini.* Cum ergò *Saul* Rex Iſrael contra *Philiſtinorum* exercitum prælium miſiſſet, qui populum *Iſrael* vehementer attriverant, totum pondus prælii verſum eſt in eum & vulneratus à ſagittariis læthaliter perlato ſpiculo corruit ſuper terram, quem ubi quidam viator præteriens & diligentius intuens vidit eum ſemivivum & adhuc palpitantem, rogatus ab eo, occidit eum, ſciens ipſum non poſſe vivere poſt ruinam. Quo facto mox properat ad *David*, ſperans ſe fore bajulum boni nuntii & proſpera nuntiare ab eo ſecus ſuſceptus eſt quam putabat, & cum intellexiſſet *Saulem* videlicet occubuiſſe in prælio, & eum, qui nuntiaverat ei, ipſum occidiſſe, confeſtim vindicavit eum, morte dignum, dicens. Occidiſti, occidi meruiſti. vocansque unum de clientibus ſuis juſſit ei vicem rependere, qui & percuſſit eum & mortuus eſt, ſciſſisque *David* veſtibus fecit planctum ſuper *Saulem* & ſuper viros illuſtres qui cum eo occubuerant in prælio. Mira res & inconſueta, ut aliquis defleat inimicum ſuum occiſum manu aliena & ulciſcatur ipſum manu propria, cum nimirum de morte inimici ſoleamus ſæpius exultare. Hæc ambo *David* virtutum amator in *Saule* inimico ſuo complens reddidit bona pro malis. Ideo juſto Dei judicio perſecutoris ſui regnum meruit poſſidere. Non ſic, non ſic Rex *Albertus*, ſed occidit inſuper & poſſedit. Sed ecce ſiniſtri rumores ad aures ejus ſubito perferuntur, Dominum Apoſtolicum videlicet ſuper morte *Adolfi* indignatione moveri nimia contra eum, quod cum percepiſſet mox utitur conſilio ſaniori, & quomodo gratiam Sedis Apoſtolicæ non perdat, vel amiſſam retrahere valeat, hoc apud ſe ſolerti mente cogitat & pertractat, & protinus providet ſibi de honeſtis nuntiis quos mittat Curiam ad Romanam, qui deferant Apoſtolico pretioſa munera, ut in ſuis exequendis negotiis ipſum promptiorem habeant vel placatum, ſed inter alia xenia pretioſiora erat una menſa facta de argento & auro & ſatis lapidibus pretioſis,ſed utrum nuntii ad Apoſtolicum finaliter pervenerint & mandata Regis & commiſſa negotia executi fuerint, certum non habeo. Qui (proh dolor!) Papa *Bonifacius*, illo in tempore ſubito mortuus nuntiatur, qui propter probitatem ſuam quâ ſuper cæteros enituit, æmulos habuit, qui eum, ut fertur, veneno mixto poculo cum damno totius Eccleſiæ necaverunt. Hic ſi Deo propitio amplius vixiſſet, procul dubio de ſua induſtria multas Eccleſiæ negligentias correxiſſet. Præterea Rex depoſita ſollicitudine quam de ſummo habuit Pontifice, & cum jam eſſet in plenaria regni poteſtate, habita ſecum deliberatione decrevit ut promiſit, Rempublicam ampliare & primo bona à regno diſtracta cogitat repente obligata ſolvere & quæque à prædeceſſoribus ſuis neglecta, ſtudioſè corrigere.

Igitur quidam Principes, videlicet Epiſcopus *Colonienſis*, Epiſcopus *Moguntinus*, Dux *Bawariæ* & quidam alii quaſdam munitiones ſibi convenientes, vel ſuis Provinciis adjacentes ſuo conjunxerunt dominio, tempore *Adolfi* Regis, ut puto, de ejus voluntate & favore. His omnibus præcepit ſibi Rex obtentu gratiæ regiæ Majeſtatis, ut omnia bona regni, quæ in ſua retinent poteſtate reſignare non negligant. Alioquin ſi huic mandato obviare præſumpſerint, ſe velle agere durius contra eos. Qua de re Principes illi in unum convenientes habuerunt mutuum colloquium ſuper eo, & tandem contempto mandato Regis conſpirationem & fœdus ineuntes contra eum & ab invicem diſcedentes ad propria remeârunt. Quo facto mox caſtra ſua muniunt & ad reſiſtendum Regi totis viribus ſe præparant & accingunt. Abhinc præliorum incommoda cumulantur & partes *Sweviæ*, *Bawariæ* & citra *Rhenum* omnes Provinciæ bellorum diſcrimine perturbantur. Cum autem Rex cognoviſſet illos contra ſe iniiſſe fœdus, impavidus & æquo animo perſeverans, parvi pendens eorum contumaciam, ſagaci ſtudio pertractat, quomodo hos effrœnes & obſtinatos valeat perdomare. Mox omnibus Officialibus, Miniſtris, Nobilibus & civitatibus præcipit univerſis, ut ſe præparent ac muniant contra hoſtes & delatores Romani Imperii, & eos invadere non negligant, donec ab auſu temerario reſipiſcant & nihilominus addiſcant, eis fore durum contra ſtimulum calcitrare.

Dehinc primo Epiſcopum *Moguntinenſem* bello pungit & occupat, & civitatem *Bingam* impugnat pariter & expugnat & alias munitiones regni ab eo manu valida repetit & reſumit. Simili modo alios Principes, Epiſcopum *Colonienſem*, Ducem *Bawariæ* & alios bello cingit & obſidet tam validè, ut nullus eorum fœdere caſſo alter alterum valeat adjuvare. In iſto prælio Dux *Bawariæ* quaſdam munitiones perdidit, videlicet civitatem *Schongaw*, caſtrum in *Schwabeck*, civitatem *Werdeam* & caſtrum ibidem, quod de petris duriſſimis diſſolutum & deſtructum eſt funditus his diebus.

Cum autem cernerent ſe non proficere, nec poſſe Regi rebellare poſt multa præliorum & incendiorum pericula perpetrata, nec non innumerabilia mala, hominibus irrogata tandem cum eo pacem & concordiam inierunt; & quia utile non eſt recedere ab amico, quod & Duces *Bawariæ* experientia didicerunt,qui à Rege receſſerunt & in damnum ſuum inconſultè aliis Principibus adhæſerunt; & quia vexatio dat intellectum auditui, poſtea pœnitentia ducti, ſicut ad amicum, ad Regem redeunt, & firmatâ inter ſe pace ac reconciliatione facta, ablata feuda à Rege iterum receperunt. Poſt hæc nube præliorum depulſa, ſerenitas pacis redit & ſecuritas & tranquillitas pacis per totam *Alemaniam* propagatur. Sed & Rex ſubactis & mitigatis inimicis ſuis jam de proſperioribus ſucceſſibus jocundatur, & eum jam vellet requieſcere poſt laborem, cor ejus ardore ambitionis nimium inflamatum, ipſum quieſcere non ſinens, nacta occaſione contra Regem Bohemiæ *Wenzeslaum* quondam conſobrinum ſuum virum optimum & illuſtriſſimnm, illum parat bellorum pondere fatigare, pro quibuſdam inſulis ac provinciis pertinentibus ad Romanum Imperium, quas ipſe & pater ſuus *Otakberus* eatenus injuſtè in ſua tenuerunt poteſtate. Illa inquam de cauſa molitur cum eo præliari. Sed ut fertur, hæc occaſio non fuit ſyncera ſed falſa. Volebat enim ipſum ſuffragantibus ſibi perfidiſſimis Supanis, omninò de regno extrudere vel etiam deturbare & loco ejus unum de filiis ſuis præficere vel ſubrogare. Unde collecto grandi exercitu *Bohemiam* intrat & vaſtat eam incendio & rapina, ſed non profecit ibi quomodo cogitabat, laborioſa enim eſt terra & inexpugnabilis ab antiquo. Legitur enim in antiquis chronicis quod *Wenzeslaus* Dux *Bohemiæ* habuit unum fratrem *Bolezlaum* nomine, hic *Bolezlaus* contra germanum ſuum *Wenceslaum* ſanctum virum, odio concitatus Sathana inſtigante occidit eum, ut regnaret pro eo. Quod cum fecit ducatum *Bohemiæ* nefariè ſibi uſurpans, *Wenzeslaus* proprii ſanguinis effuſione in æternum regnaturus pro terrenis cœleſtia commutavit. Unde *Otho* Imperator cum percepiſſet tam horribilem caſum factum in *Bohemia* inter ejuſdem terræ Principes & germanos, ſtupuit, & dilationem non ferens properat innoxium ſanguinem vindicare, & collecto exercitu *Bolezlaum* reum ſanguinis validè invadit pariter & impugnat, ſed durante lite ipſum XIIII. annis impugnans tandem cum magno damno & perditione ſuorum ipſum vix anno XIIII. ſuperavit. Quod autem eadem terra difficilis ſit ad expugnandum, *Albertus* Rex Romanorum experientia didicit, qui cum eandem terram cum magna pugnatorum multitudine intraſſet, ut eam ſibi ſubjiceret fruſtrato labore exire cogitur ſicut ante. Interea *Wenzeslaus* Rex *Bohemiæ* filius *Otacheri* Regis, vir nobiliſſimus & illuſtris, de quo ſupra præfatum eſt, qui in adoleſcentia ſua à matre fuerat intoxicatus ſed tunc ſalvatus à morte, iterum veneno infectus in lecto decidit, incurabilem vitam finit. Hic cum eſſet honore regio decenter ſublimatus, vitam monaſticam ſimulans, ſanctæ converſationis vehemens amator, religioſos ſummè diligebat, unde divina inſpirante gratia ſolemnem Abbatiam conſtruxit in *Aula Regia* Ordinis *Ciſtercienſis* opere ſumptuoſo & magnis laboribus & expenſis, quam etiam ditavit multis prædiis & poſſeſſionibus. Tres miſſas cottidie audire conſuevit quas coram ſe ſolemniter præcepit tonaliter decantari. Cum verò ob amorem divini ſervitii & ſanctæ Religionis in eodem clauſtro ſe quandoque recepiſſet monachorum ſe immiſcuit turmis, & tam familiaris eis fuit, ut ſæpius cum eis Capitulum eorum frequentaret & ibidem prævaricatores ſanctarum conſtitutionum more ſolito nominatim ore proprio proclamaret.

Hic etiam moriens reliquit regni ſui hæredem filium pulcherrimum & elegantis formæ de quo multis ſpes & fiducia fuit, quod ſi vita comite in virum profeciſſet, ipſe regnum in ſtatum optimum reformaſſet. Sed ad majoris malitiæ cumulum ejuſdem regni poſt mortem patris, parvo elapſo tempore foſſus gladio, finem miſerabilem eſt ſortitus. De quorum nece videlicet patris & filii multis fuit graſſa ſuſpicio, quod *Albertus* Rex Romanorum ambos necari procuraverit, quod ex eo intelligi poteſt, quia tunc temporis terram *Bohemiæ* impugnans unum de filiis ſuis ibidem promovit in Regem cui relictam Regis *Wenzeslai* dedit in uxorem, cum qua parvo vivens tempore, veneno periit, juxta morem aliorum Regum *Bohemorum* qui rarò cernuntur morte decedere naturali. Quo mortuo & jam nullo hærede ſuperſtite quidam Supani pietate moti videntes regnum in ſummo diſcrimine poſitum conſilium ineunt, pro alio Rege cogitant & mittunt ad Ducem *Carinthiæ* rogantes & nihilominus ei ſuggerentes, ut unam de filiabus Regis accipiat in uxorem, quam cum acceperit, ſciat ſe cum ea etiam regnum *Bohemiæ* poſſeſſurum. Qui parumper deliberans votis annuit, nuptias fecit, regnum adeptus eſt & more ſolito citius coronatur. Præterea fuerunt Supani & Miniſteriales hæc durè ferentes & huic rei non conſentientes, inimici pacis bella nutrientes & ob ea à *Bohemorum* favore declinantes, Regis Romanorum partibus adhæſerunt, cui rem pandunt & ipſum diligentius admonentes, ut terram *Bohemiæ* invadere non negligat, & eam ſibi ſubjiciat, quam ſibi tradere pollicentur, ſed, ut decet, honeſto comitatu illuc venerit & armatorum multitudine copioſa. Unde cum Rex intellexiſſet Ducem *Carinthiæ* terram *Bohemiæ* intraviſſe, & regnum, ut ſupra taxatum eſt, ſuſcepiſſe ſine ſuo conſilio & favore indignè ferens & perturbatione animi reſolutus, jubet ut de omnibus viſceribus regni univerſi Nobiles ſe præparent ad deſcenſum & ad regnum *Bohemiæ* expugnandum, ſed quia homo cogitat, Deus ordinat; cogitavit enim multas ſibi ſubjicere terras. Sed ſecùs factum eſt: qui enim dominabatur terræ, jam ipſum terra abſorbuit. Habuit enim ſecum adoleſcentem, filium fratris ſui, quaſi collateralem de regali proſapia oriundum quem æquè ut pueros proprios, educavit. Qui cum adoleſceret & in virum excreſceret & cui jam grave eſſet ad manus reſpicere alienas & nihilominus ſine profectu & ocioſè videretur ſibi, ſe curiam regiam frequentare, Regem obnixè exoravit, ut daret ſibi portionem hæreditatis ſuæ qualemcunque, ut ſibi & ſuis quandoque de propriis facultatibus provideret. Rex verò nec dedit nec penitus denegavit, dedit enim ſibi dulcem promiſſionem, quoniam * ſe daturum quod poſtularet; ſed promiſſio quæ differtur, affligit animam. Cum ergo longa expectatione mœrore abſorberetur, ex eo quod Rex tarderet eum expedire, Diabolo inſtigante, fractus animo incipit tractare de morte Regis aſſumptis ſibi quibuſdam Nobilibus; qui etiam quibuſdam cauſis exigentibus

* fortè *quondam*

conceperant talia contra Regem. His conjuratus & ſtricto fœdere copulatus diu noctuque obſervabant Regem, quomodo eum dolo tenerent & occiderent, & cum una die tranſiret *Rhenum* & exiſſet civitatem Argentinam, & direxiſſet iter ſuum contra partes orientales nacta opportunitate, & perpauci eſſent circa eum in campo irruentes in eum, cum cultellis & gladiis eum perfoderunt, qui oppidò vulneratus de equo mox corruit & inteſtatus ſupremum vitæ ſpiritum exhalavit. Quo facto periculo ſe diſcrimini ingeſſere, nam ut manum ultoris potuiſſent evadere protinus fugam curſu concito inierunt, & intrantes viam *Cayn* nuſquam eis tutum erat refugium. Siquidem Deo volente,& uxore Regis vindicante omnes poſtea miſerè perierunt.

Sed Rex cum adhuc viveret & eſſet in rerum affluentia opulentiſſimus, ſauciari non potuit rebus mundialibus, quia nimia ambitione corruptus indefeſsè laborabat ſibi ſubjicere multa terrarum ſpatia, & ſuos liberos exaltari, & ſic terrenis nimis implicatus curis, terræ citius ſociatur. Qui etiam juſto Dei judicio in brevi privatur omnibus, & jam de omnibus vix poſſidet ſeptem pedes. Denique in civitate *Spirenſi*, honeſtis obſequiis ſepelitur, ubi multorum Regum corpora pauſant, examen extremi judicii, & diem noviſſimum præſtolantes.

Anno igitur ab Incarnatione Domini MCCCVIII. in die beatorum Apoſtolorum Philippi & Jacobi, Rege *Alberto* occiſo vacare cœpit imperium usque ad diem beatæ Catharinæ Virginis & Martyris qua die Electores pariter convenerunt, ut alium Regem gubernatorem ſollicita mente divina inſpirante gratia procrearent.

Porrò *Clemens* Papa cum intellexiſſet *Albertum* Regem exiſſe morte acerrima de hoc mundo, non parum doluit & ſollicita conſideratione præhabita, cernens Romanum Imperium multo diſcrimini expoſitum & variis erroribus perurgeri, mox pietate motus, ſicut cui incumbit curam gerere de omnibus Electoribus regni, ſuas litteras deſtinavit rogans pariter & exhortans, ut Deum præ oculis habentes ſolliciti ſint & intenti circa electionem novi Regis; talem eligant qui virtutum gratia polleret, Dei timorem habeat, quique præditus ſapientia ut ſciat gubernare regni negotia & per eum ſtatus imperi proſperitate floreat & nihilominus proficiat felicibus incrementis.

Electores verò mandatum Apoſtolici non ſegniter adimplentes, cum eſſent congregati in *Franchenfurt*, invocato nomine Domini *Heinricum* Comitem *de Lutzeburch*, virum ſincerum & illuſtriſſimum, in Regem concorditer elegerunt. Exauditi ſunt pro reverentia ſua, elegerunt enim virum perutilem ad regnandum, virum, inquam, cum quo erat Deus, qui omnia ejus opera dirigebat, qui etiam Deum dilexit vehementer. Diligentibus enim Deum, omnia cooperantur in bonum. Unde cooperante Domino ad vota ſibi omnia ſuccedebant.

Verum Illuſtris *Rudolfus* Dux *Bawariæ* cernens Regem lætis ſucceſſibus Romanum Imperium gubernare, filium ſuum adhuc tenellum filiæ ejus, mediantibus honeſtis viris, rem agentibus, partium utrarumque per deſponſationem legitimè ſociavit dans ei pro dote dum manu Regis dominium palatii apud Rhenum ſub chyrographo & cauto teſtimonio litterarum. (*l*) (*l*)

Ludwicus verò junior Dux & Comes Palatinus non erat in conſilio eorum, hujusmodi tractantibus qui videns diſtrahi & ad manus alienas devolvi ea bona quæ ad eum Jure hæreditario pertinebant, mox iracundiæ ſtimulo incitatus, cœpit cum fratre ſuo *Rudolfo* graviter diſcordare & abhinc orta eſt inter eos ſæva contentio, quæ nunquam ambobus viventibus expirare potuit usque, quod verum fuiſſe nulli dubium eſt, ſicut poſtea rei exitus comprobavit; & cum jam per nullum modum poſſent concordare, variis cauſis exigentibus, quæ cenſeo ſilentio præterire. (*m*) (*m*)

Junior Dux *Ludwicus* poſtulat partem rerum ſuarum & dominium eorum requirit dividi & à ſe invicem penitus ſeparari; & cum cœptis nollet deſiſtere Dominus *Rudolfus* Dux ſenior & maturior, ſciens fratri ſuo utile non eſſe quod poſtulat, ſed poſtea experientia doctus, ſciat non expedire cuiquam, de facili recedere ab amico, ſuis precibus acquieſcens, de conſilio ſuorum per arbitros terram ſuam cum ſuis attinentiis diviſerunt, cum aliis ſuis facultatibus æqua lance.

Porrò civitas *Monacenſis*, & Provincia ultra *Yſram*, cum civitatibus & villulis earum & terra circa *Montana* & citra *Oenum* ceſſit in partem Domini *Rudolfi* Ducis ſenioris, terra verò infra *Lycum* & *Yſeram* & usque ad *Danubium* cum civitatibus & villulis earum, cum Provincia circa *Noricum*, cum ſuis attinentiis ceſſit in ſortem Domini *Ludwici* Ducis junioris ſed *Comitiam Palatinam apud Rhenum* decreverunt indiviſam remanere.

Deviſione ergo facta, & Ducibus à ſe invicem ſeparatis, quantis malis attrita ſit *Bawaria* quæ eis ſubjacebat, non poteſt

---

(*l*) Hic locus apertè cubat in mendo, quis autem emendet unico hoc noſtro exemplari fortè ſuperſtite?

(*m*) Re fortaſſe nimis recenti, ſed minus circumſpectus *Henricus Rebdorfenſis*, qui haud dubiè timoris cauſas procul habuit.

teſt de facili explicari, præſertim cum adhuc recens eſſet diſcordia inter eos, non quibant in terra pacificè pariter commorari, ſed parvo interjecto tempore cœperunt rurſus ſæviſſimè præliari, & ad majoris malitiæ cumulum exercitum de propè congregantes & de remotis partibus & ad ſui & ad ſuorum deſtructionem, adjutores, quos poterant, convocabant, & ſic ordine perverſo & contra jura naturæ, & jam frater contra fratrem armatur & qui mutuò ſe debebant adjuvare ſicut frater adjuvat fratrem, jam mutuò ſe deſtruere conantur. Igitur dum ſuperbiunt impii, pauperes incenduntur. Uterque enim cum ſuis annis duobus præliantibus inter ſe terram ſuam vaſtabat ignis concrematione, ſpolio & rapina. Fertur enim quod *Ludovicus* Dux adoleſcentior ſed tunc inſoleſcentior, ignem arripuerit & manu propria vehens villam primus incendit & facto magno rogo, gaviſus eſt gaudio magno, parvi pendit damnum proprium. Sed non ſine fructu in adoleſcentia præliabatur: didicit enim tunc quod poſtea ſuo in tempore explevit. Nam proceſſu temporis coactus laborioſa certamina Deo propitio perſolvebat. Sed Dominus *Rudolfus* Dux ſenior, ad præliandum ſegnior, ſciens eſſe dedecus & multipliciter in honorem pugnare proprio cum germano tamen neceſſitate perurgente partem ſuam ſtrenuè tuebatur. Denique ceſſatum eſt à prælio non ſine magno damno hujus Eccleſiæ. Quanta enim preſſura præliorum afflictum fuerit clauſtrum in *Fürſtenveldt* illo in tempore, non poteſt de facili explicari. Præſertim cum in grangiis nobis ablata fuerint optima pecora & jumenta, gravati nihilominus fuimus nimis per ignis concremationem, per ſteurarum exactionem & victualium adminiſtrationem hoſpitibus ſupra modum. Ideo multi mirati fuerunt, quomodo ſimul remanſerimus indiviſi, & ſine diſperſione unquam remanere potuerimus, ſed Dei pietas hoc effecit, qui ſperantes in ſe non derelinquit. Igitur *Ludowicus* Dux cernens non proficere ſed magis deficere per hunc modum, quia multa pretioſa prædia pro expenſis *Auguſtanis* civibus obligavit, & cum jam eſſet etiam præliorum incommodis fatigatus, reverſus in ſe cœpit de pace tractare, ad fratrem rediens tanquam junior, placare cupiens ſeniorem, qui motus pietate ipſum benignè recipiens & inter eos reconciliatione facta ambo ad pacis redeunt unitatem, & omnia ſua bona perdita, componunt iterum, ſicut ante.

Cum igitur *Henricus* Rex ſuſcepiſſet imperium, ipſoque gubernante regni ſtatus non mediocribus proficerent incrementis eſſentque per totam *Alemanniam*, divina opitulante gratia, quieta tempora & tranquilla, cupiens Rempublicam augmentare ſumit animum intrare *Longobardorum* terram, & ibi atterere & impugnare quaſdam civitates diu Romano Imperio rebellantes quique ſervitutis cenſum longo tempore perſolvere neglexerunt.

Interea Comes de *Wirttenberch* qui ſemper ſtuduit malignari adhuc parum ducens pacem diſſipare, non ceſſat ſuſcitare prælia. Ex quo multi de ipſo moventes querimoniam, coram Rege pro eo, quod variis preſſuris vexaret eos & turbaret, poſtulantes judicium, ne poſt Regis abſceſſum, eos malis gravioribus perurgeret. Rex verò ſicut diſtrictus judex tractat ejus oportere inſultibus & erroribus obviari, & expedire ei talem pœnam infligere, quæ alios ſimilia temptantes ab hujusmodi auſibus retrahat & compeſcat, & ratus non poſſe eum in manu valida expugnare præcipit officialibus ſuis & civitatibus circa eum imperat univerſis ut ipſum invadere non negligant & deſtruere non obmittant qui ejus juſſionibus paruere, congregantes multitudinem bellatorum, tam equitum quam peditum, pari voto & prompto animo ipſum bello cingunt, & quaſdam munitiones ejus & urbes diripiunt, quæque ſua ferro & igne vaſtantes, ſimul illud nobile caſtrum de *Wirttenberch*, de quo nomen accepit, usque ad ſolum deductum, funditus perverterunt, & quia vexatio dat intellectum, hic poſt cum damno didicit ſubdere ſe majori, debere eſſe conſonum rationi.

Profectò Comes ille potens & famoſus frequenter, ſicut ante dictum eſt, in regno pacem turbavit & ſe contra regiam Majeſtatem erexit. Ideo Rex *Henricus* quamvis abſens ſatis ipſum humiliavit pariter & dejecit, quem *Rudolfus* Rex magnus, permaxima poteſtate ſuffultus præſentialiter & in perſona propria perdomare non poterat, ſicut iſte. Nec mirum haud dubium, quin Deus erat cum Rege *Heinrico*, cui fideliter ſervivit, fortiter & amavit. Ideo ſemper adfuit ſuis omnibus in agendis.

Rex igitur contracto exercitu magno, iter reflectit verſus *Lombardiam*, quam dum ingreſſus eſſet, *Clemens* Papa, ipſum ſemper promovit.

Interim cum *Bawaria* parvo tempore à bellorum turbine quieviſſet, rurſus in ea bella duriora prioribus, oriuntur. Sicut enim de parva favilla interdum maximus ignis naſcitur, ſic inter Illuſtres Principes *Fridericum* Ducem *Auſtriæ* & *Ludowicum* Ducem *Bawariæ*, parva de cauſa maxima contentionis rabies oritur, fortè noſtris peccatis exigentibus, multis annis interim nobis perſeverans.

Cum enim Dominus *Otto*, quondam ſereniſſimus Rex *Ungariæ* & Dux *Bawariæ*, nec non & frater ejus Dux *Stephanus*, ambo poſt obitum ſuum hæredes poſt ſe, ætate adhuc teneros reliquiſſent, *Fridericus* Dux *Auſtriæ* aſcitis ſibi prius miniſterialibus *Bawariæ*, quos ſibi clam dulcibus promiſſionibus attraxit, non rogatus, volens ſe intromittere de ducatu, & providentia puerorum & de regimine terræ, non tam, ut puto, pro utilitate puerorum quam pro fructu proprio in futurum. Dux verò *Ludowicus*, cum audiiſſet, fortè præmonitus à puerorum illuſtribus matribus adhuc viventibus, ſumma cum feſtinatione properat ad Principes juniores ſuggerens eis ut per nullum modum conſentiant in in Ducem *Auſtriæ*, qui toto poſſe laborat eorum fieri procurator, dicens, non eis expedire, ſed ſe ipſum vitæ propinquitatis & ſinceræ fidelitatis dignius & decentius debere eorum curam gerere, & majora eorum diſponere, quousque ad ætatem pervenerint pleniorem. His itaque geſtis, non multo poſt ambo conveniunt pariter in civitate *Landawe*, ubi de eadem re inter ſe ad os ſerioſius mutuò loquebantur: ſed ambobus inter ſe rixantibus, Dux *Ludwicus* ſubito iracundiæ facibus inflammatus, arripuit gladium, ſi non interceptum fuiſſet à præſentibus, ipſum Ducem *Auſtriæ* propria manu necaviſſet. Dux verò *Auſtriæ* declinans & recedens, murmurans in hæc verba, ipſum velle citius de terra propria extrudere & ſuis videntibus oculis poſſidere; ſed quia Deum non accepit adjutorem, ideò in ventum verba inaniter avolârunt, mox bello ipſum petit & facta pace ad terminum octo dierum, ſummo cum rancore ab invicem receſſerunt. Verum Dux *Auſtriæ* ſciens fratrem ſuum Ducem *Leupoldum* eſſe in partibus *Sweviæ*, ad ipſum feſtinatò dirigit iter ſuum, ad quem cum veniſſet, quanta mala ei Dux *Ludwicus* irrogaverit, & quam malè ipſum tractaverit & quomodo eum mucrone invaſiſſe voluerit, fratri ſuo verbis depromit queruloſis. Quod cum audiſſet Dux *Leupoldus* ſtupet, miratur, & turbatur. Sed præ nimia perturbatione animi ambo ſævientes jurant & conjurant, dicentes, ſe non conquieſcere, quousque de *Ludwico* Duce ſuper accepta injuria vindictam congruam conſequantur, & mox fratribus ſuis in Auſtria per nuntios celeres mandaverunt, ut omni negotio poſtpoſito feſtinent dare operam toto poſſe ad congregandum exercitum pugnatorum, qui ſimiliter novitate rumorum ſtupentes, juſſa fratrum ſuorum citius complentes, congregaverunt magnum exercitum de omnibus viſceribus provinciarum ſuarum, *Ungaros* & *Schlavos* pulſantes precibus, ut & ipſi veniant cum aliis pugnaturi; alienis autem ad ſe non pertinentibus denuntiant, ut qui donativum propter certamen voluerint deſervire, venire etiam non negligant ad pugnandum. Collecto igitur univerſo exercitu quidam nobiles dicti de *Walſe*, Capitanei exercitus, regentes cuneos pariter & ductantes, præco clamabat valenter, ut omnes timore ſublato aſcendant gaudentes, ſuperiorem *Bawariam* intraturi & ibidem ſuos ſaccos de ſpolio & ſuas marſupias argenteis impleturi. Dicitur enim eis ut non paveant, nam Duces eorum de partibus *Sweviæ* cum magno exercitu venientes, volentibus eis ferre auxilium contra *Bawaros*, ut ſic duabus congredientibus poſſint eandem terram fortius expugnare, expugnatam commodius poſſidere.

Interim illuſtres Duces *Bawariæ Rudolfus* & *Ludovicus* cum tota terra ſua non ſine timore incurſum hoſtium expectantes, non minus ſe præparant ad reſiſtendum pariter & pugnandum. Sed Dux *Rudolfus* minus ſollicitus, *Ludwicus* totum pondus prælii vehens in omnibus ſtrenuè ſe gerebat. Denique recipientes ſe in campis juxta ripam quæ vocatur *Zeidelbach*, hac illacque congregantes etiam exercitum, *Swevos*, *Francos*, ut ad ſe veniant in prælium exorantes, & plures alios procul & propè ad prælium convocantes, pollicentes eis, cum requiſiti fuerint, ſervitia ſimilia vel majora. Similiter etiam de omnibus finibus ditionis ſuæ Rurenſes civitates ad bellum exhortantes tam equitum quam peditum inæſtimabilem collegerunt.

Porro *Auſtralibus* aſcendentibus Miniſteriales inferioris *Bawariæ* præſtolantes eos in terra ſua, ut ipſis tranſeuntibus ſe eis in adjutorium ſociarent. Ideo quia tamen faventes eis ut omni periculo ſe cum eis exponere non tardarent. Sed Duces *Auſtriæ* cum cognoviſſent *Bawaros* contra ſe ad pugnandum, non mediocriter præmunitos, pavere cœperunt, quamvis eſſent multo in numero fortiores tamen ſcientes non eſſe tutum hoſtiliter terram ingredi peregrinam, cum comitatu ſuo tardius inceſſere, congreſſum exercituum protelantes, ut ex dilatione *Bawari* incipiant in ſumptibus deficere, & deficientibus in expenſis omnimodè diſſolvantur ac ſic hoſtibus ſuis diſſipatis ac imminutis poſſint terram facilius intrare & tutius rebellare. Hæc cogitaverunt, & erraverunt. Non ſic, non ſic, ſed Deus aliter ordinavit. Exercitus enim *Bawarorum* permixtus cum *Swevis* & *Francis* frendentes & atrociter ſævientes parati hoſtium cuneos penetrare, avida expectatione adventum *Auſtralium* præſtolantes, optabant pugnam citius fieri & conflictum, quo diu fruſtrati fuerant & fraudati. Sed & Dux *Ludwicus*, cui ſumma cura erat de prælio, cernens tempus ſine utilitate prælii pertranſire, & Duces *Auſtriæ* ſe velle calumnioſè circumvenire, conſilium requirit à ſuis, inquiens: decernite omnes quid facere debeamus, ne tam grandis exercitus, tam laborioſè contractus, evacuetur, & ſine utilitate prælii penitus diſſolvatur. Mox divina gratia inſpirante ſanum conſilium reperierunt, quod Dominus *Ludovicus* ſecutus, elegerunt de omnibus qui convenerant CCCC. viros & fortiores, ad pugnandum optimè expeditos, aliis omnibus licentiatis, clam dicens: ſe velle intrare quamdam inſulam pro expenſis, neminem ſcire volens, exceptis paucis, quo proceſſuri eſſent, quo usque ad locum futuri certaminis devenirent. Igitur omnibus aſcenſis equis & ſtrictè cinctis, & multis mirantibus quo ituri eſſent, iter ſuum flectunt contra *Mosburgam*, ubi trans *Yſe-*

ram maximum exercitum *Auſtralium*, *Ungarorum*, *Bawarorum*, *Swevorum* & aliorum multorum obviam habuerunt. Ideo autem occultè & inſperatè illis voluit obviare, ne innoteſceret, vel proderetur Ducibus *Auſtriæ*, qui retrò in Swevia magnum habuerunt exercitum, volentibus in adjutorium inferioribus ſubvenire. Hi, ſi reſciviſſent Ducis deſcenſum, profectò ipſum inſecuti fuiſſent & à tergo cum eo fortius dimicâſſent. Sed volente Domino aliter contingebat, nam cum Dux *Ludowicus* cum ſuis inferiori exercitui jam appropiaret, ut eos audire vel videre potuiſſet, ſi Sol ſuum radium non negâſſet, quia illa die & eadem hora his accidentibus intenſus aër luminoſum diem obſcuravit, quod clarè videre non poterant adventantes, indicit eis bellum pariter & conflictum, denuncians eis, quod ſi velint, nolint, oportere eos pugnare, ne dicant poſtea calumnioſè cum eis egiſſe. Hi verò non ſegnes ſed parati peroptimè ad pugnandum, cum percenſuiſſent Ducem cum exercitu ſuo, jocundati ſunt & exhilarati videntes ſe multo numero fortiores, ſperantes nec diffidentes illos ad nihilum redacturos: erant enim, ut ajunt, quaſi quatuor contra unum, & cum tanti eſſent, Dux fidens in Domino, cui indifferens eſt ſalvare in multitudine vel in paucis, poſt horam meridianam ambæ turmæ congredientes, invocato nomine Domini inſtruunt aciem, conferunt pugnam, incipientes cantum ſuum conſuetum ante pugnam: reſultantibus in excelſis: ambæ catervæ incipiunt dimicare, & cum per aliquod tempus infatigabiliter decertaſſent, ſtetit anceps victoria ad unam horam. Quod cum Dux cerneret, ſtrenuè in certamine ſe circumferens, ſuos inclamavit monendo, & exhortando eos ad pugnam. Sed quidam nobiles de *Swezzelberch* non pauci numero, induſtrius agentes, aliis pugnantibus ipſi providè ſibi & ſuis equis pepercerunt, cum vidiſſent Ducem in bello periclitari parati ad pugnam mox cum impetu præcipitantes ſe in turmas, non ſemel, ſed pluries hoſtium acies penetrantes & ſcindentes, nonnullos ſolotenus proſtraverunt. Quod cum vidiſſet Ducis exercitus, gaviſi ſunt gaudio magno, tanquam cælitus auxilium ſibi miſſum, receptis viribus iterum, ſicut à principio pugnaverunt & non multò poſt ſole ruente, vel parum poſt ejus occaſum, propitiante Domino, hoſtibus debilitatis, Duci victoria acclamatur. Ipſe verò fretus Dei auxilio conceſſa ſibi victoria mox in modum coronæ cingens hoſtes victos, ne pateret eis locus fugiendi. Cœpit ex eis CCC. & L. meliores & claros, divites & potentes, & accepto ab omnibus ſanctiſſimo & ſacroſancto Juramento, quos ex eis ſinebat abire, dans eis diem cum termino redeundi, quoſdam ſervavit compeditos, alios ſolutos, plures equis & curribus impoſitos, dimiſit in terram ad caſtra & ad civitates ſervandos propriis in expenſis. Ungari expenſis in prælio ſuis ſpiculis & ſagittis maturè fugam inverunt, & cum magno damno & dedecore ad terram propriam redierunt. Præterea cum Auſtrales & alii habuiſſent multos currus, & onuſtos magnis opibus, civitates vicinæ *Mosburga* & *Landshuta* & villani circum circa diripientes inæſtimabilem prædam, ditatæ ſunt valdè. Acceperunt enim ibi veſtes pretioſas, xenia præſtantiora, nummos, argentum & aurum, ita quod multi ex eo ſunt uſque hodie ditiores. Nemo enim erat qui prohiberet omnibus in certamine occupatis.

Porrò Dux *Rudolfus*, audiens fratrem ſuum de prælio triumphâſſe declinavit à terra, recipiens ſe in *Haidelberch*, cum Domina ſua *Machtildi*, ubi cum ea pro tempore morabatur, quo datur intelligi, quod nondum erat ſincerus cum fratre ſuo, debuerat enim ei poſt victoriam hilarius occurriſſe, & fraterno amore verbis pacificis ſalutâſſe. Sed quia conſtat ipſum non fuiſſe in prælio, poteſt intelligi, eum à terra providè receſſiſſe & indulſiſſe captivis, pro quibus nec benè nec malè apud fratrem ſuum voluit perorare. Perſpicuum eſt nihilominus in illa victoria ambobus Ducibus indifferenter fortunam jocundius arriſiſſe, quia ſi periclitaſſent vel ſuccubuiſſent in prælio, veriſimile eſt quod terram ſuam cum tota ejus rerum ſubſtantia perdidiſſent; propterea à Deo ſibi collatam victoriam pariter debuerunt cum captivis ad fructuoſum exitum perduxiſſe. Sed Dux *Rudolfus* negligentius agens in hac parte inconſideratè contra ſalutem propriam pro liberatione captivorum cum Ducibus *Auſtriæ* fuit minus ſollicitus & intentus, debuerat enim acceptum damnum in bellorum diſcrimine potius in captivorum retentione reſarcire.

Verum cum *Ludwicus* Dux *Bawariæ* gravi cum labore hoſtes ſuos in prælio concluſiſſet & captos in poteſtatem propriam redegiſſet poſt dimidium annum, vel paulo plus in captivitate degentibus, acceſſit eis tœdium vitæ & mentis afflictio vehemens cum mœrore pro eo quod non eſſet qui redimeret, vel graves pro eis expenſas ſolveret vel pagaret. Sed ecce! Duces *Auſtriæ* callidè circumvenientes *Ludwicum* victorem belli, palliatis treugis, ut captivos dimittat, apud eum inſtantius laborabant, qui ſicut pius Dominus, victus amicorum precibus, dimiſit quos tenuit & abſolvit. Sed in hoc nimis erravit quod ſine profectu & ſui utilitate inconſultè ſic, quos tenuit, dimiſit; ipſi enim malicioſè tractabant de morte ejus ſed ipſe, ſicut aliquis Evangelii non ſurdus auditor, reddit eis bona pro malis, & quos necare debuit, donavit priſtinæ libertati. Ideo dicebatur de ipſo: hic retibus novit piſces concludere, ſed neſcit deſquamare: ſcit aves capere, ſed non novit deplumare. O! quantum profeciſſet ſi aliquos decapitâſſet, alios uſque ad ultimum quadrantem depecuniâſſet, profectò hodie eſſet potentiſſimus Imperator. Credendum eſt tamen nec dubitandum, quod experientia docente, ipſum poſtea pœnituit, non feciſſe.

Igitur cum Rex *Heinricus Longobardiam* intraſſet & exercitum percenſuiſſet, qui cum eo illuc venerat, & cernens ſibi non ſufficere ad laborioſum opus, quod aggredi paraverat, mox ſcribit à tergo ad proceres *Alemanniæ*, & quoſdam Epiſcopos obſecrans pariter & exhortans, ut ad promotionem imperii non negligant ſibi mittere armatos viros, idoneos ad pugnandum, quilibet numero ſecundum facultatem rerum ſuarum ac dignitatem, ſicut ejus velint habere ingentem gratiam & favorem.

Porrò *Rudolfus* illuſtris Dux *Bawariæ*, cum mandatum Regis accepiſſet per nuntium ad ſe ſpecialiter miſſum, habito ſuper eo conſilio exiſtimans non parum citare quempiam mandata imperialia non implere, quod ipſe præcavens, impiger ad Regis præceptum mox cum ſuis ſe præparat ad intrandum, ne ſi neglexerit indignationem intolerabilem regiæ Majeſtatis ſe poſtea doleat incurriſſe. Sed frater ejus Dux *Ludwicus* exempto ſuorum conſilio ex quadam ægra voluntate contra Regem ſibi ſervire noluit & nihilominus à die, qua ipſe factus eſt Rex nunquam in ejus conſpectu voluit comparere, ſed hoc accipere poſſumus pro præſagio futurorum, nam ſervitium quod ipſe Regi denegavit, poſtea ſuo tempore juſto Dei judicio in ſtatu & caſu conſimili, ſicut mendicus, à pluribus poſtulavit. Profectò Dux *Rudolfus* convocatis ſuis ſervitoribus accepit ex eis, quos ſibi noverat expedire, & multis aliis nobilibus ad ipſum confluentibus & cum eo proficiſci volentibus cum honeſta comitiva procinctum movet, & omnibus ad Regem properantibus, ut ejus juſſionem explerent, ſicut ab eo acceperant in mandatis reperierunt, cum ad eum veniſſent, civitatem *Brixiam* obſidione valida cinxiſſe, ubi primo incautè agentibus de civitate maximum damnum acceperunt in hominibus, Rex enim perdidit ibi amantiſſimum germanum ſuum. Cum enim habitatores civitatis feciſſent quoddam inſtrumentum, quod *Cattus* dicitur porrexerunt illud ultra murum civitatis in quo erant viri ſagittarii, ab his accepit frater Regis grande telum, quod ipſum motu violentiſſimo pertranſiens, mox ſupremæ vitæ ſpiritum exhalavit. Quo mortuo Rex vix per longum tempus de fratris amiſſione potuit conſolari. Verum cum per ſingulos dies Regis exercitus creſceret & de diverſis Regis provinciis, multis ad ipſum confluentibus, cottidiè fortior fieret; tandem non ſine magno damno eandem civitatem laborioſiſſimè expugnavit; quâ capta, portas ejus deſtruxit & murum civitatis diſſolvit, & nihilominus magnam cædem in ea fecit, & multum eam attriverat aliis civitatibus in terrorem, tandem eam in deditionem accepit.

His patratis procinctum movet contra *Mediolanum*, quam ſimiliter obſidione cinxit, ſed ipſa inteſtino bello lanquente, plures in ea fuerunt partes, atrociter diſcordantes ſed pars ſanior Regi adhæſit de cujus auxilio ipſam civitatem, prius commiſſo laborioſo certamine in deditionem accepit. Plures enim munitiones & turres antea in ea expugnavit. Ibi etiam *Leupoldus* Dux *Auſtriæ* cum ſuis, ut ajunt, fortiter pugnans de multo conflicto in Regis ſervitio ſtrenuè triumphavit. Ubi verò civitas iſta poſt multos labores, Regi paruit, mox inde digrediens, deflectit iter ſuum verſus civitatem *Januenſem*, quam ſimiliter bello petiit, & captis è vicinio, quibuſdam caſtris, cum his fortius eam obſidione cinxit. Sed habitatores civitatis non diu rebellantes, quidam potentes in ea dicti *Delfini*, tractantes de pace perſuaſerunt civibus, ut cum Rege citius concordarent quibus pari voto conſenſerunt, & ſe ſuæ ditioni ſubdiderunt. Interim Regina Domina nobiliſſima & virtuoſiſſima, febre correpta, vocante Domino, ritè perceptis Eccleſiaſticis Sacramentis, viam carnis ingreditur univerſæ, quam cum cives Januenſes percepiſſent fuiſſe ſanctæ & emeritæ vitæ fecerunt ei apud ſe ſepulchrum regio cultu in quo eam, ut decuit, honeſtis obſequiis ſepelierunt, ubi etiam eam ſicut ſanctam usque hodie devotius venerantur. Quia dum adhuc in vita eſſet & eſſet honore regio ſublimata, tanta humilitatis gratia pollebat, ut, cum aliæ nobiles Matronæ ſeu fœminæ circa ſe pretioſis veſtibus rutilarent, ipſa in medio earum veſtibus humillimis utebatur, etiam per omnes civitates quas tranſivit, quodlibet hoſpitale intrans nudipes & diſcalceata miſeris largam eleemoſinam erogabat.

Porro antequam Rex *Lombardiam* intrâſſet & cum eſſet adhuc in partibus Alemanniæ *Supani* Regis *Bobemiæ*, adverſarii Ducis *Karinthiæ* qui tunc inibi regnaverat, ut ſupra ſcriptum eſt, venerunt ad Regem Romanorum, laborantes apud eum, ut filium ſuum filiæ *Wenezlai* quondam Regis *Bobemiæ* legitimè ſociaret, quo facto ipſum ibidem de eorum auxilio & conſilio in Regem proficeret, vel etiam promoveret, & nullam in hac re reputet difficultatem. Ajunt ratione uxoris acceptæ, videlicet filiæ Regis memorati jure hæreditario fieri competenter, ſereniſſimo Regi placuit, & quantocius effectui mancipavit, vocavitque Dominum *Rudolfum*, illuſtrem Ducem *Bawariæ*, ex ſpeciali fiducia rogans, quod ipſum ut filium ſuum cum honeſto comitatu ducat in terram *Bobemiæ*, ibique ſibi accipiat filiam Regis ſæpedicti in uxorem; qua accepta, deberi ſibi regnum *Bobemiæ*, omnibus innoteſcat; qui verò contradixerint vel impedire voluerint, ſævo ultionis gladio invadere non obmittat. Dux vero Regi paruit & convocata numeroſa multitudine pugnatorum, electis ex eis quingentis viris melioribus, intraverunt *Bobemiam* manu valida, cum quibus etiam proficiſcebatur venerabilis Epiſcopus *Mo-*

guntinenſis, ad Regis inſtantiam, ad quem pertinet Regem *Bohemiæ* conſecrare & coronare. Cum autem veniſſent *Pragam* primo obſidione circumdederunt Ducem *Karyntbiæ*, qui regnum non concorditer intraverat, deturbantes eum de regno, exire terram *Bohemiæ*, perurgebant. Qui cum cerneret ſe inopinatè in ſummo periculo conſtitutum, aſſumpta uxore & quæque potuit, commiſit ſe cum multa fiducia avunculo ſuo Domino *Rudolfo* Duci *Bawariæ*, qui erat Capitaneus exercitus, qui etiam mox eum de manibus nocentibus liberavit, dans ſibi ducatum * tutiſſimum, quouſque ſecurus extra *Bohemiam* deveniret. Quod ſi non feciſſet, revera nunquam vivus *Bohemiam* exiviſſet. Cum igitur regnum *Bohemiæ* deſtitutum eſſet hæredum poſteritate, *Henricus* Romanorum Rex in vacante ſolio regni, poteſt ibi jure feudali alium Regem ſtatuere vel creare, illud filio ſuo adoleſcenti contulit & ibi in Regem præfecit, quem cum illuc, ſicut præfatum eſt, cum honeſto exercitu direxiſſet, filiam *Wenezlai*, quondam Regis *Bohemiæ* accepit in uxorem, & nuptiis ritè celebratis, venit *Moguntinus* Archiepiſcopus, qui cum eo illuc venerat, ipſum cum uxore jam dicta conſecravit & etiam coronavit. Quo facto, & in regali ſolio collocato idem Epiſcopus & Dux *Bawariæ* ad partes proprias revertuntur. Dux verò *Karyntbiæ Alpes* tranſiens in Montanis, in terra propria ſe recipiens, ibi uſque hodie Rex ab omnibus appellatur. Præterea *Clemens* Papa audiens *Henricum* Regem Romanorum civitates *Longobardorum* durè premere & multis præliis triumphare, non parum exultans & imo intentus mente ſollicita quomodo ipſum ad gradum provehat altiorem, ut, quod incepit, poſſit perficere, & reſiſtentes fortius debellare, demandat ei ut cœpto opere non deſiſtat, ſed gladium & haſtam exacuet, quibus Romanos perurgere bello infatigabili non obmittat, qui per contra fas de ſua malitia ſucceſſorem Beatiſſimi Apoſtolici p[illegible]ſum de ſede propria ſicut peregrinum, in terra coegerunt degere aliena. Ideo Regem ſollicitè exhortatur, ut Romanos bellorum pondere defatiget, quod ex probitate facti ipſo promovente, nomen Cæſaris citius ſortietur. Rex autem cum mandatum Apoſtolici accepiſſet, paruit, & protinus de civitate *Januenſi* digrediens, ubi mortua fuit Regina, *Piſam* pertranſiens quam etiam ſuo Imperio ſubjugavit, contra urbem Romanam iter ſuum deflectit. Quo cum veniſſet, ipſe cum exercitu ſuo ſe præparat ad pugnandum, ubi plures munitiones & turres & palatia impugnans & expugnans, Romanos acerrimè attriverat in hoc Domino Papæ exhibens obſequium ſpirituale.

* hoc eſt: conductum

Dominus verò *Rudolfus* Dux *Bawariæ* habuit etiam conflictum cum Romanis in ponte *Tyberis*, ubi de ſuis duos viros perdidit; tandem multis de Romanis occiſis Dux cum ſuis glorioſiſſimè triumphavit.

Interim filius ſuus *Ludwicus* adoleſcentulus, filiaſter Regis, in *Bawaria* moritur & in *Fürſtenveldt* in ſepulchro progenitorum ſuorum honeſtius ſepelitur, ſed Rex dum Romanos bellorum diſcrimine acrius fatigaret, Cardinalis unus miſſus à Domino Papa Romam veniens, in poteſtate plenaria, accepit ab Apoſtolico in mandatis, omnibus ad hæc pertinentibus ritè præparatis, in capella ad hoc ſpecialiter deputata, Regem ſacroſancto oleo peruncto, ab eodem Cardinali in Cæſarem conſecratur. Qui ab illa hora & die promovente Deo, nomen Imperatoris & Cæſaris eſt ſortitus. Porrò Dux *Bawariæ* & multi alii Nobiles, cum ante res ſuas ex magna parte in Regis ſervitiis expendiſſent, & attenuati pecunia, jam deficerent in ſumptibus & expenſis, & nihilominus apud Cæſarem temptaſſent, ut eis de labore ſuo reſponderet, vel in ſumptibus eis neceſſaria provideret, non eos audivit nec animadvertit. Ideo habito ſuper eo inter ſe conſilio, neceſſitate perurgente quingenti viri cum Duce *Bawariæ* ſine licentia Cæſaris ad partes proprias redierunt. Quo facto Cæſar dolet & turbatur, cernens ſuum exercitum minoratum & debiliorem viribus ad pugnandum. Mox Duoi *Bawariæ* tanquam auctori ejus rei minatur, mala, cum ſibi proximè vacaverit, irrogare. Hæc cogitavit; homo enim cogitat ſed Deus ordinat. Poſtea enim volente Domino vel noſtris peccatis exigentibus, aliter contigit, ſicut poſtea miſerabiliter rei exitus comprobavit, & cum illi abiſſent Cæſar ſpem ſuam ponens in Domino intrepidè recedens ab urbe Romana procinctum movet contra civitatem *Florentiam*, quò cum veniſſet valida eam obſidione cinxit, ſed *Leupoldus* Dux *Auſtriæ* callidè & providè remanſit apud Cæſarem, ne ſi ab eo cum aliis receſſiſſet caſſo labore & ſervitio poſtea & indignationem ſuam ſe doleat incurriſſe; & cum Cæſarem videret privatum conſortio conjugali, ſororem ſuam, quam habuit in *Auſtria*, deſponſavit, & mittens celerius fratribus ſuis nuncios, mandans eis ut ſine dilatione ſororem ſuam cum honeſta comitiva Cæſari mittere non obmittant, quam dignatus eſt ſibi accipere in uxorem, unde tota eorum ſoboles fructum proficiendi poteſt recipere incrementum. Lætati igitur ſunt Duces *Auſtriæ*, de tam honeſto conſobrino mandatum fratris citius adimplentes, præparaverunt currus & equites & impoſitis eis ſumptuoſis utenſilibus & pecunia, non modica, ſororem ſuam cum his Cæſari direxerunt. Cum autem *Auſtriam* exiviſſent & ad partes *Sweviæ* deveniſſet, occurrit ei Rex *Bohemiæ*, qui cum ea ire decreverat, ut etiam ipſe viſitaret Cæſarem patrem ſuum.

Interea Cæſar, cum eſſet ſanctæ & emeritæ vitæ & in ſeculo degens, monaſticam quodammodo in ſe ſervaret diſciplinam quique multis curis & occupationibus preſſus, tamen inceſſanter ad cœleſtia conſpirabat. Unde cum eſſet in obſidione civitatis Florentiæ ubi ſanctum diem Pentecoſtes celebrans, ſicut ſemper conſuevit in ſummis feſtis, ſacroſancta Communione ſe præmunire, illic etiam die ſancto pura ante facta confeſſione, ad altare accedens accepit viaticum ſalutare, ubi cum poſt ſanctam Communionem ſolito bibere debuit Sacerdos vel Miniſter mixtum veneno ſibi mortis poculum porrexerunt, quo hauſto mox ſenſit ſe mortis poculum accepiſſe, & videns ſe necem evadere non poſſe, pietatem ſervavit in morte exemplo Salvatoris omnium, qui pro ſuis perſecutoribus exoravit; ſic etiam ipſe ſuis æmulis dicitur indulſiſſe rogans pro eis Dominum ne perirent. Verum venenoſa infectio vertitur in profluvium ventris, cujus paſſione & dolore infra triduum Cæſar vivendi finem fecit. O grande ſcandalum! ſummum malum, ſcelus incomparabile, ſæculis inauditum, manus conſecrata Sacerdotis, ut dicitur, quæ panem vitæ Cæſari miniſtravit, huic etiam mortis edulium confecit, quo ſumpto vitam citius terminavit. Pium tamen eſt credere, ipſum ſecundum vitæ meritum temporalem mortem in vitam commutâſſe. Æſtimo tamen melius eſſe reticere quam de hac re aliquid ſcribere, & decentius ad evitandum ſcandalum omnino ſilentio præterire. Unde mirum fuit, quod Auctores hujus nefandi ſceleris terra vivos non abſorbuit, vel etiam gehennæ puteus non ſuſcepit.

Mortuo igitur Cæſare apud Florentiam, & infecto negotio, pro quo venit lamentabile funus, *Pyſam*, ubi, ut decebat, facto honeſto mauſolæo à *Piſanis* ſolemnibus obſequiis ſepelitur.

Interim grandis exercitus *Alamannorum* qui cum eo intraverant, & quos ad ſe vocaverat, ſumma cum feſtinatione *Lombardiam* exeunt, circa ſe in via quæque vaſtantes, ad propria redierunt.

Porrò ſereniſſima Germana Ducum de *Auſtria*, quæ deſponſata fuit Cæſari, dum adhuc vivens eſſet, & dum eſſet in procinctu veniendi, habens pro comite etiam Regem *Bohemiæ*, qui cum ea intrare decreverat ad Cæſarem patrem ſuum, cum pertranſiret partes *Sweviæ* repente nuntiatur eis, Cæſar eſſe mortuus. Quo audito perterriti & ſiniſtris rumoribus graviter ſauciati, protinus reflectunt iter ſuum, ad partes unde venerunt ocius redierunt. Ipſa verò Duciſſa mœrore perfuſa querebatur vadens & dicens, ſe nimis infelicem quod tam immaturè privata eſſet conſortio conjugali quem nondum cognoverat nec unquam eſſet cum eo perusa ſolatio maritali.

Prorſus plangendus erat ille Cæſar à multis quia ejus occaſus futurorum malorum cauſa fuit & multis incommodis fomitem miniſtravit. Quantis enim malis & perturbationibus poſt ejus obitum mundus attritus fuerit, duobus pro regno litigantibus, ſicut infra habetur non poteſt brevibus explicari, præſertim cum omnium corda diviſa fuerint longè lateque partibus adhærentibus ſeu faventibus, dum ille huic, alter huic favet. Nam Clericus & Laicus ſimul in unum, dives & pauper de his contendere non ceſſabant. Non erat enim civitas vel caſtellum, regio vel provincia, quæ veneno hujus contentionis non eſſet rabida vel infecta. Non, inquam, erat domus aliqua ſine lite, non ſolum fratres, verum etiam filii inter ſe diſcordabant, dum quilibet pro Rege, cui favet, litigat & concertat. Denique pro his Regibus infinita eſt contentio apud omnes. Unde dicente Domino: ſurget gens in gentem & regnum adversùs regnum, frater in fratrem, filii in parentes, præter alia innumera mala quæ multiplicata ſunt in terra, unde quid aliud ex eo conjicere poſſumus, niſi inſtare diem noviſſimum & extremum. Deus autem, qui hæc neminem ſcire voluit, illi totum committimus, qui novit præſentia, præterita & futura.

Anno igitur MCCCXV. decurſo tempore & vacante imperio à feſto Pentecoſtes quo mortuus eſt Cæſar, usque in diem beati Galli, divina exhortante gratia Electores regni tractantes inter ſe de alio Rege, præfigunt ſibi diem & locum in civitate *Franchenfurtt*; videlicet die beati Galli ad electionem exequendam in Regem alium procreandum. Et illo in tempore *Ludowicus* Dux *Bawariæ*, habuit campeſtre bellum cum *Auſtrialibus* in *Bawaria*, apud *Moſpurgam* ſicut præmiſſum eſt, ubi acerrimè dimicans fretus Dei auxilio, ſtrenuè triumphavit, ubi etiam ſortitus nomen celebre & famam nihilominus glorioſam; cum autem fama ejus longè lateque crebeſceret & ad aures Principum deveniſſet, Electores regni non invenientes eo meliorem inter Principes & Barones ad regimen Romani imperii, cogitaverunt eum eligere, mittentes ei nuncios qui ſibi dicerent, ut ad eos venire non differat, quia velint eum ad regni apicem promovere. Quod cum audiſſet non eſt gaviſus de tam lætis rumoribus, ſed magis turbatus in ſermone cogitans & exiſtimans grandem eſſe ſarcinam hujusmodi honoris, & ad portandum excedere vires ſuas. Non enim regnum concupivit, ſed ſciens majoribus obedire oportere, dilationem non ferens ad eos quantocius properavit. Qui dicunt ei quod rem ſuam ſic diſponat, oportere eum Romanum Imperium gubernare, ad quod ipſum promovere decreverunt, ſi eis voluerit conſentire. Ipſe verò ſicut adhuc pius juvenis, reſpondit eis leniter: ipſum ad hoc idoneum non eſſe & multiplicem defectum propoſuit eis, in rerum facultate egere & in aliis quæ ad dignitatem videntur hujus regiminis pertinere. Qui dixerunt ei ut non paveret, & ne gravi ſollicitudine ſolvatur, quia velint eum, cum neceſſè fuerit, totis viribus adjuvare. Sin autem unum eligat è duobus,

bus, aut omnino ſine regno perire, vel ſuſcepto imperio laborioſam vitam ducere, quousque Deus ejus laborem dignabitur relevare. Ipſe autem Dux *Ludwicus* ſciens inter duo mala minus malum eligendum expedire, paruit, & eorum conſiliis acquieſcens dixit: fiat ſicut Deo placuerit, & ejus voluntas in me potiſſimè compleatur; & denuntiat ſe die ſtatuto ad electionem, vita comite, rediturum. Non ſic autem, non ſic *Fridericus* Dux *Auſtriæ*; regnum non ſolum non renuit, ſed pro illo, toto conamine laboravit; porro pulſat precibus Electores, largitur munera multa, beneficia pollicetur. Denique totum ſe exponit & enervat, ut regnum valeat adipiſci. Illo verò in tempore Sathanas ſeminavit ſemen ſuum, quod, cum multipliciter pullulâſſet, & in fructum profeciſſet, tandem laborem protulit & dolorem, quem fructum multi in diverſis partibus meſſuerunt, ſed in *Swevia* & in *Bawaria* amplius hoc fecerunt. Ipſe verò inimicus pacis, noſtris, ut æſtimo, peccatis exigentibus corda Elegentium Regem in tantum diſcrevit pariter & disjunxit, quod per nullum modum in electione in unam perſonam poterant concordare, quod utique multorum malorum ſeminativum fuit.

Porrò Principes ſex Electores cum in *Franchenfurt* ad creandum Regem more ſolito conveniſſent, *Ludwicus* Dux *Bawariæ* & *Fridericus* Dux *Auſtriæ*, certatim cum magna comitiva, illuc etiam properantes, Dux *Bawariæ* recepit ſe in civitate, Dux *Auſtriæ* extra muros dicitur remanſiſſe.

Cum eſſent igitur in actu eligendi venerabilis *Colonienſis* Epiſcopus, *Rudolfus* Illuſtris Dux *Bawariæ* (*n*), in Regem, *Fridericum* Ducem *Auſtriæ* elegerunt, qui inquam Dux *Rudolfus* fratrem ſuum noluit eligere, acceptâ ante à Ducibus *Auſtriæ* pecuniâ copioſa, vel adeo, quia pondus hujus regiminis multis de cauſis fratri ſuo ſciens minimè expedire. Sed pars ſanior vel melior, ſicut venerabilis Epiſcopus *Moguntinenſis*, Epiſcopus *Treverenſis*, Rex *Bohemiæ*, & quidam alii elegerunt Ducem *Bawariæ*, quem cum in Regem præfeciſſent, mox tota civitas tripudians & exultans, quia ſemper ei adhæſit pio favore, laudes Domino referebat. Quo facto, Dux *Auſtriæ* intelligens ſe neglectum in electione, dixit, ſe ab his Principibus fore deluſum, & ab eis injuriam & præjudicium pertuliſſe, frendens & indignans intempeſtæ noctis ſilentio cum ſuis abiit & receſſit, confidens in multitudine divitiarum ſuarum, & in brachio fortitudinis ſuæ dixit intra ſe: etſi jam fraudatus ſum à regno tamen deſtruam illum, & poſtea liberè mihi imperium uſurpabo; æſtimans illum, videlicet Regem *Ludwicum*, vix ad annum dimidium vel integrum poſſe ſibi reſiſtere, maximè cum in prompta pecunia, & aliis Regi neceſſariis ſit tenuis & exilis. Ex quo virtutem regni ipſius contingat infirmari citius, & per conſequens, ipſum jam non pro Rege ſed pro neglecto ab omnibus reputari. Hæc cum recederet, cogitavit (*o*). Deus autem qui ſuperbis reſiſtit humilibus autem dans gratiam, electo ſuo Regi *Ludwico* ſemper in gratia affuit & auxilio providet ei largifluè in ſumptibus & expenſis. Sed magna multitudo hominum & equorum Ducis *Auſtriæ*, cum eſſent in *Franchenfurt* famis inedia perierunt.

Porro Rex *Ludwicus* poſt & ante electionem cum maximum exercitum collegiſſet, & cottidie multis ad ipſum paſſim confluentibus, millia equitum ut ajunt, creditur habuiſſe, cum his magna cum pompa *Aquisgranum* veniens à venerabilibus Epiſcopis videlicet *Moguntino* & *Treverenſi* cum uxore ſua *Beatrice* ſolemniter coronatur, utentes ſuper eo ſpeciali privilegio ut quandocunque Epiſcopus *Colonienſis* in electum Regem non concordat, ipſi poſſunt electum ſuum in plenaria poteſtate in Regem pariter coronare.

Profecto Dux *Auſtriæ* habens etiam valentem electionem quorundam Principum, & favorem ad regni promotionem, hic veniens in civitatem *Unkam* *, ibi à venerabili *Colonienſi* Epiſcopo in Regem etiam coronatur, qui aſſerit ſe ſolum ab antiquo jure Regem habere & non alius coronare, & à ſe coronatum debere Romanum Imperium juſtiſſimè gubernare.

* ita Cod. legendum: *Bonnam*

Poſt hæc *Ludovicus* Rex à civitate *Aquisgrani* digrediens, proceſſit versùs *Coloniam*, quo cum veniſſet, à civibus ibidem honeſtiſſimè eſt ſuſceptus, quamvis Epiſcopus ejuſdem civitatis ſibi contrarius fuerit, tamen ipſa civitas ei adhæſit & ſecum usque hodie perſeverat.

Igitur creatis & coronatis duobus Regibus, confuſo ordine fiebat ubique permaxima pacis turbatio; nam Romanum Imperium tunc in ſummo præliorum diſcrimine ſorduit & erravit, & dicebatur illud feſtiva prædare * ſpolia detrahere & ad majoris malitiæ cumulum ſciſſum eſt regnum, ſic quod Dominus ait: omne regnum in ſe ipſum diviſum deſolabitur. Ideo quanta regni fuerit deſolatio crebra præliorum incommoda in diverſis regni partibus, hoc teſtantur, ubi alii gladiis, alii ſpiculis & ſagittis, alii aquarum perfocatione alii ignis incendio miſerabiliter ex perſecutionis rabie perierunt. Quanta etiam urbium fuerit & villarum deſtructio nemo

* ita Cod. meus, nec eſt cum quo conferam.

(*n*) Palatinæ dignitatis nulla mentio apud autorem, æqualem tamen.

(*o*) Utinam bonus monachus, quid fecerint vel dixerint heroes ſui, potius, quam quid cogitarint, ſagacius indagaſſet!

nemo ignorat. Prætera cum plurimis caſtris dilapidatis, villis, ignis concrematione vaſtatis, agris incultis, & hominibus exterminatis & à provinciis profugatis, regnum undique non parum cernitur deſolatum. Quam ob rem civitates, Principes, ſeu Nobiles videntes duos Reges pro imperio litigantes, ambobus volentibus imperare, in duas partes mox cœperant claudicare. Quædam civitates & Nobiles Regi *Ludwico* adhæſerunt; quidam *Auſtrali*, quidam de duobus Regibus volentes rei exitum præſtolari, neutri adhæſerunt, & hi conſultius agentes; difficile enim ſervitur duobus Dominis, nam ſi uni adhæſiſſent, mox alterius gratiam perdidiſſent.

Cum igitur poſt electionem *Auſtrialis* cum paucis, hoc eſt vix cum XXX. viris in civitate (*p*) in Regem eſſet coronatus à *Colonienſi* Epiſcopo; *Ludovicus* Rex digrediens de *Colonia* cum maximo exercitu, qui ipſum *Auſtralem* ibidem de facili obſediſſet & nihilominus ſi voluiſſet ipſum captivitatis vinculo mancipâſſet, ſed inconſultè pepercit ei, in quo multum ſe dicitur neglexiſſe, quia poſt receſſum ejus recepit ſe in civitate *Sæſa* (*q*), ubi cottidie excreſcebat ejus exercitus, & quantum potuit multitudine bellatorum ſe muniens, ne contra Regem *Ludwicum* ſua cornua exaltaret & ipſum vehementius impugnaret & atrocius.

Hic ideo nempe confortatus occidentem regni cœpit occupare & quasque civitates ſibi attrahere, ut ſuæ ſubjiciat ditioni.

Ludwicus Rex orientem poſſidens & omnes civitates à *Colonia* usque ad civitatem *Auguſtam* ſuo parent imperio & ſecum usque hodie perſeverant, & ſic per duos Reges regnum calumniam patitur & ſciſſuram.

Verum *Rudolfus* Dux *Bawariæ* cum uxore ſua *Mechtildi* diabolo inſtigante adhuc cum Rege *Ludovico* fratre ſuo non deſinit diſcordare, qui timens propter malam voluntatem, quam ad invicem habuerant, *Bawariæ* ſibi introitum prohiberet, ante ipſum quantociùs properavit & cum *Auguſtam* pertranſiret, perſuaſit ibidem civibus & nihilominus rogans ut fratrem ſuum non haberent pro Rege, ſed ſi non velint ſalutem propriam negligere, magis in Ducem *Auſtriæ* conſentirent, & ſic ubique ipſum quantum potuit, impedivit. Sed ipſa civitas ſuper hac re ipſum audire noluit iſta vice. Poſthæc *Bawariam* intrans recepit ſe in *Monaco*, ubi quidam de civitate ſibi magis favebant, quam Regi; quod tamen non ceſſit eis in bonum, quia jubente Rege ac ſe vindicante, quorumdam domus in civitate, qui ejus iram merebantur, dilapidatæ ſunt penitus & everſæ. In quo ſcire poſſumus horrendum eſſe incidere in manum poteſtatem habentis. Sed quamvis Clementia Regem deceat, tamen clemens eſſe non potuit in ſuos, qui ſalutem ſuam non amabant, ſed magis uis adverſariis adhærebant.

Porrò non multo poſt Rex etiam parat venire in *Bawariam*, & cum *Auguſtam* etiam pertranſiret, invenit eos in duas partes claudicantes, quidam erant cum eo, quidam Duci *Auſtriæ* favebant, ſed major & ſanior pars civitatis erat cum eo.

Unde præhabito conſilio tandem quatuor annis cum eo fœderati ſunt, quod tamen non ceſſit eis in proſperum, quia poſtea re & corpore multis ſe pro eo exponentes periculis cum magno damno & incommodo ſibi multa ſervitia perſolverunt.

Igitur Rex intrans *Bawariam* venit *Monacum*, ubi fratrem Ducem *Rudolfum* cum tota civitate extra muros in campis obvium habuit, qui cum fraternam dilectionem ſimularet, non tamen ſyncerus amor erat inter eos ab heri & nudiustertius, unde craſſo cauſante rancore non quibant pacificè pariter habitare; ex quo Rex omnia mala memorans noviſſima & antiqua ſibi à fratre ſuo illata, ſi non interceptum fuiſſet ibidem à civibus, armata manu germanum proprium invaſiſſet. Qui declinans ab eo, civitatem exiens cum uxore *Mechtildi* & tota familia recepit ſe in caſtro dicto *Wolfrechhauſen*.

Interim Dux *Auſtriæ* magno congregato exercitu, *Ludwicum* Regem cupiens invadere & quanta potuit virtute civitatem *Auguſtam* pro eo quod ſibi juraverat, moleſtare. Verum illo in tempore Dominus *Ch.* * *Friſingenſis* Eccleſiæ Antiſtes ex diſſenſione Principum *Bawariæ*, videlicet Regis *Ludwici* & fratris ſui *Rudolfi*, cernens terrarum diſcrimina cumulari pia conſideratione, aſſumptis ſibi quibusdam nobilibus tentat eos ad pacis reducere unitatem; ſed ut ajunt, ipſum Epiſcopum magis Duci *Auſtrali* & *Rudolfo* faviſſe quam Regi, & ideo doloſè in longum placita protelâſſe, ne ad reſiſtendum ſuis hoſtibus inveniatur immunitus pariter & neglectus. Sed ecce repentè nunciatur Regi hoſtes ſuos procul non eſſe, & niſi citius interceperit, *Bawariam* celerius intraturos, qui mox ſicut dormiens expergefactus de ſomno perterritus, ſicut ſemper ſegnius egit, movens ſe de loco cum paucis recepit ſe in *Fridberch*, quod cum *Auguſtani* comperiſſent, Regem videlicet illo in loco eſſe, & quaſi inermem ſine armatorum auxilio deſtitutum, timentes populum ibidem ab hoſtibus circumcingi, & memores juramenti quo ſe Regi conſtrinxerant ad ſerviendum, decreverunt ipſum in tali neceſſitate in ſuam ducere civitatem, ne tam impotens in immane præcipitium totus iret. Quod cum feciſſent & ipſum poſt diei receſſum cum luminibus in ſuam duxiſ-

* *Conradus.*

(*p*) Hiat in Cod. loci nomen: *Fridericus autem electus in oppido Bunnenſi Colonienſis diœceſis &c.* Henricus Rebdorf.

(*q*) Argentinenſis: *adhaſerunt autem Ludovico civitates inferiores usque* SELZ : *Friderico autem* SELZ *& ſuperiores civitates &c.*

duxiſſent civitatem, non multo poſt, promovente Domino multis hinc inde certatim confluentibus, numeroſa multitudine bellatorum tanquam cælitus miſſis, in tantum ejus exercitus excrevit, quod ad campeſtre bellum tutè ſuis hoſtibus potuit obviare. Quod cum Dux *Auſtriæ* intellexiſſet, Regem *Ludwicum* videlicet, ſuum adverſarium tam in brevi prægrandem multitudinem congregâſſe, non parum doluit & obſtupuit, præſertim qui pridie ſibi doloſè fuit traditus jam ſicut anguilla ſuis manibus eſt elapſus. Tunc Rex *Ludwicus* civitatem *Auguſtanam* exiens cum magno exercitu in campo ſe recepit, ſed & ipſa civitas contra *Auſtralem* iracundiæ facibus eſt ſuccenſa, qui villas eorum ignis incendio deſtruxit, & quas non cremavit, maximis pecuniæ exactionibus prægravavit. Ideo cum maxima multitudine hominum ad campos Regem in furore & ſtrepitu eſt ſecuta. Verum *Auſtralis* cum exercitu ſuo apud *Puechlem* fecit tentoria juxta fluvium *Vindorum*, ubi vallibus & aquis circumſeptus, incurſus non timebat, ſed propter aquarum inundantiam & imbrium denſitatem ibi laborioſè manebant. Fertur enim quod aquis ibi gurgentibus equi ante præſepe ſteterunt in paludibus uſque ad cingulum vel ventrem, & cum tam magnum incommodum ſuſtinerent homines & equi tamen aquis prohibentibus effugere non poterant, nec in partem alteram declinare. Ideo Rex *Ludovicus* ſi rem ſuam ſapienter & providè gubernâſſet, inimicum ſuum de facili concluſiſſet & tantis oppreſſum incommodis omnimodis expugnaſſet. Sed ambæ partes ſegnius agentes, ab utriſque congreſſus prælii turpiter eſt neglectus. Erant quidam Nobiles, ut æſtimo, timidi, vel, ut verius dicam, perfidi, qui totis conatibus conflictum fieri diſſuaſerunt & per hoc totum negotium confuderunt. Cum enim de remotis provinciis, & de propè, ab utriſque partibus permaxima multitudo ad pugnandum conveniſſet, multis habitis laboribus & expenſis inconſultè ceſſatum eſt à prælio, omnibus lares proprios repetentibus ſine fructu & profectu, pendente lite & infecto negotio ab invicem receſſerunt.

Non multò poſt *Ludwicus* Rex memor temeritatis & læſæ majeſtatis in ſe factæ, quando quodam tempore de Rheno veniens in quadam villa pernoctaret, junior *Khrafto* de *Hohenlo* intempeſtæ noctis ſilentio cum multis armatis, qui erant de parte Ducis *Auſtriæ*, domum, in qua Rex erat, incendit & ipſa cremante, omnibus cum Rege ibi perterritis, vix ignis periculum evaſerunt. Hujus malitiæ Rex non immemor, cogitat inultum non dimittere; collecto exercitu eundem *Khrafftonem* parat invadere, & obſeſſo ejus caſtro *Schillingsfurt*, quodammodo inexpugnabile non ſine magno labore tandem expugnavit & nihilominus civitate *Herrirn* ſimul expugnata ignis incendio devaſtavit.

Poſt hæc fratrem ſuum *Rudolfum* Ducem & quoſdam miniſteriales ſibi rebelles in *Bawaria* duxit invadere. Prius caſtrum in *Vohburg* obſedit & expugnavit; quoſdam etiam nobiles, eorum caſtris deſtructis ſatis humiliavit; denique illuſtrem Ducem *Rudolfum* fratrem ſuum, in caſtro de *Wolfrechauſen* morantem, obſidione cinxit, quo recedente poſt ejus abſceſſum caſtrum cepit & laborioſè expugnavit.

Igitur invaleſcente ſeditione præliorum inter Reges, multiplicata ſunt mala in terra, quia non erat qui pacem faceret inter eos, non erat inquam qui pacem faceret. *Auſtralis* enim quaſdam civitates regni in *Swevia* occupaverat, & obſidione durè premebat, videlicet *Ezzlingam* & *Hailbrunnam*, & quaſdam alias civitates, quarum omnem culturam, tam agrorum quam vinetorum penitus vaſtare decreverat, niſi cum eo fœdus inierint, aut ſe ſuæ mancipaverint ſervituti.

Civitates verò tam gravem preſſuram ferre non valentes, Regi *Ludwico* nuntios in *Bawariam* direxerunt, ſupplicantes ei ut in tali neceſſitate eis non pigritet ſubvenire, alioquin oportere eos cum hoſtibus componere quamvis inviti, ne grave damnum aut jacturam intolerabilem pati ex tali gravamine compellantur.

Rex verò ſicut urſus captis catulis ſe totum exponit, ſic ipſe civitatum diſcrimina ferre non valens, fatigat vehementer ſibi civitates adhærentes de faucibus hoſtium liberare promovente Domino, in brevi collecto exercitu magno, cum honeſto comitatu proceſſit verſus *Ezzlingam*; quo cum perveniſſet, *Auſtralis* erat ultra fluvium *Neckharicum* cum ſuo exercitu; ſimul ipſe præparans ſe ad campeſtre bellum cum Rege *Ludwico*. Sed cum ibi eſſent quadam die poſt horam veſperarum caſu accidente, quidam clientes inter ſe iracundia concitati bella movebant in flumine & in ora littoris; & his pugnantibus factus eſt tumultus magnus in populo & perſonuit apud omnes, quaſi horam inſtare pugnandi; quo audito ſinguli ſe præparant ad bellum. Multis igitur irruentibus & adventantibus à pluribus ibi fuit acerrimè dimicatum. Comes enim de *Oettinga*, qui fuit de parte Regis *Ludwici* ibi ſtrenuè cum ſuis pugnavit, qui etiam perdidit ibi quoſdam de militibus ſuis, in prælio, cum multis equis. Nonnulli enim de parte *Auſtralis* ſunt capti & plures gladio interempti. Pugna illa errore facta eſt, quia non eſt apto loco & tempore incœpta, pugnatum eſt enim ibi, ſed diei luce recedente neutra pars pugnantium potita eſt victoria & ſic campeſtri bello neglecto pendente lite ſine pace cum dedecore iterum ab invicem receſſerunt.

Poſt hæc *Auſtralis*, per montana deſcendens, *Auſtriam* intrat, ibi moratur, illo anno, fratre ſuo, *Leupoldo* in Suevia remanente. Revertente enim anno tota æſtate *Auſtralis* & frater ſuus in *Swevia* præparant ſe toto conamine, ut multitudine armatorum collecta, Regem *Ludwicum* in *Bawaria* invaderent, & quantum poſſent ipſum deſtruerent & fugarent.

Hæc igitur agentes, Dux *Fridericus* in *Auſtria* ſe movens, cum exercitu ſuo usque ad *Eni* fluvium aſcendebat, ſed & *Leupoldus* frater ejus, cum magno exercitu veniens *Bawariam* intraturus, fixit tentoria in metis *Sweviæ* juxta *Lycum*. Verum cernens Rex *Ludvicus* ſe ante & retro vehementer ab hoſtibus circumcingi timuit ab eis in terra propria periclitari, de propinquis & longinquis partibus nobiles, ignobiles, Comites & Barones convocat & celeriter Deo propitio tam grandem congregavit exercitum, quod hoſtes ſuos in ſolo proprio impavidus & ſecurè potuit expectare, inter quos erat etiam *Henricus* Dux *Bawariæ*, ut ferret Regi auxilium qui cum ſuis erat ibi ad pugnandum non mediocriter præparatus. Sed erant quidam maligni & ſceleratiſſimi de parte Regis, auctore Diabolo invidiæ facibus inflammati, ſed quod magis puto, pecunia corrupti, qui fœdus & conſpirationem inviolabilem contra Regem inierunt, ut ipſum die ad hoc deputato ante diem prælii auditurum miſſam, dolo tenerent & occiderent & vita funditus privarent. Quod facinus diu latere non potuit, ſed cito cœpit ſerpere in turba, (r) quod Rex eſſet in craſtino occiſurus (r), quo audito omnes timore percuſſi, dicentes quod percuſſo Rege vel fugato omnes hoſtibus præda fierent, percuſſo enim paſtore neceſſe eſt gregem expoſitum periculo deperire. Unde etiam Dux *Heinricus* audiens tam crudele malum venturum ſuper Regem obſtupuit, & cupiens ſe ſalvare cum ſuis, abiit & receſſit, quo recedente omnes alii diſceſſerunt, ſed & Rex videns ſe eſſe deluſum & jam fortunam non eſſe cum eo receſſit, etiam ſine mortis periculo, ut præfatum eſt, ſed non ſine magno dolore cordis & mœrore recipiens ſe in *Monacò*.

Unde ſcire poſſumus totum factum fuiſſe in dolo, ut fugato Rege vel perempto *Auſtrales* videantur eſſe victores belli & jam nemine prohibente valeant in *Bawaria* dominari.

Poſt receſſum igitur Regis *Auſtrales* Duces cum ſuis exercitibus *Bawariam* intravere gaudentes & quaſi de victoria gratulantes dantes ſuæ poteſtati quod potius debebatur noſtris vitiis & peccatis, ut jam tertia vice campeſtre bellum neglectum fuerit ab utrisque. Denique decreverunt deſcendere ad inferiores partes *Bawariæ* quibus deſcendentibus omnem circa ſe incendunt provinciam & volentibus tranſire *Danubium*, ut intrarent provinciam *Noricorum*, vetati ſunt, *Ratisponenſes* enim compatientes Regi, dolentes ſuper malitia & perfidia in eo facta, tranſitum civitatis eis negantes, ut Noricorum provinciam non intrarent. Ideo vehementer iracundia concitati, omnia rura & villas circa civitatem igne & ſpolio vaſtaverunt, poſt hæc recedentes & à ſe invicem diſcedentes, Dux *Fridericus* apud *Muldorf* tranſiens *Enum*, regreditur in *Auſtriam*; *Leupoldus* verò frater ejus partes occidentales repetens, antequam *Bawariam* exiret, eam duris exactionibus depecuniavit, & nihilominus igne graviter devaſtavit.

Porrò Rex *Ludwicus* volvens in corde ſuo totum malum quod paſſus eſt, & damnum terræ ſuæ quod accepit, totus mœrore & moleſtia abſorbetur.

Et videns in regno ſe non proficere, pro eo multis laboribus habitis ſine fructu mente ſollicita cogitat & pertractat quod expediat utrum pro regno debeat amplius decertare, vel parcendo ſibi & aliis omnino debeat reſignare. Nec mirum, durante enim diſcrimine præliorum impoſſibile eſt pacem fieri Eccleſiæ; ſed quia hujus erroris, inquit Rex, exitus ignoratur, utile erit unum perire pro multis. De ſe autem dicebat, melius eſt, inquit, ſe regno privari quam multos vita privari. Hæc apud ſe cogitabat pietate motus, non tamen audebat alicui ſecreta cordis ſui pandere, maluit enim ſuos latere quam alienos, quod qui totum malum, quod accidit, cauſati ſunt, ſed apud extraneos fidentes ſibi ſuper hoc conſilium quærebat qui ſibi conſilium fidele porrexerunt, dicentes, quod non deſperet ſed ſtrenuè agat & cœptis non deſiſtat, quia ſcilicet hoc anno fortuna videtur ſuis hoſtibus hilarius arriſiſſe; fortè anno futuro, Deo propitio ſe vultu reſpiciet lætiori, quo Dei auxilio inimicos ſuos poterit expugnare. Quibus conſiliis acquieſcens rurſus, ſicut ignis extinctus remanente modica ſcintilla in magnum rogum creſcens, ſic ipſe factus tenuis & exilis iterum crevit in gentem magnam.

Exiens igitur *Bawariam* ad *Rhenum* usque pervenit, ubi Domino promovente congregavit maximum exercitum ſicut unquam in vita ſua acquiſivit. Fertur enim ibi tria millia equitum conveniſſe electorum virorum, & cum tanti eſſent gaviſus eſt Rex benedicens Deum ſuper imenſo beneficio ejus, & ait: ô Deus quanta ſunt opera tua! pridie perpauci fuimus deſperationi dediti, hodie exultantes quod ſperare non potuimus, certatim confluentibus, habentes magnum exercitum bellatorum tam copioſè, quod hoſtibus noſtris cautè poſſimus obviare.

Verum *Auſtrales* exiſtentes in ſuperioribus partibus apud *Rhenum* non minus ſe munierunt auxilio pugnatorum dantes larga munera, donativa plurima pollicentes, collegerunt magnum exercitum equitum, ſed multo pauciores quam Rex, ſed habentes numeroſam multitudinem peditum armatorum, de quorum virtute confiſi contra Regem *Ludwicum* ad pugnandum celerius perrexerunt. Quo cum veniſſent & viderunt Regem fortiorem in multitudine equitum mandantes ei ſe velle pugnare cum eo ſolotenus & dimiſſis equis cum eo pedeſtre bellum inire, ut ſecurius dimicarent. Reſpondentes verò de exercitu Regis, ſe nolle pugnare cum ruſticis, ſed miles contra militem ut moris eſt, & ubique hactenus eſt conſuetum.

(r) *Occidendus*, dicere voluit, ſed perpetua illi rixa cum Priſciano.

Interim cives *Argentinæ* doloſè partibus adulantes exhibuerunt ſe Regi *Ludwico* familiares & officioſos, petentes, ut civitatem eorum non dedignaretur intrare. Quam cum intraret ſuſceptus eſt ab eis glorioſiſſimè, & tota civitas ad ejus introitum gaudio & tripudio eſt commota. Communitas & major pars civitatis favebat ei, ſed majores & potentiores qui videbantur regere populum, clam *Auſtralibus* adhærebant. Quam civitatem cum Rex intráſſet conſilium inierunt ut ipſum dolo tenerent & occiderent. Dicebant autem non in die ſed in nocte, ne fortè ſeditio & tumultus fiat in populo, ſimulantes Jeroſolymitos, qui cum Salvatorem mundi glorioſè & cum gaudio ſuſcepiſſent, non multò poſt ipſum mortis ſupplicio tradiderunt. Sic etiam iſti de morte Regis tractantes, miſerunt pro hoſpite ſuo apud quem ſe recepit, qui erat de melioribus unus, rogantes eum ut ferret eis auxilium & Regem eis traderet opportunè, qui ut fidelis ac prudens diſpenſator domus ſuæ, dixit eis, ſe potius velle mori quam Regi aliquod malum facere in domo ſua, & recedens ab eis feſtinus perſuaſit Regi ut quantocius & ſine dilatione exeat civitatem, quod ſi neglexerit diem craſtinum vivus non eſſet viſurus. Qui mox civitatem exiens reverſus eſt ad ſuos, & videns ſe dolo circumventum à civitate, & eſſe cum inimicis, deſperavit ſe tot millibus poſſe reſiſtere, licentiavit ſuos, valedicens eis declinavit de loco, & ſic unusquiſque pendente lite ſine pugna ad propria remeavit noſtris ut æſtimo peccatis exigentibus, in malum reipublicæ & ad turbationem pacis campeſtre bellum jam negligitur quarta vice. Multa prætereo quæ diligens ſcriptor cenſeret exaranda & legendum memoriæ indaganda ſed ego ſimpliciter pertranſeo, ſtudens decurtare ne legentibus faſtidium ingeram, qui minus delectantur in his & ex hoc incipiant deridere vel etiam ſubſannare. Non licet tamen ſilentio præterire quod Comes videlicet de *Oettinga*, qui cum intimus & familiariſſimus eſſet Regis, neſcio quo pacto, rupto fœdere ad Duces *Auſtriæ* declinavit, iniquè & graviter errans, quod fidum & propitium Dominum dereliquit, qui ſibi frequenter ſua ſecreta communicavit. Quia hoc ſolum querebatur Rex, non quod ab eo receſſit, ſed quia ſibi ſecretiſſima ſui pectoris revelavit & cum his ad ſuos æmulos declinavit; qui inquam Comes, cum eſſet privatus conſortio conjugali, Duces *Auſtriæ* viri prudentes gaviſi de tam honeſto viro & nobili à Rege receſſiſſe & ad ſe divertiſſe, ſuſceperunt eum benignè, dantes ei germanam propriam in uxorem, ut ex tali copula fieret eorum amicus, & ejus fruerentur perpetuo famulatu & obſequio, quo Regem *Ludwicum* infirmarent & infirmato ſeu deſtituto ſibi Romanum Imperium liberè uſurparent. Hæc cogitaverunt, ſed erraverunt. Tunc temporis enim Domina *Mechtildis* Duciſſa *Bawariæ* relicta quondam *Rudolfi* illuſtris Ducis *Bawariæ*, quæ vehementer exercebat tyrannidem contra Regem, filiam memorati Comitis filio ſuo Duci *Adolfo* accepit in uxorem, in quo etiam malam voluntatem ſuam oſtendit, quam habuit contra Regem, nam uterque contractus fiebat contra eum, & ſine ejus licentia & aſſenſu, quod tamen non ceſſit eis in proſperum, ambo enim ab Rege exterminati ſunt de terra propria & expulſi.

Cæterum ſolutis exercitibus ut præmiſſum eſt, & omnibus loca propria repetentibus, Dux *Auſtriæ Fridericus* direxit iter ſuum versùs *Auſtriam* per montana volens inibi hyemare, fratre ſuo *Leupoldo* in Suevia remanente. Sed Rex *Ludwicus* quaſdam regni civitates peragrans *Bawariam* intraturus, ibidem etiam hyemem permanſurus, & cum in *Monaco* natale Domini celebraret, non multò poſt Domina *Beatrix* ſereniſſima Regina, infirmitate correpta vocante Domino moritur & in eadem civitate in Monaſterio (*s*) Beatæ Virginis Mariæ, facto mauſoleo, celebratis debitis obſequiis tumulatur.

Verum Principes *Auſtriæ* videntes ſe pro regno caſſo labore multum fatigatos & magnum damnum pro eo in pecunia accepiſſe, conſilium ſuper eo ineuntes quomodo rei finem imponerent, & regnum commodius poſſiderent, tandem invenerunt utile fore, ut totis viribus Regem *Ludwicum* de *Bawaria* extrudant vel cum eo bellando ipſum occidant, quo facto nemo ſit qui eis regni introitum valeat prohibere, inde mox toto illo anno de omnibus viſceribus ditionis ſuæ magnum exercitum pugnatorum collegerunt.

Porro Dux & fratres ſui juniores quos habere poterant de *Auſtria*, de *Ungaria*, *Schlavia*, *Styria*, *Carinthia* & aliis provinciis numeroſum exercitum congregantes multos collegerunt. Inter quos venit etiam eis in adjutorium quidam Rex Tartarorum cum exercitu ſuo, qui in aſcenſu multas abominationes & ſcelera commiſerunt, quæ melius eſt ſilentio præterire quam ſcribere; quæ etiam Deus poſtea in Duci-

---

(*s*) In *Æde ſacra*, neque enim neſcire debuit domeſticus ſcriptor in tanta vicinia, Monaſterium ibi nullum nec eſſe, nec fuiſſe; ſed ædem D. Virgini ſacram, quam poſtea *Sigiſmundus* Bav. Dux ad eam majeſtatem, quam hodie miramur, evexit.

Ducibus *Auſtriæ*, ut æſtimo, vindicavit. Nam præter alias abuſiones quas fecerant cattos & canes aſſatos voraciſſimè comederunt.

Interim Dux *Leupoldus* non vacat otio apud *Rhenum*, ſed toto poſſe laborat, ut etiam convocet multitudinem armatorum, & quos habere potuit de *Rheno*, de *Lemanno* de *Elſatia*, de *Swevia* congregavit, ut poſſit fratribus ſuis ad pugnandum in *Bawaria* obviare, & cum collegiſſet magnum exercitum electorum virorum profecti ſunt verſus *Bawariam*, quo cum veniſſent, & antequam eandem terram intrarent, fixêre tentoria apud *Lycum*, expectantes ibi nuntios de exercitu *Auſtralium*, quando ad eos debeant proficiſci, ut ſicut piſces capiuntur ſic duobus catervis congredientibus Rex *Ludwicus* eorum in medio concludatur.

Sed Rex prænoſcens ſibi præliorum grande periculum imminere, fidens in Domino cui ſe totum commiſit, cui etiam non eſt difficile ſalvare in multitudine vel in paucis, nuncios celeres miſit ad omnes quos prius ſibi aſciverat, & qui ſervire ſibi antea promiſerunt, eos vocat, primo Francos monet, quoſdam de *Rheno*, plures verò de Provinciis *Noricorum* & per totam *Bawariam*, hortatur omnes & præcipit univerſis, ut ſumma cum feſtinatione viſis nuntiis ſibi in neceſſitatis articulo non differant ſubvenire, qui vero neglexerit ſive ſuperſederit indignationem regiæ Majeſtatis ſe noverint incurriſſe, mox recepit ſe in campis habens tenuem burſam in camera ſua vix XI. librarum *Hallenſium*, ſicut fertur.

Verum ſereniſſimus Rex *Bohemiæ* & *Henricus* illuſtris Dux *Bawariæ* incunctanter veniunt ad pugnandum cum ſuis optimè expediti, qui ſe pro Rege ſtrenuè exponere decreverunt, timentes ne Rege *Ludwico* victo vel perempto ipſi etiam poſtea ab eiſdem malum ſimile ſortiantur, illud cogitantes

Tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet

Et cum Rex *Bohemiæ* didiciſſet *Auſtrales* munitiſſimos eſſe ad pugnandum in duobus magnis exercitibus, & Regem eſſe tenuem, & ſuos ſegnius advenire, ex magna parte ſpes ab eo receſſit, & ſuper eo Regi loquebatur dicens: ô bone Rex, cum adhuc ſumus pauci quid contra tam magnam multitudinem faciemus? cui Rex reſpondit, dicens: æquo animo eſtote, cras enim egrediemur & auxilium Domini videbimus ſuper nos, quod & factum eſt. Craſtina enim die proxima ante pugnam à mane uſque ad noctem tanta multitudo equitum & peditum divina cooperante gratia paſſim confluebat quod præ multitudine non poterant mirari *, & cum ventum eſſet ad noctem quando lumina accendi ſolent, ante papilionem, tanta longitudo erat tentoriorum, quod à prima parte caſtrorum ardentibus facibus ſeu luminibus finis non poterat ſpeculari, & cum tanti eſſent, præco Regis fortius exclamavit tranſiens omnia tentoria: ô Deus miſiſti nobis auxilium de excelſo, ſit nomen Domini benedictum in ſecula. Reſponderunt omnes: Amen.

Cæterum inter duos exercitus occupantur nuntii diem & horam, quando convenire debeant nunciantes, ſed ambo caſu accidente non procul à clauſtro noſtro de *Fürſtenveldt* privati ſuis equis, in executione ſui negotii volente Domino negliguntur quia ablatis equis deſtinatas litteras apto tempore non poterant præſentare, quod non parum profuit Regi *Ludwico*, quia ſi hi duo exercitus *Auſtralium* conveniſſent dubium non eſt quin pugnando in certamine triumphâſſent. Ideo etiam ante adventum Ducis *Leupoldi* Rex *Bohemiæ* ſtrenuè agens prælium maturavit, ut ipſo abſente fratres ſuos de *Auſtria* facilius ſuperaret.

Anno igitur MCCC.XXIII. in vigilia Mychaelis *Ludwicus* Rex Romanorum, Rex *Bohemiæ*, & *Heinricus* Dux *Bawariæ* & alii multi nobiles, ſummo manè Ducem *Auſtriæ* cum exercitu ſuo cingunt, ne in alteram partem declinet ubi poſſit fratris adventum tutius præſtolari & conflictum diutius prorogare. Inſtaurant militem, inſtruunt aciem, conſerta pugna hortantur ſuos fortiter dimicare, quibus pugnantibus *Fridericus* Dux *Auſtriæ* vellet nollet inire prælium perurgetur, & videns cum ſuis, aliter eſſe non poſſe, confidens in multitudine virtutis ſuæ, non ſegnes ad pugnam cœperunt durius rebellare, tam fortiter quod utriſque partibus certantibus diu dubitatum fuit, cui potius victoria deberetur. Stetit igitur anceps victoria per longam horam, ſed tandem multi pedites Ducis *Heinrici* optimè præparati ad bellum ſupervenerunt, cum impetu in prælium irruentes, *Auſtrales* debilitaverunt, equos eorum ſecantes & perfodientes, ut aſſeſſoribus ruentibus ſuper terram neceſſariò eos ſuccumbere oporteret. Ideo non multo poſt ceſſatum eſt à prælio & ſole ruente poſt meridiem Regi *Ludwico* victoria acclamatur.

Victis igitur *Auſtralibus* omnes capiuntur, tam Principes quam Miniſteriales & quique nobiles diligenti cuſtodiæ mancipantur, *Purchkravius* verò de *Nurmberg* qui dicitur ibi ſtrenuè dimicâſſe, habens unum clientem Nobilem & magnæ probitatis virum, bellicoſum. Hic cepit *Fridericum* Ducem *Auſtriæ* & fratrem ejus *Heinricum* in prælio, ignorans qui eſſent, cum autem eos poſtea cognoviſſet aſſignat eos Domino ſuo Burckgravio, ille autem Regi *Ludwico* cum reverentia præſentavit, qui cum veniſſent coram Rege flentes & ejulantes, corruerunt coram eo in faciem ſuper terram, timentes ſe occiſuros. Rex verò erga eos regia clementia utebatur, quia clementia decet Regem: ſurgite, inquit, confidite, non moriemini iſta vice,

ſed

* ita Cod. fortè: *numerari.*

ſed vos conſervabo quousque inde de vobis ſatisfiet. Et non longè poſt timentes ne Dux *Leupoldus* poſt bellum, irruat ſuper eos, receſſerunt de loco abductis captivis. Propter cautionem receperunt ſe in *Oettinga* proxima civitate contra morem bellantium, victores enim debuerant ibi per triduum expectâſſe. Deinde profecti ſunt *Ratiſponam*, ubi Rex *Heinrico* Duci *Bawariæ* quoſdam de melioribus Miniſterialibus de *Auſtria* dedit pro ſervitio, à quibus fide accepta dedit eis diem cum termino redeundi, ſed cum à quodam dicto à *Walſe* nimiam exegiſſet pecuniam, violata fide ſine ejus licentia clam dicitur receſſiſſe.

Heinricus verò juniorem Ducem *Auſtriæ* dedit Regi *Bohemiæ* pro munere donativo, quem ſecum duxit in *Bohemiam*, diligenti cuſtodia obſervandum. Sed Rex *Fridericum* Ducem *Auſtriæ*, auctorem totius litis, quem Dominus tradidit in manus ſuas, duxit in caſtrum dictum *Trauſenicht* in captivitate, juſſit eum vigilantiſſimè cuſtodiri. Qui remanſit ibidem juſto Dei judicio in captivitate, tamen ſine vinculo & compede tribus annis cum familia ſua propriis in expenſis. Verſus:

Ludit in humanis Divina potentia rebus.

Nam captus eſt qui dominari voluit ab Oriente usque ad Occidentem.

Porro Dux *Leupoldus* volens fratribus ſuis ferre præſidium ad eos quantocius properat & cum non procul à clauſtro *Bawariam* pertranſiret, prima nocte in *Allingen* fixêre tentoria, apud ripam fluminis ibi cupientibus pernoctare, & cum ibi pauſarent, nuntii inter ambas catervas laborantes inſtanter clauſtrum noſtrum accuſant apud Principem, dicentes ſe ſpoliatos in clauſtro & prope clauſtrum, ideo non potuiſſe eos apto tempore litteras aſſignare. Audiens hoc Dux iracundia permotus, præcepit Marſchalco ſuo ut clauſtrum ignis incendio concremaret, & quantum poſſet, vaſtaret. Ille reſpondit ſuum non eſſe clauſtra Principum deſtruere, in quo plurima Sanctorum corpora requieſcant, & declinans in partem alteram ſubito audit ſiniſtros rumores in exercitu perſonare, videlicet *Fridericum* & *Heinricum* Duces *Auſtriæ* in prælio captos & Regem *Ludwicum* ſtrenuè dimicâſſe, quod cum credere noluiſſent, duo nobiles optimis equis aſcenſis ad explorandum rei veritatem versùs civitatem *Monacenſem* velocius properantes, citò in via habebant obvios qui dicebant ſe vidiſſe in civitate nuntios Regis victoriam exclamaſſe qui ſtatim converſi ad ſuos citius redierunt & dicebant verum eſſe quod fama publica perſonabat. Iſti autem de inſperato & lamentabili caſu perturbati in medio noctis ſilentio moventes ſe de loco ad partes *Sweviæ* per viam qua venerant, redierunt. Sed ego cum eſſem tunc temporis & eadem nocte in *Puoch* proxima villa & ibi laborioſè grangiam cuſtodirem, multi quaſi furioſi tranſibant incendentes villas, ut ignis luceret eis per noctem, duo ceperunt me, tertius lancea me plagavit, & illa nocte quaſi unus de ſcurris fui duabus vicibus denudatus; quæ tamen omnia parvi pendi cum viderem illos verſos in fugam & Regem noſtrum nobiliter triumphâſſe.

Interim hi tres Principes, videlicet Rex *Ludwicus*, Rex *Bohemiæ* & *Heinricus* Dux *Bavariæ* poſt victoriam de novo confœderantur, ſed non multò poſt inter eos pacis vincula diſſolvuntur, unde Rex *Bohemiæ* Ducem *Heinricum* captivum ſuum ſine ſcitu Regis & ejus conſenſu, mediantibus arbitris pro quibusdam caſtris ſibi adjacentibus ſolvit ac liberum dimiſit, quod Rex ægrè ferens doluit vehementer, & non parum ſe ipſum reprehendens ductus pœnitentia quod non ambos Duces captivos in propria poteſtate tenuiſſet.

Præterea Rex cum divina opitulante gratia in prælio triumphâſſet, non ſicut debuit & oportuit conceſſa ſibi gratia utebatur. Debuit enim poſt victoriam mox omnes fines regni diligentius perluſtrâſſe, quia tunc reverâ omnis potentatus tremiſcens ejus imperio paruiſſet, & nihilominus omnes clauſuræ civitatum ſeu caſtellorum ſine obſtaculo ad ejus introitum patuiſſent. Plures enim poſt bellum adventum ejus cum tremore expectabant, quo non veniente, cœperant rurſus reſpirare, vires aſſumere & ſua cornua exaltare. Verum cum *Fridericus* Dux *Auſtriæ* captus eſſet in prælio, ut præmiſſum eſt, & in caſtro *Trauſenit* diligenti ſtudio ſervaretur, *Leupoldus* frater ejus ſciens difficile fore, contra ſtimulum calcitrare, convertit gladium in vaginam & apud Regem temptat pro fratre ſuo placitare, qui ſuper eo ipſum audire noluit, ſed prius ſibi *regni inſignia* reſignaret, ideo habito ſuper eo maturo conſilio omni cum reverentia tranſmiſit ei ad civitatem *Nuerembercb*, ubi Rex accepit ea in poteſtatem ſuam omni cum honore & multis millibus hominum, ibi conflentibus ut viderent, ea viderunt & gaviſi ſunt pariter & compuncti.

Poſt hæc delata ſunt in *Bawariam*, quatuor monachis de cœnobio *Fürſtenveldt* præſentibus, juxta ſacroſancta Sacramenta divino cultui dediti, qui præter alia pia obſequia ſingulis diebus miſſarum ſolemnia ſolvere non obmittant. Unde civitas *Monacenſis* gaudet & exultat, quod tam pretioſum theſaurum ſervare meruit. Quod multis civitatibus famoſis & antiquiſſimis eſt negatum huic ſoli è pluribus eſt conceſſum.

Ea propter cum Rex regni inſignia in propriam redegiſſet poteſtatem nihilominus requirit à Duce *Leupoldo*, ut civitates regni, quæ ſibi ſacramentaliter juraverant, à juramento abſolvat & eas priſtinæ reſtituat libertati, quo facto mox cum eo quæ pacis ſunt, tractare velit vel etiam penitus concordare ad hæc Dux *Leupoldus* frendens & iracundiæ facibus incandeſcens, ſi integrè inquit, non fuerint adimpleta, quæ mihi promiſſa ſunt, quando regni inſignia reſignavi, non erit pax nec concordia quamdiu eis carebo & necdum frater meus de captivitate fuit liberatus. Hinc rurſus præliorum diſcrimina renovantur. Hinc multa mala in terra cumulantur & noviſſimus factus eſt pejor priore. Caſtrum enim *Burgaw*, quod eſt marchionatus *Sweviæ*, *Auſtrales* habentes in ſua poteſtate tanquam fontale principium multorum malorum ſeminatum fuit. Omnes enim prædones & malefici habentes ibi tutum refugium partes *Sweviæ* & *Bawariæ* ab eisdem in ſpolio & ignis concrematione multa incommoda pertulerunt. Unde Rex de præfato caſtro quotidianis querelis inquietatus, non ſurdus auditor ad clamores pauperum, parat illud obſidione occupare ut eo humiliato vel deſtructo, aliæ urbes etiam pacem turbantes, paveant & timeant eis fieri ſimilia vel majora, ſi à rapina & ſpolio non deſinant malignari.

Quare Rex recipiens ſe in campis apud Werdæam & congregato magno exercitu armatorum, motus de loco direxit iter ſuum versùs *Burgaw*, & eam prævalida obſidione cinxit. Illuc enim *Auguſtenſes* venerant in multitudine virtutis ſuæ & aliæ plures civitates cum machinis ſuis ad vindicandum ſe de multis malis quæ de caſtro acceperant memorato, & omnes vehementi deſiderio cupiebant urbem celerius impugnare, ne dilatione interveniente fortiores fierent, vel etiam ſe melius præmunirent. Sed Rex quadam pietate motus prohibuit eos, volens parcere populo, timens ne damno accepto de caſtro lamentabilem ſtragem cerneret in plebe, & poſtea multorum orphanorum preces & viduarum maritos inconſolabiliter incipiant deplorare. Sed licet pietas ad multa valeat, tamen hic multum nocuit quia ex dilatione urbis impugnationis, ſicut habetur infra, 'Rex multum ſe neglexiſſe dicitur. Antequam enim urbs obſeſſa fuerat, omnes in caſtro tantus metus conſtrinxerat & gravi ſollicitudine premebantur, quod levi motu urbem reſignaſſent, ſi ſalva pace Rex eos in gratiam recepiſſet, ſed cum viderent ſe diu ab hoſtibus infatigatos, cito cœperunt evagari de urbe & in hoſtes contra ſe venientes graviſſimè deſævire, ita ut contra ſe venientibus & recedentibus acciperent quingentos equos, exceptis his, quos gladiis & lanceis peremerunt. Quod cum *Auguſtenſes* & alii prudentiores & meliores ferre non poſſent, perſuaſerunt Regi, ſimul exorantes eum, ut ferret eis auxilium tota virtute & opus laborioſum, ad quod venerant, inciperet, & omnes ad hoc compellat, ut maleficorum munitionibus diſſipatis ſubtrahatur eis occaſio malignandi. Interim Dux *Leupoldus* dolens vicem fratris & caſtrum *Purgaw* jam vallatum ab hoſtibus, de omnibus provinciis diſionis ſuæ congregavit numeroſum exercitum, temptat & parat Regem invadere *Ludwicum*, ut ſi quomodo poſſet urbem, cum ſuis habitatoribus liberaret.

Miſit exploratores qui diligenter diſcerent virtutem Regis & renuncient quando contra eum expediat vel debeat proficiſci. Cum autem Rex in obſidione memorati caſtri multum temporis expendiſſet, & necdum ſemel ad expugnandum attemptaſſet, fraudatus eſt à ſpe ſua; ſperabat enim ſe urbem ſine effuſione ſanguinis habiturum, ſed quia difficilis & periculoſus fuit acceſſus ad urbem, quidam de exercitu prudentiores excogitaverunt expedire, cum centum curribus de nemore comportare magnum ſtruem lignorum, ut ex uno latere urbis flante vento (erat enim tunc frequenter magnus ſtrepitus ventorum) inſultantibus flammis ſine periculo hominum omnia mœnia urbis & inſtrumenta inextinguibiliter cremarentur; ſed nec illud Rex fieri permiſit, neſcio quo errore deceptus quod ſe & ſuos neglexit cum damno irrecuperabili, ut creditur, diebus omnibus vitæ ſuæ, unde *Auguſtenſes* & multi alii qui cum ibidem apud Regem laborioſè ſeptem hebdomadas integrè remanſiſſent, & multis ex eis deficientibus in expenſis & nihil viderent ibi fieri quo negotium finem citius ſortiretur, adierunt Regem; inſtabat enim nativitas Domini ſupplicantes ei, ut permitteret eos ad civitatem propriam remeare, ſimul promittentes ei cautione fidejuſſoria, ſe reverſuros quacunque die vel hora eos duxerit revocandos. Quorum precibus Rex acquieſcens permiſit eos à ſe recedere contra ſalutem propriam, quia his recedentibus multi alii ſine ejus licentia receſſerunt, & factum eſt, ut die noctuque multis clam recedentibus Regis exercitus attenuatus & minoratus eſſet in tantum, ut ibidem vix pars tertia remaneret, quod cum viderent exploratores qui miſſi fuerant à Duce *Leupoldo*, mox ad Dominum ſuum celerius redierunt, nuntiantes ei, Principem *Bawariæ* (ſic nominabant eum) jam impotentem eſſe, & ex magna parte deſtitutum auxilio armatorum, ut de facili poſſit capi vel occidi; ſed & habitatores urbis nihilo minus ad eum ſuos nuntios direxerunt, ſuggerentes ei ut exercitu ſuo à tergo dimiſſo, ſumma cum feſtinatione tantum cum trecentis galeatis Principem *Bawariæ*, qui jam infirmior eſſe creditur in obſidione *Burgaw*, bello invadat & occidat ipſum vel capiat, quo facto omnia bellorum diſcrimina ſopientur. Ea propter Dux *Leupoldus* cum eſſet in ſuperioribus partibus *Sweviæ* apud *Lemannum* auditis nuntiis ad ſe miſſis, dimiſſo exercitu aſſumptis ſibi plus quam trecentis galeatis greſſu celeri iter ſuum deflectit versùs *Purgaw*, ut illud obſeſſum à Rege *Ludovico* præliando liberet & abſolvat. Sed *Burchgravius* ſupra memoratus, qui cum eodem in tempore quibusdam de cauſis ad Ducem *Leu-*

Leupoldum veniſſet, & didiciſſet *Auſtrales* Regi *Ludwico* inſidiosè machinari bellum, ſequeſtravit ſe ab eis cum perpaucis viris clam de nocte citiſſimo curſu venit ad Regem & ipſum fideliter præmunivit, dicens: Optime Rex, non lateat vos quod dubitatione procul mota Dux *Leupoldus* cum magno exercitu, hoſtis veſter armata manu in hac nocte irruet ſuper vos, unde ſi vos & veſtros ſalvare cupitis, recedite de loco iſto ad tutiora, quod ſi neglexeritis, revera periclitamini iſta nocte. His auditis Rex ad malorum rumorum novitatem expavit, & animadvertit ſe multum errâſſe quod memoratum caſtrum expugnari non permiſit, ad cujus deſtructionem permaxima multitudo convenerat; & quia ſegnis fuit ad recedendum de obſidione tamen ad ſuorum exhortationem non ſine magno cordis dolore & pudore locum deſeruit recipiens ſe in civitate ſua *Lauginga*, ubi cum aliquot diebus remanſiſſet, fruſtrato labore & infecto negotio in *Bawariam* regreditur, Duce *Lewpoldo* in *Purgaw* remanente, ſed quia varius eſt belli eventus in quo alter de victoria gloriatur, alter ſe victum in prælio contriſtatur & nihilominus qui hodie in bello curſu proſpero potitâ victoria lætabatur, cras vice verſa in fugam atrocius agitatur. Sic nihil eſt in mundo quod non rotante fortuna inſtabili viciſſitudine varietur; cujus rei experimentum in Rege *Ludwico* diſcere poſſumus, qui poſtquam cum Ducibus *Auſtriæ* potenter in bello & glorioſiſſimè triumphâſſet, ita ut poſt victoriam putaretur cœli avibus imperare, hic non multò poſt ad tantam venit ſui exercitûs paucitatem, ut contra honeſtatem regiæ majeſtatis ſuis hoſtibus fugiendo terga vertere cogeretur, & ad majoris moleſtiæ cumulum facta eſt inter ipſum & ſummum Pontificem gravis controverſia ob quam ipſum excommunicationis pondere durè premebat, unde cœpit anxius cogitare quo ſe verteret, præſertim cum videret ſe nunc lætis nunc triſtibus ſucceſſibus actitari, incidit in mentem ſe debere ad captivum ſuum Ducem *Auſtriæ* declinare qui ſimiliter paſſus eſt proſpera & adverſa ad quem cum veniſſet non parum obſtupuit quia cottidie mortem habens ſuſpectam putavit Regem ideo veniſſe, ut ipſum vita privaret, ſed Rex factus eſt hilarior cum ad ipſum intraret, vultum præferens lætiorem, ideo timor vertitur in exultationem & ſalutantes mutuò, dulcia colloquia miſcuerunt, unde

Ludit in humanis divina potentia rebus.

Quia qui inter ſe ſæviſſimè diſcordabant occulto Dei judicio præſcii, erroribus dimotis in præſentia Euchariſtiæ ſacroſancto juramenti firmiſſimo fœdere ſociantur ita quod inter eos jugiter perſeveret unum nolle & unum velle. Unde ad majoris amicitiæ conſtantiam contra commune jus prohibente linea conſanguinitatis, pueros ſuos matrimonialibus vinculis conjunxerunt, ea propter etiam decreverunt pari voto, ſolo Deo excepto, contra omnium voluntatem Romanum Imperium pari potentia gubernare & reſiſtentes revincere & pacem turbantes omnimodis debellare.

Interim Dux *Leupoldus*, ferus homo, inimicus pacis, jam multâ in animo concepta malitia, correptus infirmitate diem clauſit extremum.

EXPLICIT.

Anonymi Fürſtenfeldenſis breve Chronicon Bavariæ.

GUbernante Romanum Imperium *Friderico* qui regnare cœpit anno Verbi incarnati MCCXX. & XXXIIII. annis imperavit, præſidentibus per idem tempus Innocentio III. Gregorio, Honorio, Cœleſtino, itemque Innocentio IV. Sedis Apoſtolicæ Pontificibus floruit in Germania Princeps Illuſtriſſimus *Otto* Dux *Bavariæ* Comesque Palatinus Rheni vir corporis & animi robore potens habuitque duos filios *Ludovicum* & *Hainricum*, quibus pater, dum hujus vitæ curſum feliciter conſumaſſet, terram gentemque regendam reliquit. At poſtquam venerabilis Dux vitam exceſſit humanam filii paternam hæreditatem æquâ lance diviſerunt, & *inferiorem Bavariam* cum civitate *Landshut Heinricus* filius junior ſorte adeptus eſt. *Ludwico* qui fuit major natu ceſſit in partem *Bavaria ſuperior* cum *Comitatu Palatino Rheni*, cum civitate *Monaco*, qui *Ludovicus* fundavit abbatiam in *Fürſtenveldt* Ordinis *Ciſtertienſis*, anno MCCLXIII. largisque poſſeſſionibus cum præclaris libertatum privilegiis dotavit quam domum præcordiali dilexit amore totamque inibi congregationem Deo ſervientium ſumma devotione venerabatur & paterno ſemper fovebat affectu & eam ſibi ſuisque Succeſſoribus in ſingularem elegit locum ſepulturæ. Qui habuit in uxorem *Mariam* Duciſſam *Brabantiæ* quæ ſine liberis obiit, decollata videlicet à marito ſuo in caſtro *Werdee Suevico*. Poſt quam accepit in conjugem filiam Ducis *Poloniæ* Dominam *Annam*, ex qua habuit filiam *Agnetem* & *Ludovicum* egregiæ indolis virum, ſed immatura proh dolor! morte præventus eſt.

Anno Domini MCCXC. VII. Idus Januarii præfatus Dux *Ludovicus* apud civitatem *Nurenberg* in haſtiludio per *Kraftonem de Hohenloh* eſt occiſus, quem pater inde transvectum in *Fürſtenvelt* præſentibus quam plurimis Principibus & Epiſcopis juxta matrem ſuam, quæ obiit anno MCCLXXI. V. Kal. Junii cum honore maximo ſepelivit. Tandem glorioſiſſimus Rex *Rudolfus* filiam ſuam Dominam *Mechtildim* ſibi tradidit in uxorem ex qua genuit *Rudolfum*, qui fuit primogenitus ejus & *Ludovicum* Ducem juniorem, qui poſtea in Regem Romanorum eſt electus. Alios autem plures liberos genuit, qui omnes in puerili mortui ſunt ætate & in prædicto clauſtro poſiti ſunt in ſepulchro Patrum ſuorum.

Interea dum ſenior Dux *Ludovicus* & Comes Palatinus circa Rhenum in *Haidelberg* aliquamdiu moraretur, gravem incurrit infirmitatem & invaleſcente morbo reverenter & cum maxima cordis contritione ſumens cuncta Eccleſiaſtica Sacramenta diem clauſit ultimum.

Obiit autem anno MCCXCVI. *Bonifacio VIII.* per idem tempus Apoſtolicæ Sedis Pontifice præſidente, *Adolfo* autem Romanum Imperium gubernante, & in Monaſterium *Fürſtenveld* honorifice ſepultus, ubi duo filii ejus *Rudolfus* & *Ludovicus* debitum funeris officium ſolemniter & cum maximis expenſarum copiis cum matre ſua *Mechtilde* celebrârunt. Præſentes fuerunt venerandis ejus exequiis Illuſtris Dux inferioris Bavariæ *Stephanus*, Reverendi Patres: *Emicho* Epiſcopus *Friſingenſis* & *Reinboto* Epiſcopus *Aichſtetenſis* & alii diverſæ religionis Prælati quamplures.

Defuncto patre, ſucceſſit in regimine Principatûs major filius ejus *Rudolfus* & emenſis paucis diebus duxit in matrimonio filiam Romanorum Regis *Adolfi*, Dominam *Mechtildim*, nuptiisque cum ea feſtivè celebratis habuit ex ea tres filios, *Rudolfum*, *Adolfum*, *Rupertum* & unam filiam *Mechtildim* nomine, quorum primus filius *Rudolfus* duxit primum filiam Ducis *Carinthiæ* dictam de *Sarentein*, ſecundus, videlicet *Adolfus* duxit filiam Comitis de *Oettingen*, tertius autem filius duxit filiam Comitis de *Guliche*. Porro filia videlicet *Mechtildis* jungitur in matrimonio Comiti de *Spanheim*.

Junior autem filius *Ludovicus* qui in patris obitu tantum ſeptennis erat ſub matris adhuc diſciplina nutriebatur, at ubi pubertatis & adoleſcentiæ metas exivit & jam in virilis proficeret robur ætatis accepta conjuge Ducis Poloniæ filia Beatrice * * * * *reliqua deſiderantur*.

LADISLAI SUNTHEMII
RAVENSPURGENSIS
Presbyteri Conſtantienſis, Viennenſis Canonici,
nec non MAXIMILIANO I. Cæſ. Aug.
à Sacris & Hiſtoriis
FAMILIÆ GERMANIÆ PRINCIPUM ILLUSTRATÆ
hactenus ineditæ.

* * *

Ex Apographo, V. C. CONRADI PEUTINGERI *manu exarato, Bibliothecæ illius Auguſtæ Vindelicorum*
deſcripſit atque edidit
ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Monitum prævium.

LADISLAI SUNTHEIMII *Familias Germaniæ Principum illuſtratas*, cum in lucem publicam edere conſtituerim more meo in eas quædam duxi præmonenda tam eorum quæ *Auctorem*, quam quæ *Opus* hactenus *ineditum* reſpiciunt. Et de *Auctore* quidem vellem eam mihi ſcribendi copiam relictam, qualem & ipſe meretur, & Lectores mei haud dubiè deſiderarent; ſed præter ea, quæ ſui temporis eruditi de viro diligentiſſimo parcè & ferè per occaſionem memorârunt, nihil annotatum, adhibita licet non mediocri induſtria, inveni; quod nullo ejus monumento typis vulgato, rarior eſſet memorandi & ferè nulla occaſio: donec illuſtris LEIBNITIUS primus omnium ejus de *Familia Guelforum* monumentum protulit; quem poſtea in edendis *Sunthemianis* quibusdam ſecutus eſt HIERONYMUS PEZIUS. His Præconibus SUNTHEMII nomen ferè obliteratum attentionem Eruditorum in ſe cœpit convertere; quæ res utinam & revocare in hominum memoriam, præter noſcendi cupidinem, res quoque ejus & vitam potuiſſet! ſed eam Hiſtoriæ partem quæ homines litteratos ſpectat, nimis olim neglectam, facilius modo deploramus quam ſarcimus.

Primus, quod ſciam, qui SUNTHEMII in ſcriptis meminit JOANNES CUSPINIANUS fuit, vir magni nominis & SUNTHEMIO familiariſſimus, dignusque viſus quem Scriptorum ſuorum à morte hæredem ſcriberet. Ita autem ille (a) in rebus MAXIMILIANI I. litterarum etiam patrocinio *ſemper* (a) *Auguſti: Effecit ut docti omnes noſtræ Germaniæ undique abditas eruerent Hiſtorias, omnes ſchedas perluſtrarent, & quæ diu avos noſtros latebant, prodirent in lucem. Ejus à ſacris* LADISLAUS SUNTHEMIUS *ex Ravenſpurgo,* (b) *Viennenſis Canonicus Franciam* (b) *atque Germaniam omnem diligentiſſimè*
perlu-

(a) In opere *de Cæſarib. edit. Baſil. per Joannem Oporinum & Nicol. Brylingerum cum addit.* WOLFGANGI HUNGERI *noſtri*. p. m. 603.

(b) *Orientalem* nimirum, cujus itineris meſſem ex parte edimus.

(c) *perluſtravit, ut noſtrorum Principum Genealogias cum rebus geſtis perdiſceret & Cæſari offerret. Qui me teſtamento hæredem ſuorum laborum ſcripſit, è quibus etiam in hoc volumine haud pauca congeſſi.* (c)

(d) Poſt CUSPINIANUM SUNTHEMII memoriam habuit indefeſſus ille WOLFGANGUS LAZIUS (*d*) in eruditiſſimo ſuo ſed audaci & ærumnoſo opere *Migrationum*; de *Suevorum* enim familiis agens *in genealogia ingenuorum à* SUNTHAIM *& Hell* LADISLAI noſtri his verbis mentionem facit: LADISLAUS *à* SUNTHAIM *diligens Annalium ac Proſapiarum Conquiſitor, Canonicum Viennenſem ſuperioribus annis egerat.*

Eadem ferè ad finem *Stemmatis Guelfici*, quod edidit poſtea LEIBNITIUS, leguntur in *codice Manuſcripto Peutingeriano* mox recenſendo, ab ipſius PEUTINGERI veneranda manu adſcripta: *Hæc per Dominum* LADISLAUM SUNTHAIM *de oppido imperiali Ravensburg oriundum ſereniſſimi ac invictiſſimi Principis & Domini Domini* MAXIMILIANI *Romanorum Imperatoris, Hiſtoricum & Capellanum ac Canonicum Wiennenſem compoſita ſunt anno MVC. XI.*

(e) *Chronicon* CARIONIS (*e*), PHILIPPI MELANCHTONIS & CASPARI PEUCERI acceſſionibus auctum, in rebus MAXIMILIANI *Cæſaris* circa litteras & litteratos geſtis, hæc de SUNTHEMIO: *Indagatione verò antiquitatis peneque curioſa cauſam præbuit* CUSPINIANO, NAUCLERO, CUNRADO PEUTINGERO, JACOBO MANLIO *ut integram Hiſtoriarum ſeriem contexerent, alios, ut* LADISLAUM SUNTHEMIUM *& Stabium impulit, ut vetuſtatem familiarum Germaniæ, quarum norat fuiſſe antiquitus incorruptam nobilitatem nullius illegitimæ commixtionis vitio adulteratam, explorarent ac deſcriberent, in quam rem magnos impendit ſumptus.*

(f) E recentioribus JOANNES LUDOVICUS SCHÖNLEBIUS, *Carniolus Labacenſis*, qui originum Habsburgicarum Vannum criticam ita validè ventilavit, ut frumentum ferè omne inter aceres & recrimenta abiret, ille inquam SCHÖNLEBIUS Ladislai noſtri ſequentibus meminit: (*f*) LADISLAUS SUNTHEMIUS MAXIMILIANI I. *Cæſaris aulicus ſacellanus eodem tempore* (de TRITEMIO ad an. MCCCCXC. ſermo erat) *ſub finem ſeculi XV. ſtimulatus à* MAXIMILIANO *Imperatore de Majoribus Auguſtæ domûs inquiſivit & originem à Francis deducendam cenſuit.*

(g) Idem autor ſtatim ab initio operis (g) SUNTHEMII cum laude mentionem fecit, cujus verba, quod ex iis commilitones illius diſcamus, non extra oleas fuerit, hîc legi: *veritatis amantiſſimus Maximilianus I. Imperator Auſtr. cum imperii ſedula adminiſtratione ſeriam ſuſcepit curam inveſtigandi originem Domûs Habsburgicæ & plurima ingenia impulit in hunc laborem. Certârunt ſub ejus auſpiciis* LADISLAUS SUNTHEMIUS *Capellanus, Joannes Stabius, Joannes Abbas Tritemius & paulò poſt Hieronymus Gebvilerus, Jacobus Menlius & alii qui per audaces ſaltus ex Aſia ſuperiore in Europam ex Europa ad montes Pyrenæos in Galliam, inde in Germaniam ſuperiorem & Helvetiam majores Habsburgicorum traduxerunt.*

(h) FRANCISCUS quoque GUILLIMANUS acris ingenii ſcriptor, in *Habsburgicis* ſuis (*h*) LADISLAI noſtri meminit, ubi eum ſyſtematis Francici in illa Andabatarum Genealogicorum commiſſione promachum facit. *Inter præ-*

(*c*) Hunc locum V. Cl. *Joan. Henr. à* SEELEN in *ſelectis Litterariis*, verè talibus, Sect. XIV. p. m. 493. ubi totus eſt in meritis litterariis optimi Cæſaris, integrum inſeruit; & noviſſimè nobiliſſimus Autor *Tentaminis Hiſt. Lit. Auſtriacæ* FRANC. CONSTANTINUS FLORIANUS KHAUZIUS in ejusdem Auguſti vita litteraria p. m. 123. deſideratiſſimi operis.

(*d*) L. VIII. de Suevis p. m. 611.

(*e*) Witteb. apud hæredes Joannis Cratonis 1530. fol. L. V. p. 689. non 691. uti malè Index V. *Ladislaus Sunthemius.*

(*f*) Diſſert. Polem. de prima origine Domûs Habsburgo-Auſtriacæ P. I. Cap. IX. §. II. num. XVI. p. m. 96.

(*g*) p. m. 2. Cap. II.

(*h*) Edit. Mediolan. in 4. maj. 1605. L. I. Cap. III. p. m. 15.

præcipuos autores (puta verba ejus ſic habere) *per quos opinio de Habsburgenſium origine Francica aſſeritur cum coæqualibus ſuis Maximiliani tempore, ſcilicet Trithemio, Jacobo Menlio, Joanne Stabio, Joanne Aventino, Hieronymo Gebwillero, Lazio,* LADISLAUS SUNDHEIMIUS.

Sed eundem mox SUNDHEIMIUM à STABIO *incertum an acerbius an juſtius increpitum* monet & approbat GUILLIMANUS (*i*) nec eo lixivio contentus (*i*) *manifeſtam vanitatem & Hiſtoriæ genealogiæque Franciæ inſcitam inſcitiam*, nimis immemor temporum, noſtro exprobrat. (*k*) (*k*)

Hæc ferè ſunt, quæ de LADISLAO SUNTHEMIO ad notitiam meam pervenêre, & unde haud dubiè acceperunt, qui ejus viri aliquam in ſcriptis mentionem fecerunt. Pauca fateor & exilia, ſed quæ ipſa, ſi quorundam felicior diligentia acceſſerit, compleri cum tempore & augeri poterunt; nondum enim omnes theſauri litterarii illorum temporum recluſi ſunt. Reſtant *Scripta* SUNTHEMII, quorum pauca hactenus in lucem edita fuerunt. Primus, ut ſupra memini, magnus ille antiquitatum germanicarum Stator LEIBNITIUS, LADISLAI noſtri SUNTHEMII *Hiſtoriam de Guelfis* anno MDXV. Viennæ conſcriptam, in lucem litterariam protulit & Tomo I. *Scriptorum Brunsvicenſium* inſeruit (*l*), qui tamen de autore (*l*) præter ea, quæ titulus ferebat, nihil adjecit.

Alter qui ejus quædam typis vulgavit HIERONYMUS PEZIUS fuit (*m*), (*m*) ſcriptorum qui ad res Auſtriæ, hoc eſt Orientalis Bojoariæ pertinent, collector copioſiſſimus. Is SUNTHEIMII noſtri *Tabulas Clauſtroneoburgenſes* de primis *Auſtriæ* Marchionibus & Ducibus *Stirpis Babenbergicæ* eorumque conjugibus & liberis iterato edidit, ſed eadem novitatis gratia ac ſi primus edidiſſet. Quotusquisque enim Baſileenſem tabularum illarum editionem vidit CONRADO GESNERO Helveto, at quanto Bibliographo! juxta cum ipſo auctore ignoratam? ſed ipſum potius PEZIUM audire juvat. Ita autem ille loco indicato (*n*): TABULÆ *quas hîc lectorum oculis ſubjectum imus,* (*n*) *lingua vernaculâ compoſitas, vulgò dicuntur* CLAUSTRO NEOBURGENSES: *tum quod manu in membranis eleganter exaratæ ligneisque ſeptem tabulis incluſæ ac vetuſtis Principum Auſtriacorum utriusque ſexûs picturis & imaginibus exornatæ, in celeberrima Clauſtro Neoburgenſi Canonia Auguſtiniana hodieque ſpectentur: tum etiam quod ex veteribus ejusdem loci monumentis potiſſimum confectæ ſint. Agmen ducit* LEOPOLDUS *id nominis* PRIMUS *dictus* ILLUSTRIS, *claudit verò* FRIDERICUS *Dux cognomento* BELLICOSUS, *in quo ſtirps illa nobiliſſima, quæ tribus & eo amplius ſeculis Auſtriæ principatum maxima cum laude gubernavit, tandem defecit. Tametſi verò hæ tabulæ permagno labore diligentiaque collectæ fuerint, inſunt tamen in iis errata benè multa (quis enim quæſo in texendis hujusmodi antiquiſſimarum familiarum genealogiis non hallucinatus aliquando prolapſusque fuit?) quæ ſingillatim hic perſequi non vacat. Interim cum nemo veterum Auſtriacorum ſcriptorum argumentum hocce copioſius pertractârit, ordineque meliore digeſſerit, profectò digniſſimæ ſunt, quæ à quovis rerum noſtratium cupido perlegantur. Sanè non deſunt clari nominis Hiſtorici, qui tabulis hisce probè ſunt abuſi. Omiſſis aliis Vitum Arenpeckium & Joannem Cuſpinianum nominare ſatis fuerit, quorum prior eam Chronici ſui Auſtriaci partem, quæ de noſtris Marchionibus & Ducibus ſtirpis Babenbergenſis agit, ex his fontibus liberaliter hauſit; poſterior verò commentarium ſuum, quem de* AUSTRIA *confecit, maximam ferè partem ex iisdem mutuatus eſt, ut patebit noſtros fontes conſulenti. II. harum tabularum Clauſtro Neoburgenſium præcipuus autor eſt* LADISLAUS SUNTHAIM *ſeu* SUNDHEIMIUS, *Ravenſpurgio Sueviæ oppido oriundus, Diœceſis Conſtantienſis presbyter. Quod mirum eſt in laudatarum tabularum editione fuiſſe diſſimulatum: cum in MS. Clauſtro Neoburgenſi, quod nos coram inſpe-*

(*i*) Loc. cit. p. m. 22.

(*k*) Loc. cit. L. I. Cap. IIII. p. m. 24.

(*l*) à pag. 800. ad pag. 806.

(*m*) Rer. Auſtr. Scriptor. T. I. p. m. 1004. & 1005.

(*n*) & ad eum obſerv. præviis.

inſpeximus, diſertè SUNTHAIMII *nomen patria conditioque habeantur. Porro eas Sunthaimius condidit ſub annum MCCCCXCI. quo ipſo Baſileæ typis excuſæ fuerunt in majori forma quam vocant. Ad cujus editionis fidem & hanc noſtram adornavimus, cum ſæpè memoratæ tabulæ MS. vix commodum Mellicium perferri potuerint, & nos, dum in luſtranda Clauſtro Neoburgenſi Bibliotheca verſaremur, ab ipſis integris deſcribendis anguſtia temporis excluſi fuerimus. In vulgatis tabulis ad calcem, Reverendiſſimus Dominus Jacobus Præpoſitus Clauſtro - Neoburgenſis ad eas concinnandas ſymbolam contuliſſe memoratur, qui ab anno 1485. usque ad annum 1509. Clauſtro Neoburgenſem præfecturam geſſiſſe dicitur apud Adamum Scharrerum in vita S. Leopoldi Auſtriæ Marchionis. Cæterum* LADISLAUS SUNTHAIMIUS *præterea fuit, qui Hiſtoriam de Guelfis ſub annum MDXI. compoſuit, quam ex Cæſarea Bibliotheca ſecum communicatam Cl. Leibnitius Tomo I. Script. Brunſv. à p. 800. ad pag. 806. publico expoſuit. Ex qua etiam intelligimus, Sunthaimium poſtea Viennenſis Canonici dignitate fuiſſe auctum.*

Supereſt ut de iis nunc agamus SUNTHEMII ſcriptis, quæ noſtra operâ ex tanto intervallo in lucem emergunt. Deſcripſimus illa ex ſpiſſo volumine viri dum bonæ litteræ erunt cum laude memorandi CONRADI PEUTINGERI Reipublicæ Auguſtanæ archigrammatei; quod totum ſua ipſius manu, haud dubiè ex autographis SUNTHEMII, in aula MAXIMILIANI Cæſaris ſibi familiaris, deſcriptum BIBLIOTHECA PEUTINGERIANA, quæ patribus Collegii Auguſtani hæreditate ceſſit, cum reliquis ſchedis amœniſſimæ eruditionis Juriſconſulti, hodie aſſervatur. Chartaceus eſt codex memoratus, in *Folio* quod vocant, litteris numeriſque N. N. 3. 50. pro Bibliothecæ illius diſtributione hodierna ſignatus. Membranam, quâ tegitur, Peutingerus his verbis inſcripſit: *Collectanea Ladislai Sunthemii Cæſarei Capellani* (o) *MS.* Eum codicem, etſi nos anno MDCCXLVI. menſibus æſtivis, quos ferè totos in illo aulæ exulis otio, perſcrutandæ PEUTINGERIANÆ BIBLIOTHECÆ dedimus, probè pervolverimus, aliis, ut fit, curis intenti, ſepoſuimus. Sed ſuſceptâ demum RERUM BOICARUM COLLECTIONE in memoriam revocavimus ſcriptiſque ad virum nobis muſiſque amiciſſimum FRANCISCUM ANTONIUM VEITHIUM (qui cum FRATRE pariter ERUDITISSIMO, *Plantinorum*, *Stephanorum*, *Gryphiorum*, *Frobeniorumque* acri junctam judicio diligentiam imitatur) haud difficulter impetravi, ut Autographi hujus codicis Peutingeriani ad tempus compos fierem, cumque ille integer à me diſcribi aliis occupatiſſimo non potuiſſet, & urgeretur reſtitutio, amiciſſimus ille vir non levem reſidui partem ſuaptè manu nitidè deſcriptam ad me miſit; quam etiam ad finem *Collectaneorum* horum *Sunthemianorum* adjecimus, hocque loco (etſi illud ſit minimum laudum ſuarum) ſaltem memorandum duximus. Jam de ſingulis Sunthemii monumentis acturi, eo ordine, quo hîc eduntur recenſebimus. Sunt ea tumultuariè ſatis digeſta ut facile agnoſcas, itinerum atque excurſionum, quas MAXIMILIANI juſſu per Germaniam inſtituit, velut ſpolia hîc legi & Ennianum aliquod Fimetum, è quo tamen auri nonnihil eruet non nauſeabunda ſolertia.

Primo igitur loco, nimirum pro inſtituti noſtri ratione ſe offert

Ladislai Sunthemii Familia Ducum Bavariæ ex Comitibus de Schewrn.

Ejuſdem Familia Palatinorum Comitum Rheni Ducum Bavariæ ex Comitibus de Schewrn & Wittelſpach.

In utroque ſcripto non pauca occurrunt, præcipuè circa tempora SUNTHEMIO propinquiora, quæ alibi fruſtra quæras. Inter alia familiare huic auctori Proſopographiæ Principum (quam nimis negligi video) operam dare, quod quid aliud eſt quam ad oculorum fidem provocare. Sequitur

Ejuſdem Familia Marchionum Veronenſium de Baden dictorum. Accedunt *Collectanea Hiſtorico-Genealogico-Geographica rerum Badenſium.*

(o) Hæc poſtrema duo verba ſerius à Peutingero addita.

Cum jam olim Hiſtoriæ Germanicæ gnarorum vetus querela fuerit *Res* BADENSES non pro merito antiquiſſimæ & illuſtriſſimæ Domûs illuſtratas fuiſſe, lubens merito viali huic Mercurio lapidem adjicio, maximè quod non *rebus Boicis* duntaxat (etſi iis præcipuè) ſed GERMANICIS univerſim collectione hac noſtra qualicunque nova lux quæratur; domusque annoſa atque præluſtris arctiori hodie quoque, ut pridem ante, nexu cum BOICA connectatur.

Badenſes antiquitates, WIRTENBERGENSES excipiunt, in quibus ſingularem diligentiam adhibuiſſe SUNTHEMIUM obſervamus: nam geminam illius proſapiæ genealogiam contexuit, vernaculè latinèque, quam utramque quod ſua quæque ſingularia habeat, hîc proferimus. Accedit *chorographica provinciæ illius deſcriptio & Monaſteriorum* per eam *brevis recenſio* ab autore & à tempore, quo collecta hæc fuerunt, fortaſſis commendatiora.

Eodem etiam loco habenda eſt *ejusdem Auctoris Monaſteriologia Franconiæ*, cui nonnullorum *Sueviæ* quoque & *Bavariæ antiquitates monaſticas* ſubtexuit, quarum ſingularum cenſum inire longum, &, cum ipſas demus, ſupervacaneum ſit; niſi quod *de vita S. Hildegundis*, quam ex Cod. MS. Schedeliano latinè Tomo I. collectionis noſtræ in medium protulimus, opportuna hic recurrat monendi occaſio nos in *Monito prævio* ibidem *Uracum Wirtenbergenſe* cum *Franconico* (ut fit in opere longo atque tœdioſo) oſcitanter confudiſſe; de quo errore primus mihi aurem amicè vellicavit Gallicæ nobilitatis decus illuſtriſſimus Eques Melitenſis LUDOVICUS GABRIEL DU BUAT, cujus non gallicarum modo ſed & noſtrarum antiquitatum origines per omne monumentorum genus perſcrutandi ſolertia tanta eſt tamque felix inveſtigatio ut eidem quantus eſt Bibliothecæ Boicæ theſaurus, haud videatur ſufficere.

De vita S. Hadalagiæ, quæ ibidem occaſione Kitzingenſis Monaſterii haud dubiè ex veteri codice inſeritur, quod moneam non habeo, cum ipſe SUNTHEMIUS, unde nactus fuerit, addere neglexerit, Hagiographos hæc reſpicit disquiſitio, quorum calculo (qui mihi inſtar Minervæ calculi) hæc res committitur.

Hæc excipit SUNTHMEMII *Familia* ANTIQUORUM BURGRAVIORUM NURNBERGENSIUM, quam breviter; & *Ejusdem* ARBOR ET FAMILIA MODERNORUM BURGRAVIORUM NORIBERGENSIUM, quam prolixius proſequitur, mox etiam latinè & cum proloquio; tanquam juſti operis telam exorſurus. Quod poſtremum opuſculum anno MCCCCXCVI. elucubrâſſe invenitur. In fine adjecit *Indiculum geographicum*, urbium, oppidorum arciumque quæ Domui Brandenburgicæ diverſis temporibus & titulis ceſſere.

Delectatum hoc genere compilationis SUNTHEMIUM collectanea illius probant, JOSIÆ SIMLERO *Geſnerianæ Bibliothecæ* Epitomatori haud dubiè etiam cognita. Ita enim ille in *Ladislao Sunthemio* (*p*): *de lingua vulgari per Germaniam ſuperiorem* (*q*) & HISTORIARUM COLLECTANEA *ſcripſit*.

Poſtremo loco ejusdem auctoris *brevem narrationem* adjecimus *de urbe Moguntinenſi in turbis Iſemburgicis à Ludovico Nigro Comite Palatino Rheni & ſuis capta atque direpta*, duobus ejusdem gregis opilionibus non de Pedo ſed de Forbice contendentibus.

Reliqua quæ ſequuntur ex eodem Codice deſcripta, diligentiæ atque humanitati clariſſimi viri, ut ſuperius gratus memorque recolui, FRANCISCI ANTONII VEITHII Auguſtani, debentur ſuntque ſequentia:

Familia antiquorum Marchionum Brandenburgenſium.
Familia Marchionum Miſnenſium.
Marchiones Luſatiæ, Comites Merſeburgenſes.
Familia Ducum Magnopolenſium.

(*p*) In Epitome Bibl. Geſner. edit. Tigur. 1555. fol.
(*q*) Quid ſibi his velit Simlerus ignorare nos fatemur.

Familia Ducum Stetinenſium.
Familia Ducum Pomeraniæ.
Landgravii Thuringiæ & eorum proles.
Familia Landgraviorum Haſſiæ.
Arbor Familiæ Landgraviorum Thuringiæ.

In quibus omnibus ſingulariter in id videtur ſtudium intendiſſe ut Mecœnatis ſui MAXIMILIANI Auguſti, Progeniei illuſtrandæ, compilationes hæ inſervirent, quod multis in locis ſatis perſpicuè prodit. Quæ ſuperſunt BOICA ſunt & *Agilolphingicas* ac *Carolingicas* origines reſpiciunt, quæ, etſi melius & tutius aliunde petantur, tamen negligenda eſſe non duximus cum noſtra ſint & ex vetuſtioribus ſaltem excerpta. Licet enim fabulis inquinata, craſſis erroribus ſcateant, habent tamen ſubinde utilitatem, quam non præmittunt. Id quod univerſim de LADISLAI SUNTHEMII ſcriptis ſentiendum puto, qui meo quidem judicio majori & ſtudio & ingenii moderatione uſus eſt, quam qui cum ipſo, mappam mittente Maximiliano, genealogicum hoc ſtadium cucurrerunt. Magni illius PAPEBROCHII de hoc argumento ſententiam ultro amplector, eaque velut gemma hoc monitum conſigno, ſimulque SUNTHEMIO gratulor, quod inter illa aulæ genealogico muſto madidæ invitamenta, ſobriè ſatis, fabuloſa initia evitârit, & rem hiſtoricam ab hiſtoria cœperit. Ita autem (r) Papebrochius vir recti, ſi quis alius, in his talibus judicii (r): *Eæ Familiæ & ſunt & meritò habentur antiquiſſimæ, quæ ſuum nomen ad quatuor aut quinque ſecula ſurſum ducere ac probare poſſunt ex publicis eorum, de quibus agitur, temporum documentis: ſine quibus aſcendere qui nititur ſomniculoſos Genealogiſtas inveniat oportet, etiam ad Remum & Romulum, ipſumque Adamum, qualemcunque familiam adulatoria fictione perducturos.*

Ladislai Sunthemii Familia Ducum Bavariæ ex Comitibus de Schewrn, è quibus moderni Bavariæ Principes proceſſerunt.

ECkhardus egregius & ſtrenuus Dominus, Comes in Scheirn conſanguineus Arnolfi mali Ducis Bavariæ.

Heilka ejus uxor filia cujuſdam de (s) Lengenfeld (s), ex qua genuit filium Ottonem nomine, qui poſtea magnus & Palatinus (t) Comes dictus eſt. (t)

Otto magnus Palatinus Comes de Witelſpach & Scheirn Dux Bavariæ, filius Eckhardi Comitis in Scheirn & Dominæ Heilkæ ejus uxoris de Lengfelt, habuit tres fratres Conradum, Fridericum & Ottonem juniorem maximæ liberalitatis & virtutis viros. Hi virtuoſi, fortunati, prudentes fœlicesque fuerunt. Hic Otto magnus Palatinus Comes de Witelſpach & Scheirn per Fridericum primum Cæſarem anno Dni. MCLXXX. Dux Bavariæ creatus fuit, contra Hainricum Leonem Bavariæ & Saxoniæ Ducem.

Verſus:

Otto zu Bayrn Hertzog was
Tauſent hundert achtzig man laß
Sachſen hett er in ſeiner Handt
Grosmuetig was der Furſt genant.

Anno Domini MCXXVI. Otto magnus Comes Palatinus in Witelſpach & Scheirn Dux Bavariæ Palatinus Rheni fundavit monaſterium Inderſtorf nomine, Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini, quinque miliaribus ab Auguſta ibidem ſepultus ſuper fluvio Glana ſitum.

Verſus:

Aulam fundatam per me tibi virgo beatam
Serves oblatam ſub honorum culmine latam.

Agnes uxor Ottonis Magni nata Palatina Comitiſſa Scheirn in Bavaria. Scheirn hodie eſt Monaſterium Monachorum Ordinis S. Benedicti medium miliare ab Ilbenmünſter diſtans ubi multi Schirenſes Comites ſepeliuntur.

Otto magnus Palatinus Comes de Witelſpach & Scheirn, qui tunc temporis, videlicet Friderici I. Cæſ. armis & conſilio magnus fuit, Ducatus ſuperioris & inferioris Bavariæ laudabiliter habere meruit, homo fortunatus & prudentiſſimus. Hujus tempore Bavaria maxima pace & abundantia gaudebat; fuit enim in obſidione civitatis Mediolani cum prædicto Cæſare ubi fortia & magnifica opera exercuit, poſt depoſitionem Henrici Leonis Ducis Bavariæ & Saxoniæ per Fridericum I. Cæſarem Bavariæ Dux creatus fuit anno MCLXXX. & obiit anno MCLXXXIII.

(r) Acta SS. Tomo II. April. in Propyl. C. III. f. 45.
(s) Peutingerus in marg. *non Eckardi ſed Ottonis Palatini.*
(t) *Hujus filii quatuor*. Peut. in marg.

Conradus frater ejus, primo Archiepiſcopus Maguntinus, & pro eo quod noluit ſtare cum Friderico primo, Cæſare contra Alexandrum verum & legitimum Papam & Octavianum Antipapam fovere, ſed tenuit cum Alexandro vero Papa à Friderico I. fuit depoſitus & Romam adiit, ibique per aliquod ſpatium permanſit, & ab Alexandro Papa Sabinenſi Epiſcopatui præficitur, & poſt mortem Octaviani Antipapæ interventu fratrum ſuorum Ottonis Magni, Friderici Barbati & Ottonis junioris ad quorum nutum tunc regni pendebat conſilium, in gratiam Cæſaris reverſus & reconciliatus Maguntino Epiſcopatui ab Imperatore prædicto laudabiliter præficitur & temporibus Philippi Romanorum Regis de Hohenſtauffen, filii Friderici I. Cæſ. moritur Conradus & in Eccleſia ſua Maguntinenſi cum magno honore ſepultus eſt.

Fridericus Barbatus Comes Palatinus de Witelſpach & Scheirn, frater Conradi & Ottonis M. Comitum Palatinorum de Witelſpach & Scheirn, ſpiritualem vitam profeſſus eſt & in maxima quiete & abundantia vitam duxit, & fuit hoſpitalis & Pater Monaſteriorum, & in Enſtorf Monaſterio Ordinis S. Benedicti quod Otto frater ejus fundavit, ſepelitur.

Otto junior Comes Palatinus in Witelſpach & Scheirn frater Conradi Archiepiſcopi Maguntini, Ottonis M. Ducis Bavariæ & Friderici Barbati Comitis in Witelſpach & Scheirn optimæ ſtrenuitatis & virtutis, acceptus charusque Friderico I. Cæſari fuit. Apud Monaſterium Inderſtorf ſepelitur.

Otto juvenis Comes in Witelſpach & Scheirn filius Ottonis junioris Comitis Palatini in Witelspach & Scheirn, proh dolor! Philippum Romanorum Regem, Sueviæ Ducem, ſocerum ſuum in Babenberg interemit in camera ſua, quia Philippus Rex eidem Ottoni filiam ſuam matrimonio copulaverat & poſt multos ſumptus quos idem Otto cum filia prædicti Regis conſumpſit filiam ſuam huic indigne abſtulit, dicens eum eſſe leproſum & alio copulavit. Unde & ipſe Otto in ultionem ejus ſanguinis anno ſequenti in gravia ſua à Hainrico de Calentin imperii Mareſcalco occiſus eſt & ejus progenies tota poſtea per Fridericum II. Cæſarem ejus ex fratre nepotem expulſa eſt. Profugi facti Silveſtres Comites appellati fuerunt, propriè *die Wiltgraffen*, qui hodie in partibus Rheni degunt, videlicet eorum poſteri & de eorum ſanguine nati.

Ludovicus puer dictus *Probus*, qui juvenis erat, quando pater ejus deceſſit, filius Ottonis M. Ducis Bavariæ Palatini Comitis de Witelspach & Scheirn, natus ex Domina Agnete, nata Comitiſſa Palatina in Scheirn. Fuit Dux Bavariæ ſuperioris & inferioris. Quando erat adhuc puer parvus Friderici Barbati & Ottonis junioris Palatinorum Comitum in Witelspach, qui erant patrui ſui, eorum auxilio & conſilio, Ducatum Bavariæ per eos rexit, multis annis eorum conſiliis uſus eſt, attamen invidia inſtigante conſpiratione Principum ſæpius impugnabatur & quam plurimum moleſtabatur. Sed inter hæc fortuna arridente puero Ludovico, qui perſona, divitiis, dignitate mirabiliter accreſcebat, & conſiliis, factus eſt locuplete locupletior & potenti potentior & fortitudine Principum Bavariæ ad hunc ſolum Principem habuit reſpectum *.

* Laborat hoc loco ſenſus, ſed ita Cod. MS.

Conſtruxit oppidum Lantzhuet anno MCCIIII. ac etiam caſtrum Kelhaim. Interfectus eſt anno MCCXXXI.

Verſus:

Ludwig deſſelben Otten Sun
Het zu einem Weib von Kunigs Sam
Ludmill die Tochter von Beham
Er ſtarb von Stechen zu Kelham.

Ludmilla Regina Bohemiæ filia Primislai ſeu Ottakari primi ejus nominis, relicta Alberti II. ejus nominis Comitis in Pogen. Ejus uxor & Ludovicus reſedit in Lantzhut & Strawbing & ad ultimum propè oppidum Kelhaim, à quodam ignoto ſicario à Friderico II. Cæſ. miſſo interfectus fuit. Anno MCCXXXI. in Monaſterio virginum S. Benedicti Ordinis in ſuburbio Landzhut Salntal dicto, quod Ludmilla ejus uxor conſtruxit & dotavit, cum uxore ſepultus, ubi plures Principes & Principiſſæ ſepeliuntur.

Otto Dux ſuperioris & inferioris Bavariæ & ex uxore Agnete Palatina Rheni Palatinus Rheni factus fuit. Primus ejus familiæ Palatinus & per Fridericum II. Cæſarem ad eundem confirmatus & inveſtitus, à quo omnes moderni Palatini deſcenderunt, & fuit ſtrenuus & bellicoſus, & obiit in excommunicatione.

Verſus:

Otto der erſt Phaltzgraf bey Rhein
Hett Phaltzgraf Hainrichs Tochterlain
Mit Manheit er es erfecht
Des Reichs Churfürſt bleib ſein Geſchlecht.

Agnes Ottonis uxor, filia Heinrici Ducis Saxoniæ, Rheni Palatini, ex qua Otto Palatinatum Rheni conſecutus fuit, & ipſe Otto reſedit in Landzhuet, Strawbing & Haidelberg.

Idem Otto arcem & oppidum Tüngelfingen conſtruxit & caſtrum Geyrſperg & ſubitaneè obiit in Banno, anno Domini MCCLII. & anno Domini MCCXL. Reges Ungariæ & Bohemiæ, Bela IIII. & Wenceslaus ac etiam prædictus Otto Dux Bavariæ Palatinus Rheni Auſtriam multis malis impugnaverunt & devaſtaverunt & anno MCCXLVI. Otto Dux juvit Hermanno

Marchioni de Baden, quod Auſtriam intravit & Gertrudem filiam Hainrici crudelis de Medlico Ducis Auſtriæ in uxorem accepit & cum ea Auſtriæ Ducatum per eam obtinuit. Otto & Hermannus fuerunt affines & ſororii, Ludovicus filius Ottonis & Agnetis Dux ſuperioris Bavariæ & Rheni Palatinus. Iſte Ludovicus conſtruxit oppidum & caſtrum Fridberg, in odium Auguſtenſium & fuit bellicoſus & animoſus Princeps, & cum Hainrico fratre Duce inferioris Bavariæ per aliquot annos diſcors fuit.

Ludwig ſein Sun zwey Weiber hett
Maria von Brabant raumpt das Bett
Da nam er die im was bekant
Anna ein Herzogin von Polant.

Et Ludovicus fuit natus anno Domini MCCXXXVIII. & obiit in Heidelberga in camera, in qua natus fuit anno Domini MCCLXXXXV. & in Monaſterio Monachorum Fürſtenfeld ſua fundatione, Ordinis Ciſtercienſis ſepelitur.

Item comitatus Rotneck per emptionem venit ad eum, comitatus Mosburg & comitatus Waſſerburg ei acceſſerunt. Reſedit in Monaco & Strawbing & in Heidelberga & ducavit annis LVII. & iſte Ludovicus per patrem Ottonem cum exercitu in ſuperiori Auſtria oppida Lintz & Anaſum cum magna parte illius Provinciæ ſibi ſubjugavit, is Ludovicus habuit tres uxores.

Maria filia Ducis Brabantiæ conſanguinea S. Eliſabeth Reginæ Ungariæ, Landgravia Thuringiæ & Haſſiæ, quam cum una virgine ob falſam ſuſpicionem in Werd Suevico decollari juſſit, ibidem in Monaſterio ſanctæ Crucis, S. Benedicti Ordinis, in capitulo ſepelitur, & Ludovicus ob injuſtam interfectionem conjugis, Monaſterium Fürſtnfeld conſtruxit & dotavit & ibidem ſepelitur.

Anna ſecunda uxor Ludovici prætacti, filia Ducis Sleſiæ Conradi, Ducis Glegoviæ ex qua habuit prolem.

Mechtildis tertia uxor ejus, filia Rudolfi Regis Romanorum, Comitis de Habsburg, ex qua genuit Rudolfum Rheni Palatinum & Ludovicum IIII. Ducem Bavariæ poſtea Romanorum Imperatorem.

Ludovicus filius Ludovici ſenioris, Ducis ſuperioris Bavariæ, Rheni Palatini, debebat Palatinus factus fuiſſe, ſi ſupervixiſſet, in oppido Nurnberg in uno haſtiludio fuit interemptus, anno videlicet Domini MCCLXXXVIIII., cui erat deſponſata filia Regis Ungariæ *.

* imò Lotharingiæ Ducis.

Eliſabeth ejus uxor filia Regis Ungariæ, non genuit marito proles, & fuit frater ex patre Ludovici junioris Imperatoris & Ducis Bavariæ & Rudolfi Rheni Palatini.

Ludwig ain hart ſtoltzer Man
Zu Weib nam ym aus Ungern gan
Eliſabethn des Kunigs Kind
Zu Nürnberg ſtach in tod ſein Feindt.

Et fuit natus ex Anna Sleſia de Glogovia. Eliſabeth ſoror illius Ludovici ex Domina Anna de Glogovia in Sleſia nata.

Ladislaus IIII. ejus nominis Rex Ungariæ maritus Eliſabeth prætactæ. Non habuerunt proles.

Rudolfus primogenitus Ludovici ſenioris Ducis ſuperioris Bavariæ, Rheni Palatini ex Mechtilde filia Rudolfi Regis Romanorum Comitis de Habsburg natus fuit, Palatinus Rheni.

Ruedolf die Chur beſaß
Der Kayſer Ludwigs Bruder was,
Sein von Naſſaw Kunigs Kind
Der Pfalz vil Weishait daher dint.

Hic Rudolphus in electione Franckfordiæ non elegit fratrem ſuum Ludovicum juniorem Ducem Bavariæ, ſed elegit Fridericum Ducem Auſtriæ, conſanguineum ſuum, & ideo poſtea Rudolfus à Fratre Ludovico fuit expulſus & tranſivit in Angliam, ibi exul obiit, & reliquit tres filios e Mechtilde de Naſſaw, Rudolfum, Rudpertum & Adolfum Rheni Palatinos, & Rudolfus prætactus etiam ad tempus rexit in ſuperiori Bavaria.

Ludovicus junior, alter Ludóvici ſenioris Ducis ſuperioris Bavariæ Rheni Palatini filius ex Domina Mechtilde filia Rudolfi Regis Romanorum Comitis de Habsburg natus, frater Rudolfi Palatini Rheni ex utroque parente, Dux ſuperioris Bavariæ, & poſt mortem Nepotum etiam Dux inferioris Bavariæ & poſtea Romanorum Imperator contra Fridericum Ducem Auſtriæ conſanguineum ſuum electus in Regem Romanorum; fuerunt competitores, contenderunt novem annos pro regno, ſed tandem Ludovicus Fridericum amicum ſuum Ducem Auſtriæ captivavit, & poſt mortem Friderici Imperator factus fuit, & fuit coronatus in Cæſarem Romæ anno ſalutis MCCCXXVIII. & Domina Margaretha Comitiſſa Hollandiæ ſecunda uxor ipſius, cum eo Romæ in Imperatricem coronata fuit, quæ Romæ peperit filium Ludovicum cognomine Romanum, quia Romæ natus fuit, & Ludovicus prædictus in patris ſui obitu erat tantum ſeptem annorum & fuit amicabilis & multum humanus & libenter ſalutabat homines utriusque ſexûs, & ideo omnia fortunatè ſibi ſucceſſerunt, & in neceſſitatibus fuit animoſus & providus, & in omnibus geſſit ſe ſicut Principem decet, ſed non fuit doctus, nec litteratus, hoc poſtea ceſſit ſibi in damnum & fundavit Monaſterium Etal Ordinis S. Benedicti anno milleſimo CCC. triceſimo & dedit caſum ab uno equo in venatione, & obiit in excommunicatione anno ſalutis MCCCXLVII. ſépultus in Monaco in majori Eccleſia beatæ Virginis in choro ibidem.

Kayſer Ludwig mit Haws hielt in
Munchner Lande
Er hett allain alls Bayrlande
On die Pfalz bey Rein

Sein Weib was von Hollande
ein Grafin ſein.

Beatrix prima uxor Ludovici junioris Ducis Bavariæ, filia Ducis Poloniæ, ex qua genuit Ludovicum & Stephanum Duces Bavarorum.

Margaretha ſecunda uxor Ludovici junioris Ducis Bavariæ filia Wilhelmi III. ejus nominis Comitis Hollandiæ, Selandiæ, Domini Friſiæ, & Hannoniæ, ſoror Wilhelmi IIII. ejus nominis, terrarum prædictarum Domini, qui ſine prole obiit, & Domina Margaretha prædicta erat hæres & Domina terrarum prædictarum, & fuit cum marito Romæ in Imperatricem creata, & ibidem genuit ei filium Ludovicum cognomine Romanum, quia Romæ natus fuit, ex qua Ludovicus Cæſar genuit Wilhelmum ſeniorem, Albertum ſeniorem, Ludovicum cognomine Romanum, Ottonem & Eliſabeth filiam Comitiſſæ de Wirtenberg.

Heinricus Dux inferioris Bavariæ reſedit in Lantzhuet, filius Ottonis Ducis Bavariæ, Rheni Palatini, & Dominæ Agnetis ejus uxoris, Rheni Palatinæ, & frater Ludovici ſenioris Ducis ſuperioris Bavariæ Rheni Palatini. Hic Hainricus natus fuit anno Domini MCCXXXV. Hic anno Domini MCCLIIII. duxit uxorem Dominam Eliſabeth filiam Regis Ungariæ, Belæ IV. ejus nominis & diviſit Provincias cum Ludovico ſeniore fratre ſuo Rheni Palatino anno MCCLV. & obiit anno Domini MCCLXXXXII. apud Burchauſen bono fine, cum omnibus ſacramentis procuratus & in ſuburbio oppidi Landzhuet in Monaſterio Monialium S. Benedicti Ordinis quod Vallis Fœlix vocatur proprie Saldental * ſepelitur, & ejus uxor Eliſabeth deceſſit anno ſalutis MCCLXXI. & genuit quatuor filios & quatuor filias. Iſte Hainricus anno Dom. MCCLXXXXV. Monaſterium quod cella Principum vocatur, propriè Fürſtencell, Ciſtercienſis Ordinis, fundavit.

* Saligthal.

Eliſabeth uxor Hainrici, filia Belæ IV. Regis Ungariæ, qui erat frater S. Eliſabeth Landgraviæ Thuringiæ & Haſſiæ.

Otto primogenitus Hainrici & Eliſabeth natus eſt anno Domini MCCLXI. & fuit calvus & aſtutus, ſtrenuus & bellicoſus, & fuit Dux inferioris Bavariæ, videlicet unius partis & reſedit in Landzhuet, & fuit in Regem Ungariæ electus ratione matris quæ erat filia Regis Ungariæ Belæ IV. & fuit coronatus in Regem Ungariæ anno Domini MCCCVI. & multa ibidem paſſus, & captus fuit, & habuit duas uxores & obiit anno Domini MCCCIX. in Monaſterio Saldental ſepultus, & vixit XLVIII. annis, & rexit tantum tres annos in Ungaria & multa mala Auſtriæ & Styriæ intulit, & poſſedit etiam alia oppida Tingelfingen, Landaw, Vilshoven, Teggendorf, Kham, Khelhaim, Pogen & plura his adjacentia.

Otto der Hochgeborn von Art
Gen Unngarn Kunig gefurdert ward
Da in vertraib ſein ſelb Land,
Zu der Sleſi er ain Hertzogin zu Weib
fanndt.

Anna prima uxor Ottonis Regis & Ducis, filia Rudolfi Regis Romanorum, Comitis de Habsburg, ex qua duos filios genuit Rudolfum & Hainricum Duces inferioris Bavariæ, qui juvenes obierunt & ambo in Monaſterio S. Crucis in Auſtria in Capitulo ibidem ſepeliuntur.

Beatrix ſeu Mechtildis Ottonis pro tunc Regis Ungariæ ſecunda uxor Hainrici Ducis Wratiſlaviæ & Glogoviæ in Sleſia filia, ex qua genuit Hainricum juniorem de Naterberg dictum, qui in illo caſtro natus fuit, & educatus, qui fuit Dux inferioris Bavariæ, unius partis videlicet in Landzhuet & reſedit in oppido Landaw & Tingelfingam in ripa Iſaræ ſito. Obiit anno Domini MCCCXXIIII. ſine uxore & prole, ætate viginti unius anni, ſuæ nativitatis, in Valle Felici Monaſterio virginum nobilium Saldentall vocato, Landzhuet in ſuburbio ſito, ſepultus jacet.

Anno Domini MCCLXII. natus fuit Hainricus frater Ottonis Regis, & filius Hainrici & Eliſabeth, & obiit juvenis in Saldenthal ſepultus.

Ludovicus Dux unius partis inferioris Bavariæ, frater Ottonis Regis Ungariæ Ducis Bavariæ inferioris, etiam frater Stephani Ducis unius partis inferioris Bavariæ non habuit uxorem, neque prolem in Saldental Monaſterio ſepultus, natus fuit anno Domini MCCLXVIII.

Stephanus Dux unius partis inferioris Bavariæ reſedit in oppido Landzhuet, frater Ottonis Regis Ungariæ, Ducis Bavariæ Ludovici & Heinrici Ducum Bavariæ, filius Heinrici Ducis inferioris Bavariæ & Eliſabeth ejus uxoris Reginæ Ungariæ.

Juſta uxor ejus, vel Gutta filia Principis de Wrſtenberg in Sleſia, habuit proles duos, Heinricum ſeniorem & Ottonem Duces Bavariæ.

Eliſabeth nata fuit anno Dom. MCCLXIII. ſoror Ottonis Regis Ungariæ & fratrum ejus, in pueritia obiit, in Salntal ſepulta.

Katharina nata fuit MCCLXVII. ſoror Ottonis & fratrum ejus, juvenis deceſſit in Saldental ſepulta; anno MCCLXX. fuit monialis in Saldental Monaſterio virginum nobilium & fuit XIII. annorum, quando intravit Monaſterium, etiam ſoror Ottonis Regis & fratrum ejus, ibidem ſepulta.

Anno Domini MCCLXVIIII. nata fuit Domina Sophia ſoror Ottonis Regis & fratrum ejus, uxor Gebhardi Comitis in Hirsperg in Epiſcopatu Eiſtetenſi ſiti, mater Gerhardi Comitis in Hirſperg, in Salntal ſepulta.

Hainricus ſenior Dux inferioris Bavariæ filius Stephani Ducis inferioris Bavariæ reſedit in Landzhuet, & habuit illa oppida Strawbing, Scherding, Pfarkirchen &

plura his adjacentia, & fuit dives, potens, rixoſus & bellicoſus & malus Princeps cui prætacta oppida in diviſione facta ceſſerunt anno MCCCXXXI.

Margareta ejus uxor filia Johannis cæci Regis Bohemiæ, habuerunt filium Johannem.

Otto Dux Bavariæ inferioris ſcilicet unius partis, filius Stephani Ducis Bavariæ & frater Heinrici ſenioris Ducis Bavariæ, cui in diviſione ceſſit Burckhauſen, ubi reſedit, Otting, Trawſtain, Reichenhal & plura his adjacentia.

Richarda ejus uxor, Comitiſſa Juliacenſis propriè Gülch, non habuerunt proles, in Saldental ſepulti.

Joannes Dux inferioris Bavariæ filius Heinrici ſenioris, Ducis inferioris Bavariæ & Dominæ Margarethæ ejus uxoris Reginæ Bohemiæ. Reſedit in Landshuet, habuit etiam Strawbing, Scherding, Parrkirchen, & his adjacentia & obiit anno ſalutis MCCCXXXVIIII. Anno ætatis ſuæ XXI. in Saldental ſepultus.

N. Uxor Joannis Ducis Bavariæ inferioris, filia Ludovici IIII. ejus nominis Romanorum Imperatoris Ducis Superioris Bavariæ & in illo Johanne Genero Cæſaris defecit familia Ducum Bavariæ inferioris & Ludovicus Cæſar factus fuit etiam Dux inferioris Bavariæ, & ſic poſſedit totam Bavariam ſuperiorem & inferiorem.

Ludovicus primogenitus filius Ludovici IIII. Cæſaris Ducis ſuperioris & inferioris Bavariæ ex Beatrice Polona ejus prima uxore natus, Marchio Brandenburgenſis & Dux ſuperioris Bavariæ, tenuit ſuam reſidentiam in Monaco. N. ejus uxor prima, filia Regis Daciæ propriè Dänemarckt, quæ non genuit proles.

Margareta ſecunda uxor Ludovici ſupra ſcripti cognomine Maultaſch propter latum os, filia Hainrici Ducis Carinthiæ Comitis Tyrolis, ex qua comitatum Tyrolis obtinuit, quæ genuit ei filium Meinhardum nomine & ſepelitur Wiennæ in Eccleſia S. Stephani, in ſepulchro Principum ibidem. Ludovicus Dei gratia Marchio Brandenburgenſis, Dux Bavariæ & Carinthiæ Comes Tyrolis & Goritiæ, Advocatus Eccleſiarum Aquilegienſis, Brixinenſis & Tridentinenſis &c. ſed illas terras non omnes rexit, & transactis aliquibus annis poſt obitum patris ſui Ludovici, diviſit terras inter fratres ſuos, & fratri ex patre & matre Stephano, qui in fibulis dicebatur, Wilhelmo ſeniore & Alberto ſeniore ex patre tantum, partem inferioris Bavariæ cum oppido & caſtro Strawbing, & quæ ex matre acquiſiverunt, videlicet Hollandiam, Selandiam, Friſiam & Hannoniam partitus eſt, Stephano verò fratri ex utroque parente ceſſit pars etiam inferioris Bavariæ videlicet Landzhuta ubi reſedit, & pars verſus Saltzburgam & Ingolſtat, & Ludovicus Marchio pro ſe & filio ſuo Meinhardo retinuit ſuperiorem Bavariam cum oppido Monaco ubi reſederunt. Quæ pars poſt mortem Ludovici & Meinhardi dicto Staphano fratri Ludovici acceſſit, & Ludovicus obiit anno ſalutis MCCCLXI. & cum patre & matre, Ludovico Cæſare & Beatrice Duciſſa Poloniæ in Monaco ad beatam Virginem ſepelitur. Præfatus etiam Ludovicus fratribus ſuis junioribus Ludovico cognomine Romano quia Romæ natus fuit, & Ottoni Marchioni Brandenburgenſi dedit, & fuerunt ex patre fratres ejus & non ex matre, ſic etiam fuerunt Wilhelmus ſenior & Albertus ſenior ex patre tantum.

Eliſabeth etiam ſoror Ludovici Marchionis ex patre de Margareta Comitiſſa Hollandiæ nata, uxor Udalrici Comitis de Wirtenberg, qui Comes anno Domini MCCCLXXXVIII. in conflictu propè villam Teffingen ab oppidis imperialibus interfectus eſt.

Sophia Duciſſa Lotharingiæ fuit ſoror dicti Udalrici Comitis in Wirtenberg.

Meinhardus filius Ludovici Marchionis Brandenburgenſis & Ducis ſuperioris Bavariæ ex Domina Margareta cognomine Mawltaſch Duciſſa Carinthiæ, Comitiſſa Tyrolis natus, Marchio Brandenburgenſis, Dux ſuperioris Bavariæ & Comes Tyrolis, reſedit in Monaco ad tempus, ſed poſtea occultè receſſit ad Montana & ibidem obiit anno ſalutis MCCCLXIII. ſepultus in comitatu Tyrolenſi, & fertur quod ejus mater Ludovicum patrem opio potionaverit, & ita ſomnolentum & vivum ſepeliri fecerit, & filium veneno ſuſtulerit, & prava de eadem muliere ſcribuntur & dicuntur, & ipſe Meinhardus nondum ducavit.

Margaretha Meinhardi uxor, filia Alberti II. ejus nominis Ducis Auſtriæ & ſoror Rudolfi IIII. Archiducis Auſtriæ, non habuerunt proles & Mainhardus ejus maritus ob amorem Dominæ Margarethæ uxoris ſuæ Duciſſæ Auſtriæ dedit comitatum Tyrolis Rudolfo IIII. ejus nominis Archiduci Auſtriæ ſororio ſuo, & Domina Margaretha prædicta poſt Meinhardi obitum duxit Joannem Marchionem Moraviæ fratrem Karoli IIII. Imperatoris, Bohemiæ Regis & ex illo Johanne etiam non habuit proles.

Stephanus dictus in Fibulis (u), ſecundo genitus filius Ludovici IIII. Cæſaris, Ducis ſuperioris & inferioris Bavariæ ex Domina Beatrice Duciſſa Poloniæ natus, qui fuit Dux Bavariæ ſuperioris & inferioris poſt fratres ſuos, & fuit frater Ludovici Marchionis Brandenburgenſis ex utroque parente & fuit Dux trium dominiorum Landshuet, Ingelſtat & Monaci, & habuit duas uxores, Dominam Eliſabeth Reginam Siciliæ, ex qua genuit tres filios, Fridericum Dominum in Landzhuet, Stephanum Dominum in Ingelſtat, & Joannem Ducem

---

(u) Alii *Fibulatum* dicunt ab aureis Fibulis quas ornatûs gratia geſtare ſolebat. Peutingerus hoc loco in marg. *der Geſpeng - Gold.*

cem & Dominum in Monaco, & ab illis tribus fratribus deſcenderunt omnes Principes ſuperioris & inferioris Bavariæ, & Eliſabeth eorum ſoror fuit uxor Ottonis Ducis Auſtriæ & Stephanus prædictus in Fibulis & ſenior reſedit in Landshuet &c. Anno Domini MCCCXLIX. Regina Siciliæ obiit, ejus ſepultura non ponitur.

Margaretha ſecunda uxor Stephani filia Johannis Burgravii Nurnbergenſis genuit Hainricum, Ottonem, Ludovicum, Fridericum, Joannem, Eliſabeth, Beatricem Comitiſſam Goritiæ, Agnetem & Jutham virgines; in virginitate obierunt filii vero & Jutha; de illis nihil invenio & piè credendum eſt, quod in puerili ætate obierunt; & obiit ipſa Margareta MCCCLXXVII. cujus ſepultura etiam non ponitur. Et Stephanus ſenior obiit anno Domini MCCCLXXV. in die Gordiani & Epimachi, & ſepelitur in Monaco ad beatam Virginem, cum Ludovico Cæſare patre & Domina Beatrice matre & Ludovico Marchione Brandenburgenſi ſuo fratre.

Item Fridericus quartus, ejus nominis quintus Burgravius Nurnbergenſis & primus Marchio Brandenburgenſis & Princeps Elector Imperii fuit in Concilio Conſtantienſi.

Eliſabeth ejus uxor filia Friderici Ducis inferioris Bavariæ Domini in Lantzhuet cum viro in Marchioniſſam Brandeburgenſem creata anno Dni. MCCCCXVI. genuit Albertum Marchionem Brandenburſem Principem Electorem Imperii & fratres ſuos, & fuit ſoror Heinrici Ducis in Landzhuet.

Fridericus primogenitus Stephani ſenioris Ducis utriusque Bavariæ, cui in diviſione ceſſit principatus & dominium Landzhuet, ubi reſedit, & fuit natus ex Domina Eliſabeth filia Friderici Regis Siciliæ frater Stephani junioris, qui dictus fuit *Hertzog Kneiſſl* & Joannis Ducis Bavariæ de Monaco ex Eliſabeth Regina Siciliæ nati, & iſti tres fratres partiti ſunt provinciam in tres partes anno Domini MCCCLXXXXI. & ipſe fuit medius inter fratres Stephanus ſenior eo & Joannes junior eo, & Friderico ex aſtutia ceſſit Landshuet cum ſuis pertinentiis, & Stephano ceſſit Monacum cum ſuis pertinentiis & Fridericus Dux in una legatione fuit Pragæ cum Rege Bohemiæ & in reverſione obiit anno Domini MCCCLXXXXVIIII. in Monaſterio Monialium Saldntal ſepultus.

Domina Magdalena Friderici Ducis uxor filia Barnabovis Vice Comitis & Principis Mediolani, ſoror Dominæ Thadeæ uxoris Stephani fratris ſui. Domina Magdalena peperit Friderico marito Hainricum Ducem Bavariæ de Landshuta & tres filias, Eliſabeth, Margaretham & iterum Eliſabeth, & anno Domini MCCCLXXX. obiit Domina Magdalena de Mediolano in Saldental ſepulta.

Item anno Domini MCCCLXXXII. obiit Eliſabeth filia Friderici Ducis de Landshuet, ſoror Hainrici Ducis de Landshuet uxor Domini Marci, Vice-Comitis Mediolani.

Margaretha filia Friderici & ſoror Hainrici prima uxor Ludovici Gibboſi Ducis Bavariæ.

Eliſabeth ſoror Hainrici de Landshuet uxor Friderici Burgravii Nurnbergenſis Marchionis Brandenburgenſis.

Hainricus Dux Bavariæ reſedit in Landshuet & fuit filius Friderici Ducis Bavariæ, qui etiam reſedit in Landshuet & Dominæ Magdalenæ ejus uxoris Principiſſæ Mediolani, & fuit dictus Heinricus *Niger*, quia niger fuit. Is multos cives in Landshuet decollari præcepit & nonnullos expulit & etiam aliquos taxavit. Fuit parcus & avarus & congregavit magnum theſaurum & à conſobrino ſuo Ludovico Barbato Duce Bavariæ de Ingelſtat ſutor & carnifex vocatus fuit, & poſt capturam Ludovici Barbati recepit provinciam ipſius videlicet Principatum de Ingelſtat cum ſuis attinentiis & nonnullas civitates illius dominii, videlicet Waſſerburg, Landaw, Tingelfingen, Erding, Scherding gladio devicit & ſibi appropriavit.

Margareta Heinrici uxor filia Alberti IIII. ejus nominis Ducis Auſtriæ & ſoror Alberti V. Romanorum, Ungariæ & Bohemiæ Regis, Ducis Auſtriæ & Marchionis Moraviæ. Ex qua genuit filium Ludovicum, qui *Dives* cognominatus fuit, & tres filias Johannam, Eliſabeth & Margaretham.

Johanna filia Heinrici & Margarethæ de Auſtria uxor Ottonis ſenioris Ducis Bavariæ de Novo-Foro dicti, genuit ei filios & filias.

Eliſabeth alia filia Heinrici & Margarethæ uxor Udalrici Comitis de Wirtemberg, qui *Gotznieswurtz* dictus fuit, genuit ei pueros.

Margaretha tertia filia Hainrici & Margarethæ, fuit monialis in ſuburbio oppidi Landzhuet, Vallis Felix dicitur, vulgò Saldntal.

Ludovicus Dives cognominatus, filius Heinrici & Dominæ Margarethæ Duciſſæ Auſtriæ, fuit Dux Bavariæ & Dominus in Landshuet & ibidem reſedit, & patri ſuo ſucceſſit in principatibus, Landzhuet & Ingelſtat cum eorum pertinentiis & habuit magna bella cum Alberto Marchione Brandenburgenſi conſobrino ac ſororio ſuo, & cum civitatibus Imperialibus & fudit ac fugavit eorum exercitum ante oppidum imperiale Giengen & oppida Swebiſchwerd & Aichſtett atz Rot gladio devicit & in ſuam poteſtatem redegit; ſed poſtea Schwebiſchwerd imperio reſtituit. Fuit amabilis atque probus Princeps & amator mulierum, & fuit pinguis & facie morpheaticus & podograicus. Plures genuit Baſtardos. Fundavit Univerſitatem in Ingolſtat & caſtrum ibidem, & perſolvit carnis debitum anno ſalutis MCCCCLXXIX. ſequenti die poſt Anthonii, & in Monaſterio monialium Saldental ſepultus jacet.

Amelia uxor Ludovici prædicti, filia Friderici Ducis Saxoniæ Electoris & Dominæ Margarethæ ejus uxoris, Duciſſæ Auſtriæ ſoror Friderici III. Imperatoris Ungariæ Regis & Auſtriæ Ducis, ſoror Erneſti & Alberti Ducum Saxoniæ, quam quaſi captivam in caſtro Burckhauſen tenuit, ex qua genuit Georgium filium & Margaretham filiam.

Georgius filius prædicti Ludovici & Dominæ Ameliæ Duciſſæ Saxoniæ Dux Bavariæ Dominus principatuum Landshuet & Ingelſtat, & in Landshueta reſedit. Fuit Princeps fortis & audax & libenter haſtiluſit atque venatoni operam dedit & aucupio, & oppidum Imperiale Nordling aliquot ſeptimanis obſedit, ſed poſt mandatum Friderici III. Cæſ. Auſtriæ Ducis, & placitum ab oppido receſſit. Movit etiam Ulmenſibus & Bibracenſibus, oppidis imperialibus bellum, propter quamdam jurisdictionem quam dicebat ſpectare ad oppidum ſuum Weiſſenhorn, & etiam propter theolonium in oppido Geislingen, quod Ulmenſibus eſt, & antecedenter Comitum de Helffenſtain theolonium illud ſpectabat. Qui Comites modo Miniſteriales Georgii Ducis exiſtunt. Idem Dux comitatum Kirchberg emit in deſpectum Ulmenſium. Amelia verò mater ejus poſt obitum Ludovici patris ejus repatriavit ad Miſnam & ibidem obiit & ſepelitur; & prædictus Georgius Dux natus fuit anno Domini MCCCCLV. & fuit in facie morpheaticus & barbam habuit ad rubedinem tendentem (x), & fuit curialis Domini Maximiliani Romanorum Imperatoris, qui eo tempore ſolum Romanorum Rex erat & Archidux Auſtriæ & Comes Tyrolis & Goritiæ, ante mortem ſuam teſtamentum invalidum condidit, quod ſine Romanorum Regis, cujus vaſallus erat, conſenſu facere non potuit nec debuit, & litem poſt ſe reliquit & pauca laude digna peregit, fecit tamen ſtipendium pro ſtudentibus, & conſtruxit caſtrum in oppido Laugingen, & uxorem ſuam Hedwigem in caſtro Burckhauſen quaſi captivam tenuit & valdè raro eam viſitavit ac condormivit, quemadmodum pater matri ſuæ Ameliæ fecit, ſic ipſe. Animam efflavit in oppido Ingolſtat anno MDIIII. & abinde ad Monaſterium Saldntall deductus & ibi humatus eſt.

Hedwigis Ducis Georgii uxor, Cazimiri Regis Poloniæ filia & Dominæ Eliſabeth ejus conthoralis Duciſſæ Auſtriæ, Ladislai Ungariæ & Bohemiæ Regis, Ducis Auſtriæ, Marchionis Moraviæ ſoror, Wladislai Regis Ungariæ & Bohemiæ atque Sigismundi Regis Poloniæ, & etiam germana Dominæ Sophiæ Marchioniſſæ Brandenburgenſis. Ex qua genuit duas filias: Margaretham monialem in Altenhohenaw propè Waſſerburg Ordinis Prædicatorum & Eliſabeth uxorem Rudberti Rheni Palatini, qui ex ea genuit tres filios: Georgium, qui unàcum patre & matre in Lantzhuet Monaſterio Monialium Saldntal ſepeliuntur. Hedwigis vero eorum mater ſepelitur in Monaſterio Raitinhaslach Ciſtercienſis Ordinis.

Domina Margaretha filia Ludovici Divitis Ducis Bavariæ & Dominæ Amaliæ ejus uxoris Duciſſæ Saxoniæ & ſoror Georgii Ducis Bavariæ & Rheni Palatina.

Philippus Dux Bavariæ Rheni Palatinus ejus maritus, ex ea genuit novem filios & quinque filias, & obiit anno ſalutis MDII. in Quadrageſima, in Heidelberga ibidem ad S. Spiritum ſepulta, proba, honeſta & devota fœmina.

Stephanus junior dictus *Herzog Kneißl* primogenitus filius Stephani ſenioris, qui in Fibulis dictus fuit, Ducis ſuperioris & inferioris Bavariæ & Dominæ Eliſabeth ejus uxoris, filiæ Friderici Regis Siciliæ; fuit parvæ ſtaturæ ſed agilis magnanimus & bellicoſus & ſumptuoſus & bonus Princeps & mulierum amator & ſequebatur ubique curias Principum haſtiludendo, exinde contraxit magna debita, quæ poſt ejus mortem filius ſuus Ludovicus Barbatus noluit ſolvere, & ex illa cauſa orta ſunt diſcidia, odia & guerræ inter eum & alios Principes & Magnates Bavariæ. *Er was ein wackerer und junckher Fürſt, und allzeit koſtlich und wol puzt und wol gerüſt*, & fuit Dux Bavariæ & Dominus in Ingelſtat, *und ward von jederman Hertzog Kneißl genant, Er ſtarb anno Dom. MCCCLXXXXIIII. oder LXXXXVI. und ligt begraben in dem Kloſter Schönfeld genant.*

Thadæa uxor prima, filia Barnabonis Vice-Comitis Principis Mediolani, ſoror Dominæ Magdalenæ, uxoris Friderici Ducis Bavariæ Domini in Landshuet fratris ſui, & genuit ex ea Ludovicum Barbatum Ducem Bavariæ Dominum in Ingelſtat, & Eliſabeth Duciſſam Bavariæ Dominam in Ingelſtat, uxorem Caroli VI. ejus nominis Regis Franciæ, qui non fuit benè ſapiens, & peperit ei Carolum VII. ejus nominis Regem Franciæ. Et Domina Thadæa de Mediolano obiit anno Chriſti MCCCLXXXI. N. ſecunda uxor Stephani Kneiſsl fuit filia Ducis Clevenſis & ex illa non habuit proles.

Ludovicus Barbatus filius Stephani Kneiſsl Ducis Bavariæ Domini in Ingelſtat & ejus uxoris Dominæ Thadeæ Principiſſæ Mediolani natus fuit, Dux Bavariæ ſuperioris & inferioris Comes in Graispach & Dominus Mortaniæ in Francia & Dominus in Ingelſtat, Newburg, Fridberg, Strawbing, Waſſerburg, Erding, Scherding cum eorum pertinentiis, & fuit Princeps elegantis ſtaturæ, fortis, animoſus, rixoſus & deriſor hominum & habuit proverbium *ſo Laus ſo*. Et cum ſorore ſua Eliſabeth Regina Franciæ in Francia cum ſororio ſuo Karolo VI. Rege Franciæ ibidem conſilio & adjutorio ſororis imaginem Salvatoris & ſuæ Genitricis Mariæ Virginis,

---

(x) promiſſam & rufam, juxta effigiem in Georgiano Collegio Ingolſtadii.

Gabriel Archangeli & duodecim Apoſtolorum ex regio theſauro ſororii ſui Karoli VI. Regis Franciæ, qui non fuit benè ſapiens, furatus eſt & in Bavariam transmiſit ad oppida Ingelſtat & Burckhauſen, à quibus nunc receſſerunt & evanuerunt, & genuit in Francia filium Ludovicum nomine, qui puer ex Francia in ſporta in Bavariam delatus eſt, & exinde Dux Gibboſus appellatus eſt, qui cum ſorore Eliſabeth Regina Franciæ Karoli VI. Regis Franciæ uxore propter Regis dementiam regnum Franciæ adminiſtravit. Hunc Hainricus Dux Bavariæ Dominus in Landzhuet conſobrinus ejus in Conſtantienſi Concilio gladio transfixit, ſed eo vulnere non obiit, ſed in ejus memoriam gladium & camiſiam retinuit, & de poſt multa bella Hainrico intulit. Sed poſtmodum à proprio filio Ludovico gibboſo captus eſt, qui eum ſororio ſuo Alberto Marchioni Brandenburgenſi tradidit, qui acceptis triginta duobus millibus florenorum Rhenenſium ab Hainrico Duce Bavariæ ipſum ei tradidit, quem in Purckhauſen captivum per tempus vitæ ſuæ tradidit, ubi in excommunicatione obiit, & ad Monaſterium Monachorum Raitnhaslach Ordinis S. Bernhardi delatus & ſepultus jacet. Actum anno Domini MCCCXLVII. in die Maij, & fundavit in Ingolſtadio, ut die noctuque pſalterium legeretur, ſed poſtmodum Ludovicus Heinrici Dives cognominatus ex dicta fundatione ſtudium generale erexit, & ſemper dixit *ſo Laws ſo, und poths Laws, wil uns dan der Hocker*, denotando filium, *die Schweſter* deſignans Heinricum nigrum de Landshuta *und der newlich Edl, kbeyen*, putans Albertum Marchionem Brandenburgenſem. Et Georgius filius ejus erexit caſtrum ibidem. Item illa oppida Scherding & Waſſerburg habuerunt ſingularem amorem erga Ludovicum Barbatum ſuum Principem & in ejus vita non defecerunt ab eo & multa mala propter eum toleraverunt, ſed poſt ejus mortem primo ſe Hainrico Duci ſubdiderunt.

Anna prima uxor Ludovici Barbati ſoror Scarloti ſeu Karolollotti Regis Cypri, ex qua non habuit proles. Pariſiis ad Prædicatores ſepulta jacet.

Domina Katherina ſecunda uxor Ludovici Barbati fuit Comitiſſa Mortaniæ in Francia, Karoli VI. Regis Franciæ conſanguinea, quæ peperit ei in Francia filium Ludovicum Gibboſum.

Joannes frater Ludovici Barbati, Epiſcopus Ratisponenſis, qui ſedit in eodem Epiſcopatu viginti ſex annis & ibidem ſepultus eſt.

Item *der obgenant Herzog Ludwig mit dem Barth hat geſagt er ſey beſſer dan unſer Herr; wan unſer Herr ſey nur ùmb XXX. Pfening verkauft worden, ſo hab man im umb XXXIIM. Reiniſch Gulden verkauft.*

Ludovicus Gibboſus Dux Bavariæ Dominus in Ingelſtat ubi reſedit, filius Ludovici Barbati & Dominæ Katharinæ Comitiſſæ Mortaniæ in Francia natus & in ſporta ex Francia in Bavariam delatus, malus & ſuperbus Princeps, ſed habuit ſubtilia membra, & geſſit bella contra proprium patrem, & fuit cauſa ſuæ captivitatis, & juvit Henrico Duci Bavariæ de Lantzhuet & Alberto Marchioni Bandenburgenſi ſororio ſuo contra patrem ſuum. Hic Albertus vendidit Ludovicum Barbatum Heinrico Duci Bavariæ de Lantzhuet pro triginta duobus millibus florenorum pro hæreditate ſua & eum precario nomine tenuit quoad vixit, videlicet uxorem ſororis ſuæ ſcilicet Ludovici Gibboſi. Hic Dux Gibboſus adeo correptus fuit contra patrem quod contra eum arma ſumpſit, & eum captivavit & ipſe provinciam ſuam reſignavit Heinrico Duci de Landzhuet, & præſentavit uxorem eidem captivam, qui dedit uxori Ludovici Gibboſi precarium ſingulis annis unam certam ſummam pecuniæ, qui collocavit eam in oppidum & caſtrum Newburg ſuper Danubio ubi vita exceſſit anno ſalutis MCCCCXLV. & obiit duobus annis ante patrem ſuum, ibidem in Ingelſtat ſepultus jacet.

Margaretha prima uxor Ludovici Gipposi Ducis Bavariæ filia Friderici Ducis Bavariæ de Lantzhuet, ex qua non habuit proles.

Domina Margaretha ſecunda uxor Ludovici Gibboſi fuit Marchioniſſa Brandenburgenſis, ſoror Alberti Marchionis Brandenburgenſis, mulier magna, pinguis & carnoſa & libidinoſa, ex qua unicam filiam genuit, quæ in juventute deceſſit, & reſedit in oppido Fridberg in arce quam ipſa vendidit Henrico Duci Bavariæ de Lantzhuet pro vitalitio, & poſt mariti obitum prædicta Margareta duxit in virum Martinum de Waldenfels Francum, qui antea fuit ejus miniſterialis, cui peperit tres filias, quarum una fuit uxor unius de Freiberg & alia fuit uxor unius Pientzenawer, & una juvenis deceſſit.

Ludovicus Dux Barbatus, pater Ludovici Gibboſi genuit unum baſtardum ex una nobili fœmina natione de Freiberg, Wielandum de Freyberg nomine, adoleſcentem egregium & pulchræ ſtaturæ, cujus imago adhuc in Ingelſtadio in majori Eccleſia in una feneſtra cernitur (y), (y) quem baſtardum plus quam Ludovicum legitimum filium amavit, & exinde rixas & bella inter patrem & filium orta ſunt implacabilia, ita ut filius patrem auxilio Alberti Marchionis Brandenburgenſis in oppido & caſtro Newburg ſuper Danubio non remotè ab Ingelſtadio videlicet tribus miliaribus, obſederunt, ubi reſidentiam ſuam habuit, & eum mancipaverunt & filius patrem Alberto ſororio ſuo tradidit, qui eum Heinrico Duci Bavariæ de Lantzhuet pro triginta duobus millibus florenorum vendidit, quem in arce Burckhauſen, quoad vixit, captivum tenuit, & ibi in excommunicatione deceſſit anno MCCCCXLVII. & in Monaſterio Raitinhaslach Ciſtercienſis Ordinis ſepelitur.

(y) Has vitreas, in quibus non ille ſolum ſed totius Lineæ Ingolſtadienſes Principes & conjuges liberique ſcitè expreſſi erant, me puero ſuſtulit Neocorus quidam Barbarè elegans, quod illi viſæ eſſent lucem intercipere.

Joañes tertius filius Stephani ſenioris Ducis Bavariæ, qui in Fibulis dictus fuit ex Domina Eliſabeth Regina Siciliæ natus, frater Stephani Kneiſsl Ducis Bavariæ de Ingolſtat & Friderici Ducis Bavariæ de Landzhuet, junior inter eos fuit Dux Bavariæ ſuperioris, Dominus in Monaco ubi reſidentiam tenuit cum ſuis attinentiis, poſſedit etiam oppida Landſperg, Weilhaim, Neuſtat cum eorum pertinentiis, & erat bonus, prudens & bellicoſus Princeps.

Domina Katharina ejus conthoralis Comitiſſa Goritiæ, ex qua genuit duos filios Erneſtum & Wilhelmum & filiam Sophiam.

Sophia filia Joannis Ducis ſuperioris Bavariæ Domini in Monaco, uxor Wenzeslai Regis Bohemiæ, filii Karoli IIII. ejus nominis Cæſaris Regis Bohemiæ, in oppido Poſonienſi in Ungaria in Parrochiali Eccleſia ſancti Martini, circa capellam Domini Georgii quondam Poſonienſis Præpoſiti ſepulta jacet, fuit fœmina elegantis formæ & proceræ ſtaturæ. Non genuerunt filios.

Erneſtus Dux ſuperioris Bavariæ Dominus in Monaco ibidem reſidentiam tenuit, ex Domina Katherina Comitiſſa Goritiæ natus, vir procerus prudens & bellicoſus. Hic Erneſtus ſucceſſit patri Joanni Monacenſi, & fecit in aqua ſuffocari concubinam filii ſui Alberti Pernawerin dictam filiam cujusdam balneatoris de Bibraco in Suevia, quæ fuit venuſta nimium & bene proportionata in omnibus membris ſuis & valdè ſubtilis fœmina, & habuit longos crines aurei coloris, & mortuam fecit ſepeliri in una Eccleſia ante oppidum Strawbing propè Danubium. Exinde bella orta ſunt inter patrem & filium per aliquod tempus, & ea de cauſa eam fecit mergere, quod dicebat filium ejus maritum ſuum eſſe & nullum alium voluit ducere maritum, de qua cantatur adhuc hodie pulchrum carmen.

Eliſabeth uxor Erneſti Ducis filia Barnabonis Vice Comitis Principis Mediolani ex qua genuit unicum filium Albertum nomine & duas filias, Beatricem, quæ nupſit Hermanno ſeniori Comiti Ciliæ, qui reliquit eam ſine hærede viduam, quæ poſtea duxit Johannem Ducem Bavariæ de Amberga & Novoforo, qui ex eadem etiam non genuit proles.

Eliſabeth altera filia Erneſti Ducis Bavariæ de Monaco & Dominæ Eliſabeth ejus conthoralis de Mediolano Duci Montenſi prope Coloniam nupta, & Erneſtus fuit amator Religioſorum & Princeps pacis, & obiit anno ſalutis MCCCC - - - in Monaco in Eccleſia B. Virginis ſepultus, & Domina Eliſabeth obiit anno Domini MCCCCXXXII. in Eccleſia B. Virginis in Monaco cum marito ſepulta.

Wilhelmus alter filius Johannis Ducis & Dominæ Katharinæ Comitiſſæ Goritiæ & frater Erneſti ſupradicti Dux Bavariæ de Monaco, providus probus & excellens Princeps, & præfuit ut ſupremus Concilio Baſilienſi ex commiſſione ſibi facta.

Margareta Uxor Wilhelmi Ducis filia Adolphi Ducis Clevenſis, quæ erat annorum decem & octo quando ei deſponſata fuit, & genuit ei duos filios Adolfum & Wilhelmum.

Adolfus primogenitus Wilhelmi Ducis qui crevit in adoleſcentem ſpecioſum, & ſine uxore deceſſit.

Wilhelmus alter filius Wilhelmi, qui juvenis in infantia obiit, & Wilhelmus pater ejus fuit dictus bene regens ſapiens & providus, & obiit anno Domini MCCCC. in Monaco ad beatam Virginem ſepultus.

Albertus dictus Pius, Dux Bavariæ ſuperioris Dominus in Monaco, filius Erneſti Ducis Bavariæ de Monaco & Eliſabeth ejus uxoris Principiſſæ Mediolani, Princeps lætus pulcher & probus, amator mulierum, ad ultimum podagricus. Hic admodum ſpecioſam fœminam filiam cujusdam balneatoris de oppido imperiali Bibraco in Suevia ſito, Pernawerin nomine, adamavit ultra modum; quam Erneſtus ejus genitor ſubmergi fecit, quam ob rem filius maximo odio patrem perſecutus eſt, ſed poſtmodum iræ ſuæ oblitus duxit uxorem. Hic Albertus Dux Bavariæ, vivente ejus uxore Domina Anna Duciſſa in Braunſchweig cujusdam pellificis uxorem dilexit, quæ poſt Ducis obitum unàcum marito ſuo à civitate Monacenſi licentiata fuit; & Albertus linguam Bohemicam optime callebat, & ideo poſt mortem Alberti V. ejus nominis Romanorum, Ungariæ & Bohemiæ Regis, Auſtriæ Ducis, à Bohemis poſtulatus fuit in Regem eorum, ſed ob amorem Ladiſlai poſthumi Alberti Regis Bohemiæ, regnum ſuſcipere noluit, & antequam duceret Dominam Annam Duciſſam de Braunſchweig Dominam Eliſabeth conſanguineam Ludovici & Udalrici fratrum Comitum de Wirtenberg & Mumpelgart uxorem ducere volebat. Sed quia prædicta Eliſabeth de Wirtemberg audivit eum eſſe magnum amatorem mulierum, eum ducere noluit, & per patruos ſuos Ludovicum & Udalricum cogi non poterat ad illud matrimonium & clam deſponſavit Johannem Comitem de Werdenberg, quo facto juſſit illum illico recedere ne per patruos ſuos offenderetur vel caperetur, ex quo poſtmodum prolem amplam filiorum & filiarum genuit &c. (z)

(z) Hic ſatis ex abrupto ad Alberti Pii res redit Autor.

& anno Domini MCCCCLVIIII. in ſacro monte Andacenſi in Bavaria quinque miliaribus à Monaco diſtans Monaſterium Monachorum S. Benedicti Ordinis fundavit & dotavit, ubi multæ reliquiæ pretioſæ & venerandæ habentur & tribus vicibus in anno oſtenduntur; & aliquando ultra viginti millia hominum ibi congregantur, videlicet tricentæ & quinquaginta particulæ reliquiarum Sanctorum ibi oſtenduntur. In quo Monaſterio ſibi & uxori ſuæ & filiis ſepulturam elegit, & ibi cum uxore & duobus filiis Joanne & Erneſto ac tribus filiabus ſepulti jacent, & ipſe obiit Anno Domini MCCCCLX. in prædicto Monaſterio ſepultus.

Domina Anna uxor Alberti Ducis Bavariæ filia Ducis Braunswicenſis, quæ ei peperit ſex filios, Joannem primogenitum, Erneſtum adoleſcentem, Sigiſmundum, Albertum, Chriſtofferum & Wolfgangum & tres filias Margaretham Erneſti Ducis Saxoniæ uxorem, quæ peperit ei Fridericum Electorem, Erneſtum Archipræſulem Magdeburgenſem & Joannem Saxoniæ Ducem.

Eliſabeth altera filia duxit Fridericum Marchionem Mantuanum. *

* *Margareta* illi nomen fuit.

Barbara tertia filia Alberti & Annæ Monialis & Abbatiſſa Monaci ad S. Jacobum *Am Anger*.

Et Domina Anna conthoralis Alberti prædicti Ducis, poſt ejus obitum duxit in maritum Dominum Fridericum Ducem Braunsvicenſem ejus conſanguineum, qui eam malè tractavit. Ab eo receſſit & rediit ad Monacum & ibidem obiit, & ad Dominum Albertum Ducem priorem virum ſuum ducta ad Monaſterium Sacromontem dictum cum eo ſepulta quieſcit.

Joannes primogenitus Alberti Ducis & Dominæ Annæ de Braunſchweig Princeps niger & parvæ ſtaturæ nigros longos pilos habens, macer atque aquilinum naſum habens, reſedit in Monaco, & rexit Bavariam per aliquot annos, & fuit dictus probus & veridicus & provinciam ſuam & ſubditos ſuos diligens, non habuit uxorem neque liberos. Bonus haſtiluſor, tempore Ladiſlai Regis Ungariæ fuit Wiennæ in (a) Auſtria obiit - - - - (a) cum patre & matre in Sacromonte ſepultus.

Erneſtus alter Alberti & Dominæ Annæ filius & frater Johannis ſupraſcripti adoleſcens vita exceſſit, & in prædicto Monaſterio cum patre & matre ac Johanne fratre ſepultus jacet.

Sigiſmundus Dux Bavariæ Dominus Monaci reſidentiam tenuit dictus inutilis & prodigus. Frater Johannis & Erneſti pulcher & fuſci coloris Princeps, criſpos crines habuit. Hic cubicularius Dominæ Leonoræ Imperatricis, uxoris Domini Friderici III. Cæſaris Portugaliæ Reginæ fuit. Is Johanni fratri in ducatu Bavariæ ſucceſſit, quem poſtea Alberto fratri ſpontè reſignavit, quia inutilis ad regendum fuit, nullam uxorem habuit, ſed quamdam nobilem militaris ordinis amavit, quæ ob ejus amorem pulchrum carmen edidit, videlicet: *in diſer Farb, ſchwarz, rott und weis mit gantzem Vleiß, und ſein Nam iſt S. ein H.* quos colores detulit quoad vixit in ſuis veſtimentis, & poſt reſignationem ducatûs Bavariæ certa caſtra, villas & poſſeſſiones ſibi retinuit ac annuam penſionem, & multum delectabatur in beſtiis & avibus rari coloris, dilexit etiam quandam mulierem, ex qua plures proles filios & filias genuit, & obiit anno ſalutis MDI.

Albertus dictus inclytus Dux ſuperioris Bavariæ Dominus in Monaco ubi reſidentiam tenuit, Princeps pulcher & corpulentus ac procerus, habuit malum pedem, & fuit doctus, eloquens, prudens, famoſus & callidus, Alberti prædicti qui Pius dictus fuit, & Dominæ Annæ ejus uxoris Duciſſæ in Braunſchweig quartus filius, ſtetit in ſtudiis Papienſi, Senenſi & Romano, & callebat linguam Italicam, bonus latinus. Joannem Gewolf Baronem de Degenberg dictum benè caſtigavit & expulit & ejus tria caſtra ſibi ademit, Altnſperg, Degnberg & Waisnſtain, eaque deſtruxit, propterea quod dictus Dominus Gewolff, Dominum Albertum ſcolarem ſeu ſcriptorem vocavit, & voluit ejus fratrem Chriſtofferum pro Principe habere, & fecit unam ligam contra dictum Ducem, & qui in liga erant *die Bock oder Böckler* vocabantur.

Idem Albertus poſtea Chriſtofferum fratrem ſuum mancipavit, & eum quaſi per triennium in carceribus detinuit, qui poſtea per preces Imperatoris Friderici III. Auſtriæ Ducis, Ludovici Divitis Bavariæ Ducis & Ottonis Ducis Bavariæ de Novoforo liberatus fuit.

Idem Albertus in ſuam deditionem accepit civitatem Ratiſponenſem, quæ à rectoribus ſuis nimium gravata fuit, & ultrò ab imperio defecit, & ſe prædicto Duci ſubjecit, & Albertus coactus ab imperio & Cæſare Friderico imperio eam reſtituit, & etiam quosdam ligam habentes, qui *Löbler* vocabantur caſtigavit, videlicet Dominum Bernhardinum Stauffer Baronem, & ejus complices, & eos ad obedientiam reduxit, atque magnas lites habuit cum Rudberto Duce Bavariæ, filio Philippi Rheni, & niſi auxilio D. Maximiliani Cæſaris, Marchionis Brandenburgenſis, Udalrici Ducis de Wirtenberg & liga Suevorum habuiſſet, ſuccubuiſſet, ductoribus contra eum militibus Domino Georgio de Roſenberg & Domino Georgio Wispeck & aliis &c. obiit anno Domini MDVIII. in Eccleſia B. Virginis Monaci ſepultus.

(a) Obiit MCCCCLXIII. XIII. Decembris, Haidhuſii ad dimidium ab Urbe Monacenſi lapidem in ſuburbano ſuo ex lue epidemica.

Domina Kunigundis ejus uxor, filia Friderici III. Cæſaris, Ungariæ Regis, Auſtriæ Ducis, & Dominæ Leonoræ Reginæ Portugaliæ ſoror Domini Maximiliani Romanorum Imperatoris, Ungariæ Regis, Auſtriæ Archiducis, Comitis Tyrolis, Goritiæ ac Flandriæ, ex qua genuit tres filios & quinque filias: Wilhelmum, Ludovicum & Erneſtum; Sidoniam, Sibillam, Sabinam, Suſannam & iterum Suſannam, (b) & jam ipſa (*b*) eſt continens & tenet regularem vitam in una domo Ordinis S. Claræ, & quarta eſt, probiſſima & tota devotaria.

Chriſtofferus Dux Bavariæ Quintus filius Alberti Ducis & Dominæ Annæ de Braunſchweig, frater Alberti ſupradicti, pulcher & proceræ ſtaturæ, fortis ac militaris Princeps, optimus haſtiſuſor, velox curſu, ſaltator & luctator, ac in omnibus militaribus actibus exercitatus & expertus.

Hic per Sigismundum Archiducem Auſtriæ Comitem Tyrolis, ſuum conſanguineum nutritus & educatus fuit, & apud ſororem ſuam Mantuæ Marchioniſſam Italicum didicit, & ab Alberto fratre captus & poſtea dimiſſus, aliquot annis apud Mathiam Ungariæ Regem curialis extitit. Ultra mare fuit & in inſula Rhodo obiit, & ibidem ſepultus jacet. Non habuit uxorem neque liberos & poſſedit Landſperg, Weilhaim & Schonga & certam ſummam pecuniæ habuit, largus Princeps. Et Chriſtofferus Dux Dominum Nicolaum Baronem de Abenſperg ultimum ejus generis Baronem, procerum, animoſum ac bellicoſum in campo non longè à Friſinga interfecit, qui habuit in conthoralem Dominam Martham Comitiſſam de Werdenberg & abſque liberis deceſſerunt, & præfatus Albertus Dux, frater Chriſtofferi Ducis oppidum & caſtrum Abensberg cum ſuis pertinentiis obtinuit, quamvis de jure ceſſerit Imperio, ex quo fuit de Feudo Imperii.

Wolfgangus Dux Bavariæ filius Alberti & Dominæ Annæ de Braunſchweig, frater Alberti & Chriſtofferi, robuſtus, procerus ac fortis Princeps, cum fratre ſuo Alberto ſtetit in generali ſtudio Senenſi, & tenuit caſtra Liechtenberg & Hegenberg cum eorum attinentiis & certam pecuniarum ſummam, delectatur in crapula, & tenet veloces equos, videlicet curſores, & agriculturam & venationem amat, & eſt parcus & virginum ruralium ſtuprator, & jam poſt obitum Alberti fratris, tenet Landſperg oppidum, & caſtrum Weilhaim & Schonga oppida cum pertinentiis, & non habet uxorem neque liberos.

Wilhelmus primogenitus Alberti Ducis ſuperioris Bavariæ Domini in Monaco & Kunigundis ejus uxoris, filiæ Friderici III. Imperatoris, Ungariæ Regis, Auſtriæ Ducis & Dominæ Leonoræ Reginæ Portugaliæ, & ſororis Domini Maximiliani Imperatoris Ungariæ Regis, Auſtriæ Archiducis, qui nunc eſt Princeps regens principatum Landshuet, Ingolſtat & Monaci, Dux ſuperioris & inferioris Bavariæ. Natus eſt in die S. Bricii anno Domini MCCCCLXXXXIII.

Ludovicus filius Alberti Ducis & Dominæ Kunigundis ejus uxoris, Auſtriæ Duciſſæ frater Wilhelmi Ducis, Dux Bavariæ, natus eſt in die Mathæi MCCCCLXXXXV.

Erneſtus filius Alberti Ducis & Dominæ Kunegundis ejus uxoris Auſtriæ Duciſſæ frater Wilhelmi & Ludovici Ducum Bavariæ, Dux Bavariæ, natus eſt anno Domini MD. XIII. Junii.

Sidonia primogenita Alberti & Dominæ Kunigundis, ſoror Wilhelmi, Ludovici & Erneſti Bavariæ Ducum, fuit deſponſata Ludovico primogenito filio Philippi Palatini Rheni, ſed eam non tradidit in virginitate obiit.

Sibilla ſecundogenita Alberti & Kunigundis, ſoror Sidoniæ, Wilhelmi, Ludovici & Erneſti Bavariæ Ducum, nata eſt anno Domini MCCCCXCI. & eſt uxor Ludovici moderni Palatini Rheni & celebravit nuptias in Haydelberga anno Domini MDXI.

Sabina tertiogenita filia Alberti & Kunigundis, ſoror præſcriptorum Principum, eſt deſponſata Udalrico Duci de Wirtenberg & Deck, Comiti de Mumplgart & celebravit nuptias in Stuetgardia anno MDXI. & nata eſt anno Domini MCCCCXCII.

Suſanna quarta filia Alberti & Kunigundis, ſoror Wilhelmi, Ludovici & Erneſti Principum & Dominæ Sidoniæ, Sibillæ & Sabinæ in juventute carnis debitum perſolvit.

Suſanna quinta filia Alberti & Kunigundis ſoror Wilhelmi & fratrum ejus Suſannæ & ſororum ejus. Nata eſt in die Paſce anno Domini MDII. (*c*) (c)

Wilhelmus ſenior filius Ludovici IV. ejus nominis Romanorum Imperatoris, Ducis ſuperioris & inferioris Bavariæ & Dominæ Margarethæ ejus uxoris, Comitiſſæ Hollandiæ, vir probus in bellis, lites habuit cum matre ſua in Hollandia & Hannonia, & ideo correptus à Chriſto, furibundus factus. Dux inferioris Bavariæ Dominus in Strawbing, Comes Hollandiæ, Zelandiæ, Hannoniæ & Dominus Friſiæ, obiit anno Domini MCCCLXXXVIII. in Hannonia, in oppido Valencin ſepultus, rexit ſeptem annis.

Mechtildis ejus uxor filia Hainrici Ducis Lancaſtriæ in Anglia, non habuerunt proles, & poſt ejus mortem alium virum duxit, Dominum de Valkhenberg.

Albertus ſenior Ludovici IIII. Cæſ. filius ex Domina Margaretha Comitiſſa Hollandiæ natus, Dux inferioris Bavariæ, Dominus in Straubing cum ſuis attinentiis, Comes

---

(*b*) Hæc videntur reſpicere matrem Kunigundam, quæ in parthenone Bittrichiorum Monachii diem extremum clauſit A. 1520. 6. Aug.

(*c*) Redit ad Poſteros Lud. IV. Imp. & ſtemma Hollandicum.

Comes Hollandiæ, Zelandiæ, Hannoniæ, Dominus Friſiæ, bonus, pius, juſtus & bellicoſus Princeps, frater Wilhelmi ſupraſcripti, vir probus in armis, & in bello fortunatus. Caſtrum in Strawbing conſtruxit, & fuit Locumtenens in Hollandia, Zelandia, Hannonia & Friſia, loco Wilhelmi fratris ſui per triginta annos & poſt obitum fratris ſui fuit Princeps terrarum prædictarum annis XVI. & ita rexit XLVI. annis, & obiit anno Domini MCCCLXXXXII. ſepultus in oppido Hollandiæ Gravenhag in capella curiæ quam ipſe fundavit.

Domina Margareta prima uxor Alberti ſenioris filia Ludovici de Brig Ducis Sleſiæ, ex qua genuit tres filios, Wilhelmum, Johannem, & Albertum, & quatuor filias, Katharinam, Johannam, Margaretham, & iterum Johannam. Et ipſa obiit anno Domini MCCCLXXIII. & cum Alberto marito in oppido Gravenhag in Hollandia ſepelitur.

Margaretha altera uxor Alberti ſenioris Ducis inferioris Bavariæ, Domini in Strawbing, Comitis Hollandiæ, Zelandiæ &c. Fuit filia Adolfi Comitis Clivenſis, ſoror Adolfi primi Ducis Clevenſis, quæ ei non genuit proles, & obiit anno Domini MCCCLXXXXIIII. & ſepelitur in oppido Hollandiæ Gravenhag in Monaſterio Prædicatorum.

Ludovicus cognomine Romanus, quia Romæ natus fuit, etiam Ludovici IIII. Cæſ. Ducis ſuperioris & inferioris Bavariæ ex Domina Margaretha Hollandiæ Comitiſſa natus, frater Wilhelmi ſenioris & Alberti ſenioris, Dux inferioris Bavariæ & Marchio Brandenburgenſis, fuit intitulatus Cracoviæ Rex Poloniæ. Nihil in chronicis laude dignum de eo inveni. Obiit anno Domini MCCCLXXIX. in Monaſterio Saldntal Lanntzhutæ ſepultus.

Domina Anna ejus uxor filia Friderici Regis Romanorum Ducis Auſtriæ competitoris Ludovici IIII. non genuerunt proles.

Otto filius Ludovici IIII. Cæſaris, Ducis ſuperioris & inferioris Bavariæ natus ex Domina Margaretha Comitiſſa Hollandiæ Dux inferioris Bavariæ & Marchio Brandenburgenſis, & ipſe reſedit in caſtro Wolfſtain ſuper Iſaram propè Lanntzhuet, ibi adamavit quamdam molendinariam Margaretham nomine, & ex illa cauſa illud molendinum usque in præſens Gredlmül vocatur. Is Otto conſumpſit vitam ſuam illaudabiliter non ut Principem decet, & vendidit Marchionatum Brandenburgenſem Karolo IIII. ejus nominis Imperatori Regi Bohemiæ ſocero ſuo, videlicet anno Domini MCCCLXXIII. pro ducentis millibus florenorum & centum millia fuerunt ſoluta, & pro aliis centum millibus fuerunt ei reſtituta aliqua oppida & caſtra ſcilicet Lawff, Herſpruckh, Roſenberg, Sulzbach, Hirſzaw, Reihenfeld, nihilominus aliqua caſtra ante ſylvam Bohemiæ remanſerunt Carolo IIII. Cæſari Regi Bohemiæ, & obiit anno Chriſti MCCCLXXVIIII. in Saldntal Monaſterio ſepultus.

Domina Anna ejus conthoralis filia Karoli IIII. Imper. Romanorum Bohemiæ Regis, non genuerunt proles.

Wilhelmus junior filius Alberti ſenioris Ducis inferioris Bavariæ Domini in Straubing & Dominæ Margarethæ Duciſſæ Sleſiæ de Brig Comitis Hollandiæ &c. Dux inferioris Bavariæ Dominus in Strawbing, Comes Hollandiæ & Comes Oſtervantiæ in Hollandia, poſt patris mortem primò Comes Hollandiæ, Zelandiæ &c. rexit annis XII. & VI. menſibus & deceſſit anno Chriſti MCCCCVIIII. & ſepultus eſt in oppido Hannoniæ nomine Kennet & habuit ſucceſſivè tres uxores.

Domina Johanna prima uxor Wilhelmi junioris fuit filia Philippi VI. ejus nominis de Valeſio Regis Franciæ quæ juvenis ſine prole deceſſit.

Domina Margaretha ſecunda uxor Wilhelmi junioris Ducis Bavariæ Comitis Hollandiæ, fuit filia Philippi audacis Ducis Burgundiæ Comitis Flandriæ, ſoror Joannis Ducis Burgundiæ, qui à Turcis captus fuerat, & Joannes Dux Burgundiæ habuit in uxorem Margaretham Wilhelmi junioris Ducis Bavariæ Comitis Hollandiæ ſororem & ita fuerunt duplices ſororii, & Johannes genuit Philippum Ducem Burgundiæ, & Philippus genuit Karolum Ducem Burgundiæ, & Karolus genuit Mariam Duciſſam Burgundiæ, uxorem Domini Maximiliani pro tunc Auſtriæ Archiducis, qui genuit Philippum Ducem Burgundiæ poſtea Regem Caſtellæ & Legionis in Hiſpania, cujus anima Deo vivat.

Sed Wilhelmus junior Dux Bavariæ Comes Hollandiæ ex Domina Margaretha Burgunda ſua conthorali non genuit proles.

Domina Margaretha tertia uxor Wilhelmi junioris Ducis Bavariæ, Comitis Hollandiæ fuit filia Adolfi primi Ducis Clevenſis, ex qua Wilhelmus genuit filiam unicam Jacobam vocatam, Duciſſam Bavariæ & Comitiſſam Hollandiæ, & Domina Margaretha poſt viri obitum duxit maritum Udalricum Comitem de Wirtemberg & Mumplgart, qui *Gotzrieswurtz* dictus fuit, qui ex ea genuit filiam Katherinam nomine, quæ fuit Monialis in Monaſterio Madelberg, & ex illo poſtea venit ad Monaſterium Lawffen ſuper Neckaro fluvio ubi deceſſit, & Domina Jacoba & Domina Katherina fuerunt ſorores uterinæ.

Johannes Dux inferioris Bavariæ & Dominus in Strawbing cum ſuis attinentiis, ibidem habuit ſuum Vice Dominum, & reſedit in Hollandia in oppido *Dordrecht*, Latinis Dortracum, & fuit electus in Epiſcopum Leodicenſem, propriè Lutich, quæ eſt maxima civitas, per medium Philippi Ducis Burgundiæ conſanguinei ſui, & poſtmodum dimiſit Epiſcopatum & factus fuit ſecularis Princeps, & fuit malus & bellicoſus, & conſanguineam ſuam filiam fratris ſui Wilhelmi Dominam Jacobam junioris neptem ſuam multum moleſtavit

& malè tractavit, & ubi potuit vexavit, & fuit ſolum Dux Bavariæ denominatus, obiit anno Domini MCCCCXXV. à Magiſtro curiæ ſuæ, ut fertur, intoxicatus fuit, & in oppido Hollandiæ Gravenhag dicto apud Prædicatores ſepultus eſt, & fuit filius Alberti ſenioris Ducis inferioris Bavariæ Domini in Strawbing, Comitis Hollandiæ, Zelandiæ &c. & Dominæ Margarethæ ejus uxoris Duciſſæ Sleſiæ de Brig &c. habuit uxorem Eliſabeth nomine.

Eliſabeth ejus uxor Duciſſa de Lutzelburg relicta Domini Antonii Ducis de Lutzelburg & Brabantiæ, fratris Joannis Ducis Burgundiæ, non habuerunt proles, & fuit filia Joannis Marchionis Luſatiæ Domini in Gorlitz, fratris Sigiſmundi Cæſaris, & ex Joanne Duce etiam non habuit proles, *und Fraw Elspet obgenant ubergab das Hertzogtumb Lutzelburg Hertzog Philippen von Burgundi, und ſtarb in Armut zu Trier, und ligt daſelbs zu den mündern Brüedern begraben, und ſie was ain Puelerin, ut vertät das ihr unnützlich.*

Albertus junior Dux inferioris Bavariæ Dominus in Strawbing cum ſuis attinentiis, ubi ſuam reſidentiam habebat, filius Alberti ſenioris Ducis inferioris Bavariæ, Domini in Straubing, Comitis Hollandiæ, Zelandiæ &c. & Dominæ Margarethæ ejus conſortis, Duciſſæ Sleſiæ de Brig frater Wilhelmi junioris & Joannis electi Leodienſis & ſororum eorumdem, non habuit uxorem nec proles, & fuit probus, bonus & benignus Princeps Dux inferioris Bavariæ, Dominus in Straubing, obiit anno Chriſti MCCCCVII. in Straubing in Monaſterio Carmelitarum in medio chori ibidem in ſepulchro elevato marmoreo, cujus ſepulchri pulchritudo vix reperitur, ſepultus jacet, & non diu ducavit.

Katharina ejus ſoror, filia Alberti ſenioris & Dominæ Margarethæ de Sleſia & Brig & fratrum eorum Wilhelmi junioris & Joannis electi Leodienſis, ſponſa Eduardi Ducis Gelriæ non habuerunt proles. Poſt ipſa duxit Wilhelmum Ducem Juliaci propriè Gülh, avunculum Eduardi prioris viri defuncti, qui Wilhelmus factus fuit Dux Gelriæ, & ex eodem etiam non habuit proles, & obiit anno Domini
* ita Cod. MCCCC - - - - * in Monaſterio Munichshauſen ſepulta eſt.

Johanna altera filia Alberti ſenioris ex Domina Margareta de Sleſia, fuit Regina Bohemiæ & ſoror Dominæ Katharinæ prædictæ, uxor Wenzeslai Regis Bohemiæ fratris Sigiſmundi Cæſaris, Ungariæ & Bohemiæ Regis. Non habuerunt proles.

Margareta tertia filia Alberti ſenioris & Dominæ Margaretæ de Sleſia & Brig ſoror Alberti junioris, qui in Straubing ſepelitur &c. & fratrum ejus, uxor Johannis Ducis Burgundiæ mater Philippi Ducis Burgundiæ & Avia Caroli Ducis Burgundiæ.

Joanna II. ejus nominis, filia Alberti ſenioris & Dominæ Margarethæ de Sleſia, de Briga ſoror Alberti junioris, qui in Straubing ſepelitur & fratrum & ſororum, uxor Alberti IIII. Ducis Auſtriæ & mater Alberti V. Romanorum, Ungariæ & Bohemiæ Regis & Ducis Auſtriæ Marchionis Moraviæ.

Albertus IIII. ejus nominis Dux Auſtriæ maritus Johannæ prædictæ genuit ex ea Albertum V. ejus nominis, Regem Romanorum, Ungariæ & Bohemiæ, Ducem Auſtriæ & Marchionem Moraviæ, & Margaretam ſororem Alberti V. uxorem Hainrici inferioris Bavariæ Principis in Landzhuet, matrem Ludovici Divitis Ducis Bavariæ in Landshuet, aviam Georgii Ducis Bavariæ in Landshuet. Et Albertus V. fuit pater Ladislai Regis Ungariæ & Bohemiæ Ducis Auſtriæ & Ladislaus Rex & Ludovicus Dives Dux Bavariæ fuerunt conſobrini ex uno fratre & ſorore.

Domina Jacoba filia Wilhelmi junioris Ducis inferioris Bavariæ, Domini in Strawbing cum ſuis pertinentiis, Comitis Hollandiæ &c. ex Domina Margaretha Duciſſa Clevenſi nata Comitiſſa Bavariæ Domina in Strawbing Comitiſſa Hollandiæ, Zelandiæ, Hannoniæ, Domina Friſiæ habuit plures maritos.

Joannes Delphinus Franciæ & Dux Turoniæ primogenitus filius Caroli VI. ejus nominis Regis Franciæ, qui in una lorica intoxicatus fuit, & eam non conjacuit primus maritus Dominæ Jacobæ prædictæ.

Joannes Dux Brabantiæ ſecundus maritus Dominæ Jacobæ, cum quo malè vixit, eam amovit & non curavit, & illo adhuc vivente tertium virum ſuperduxit.

Hundfridus tertius vir Dominæ Jacobæ frater Regis Angliæ, qui ad tempus cum ea in Hannonia habitavit, & poſt in Angliam reverſus aliam uxorem ſuperduxit.

Dominus Franco de Borſolen, miles ex Zelandia natus, quartus maritus Dominæ Jacobæ, & ipſa ex nullo habuit proles, & de illo ultimo matrimonio conſanguineus ejus Philippus Dux Burgundiæ valdè malè fuit contentus, & Dominum Franconem mancipavit, & in arcem dictam Ruppelmund captivum poſuit, & Domina Jacoba pro liberatione mariti ſui ſupradictas quatuor provincias, videlicet Hollandiam, Zelandiam, Hannoniam & Friſiam Philippo Duci Burgundiæ conſanguineo ſuo reſignavit, & Dux in recompenſam dedit ei & marito ejus provinciam Voern & Furbenelant & provinciam circa Tollen, & omnia theolonia in Hollandia & Zelandia, quoad vixerunt, precario nomine, & comitatum Oſterſannt in Hollandia & poſtquam Domina Jacoba multas ærumnas, expulſiones, vexationes, tribulationes perpeſſa eſt, ipſa deceſſit in oppido Hollandiæ Gravenhag in vigilia S. Dionyſii Epiſcopi & Martyris videlicet anno Domini MCCCCXXXVI. in capella curiæ in Gravenhag ſepulta, & rexit poſt obitum patris ſui Wilhelmi junioris XIX. annos in magna tribulatione & anguſtia, & prædictæ provinciæ remanſerunt Philippo Duci Burgundiæ & ſuis ſucceſſoribus usque in præſentem diem & tempus, & Strawbing cum ſuis attinentiis ceſſit Ducibus Bavariæ de Monaco, qui usque in præſens illum Principatum tenent & poſſident.

Mechtildis ſoror Ludovici IIII. Cæſaris, Bavariæ Ducis, uxor Ottonis Ducis de Lunenburg filii Joannis Ducis in Lunenburg in Saxonia nata ex Domina Mechtilde Comitiſſa ab Habsburg filia Rudolphi Regis Romanorum Comitis de Habsburg.

Anna ſoror Ludovici IIII. Cæſaris, Ducis Bavariæ ex Mechtilde de Habsburg nata uxor Rudolfi Ducis Saxoniæ filii Alberti Ducis Saxoniæ genuit Johannem filium Ducem Saxoniæ, cujus uxor Helena Duciſſa de Sleswig in Saxonia.

N. Soror Ludovici IIII. Cæſaris, Ducis Bavariæ Monialis Ordinis Minorum Ulmæ in Monaſterio ejusdem Ordinis cum aliis ſororibus Minorum Ordinis ibidem in refectorio picta eſt.

Ladislai Sunthemii Familia Palatinorum Comitum Rheni Ducum Bavariæ ex Comitibus de Schewrn & Wittelſpach orta.

OTto M. cognominatus filius Eckhardi egregii & ſtrenui Comitis in Schewrn conſanguineus Arnolfi mali Ducis Bavariæ & Dominæ Heilkæ ejus uxoris natione de Lengenfeld per Fridericum I. Cæſarem Sueviæ Ducem anno ſalutis MCLXXX. ob ſuperbiam & rebellionem Hainricum dictum Leonem ex familia Welphonum Bavaria & Saxonia privavit, & Ottonem prædictum Saxoniæ Ducem creavit, qui erat conſilio & armis apud Cæſarem benè meritus, & in bellis fortunatus & erat Comes Palatinus Rheni, Comes in Scheurn & Witelſpach.

Agnes ejus uxor nata Palatina Comitiſſa Schirenſis in Bavaria, quod nunc eſt Monaſterium Ordinis S. Benedicti non remotè ab Ylbnamünſter diſtans, ubi multi Comites de Schewrn ſepeliuntur.

Otto nepos Ottonis M. Ducis Bavariæ ex filio Ludovico, qui probus dictus fuit, & in Kelhaim interfectus erat, & Ludmillæ ejus uxoris Reginæ Bohemiæ natus, fuit Dux ſuperioris & inferioris Bavariæ & ex uxore ſua Comes Palatinus Rheni factus, primus ejus familiæ, cujus poſteri usque in præſens Palatinatum regunt; & reſedit in Landzhuet & Strawbing & Haidelberg & per Fridericum II. Cæſarem Sueviæ Ducem de Palatinatu inveſtitutus & confirmatus ipſe & ſui poſteri ſunt. Fuit vir ſtrenuus & bellicoſus. Obiit in excom̃unicatione.

Otto der erſt Pfalzgraf bey Rheyn &c.
ut in ſtemmate Bav.

AGnes uxor, filia Heinrici Ducis Saxoniæ Rheni Palatini, filia Henrici Leonis Ducis Saxoniæ & Bavariæ, ex qua Otto Palatinatum Rheni conſecutus fuit, & reſedit in oppidis Landshuet, Strawbing & Haydelberg.

Ludovicus ſenior filius Ottonis ſupraſcripti & Dominæ Agnetis ejus uxoris, Dux ſuperioris Bavariæ & Dominus in Monaco, ubi habuit reſidentiam & Rheni Palatinus, quando erat in Rheno, tunc reſedit in Heidelberga, conſtruxit oppidum & caſtrum Fridberg, & fuit bellicoſus & animoſus Princeps, & cum Heinrico fratre provincias diviſit, & Heinricus fuit factus Dux inferioris Bavariæ & reſedit in Landshueta & illi fratres ſemper fuerunt diſcordes, & Ludovicus ſepelitur in ſua fundatione Fürſtenfeld in Bavaria Ciſtercienſis Ordinis. Obiit MCCXXXVIII. & obiit in Heidelberga in camera, in quà natus fuit, & habuit tres uxores.

Ludwig ſein Sun zway Weiber het &c.

MAria primi Ludovici uxor, filia Ducis Brabantiæ, conſanguinea S. Eliſabeth Reginæ Ungariæ, Landgraviæ Thuringiæ & Haſſiæ, quam cum una virgine ob falſam ſuſpicionem in oppido Werd Sueviæ decollari juſſit, & ibidem in Monaſterio S. Crucis ſancti Benedicti Ordinis in capitulo ſepelitur &c. & Ludovicus ob injuſtam interfectionem uxoris Monaſterium Fürſtenfeld conſtruxit & dotavit, & ibidem ſepelitur.

Anna ſecunda uxor Ludovici ſenioris filia Conradi Ducis Glogoviæ in Sleſia, ex qua genuit filium & filiam Ludovicum & Eliſabeth.

Mechtildis tertia uxor Ludovici ſenioris filia Rudolfi Regis Romanorum Comitis de Habsburg, ex qua genuit Rudolphum Rheni Palatinum & Ludovicum juniorem Ducem ſuperioris & inferioris Bavariæ & poſtea Romanorum Imperatorem.

Ludovicus filius Ludovici ſenioris Ducis ſuperioris Bavariæ Palatini Rheni & Annæ ejus uxoris Duciſſæ Glogoviæ in Sleſia, debebat Palatinus Rheni factus fuiſſe, ſi ſupervixiſſet, in oppido Nurnberg in uno haſtiludio interemptus fuit anno Domini MCCLXXXIX. cui erat deſponſata filia Regis Ungariæ.

Eliſabeth uxor Ludovici filia Regis Ungariæ marito non genuit proles, & ille Ludovicus erat frater ex patre Rudolfi Rheni Palatini & Ludovici junioris Ducis ſuperioris & inferioris Bavariæ Romanorum Imperatoris. Eliſabeth ſoror illius Ludovici ex Domina Anna de Glogovia nata in Sleſia.

Ladislaus IIII. ejus nominis Rex Ungariæ maritus prætactæ Eliſabeth non habuerunt proles.

Rudolfus primogenitus Ludovici ſenioris Ducis ſuperioris Bavariæ Rheni Palatini, natus ex Domina Mechtilde filia Rudolphi Regis Romanorum Comitis de Habsburg. Fuit Palatinus Rheni. *Rudolf die Chur beſaß &c.* Hic Rudolfus in electione Franckfordiæ non elegit fratrem ſuum Ludovicum juniorem Ducem Bavariæ, ſed elegit Fridericum Ducem Auſtriæ conſanguineum ſuum, & ideo poſtea Rudolfus à fratre ſuo Ludovico juniore fuit expulſus, & tranſivit in Angliam, ibidem exul obiit, & reliquit tres filios Rudolfum, Rudpertum & Adolfum Rheni Palatinos, & ipſe Rudolfus eorum pater etiam ad tempus rexit in ſuperiori Bavaria.

Rudolfus primogenitus Rudolfi Rheni Palatini & Dominæ Mechtild ejus uxoris Comitiſſæ de Naſſaw, Rheni Palatinus, de quo parum ſcribitur. Quia non diu ſupervixit. In Nova Civitate *an der Hardt* ſepelitur, & obiit anno Chriſti MCCCXVIIII.

Deſerenta ejus uxor filia Ottonis Ducis Carinthiæ Comitis Tyrolis.

Agnes eorum filia non genuit proles. Karolus IIII. ejus nominis Romanorum Imperator Bohemiæ Rex, maritus Dominæ Agnetis.

Rudolfus Rufus alter filius Rudolfi Rheni Palatini & Dominæ Mechtildis de Naſſau frater Rudolfi, primogeniti Rudolphi. Fuit Rheni Palatinus, & fuit tertio genitus filius Rudolfi & Mechtildis, poſt tres fratres Rudolfum & Adolfum Rheni Palatinos fundator Univerſitatis in Haydelberg habuit duas uxores.

Eliſabeth prima uxor Rudperti Comitiſſa Namurci, fuit Regis Francorum conſanguinea, & non genuit proles, & obijt anno Chriſti MCCCLXXXII. Haydelbergæ ſepelitur in Monaſterio Minorum. Fuit fundatrix illius Monaſterii.

Mechtildis altera uxor Rudperti Ruffi, Duciſſa Montenſis, non genuit proles, & obiit anno Chriſti MCCCLXXXVI. ad Minores Haydelbergæ ſepulta.

N. Filia Rudolfi ſenioris Palatini Rheni & Mechtildis ejus uxoris, Comitiſſæ de Naſſaw, uxor filii Adolfi Regis Romanorum Comitis de Naſſaw.

Adolfus filius Rudolfi Rheni Palatini & Dominæ Mechtildis de Naſſaw ejus uxoris, frater Rudolfi & Rudberti Ruffi, Rheni Palatinus; non fuit multum ſapiens.

Adolf zu Churfürſt war geborn,
Mit Thorheit hat er die Chur verlohrn,
Sein Bruder Rudprecht was der werth,
Ein Gräffin von Otting der Tor begehrt.
Ruedprecht, den man den rothen nannt,
Die Pfaltz hat bracht in gueten Stand,
Zwo Fürſtinn waren im auserkorn
Von Namur und von Berg geboren.

Irmingardis uxor Adolfi Rheni Palatini ſpecioſa valdè Comitiſſa de Otting in Rhætia genuerunt filium Rudpertum Adolfum nomine.

Mechtildis Rudolfi, Adolphi, & Rudperti Rufi ſoror, filia Rudolfi Rheni Palatini & Dominæ Mechtildis ejus uxoris Comitiſſæ de Naſſaw, uxor unius Comitis de Spanheim.

Rudpertus Adolfus dictus *Klem* id eſt tenax filius Adolfi & Dominæ Irmingardis ejus uxoris, Comitiſſa de Ottingen in Rhætia fuit Rheni Palatinus ſtrenuus valdè & bellicoſus ac jure militari valdè peritus.

Rueprecht von Herde was Klem genannt,
Drewer Streit er ſich ains Tags unterwandt,
Zwen waren Gwin, der dritt Verluſt,
Von Sicilia in der Königin geluſt.

Beatrix uxor Rudperti Adolfi, filia Friderici Regis Siciliæ maritimæ ſeu Trinacriæ. Sepeliuntur in Nova Civitate *an der Hardt.*

Rudpertus Klain, id eſt parvus filius Rudperti Adolfi & Dominæ Beatricis Reginæ Siciliæ, Rheni Palatinus poſtea Romanorum Rex.

N. prima uxor Rudperti Regis Romanorum Palatini Comitis Rheni, cujus genus neſcitur.

König Rueprecht des Römiſchen Reich
Von Würden hoch was hart ſein gleich
Von Nurnberg ain Burggrafin ſein
Was ſein eelich Gemahelein.

Rudpertus Pipan eorum filius poſt liberationem à Turcis, qui ab ipſis captus erat, obiit in oppido Amberg ſine uxore & liberis. Ibidem ſepultus.

Eliſabeth ſecunda uxor Rudperti Regis Romanorum Rheni Palatini, Burgravia Nurnbergenſis; ex qua genuit quinque filios: Ludovicum cœcum Rheni Palatinum, Stephanum, Joannem, Fridericum & Ottonem, & tres filias, Agnetem, Eliſabeth & Margaretam.

Et Rudpertus Rex obiit in oppido Oppenhaim anno Chriſti MCCCCX. & ad S. Spiritum in Haidelberga ſepelitur & ſequenti anno Domina Eliſabeth ejus uxor poſt eum obiit & cum eo Heidelbergæ ſepulta eſt.

Anna filia Rudperti Adolfi Rheni Palatini & ſoror Rudperti Regis Romanorum fuit Duciſſa de Monte.

Eliſabeth altera filia Rudperti Adolfi & Dominæ Beatricis Reginæ Siciliæ ejus uxoris ſoror Rudperti Regis Romanorum fuit Marchioniſſa Moraviæ Ottonis Marchionis uxor.

Ludovicus cæcus dictus Barbatus, Rheni Palatinus, obiit anno Chriſti MCCCCXXXVII. Haidelbergæ ad S. Spiritum ſepultus, & fuit primogenitus ex Eliſabeth Burgravia Nornbergenſi natus, vir probus & juſtus, Jeruſalem viſitavit, & in mari graviter infirmatus cæcus & claudus factus barbam nutrivit, & ideo Barbatus dictus fuit. Et iſte Ludovicus in ſenectute cæcus factus eſt & ad regendum inutilis, quia fuit nimium prodigus, & ideo conſilio uxoris ſuæ depoſitus, quia ipſa erat valdè prudentialis fœmina. Hic habuit Johannem Papam XXIII. in cuſtodia, quem taxavit pro grandi pecunia, & in abſentia Sigismundi Regis Romanorum, rexit totum Concilium Conſtantienſe, ſed tunc non erat cæcus, & Mechtild mater erat Burgunda à matre.

Ludwig der bericht Gottes Fründe
Hat im die Phaltz vil nutz gezinde
Er weibet ain Engliſche Kunigin
Und von Saphoy ain Hertzogin.

Blanca Regina Angliæ prima uxor Ludovici cæci, Rheni Palatini, fuit filia Heinrici Regis Angliæ.

Rudbertus adoleſcens ſpecioſus & egregius viginti annorum; ante patrem obiit ſine uxore & liberis anno Chriſti MCCCCXXVI. ſubitaneè in lecto obiit circa feſtum Pentecoſtes ætatis ſuæ viceſimo anno.

Mechtildis ſecunda uxor Ludovici cæci, fuit Comitiſſa Sabaudiæ, ex qua genuit tres filios, Ludovicum pium Rheni Palatinum patrem Philippi Rheni Palatini, qui noviter deceſſit, & Rudpertum Archiepiſcopum Colonienſem, & Mechtildam filiam Comitiſſam de Wirtemberg matrem Eberhardi Barbati primi Ducis in Wirtemberg & Deck Comitis in Mumpelgart, & ipſa Mehtildis habuit etiam alias ſorores, quarum duæ erant Moniales, & reliquæ juvenes obierunt.

Ludovicus dictus pius, bonus, juſtus, honeſtus & manſuetus Princeps filius primogenitus Ludovici cæci Rheni Palatini & Mechtildis ejus uxoris, Comitiſſæ Sabaudiæ, optimè rexit, ſed non diu rexit Palatinatum. Fuit Rheni Palatinus & Bavariæ Dux.

Margareta ejus uxor, filia Amedæi Ducis Sabaudiæ. Poſtea Papa factus Fœlix nominatus. Ex qua genuit Philippum filium Rheni Palatinum Bavariæ Ducem Dominam Margaretham.

Ludwig der jung Tugent vol
Gros Krieg kundt er verrichten wol
Sein Vleis legt er ſtatlich daran
Margareth von Saphoy was ſein Geſpan.

Fridericus alter filius Friderici cæci Rheni Palatini & Dominæ Mechtildis ejus uxoris Duciſſæ Sabaudiæ. Fuit tutor & patruus Philippi Palatini Nepotis ſui ex fratre Ludovico Pio filio. Fuit Dux Bavariæ & Rheni Palatinus, ſacrique Romani Imperii Elector, ſalus patriæ, prædonum fulmen, bellicoſus, ingenioſus & audax. Tres illuſtres Principes, qui ſui hoſtes erant, uno die proſtravit atque mancipavit. Videlicet Karolum Marchionem Badenſem & ejus fratrem Dominum Georgium Epiſcopum Metenſem & Udalricum Comitem de Wirtemberg & Mumpelgart, qui dictus erat *Gotznieswurtz*, quos omnes taxaxit & Palatinatum valdè auxit ac ampliavit. Imperio ſemper quoad vixit, rebellis fuit. Piè vivis exceſſit anno Chriſti MCCCCLXXVI. Pridie Idus Decembr. Fuit ejus vitæ virtus ſocia, gloria mortis. Ad Minores Haydelbergæ in choro ſepultus, non habuit uxorem ſed concubinam.

Fridrich het ſelten Frid,
Drey Fürſten er ains Tags beſtritt:
Heerrais was oft ſein Kurzweil
Die Pfaltz erweitert er vil Meil.

Clara ejus concubina ex Auguſta nata cognomine Tottn venuſta mulier, quæ peperit duos filios Fridericum & Ludovicum.

Rudpertus tertius filius Ludovici Pii, Rheni Palatini & Dominæ Margarethæ ejus uxoris Duciſſæ Sabaudiæ, fuit Archiepiſcopus Colonienſis, parvæ ſtaturæ, niger & rixoſus, qui fuit cauſa obſidionis oppidi Nuſſiæ Rhenani per Carolum Ducem Burgundiæ, qui quaſi per annum illud obſedit, & per Fridericum tertium Cæſarem Auſtriæ Ducem ab obſidione liberatum, & ſponſalia inter filium Imperatoris Maximilianum, & Mariam unicam filiam & hæredem Caroli Ducis facta ſunt. Tandem Rudpertus per Hermannum Haſſiæ Landgravium ejus competitorem detentus & in caſtro Blanckenſtain in captivitate obiit.

Anno Domini MCCCCLXXIIII. Ipſo die Galli obiit venerabilis & nobilis Dominus Fridericus, Illuſtriſſimi Principis Palatini Rheni, Ducis Bavariæ S. R. Imperii Archidapiferi ac Principis Electoris filius legitimus, Eccleſiarum Wormatienſis & Spirenſis Canonicus, cujus anima requieſcat in pace. Hic cum patre ad Minores Haidelbergæ ſepelitur.

Ludovicus alter filius Friderici Rheni Palatini Comes in Lewſtein & Dominus in Scharffneckh. Eliſabeth ejus uxor, honeſta & proba Domina filia Hugonis Comitis de Monfort in Suevia, genuerunt filium Wofgangum, qui habuit uxorem unam Comitiſſam de Hohenloch Eliſabeth nomine filiam Kraſtonis Comitis de Hochenloch.

Philippus Rheni Palatinus & Bavariæ Dux filius Ludovici Pii & probi Rheni Palatini & Dominæ Margarethæ ejus uxoris Duciſſæ Sabaudiæ, Princeps Elector Imperii atque Archidapifer, pulcher & prudens Princeps & in militaribus exercitiis expertus & bonus haſtiluſor atque litteratus, qui diu ſub tutela Friderici Palatini patrui ſui fuit, poſt cujus obitum regimen Palatinatus ſuſcepit. Obiit MDVIII. Haidelbergæ, ſepultus ad S. Spiritum, qui per Dominum Maximilianum Caeſarem, Eliſabeth uxor Ludovici filia Regis Ungariæ marito non genuit proles, & ille Ludovicus erat frater ex patre Rudolfi Rheni Palatini & Ludovici junioris Ducis ſuperioris & inferioris Bavariæ Romanorum Imperatoris. Eliſabeth ſoror illius Ludovici ex Domina Anna de Glogovia nata in Sleſia.

Ladislaus IIII. ejus nominis Rex Ungariæ maritus prætactæ Eliſabeth non habuerunt proles.

Rudolfus primogenitus Ludovici ſenioris Ducis ſuperioris Bavariæ Rheni Palatini, natus ex Domina Mechtilde filia Rudolphi Regis Romanorum Comitis de Habsburg. Fuit Palatinus Rheni. *Rudolf die Chur beſaß &c.* Hic Rudolfus in electione Franckfordiæ non elegit fratrem ſuum Ludovicum juniorem Ducem Bavariæ, ſed elegit Fridericum Ducem Auſtriæ conſanguineum ſuum, & ideo poſtea Rudolfus à fratre ſuo Ludovico juniore fuit expulſus, & tranſivit in Angliam, ibidem exul obiit, & reliquit tres filios Rudolfum, Rudpertum & Adolfum Rheni Palatinos, & ipſe Rudolfus eorum pater etiam ad tempus rexit in ſuperiori Bavaria.

Rudolfus primogenitus Rudolfi Rheni Palatini & Dominæ Mechtild ejus uxoris Comitiſſæ de Naſſaw, Rheni Palatinus, de quo parum ſcribitur. Quia non diu ſupervixit. In Nova Civitate *an der Hardt* ſepelitur, & obiit anno Chriſti MCCCXVIIII.

Deſerenta ejus uxor filia Ottonis Ducis Carinthiæ Comitis Tyrolis.

Agnes eorum filia non genuit proles. Karolus IIII. ejus nominis Romanorum Imperator Bohemiæ Rex, maritus Dominæ Agnetis.

Rudolfus Rufus alter filius Rudolfi Rheni Palatini & Dominæ Mechtildis de Naſſau frater Rudolfi, primogeniti Rudolphi. Fuit Rheni Palatinus, & fuit tertio genitus filius Rudolfi & Mechtildis, poſt tres fratres Rudolfum & Adolfum Rheni Palatinos fundator Univerſitatis in Haydelberg habuit duas uxores.

Eliſabeth prima uxor Rudperti Comitiſſa Namurci, fuit Regis Francorum conſanguinea, & non genuit proles, & obiit anno Chriſti MCCCLXXXII. Haydelbergæ ſepelitur in Monaſterio Minorum. Fuit fundatrix illius Monaſterii.

Mechtildis altera uxor Rudperti Ruffi, Duciſſa Montenſis, non genuit proles, & obiit anno Chriſti MCCCLXXXVI. ad Minores Haydelbergæ ſepulta.

N. Filia Rudolfi ſenioris Palatini Rheni & Mechtildis ejus uxoris, Comitiſſæ de Naſſaw, uxor filii Adolfi Regis Romanorum Comitis de Naſſaw.

Adolfus filius Rudolfi Rheni Palatini & Dominæ Mechtildis de Naſſaw ejus uxoris, frater Rudolfi & Rudberti Ruffi, Rheni Palatinus; non fuit multum ſapiens.

Adolf zu Churfürſt war geborn,
Mit Thorheit hat er die Chur verlohrn,
Sein Bruder Rudprecht was der werth,
Ein Gräffin von Otting der Tor begehrt.
Ruedprecht, den man den rothen nannt,
Die Pfaltz hat bracht in gueten Stand,
Zwo Fürſtinn waren im auserkorn
Von Namur und von Berg geboren.

Irmingardis uxor Adolfi Rheni Palatini ſpecioſa valdè Comitiſſa de Otting in Rhætia genuerunt filium Rudpertum Adolfum nomine.

Mechtildis Rudolfi, Adolphi, & Rudperti Rufi ſoror, filia Rudolfi Rheni Palatini & Dominæ Mechtildis ejus uxoris Comitiſſæ de Naſſaw, uxor unius Comitis de Spanheim.

Rudpertus Adolfus dictus *Klem* id eſt tenax filius Adolfi & Dominæ Irmingardis ejus uxoris, Comitiſſa de Ottingen in Rhætia fuit Rheni Palatinus ſtrenuus valdè & bellicoſus ac jure militari valdè peritus.

Rueprecht von Herde was Klem genannt,
Drewer Streit er ſich ains Tags unterwandt,
Zwen waren Gwin, der dritt Verluſt,
Von Sicilia in der Königin geluſt.

Beatrix uxor Rudperti Adolfi, filia Friderici Regis Siciliæ maritimæ ſeu Trinacriæ. Sepeliuntur in Nova Civitate *an der Hardt.*

Rudpertus Klain, id eſt parvus filius Rudperti Adolfi & Dominæ Beatricis Reginæ Siciliæ, Rheni Palatinus poſtea Romanorum Rex.

N. prima uxor Rudperti Regis Romanorum Palatini Comitis Rheni, cujus genus neſcitur.

König Rueprecht des Römiſchen Reich
Von Würden hoch was hart ſein gleich
Von Nurnberg ain Burggrafin ſein
Was ſein eelich Gemahelein.

Rudpertus Pipan eorum filius poſt liberationem à Turcis, qui ab ipſis captus erat, obiit in oppido Amberg ſine uxore & liberis. Ibidem ſepultus.

Eliſabeth ſecunda uxor Rudperti Regis Romanorum Rheni Palatini, Burgravia Nurnbergenſis; ex qua genuit quinque filios: Ludovicum cœcum Rheni Palatinum, Stephanum, Joannem, Fridericum & Ottonem, & tres filias, Agnetem, Eliſabeth & Margaretam.

Et Rudpertus Rex obiit in oppido Oppenhaim anno Chriſti MCCCCX. & ad S. Spiritum in Haidelberga ſepelitur & ſequenti anno Domina Eliſabeth ejus uxor poſt eum obiit & cum eo Heidelbergæ ſepulta eſt.

Anna filia Rudperti Adolfi Rheni Palatini & ſoror Rudperti Regis Romanorum fuit Duciſſa de Monte.

Eliſabeth altera filia Rudperti Adolfi & Dominæ Beatricis Reginæ Siciliæ ejus uxoris ſoror Rudperti Regis Romanorum fuit Marchioniſſa Moraviæ Ottonis Marchionis uxor.

Ludovicus cæcus dictus Barbatus, Rheni Palatinus, obiit anno Chriſti MCCCC-XXXVII. Haidelbergæ ad S. Spiritum ſepultus, & fuit primogenitus ex Eliſabeth Burgravia Nornbergenſi natus, vir probus & juſtus, Jeruſalem viſitavit, & in mari graviter infirmatus cæcus & claudus factus barbam nutrivit, & ideo Barbatus dictus fuit. Et iſte Ludovicus in ſenectute cæcus factus eſt & ad regendum inutilis, quia fuit nimium prodigus, & ideo conſilio uxoris ſuæ depoſitus, quia ipſa erat valdè prudentialis fœmina. Hic habuit Johannem Papam XXIII. in cuſtodia, quem taxavit pro grandi pecunia, & in abſentia Sigismundi Regis Romanorum, rexit totum Concilium Conſtantienſe, ſed tunc non erat cæcus, & Mechtild mater erat Burgunda à matre.

Ludwig der bericht Gottes Fründe
Hat im die Phaltz vil nutz gezinde
Er weibet ain Engliſche Kunigin
Und von Saphoy ain Hertzogin.

Blanca Regina Angliæ prima uxor Ludovici cæci, Rheni Palatini, fuit filia Heinrici Regis Angliæ.

Rudbertus adoleſcens ſpecioſus & egregius viginti annorum; ante patrem obiit ſine uxore & liberis anno Chriſti MCCCC-XXVI. ſubitaneè in lecto obiit circa feſtum Pentecoſtes ætatis ſuæ viceſimo anno.

Mechtildis ſecunda uxor Ludovici cæci, fuit Comitiſſa Sabaudiæ, ex qua genuit tres filios, Ludovicum pium Rheni Palatinum patrem Philippi Rheni Palatini, qui noviter deceſſit, & Rudpertum Archiepiſcopum Colonienſem, & Mechtildam filiam Comitiſſam de Wirtemberg matrem Eberhardi Barbati primi Ducis in Wirtemberg & Deck Comitis in Mumpelgart, & ipſa Mehtildis habuit etiam alias ſorores, quarum duæ erant Moniales, & reliquæ juvenes obierunt.

Ludovicus dictus pius, bonus, juſtus, honeſtus & manſuetus Princeps filius primogenitus Ludovici cæci Rheni Palatini & Mechtildis ejus uxoris, Comitiſſæ Sabaudiæ, optimè rexit, ſed non diu rexit Palatinatum. Fuit Rheni Palatinus & Bavariæ Dux.

Margareta ejus uxor, filia Amedæi Ducis Sabaudiæ. Poſtea Papa factus Fœlix nominatus. Ex qua genuit Philippum filium Rheni Palatinum Bavariæ Ducem Dominam Margaretham.

Ludwig der jung Tugent vol
Gros Krieg kundt er verrichten wol
Sein Vleis legt er ſtatlich daran
Margareth von Saphoy was ſein Geſpan.

Fridericus alter filius Friderici cæci Rheni Palatini & Dominæ Mechtildis ejus uxoris Duciſſæ Sabaudiæ. Fuit tutor & patruus Philippi Palatini Nepotis ſui ex fratre Ludovico Pio filio. Fuit Dux Bavariæ & Rheni Palatinus, ſacrique Romani Imperii Elector, ſalus patriæ, prædonum fulmen, bellicoſus, ingenioſus & audax. Tres illuſtres Principes, qui ſui hoſtes erant, uno die proſtravit atque mancipavit. Videlicet Karolum Marchionem Badenſem & ejus fratrem Dominum Georgium Epiſcopum Metenſem & Udalricum Comitem de Wirtemberg & Mumpelgart, qui dictus erat *Gotznieswurtz*, quos omnes taxavit & Palatinatum valdè auxit ac ampliavit. Imperio ſemper quoad vixit, rebellis fuit. Piè vivis exceſſit anno Chriſti MCCCC-LXXVI. Pridie Idus Decembr. Fuit ejus vitæ virtus ſocia, gloria mortis. Ad Minores Haydelbergæ in choro ſepultus, non habuit uxorem ſed concubinam.

Fridrich het ſelten Frid,
Drey Fürſten er ains Tags beſtritt:
Heerrais was oft ſein Kurzweil
Die Pfaltz erweitert er vil Meil.

Clara ejus concubina ex Auguſta nata cognomine Tottn venuſta mulier, quæ peperit duos filios Fridericum & Ludovicum.

Rudpertus tertius filius Ludovici Pii, Rheni Palatini & Dominæ Margarethæ ejus uxoris Duciſſæ Sabaudiæ, fuit Archiepiſcopus Colonienſis, parvæ ſtaturæ, niger & rixoſus, qui fuit cauſa obſidionis oppidi Nuſſiæ Rhenani per Carolum Ducem Burgundiæ, qui quaſi per annum illud obſedit, & per Fridericum tertium Cæſarem Auſtriæ Ducem ab obſidione liberatum, & ſponſalia inter filium Imperatoris Maximilianum, & Mariam unicam filiam & hæredem Caroli Ducis facta ſunt. Tandem Rudpertus per Hermannum Haſſiæ Landgravium ejus competitorem detentus & in caſtro Blanckenſtain in captivitate obiit.

Anno Domini MCCCCLXXIIII. Ipſo die Galli obiit venerabilis & nobilis Dominus Fridericus, Illuſtriſſimi Principis Palatini Rheni, Ducis Bavariæ S. R. Imperii Archidapiferi ac Principis Electoris filius legitimus, Eccleſiarum Wormatienſis & Spirenſis Canonicus, cujus anima requieſcat in pace. Hic cum patre ad Minores Haidelbergæ ſepelitur.

Ludovicus alter filius Friderici Rheni Palatini Comes in Lewſtein & Dominus in Scharffneckh. Eliſabeth ejus uxor, honeſta & proba Domina filia Hugonis Comitis de Monfort in Suevia, genuerunt filium Wofgangum, qui habuit uxorem unam Comitiſſam de Hohenloch Eliſabeth nomine filiam Kraſtonis Comitis de Hochenloch.

Philippus Rheni Palatinus & Bavariæ Dux filius Ludovici Pii & probi Rheni Palatini & Dominæ Margarethæ ejus uxoris Duciſſæ Sabaudiæ, Princeps Elector Imperii atque Archidapifer, pulcher & prudens Princeps & in militaribus exercitiis expertus & bonus haſtiluſor atque litteratus, qui diu ſub tutela Friderici Palatini patrui ſui fuit, poſt cujus obitum regimen Palatinatus ſuſcepit. Obiit MDVIII. Haidelbergæ, ſepultus ad S. Spiritum, qui per Dominum Maximilianum Caeſarem, Ducem de Wirtemberg , Marchionem Brandenburgenſem , Landgravium Haſſiæ & Nurnbergenſ. caſtigatus fuit.

Margareta ejus uxor filia Ludovici Divitis Ducis Bavariæ de Lanntzhuet , & ſoror Georgii Ducis Bavariæ de Lanntzhuet, proba, devota & honeſta matrona, genuit ei novem filios & quatuor filias, videlicet Ludovicum primogenitum,Philippum,Rudbertum , Fridericum, Georgium , Hainricum, Joannem, Wolfgangum, Ottonem Hainricum, Eliſabeth , Ameliam , Barbaram & Helenam.

Ludovicus primogenitus filius Philippi Palatini & Dominæ Margarethæ ejus uxoris Duciſſæ Bavariæ de Lantzhuet, procerus & robuſtus Princeps, per aliquod tempus Ludovici moderni Regis Francorum Miniſterialis , fuit Rheni Palatinus Princeps Elector & Archidapifer Imperii.

Sidonia filia Alberti Ducis Bavariæ de Monaco fuit ei deſponſata ſed ab eo non cognita & ipſa obiit.

Philippus Epiſcopus Friſingenſis Dux Bavariæ pulcher & diſcretus Princeps, al[illegible]r filius Philippi Palatini Rheni.

Verſus Philippi ſenioris.

Vil Lieb ſey dir beſchert Philipps
Du biſt der Kern diſer Phaltze Stips
Von Jugent guetig , trew und mild
Von Bayrn Fraw Margareth dir verhilt.

Verſus Ludovici Electoris moderni Palatini.

Ludwig der erſt geborn Sun
Meins Vaters Philips den ich han ,
Ich folg im nach der Wal und Chur
Zu thun was diſem Ampt gebür.

Verſus Philippi Epiſcopi Friſingenſis.

Rudpertus tertio genitus filius Palatinus Rheni pulcher & aſtutus Princeps & à ſubditis ſuis multum dilectus fuit. Epiſcopus Friſingenſis, quem Philippo fratri ſuo reſignavit ; quia religio ſibi minus placuit , duxit uxorem.

Eliſabeth ejus uxor filia Georgii Ducis Bavariæ Domini in Landzhuet , quæ genuit tres filios, Georgium , qui cum patre & matre in Monaſterio Saldenthal in ſuburbio oppidi Landshuet ſepultus eſt, Ottonem Hainricum & Philippum , qui ſub tutela patrui eorum Friderici Palatini ſunt.

Rueprecht von Philipps geborn
Mein Elter des Namens vor Jarn
Hat ains der Pfaltz vil guets getan
Alſo wil ich auch , ſol ich leben han.

Fridericus quarto genitus filius Philippi & Dominæ Margarethæ ejus uxoris Duciſſæ Bavariæ , Dux Bavariæ, pulcher & albus Princeps , tutor Ottonis nepotum Heinrici & Philippi. Fuit miniſterialis Philippi Regis Caſtellæ & Legionis Archiducis Auſtriæ, Ducis Burgundiæ &c. & fuit ſecum in partibus inferioribus (d) & etiam in Hiſpania , & cum Domino Imperatore moderno fuit in Longobardia. Non habet uxorem neque liberos.

Fridrich ain Brueder mit
Bin auch Philipps nagſt Gelid
Und warte was Gott noch aus mir macht
Auf ehrliche That mein Herz wacht.

Georgius V. filius Philippi Palatini Rheni, Dux Bavariæ , Canonicus aliquorum epiſcopatuum, procerus & elegans Princeps.

Georg der fünft Philippens Bluet
Seenlich Begir mich jagen thuet
Die Eer ſetz ich meinem Vatter haim
Den Willen ſein verſag ich khain.

Hainricus VI. filius Philippi Rheni Palatini Dux Bavariæ & Clericus & Canonicus.

Hainrich haiſſen die trewen Knecht
Mein Fürſtlich Trew ſol ſein gerecht
Reich und Armen wie mir geburdt
Dieweil das Herz ſich in mir ruert.

Joannes VII. filius Philippi Rheni Palatini Dux Bavariæ & Epiſcopus Ratisponenſis , pulcher Princeps.

Johannes der ſibent in der Zal
Mich ſol nicht irren Perg noch Tal
Und ſchicken mich mit frewer Hand,
Das ich bekäm ain Fürſtlich Land.

Wolfgangus octavus filius Philippi Rheni Palatini, Dux Bavariæ eſt adhuc cum fratre Ludovico Rheni Palatino.

Wolfgang wie fer ich volg hernach
So iſt mir doch auf Manhait gath
Im Streitt wil ich der lezt nit ſein
Damit behalten in den Rhein.

Otto Heinricus nonus filius Philippi Palatini Rheni juvenis deceſſit.

Ott Heinrich ee dan Zeit geporen
Die Welt han ich mir nit auserkorn
Das ewig Leben ſol mein ſein
Das wil ich kurtzlich nemen ein.

Eliſabeth primogenita filia Philippi Palatini Rheni & Dominæ Margarethæ Duciſſæ Bavariæ , fuit uxor Wilhelmi divitis Landgravii Haſſiæ , non genuit ei proles.

Philippus ſecundus maritus prædictæ Eliſabeth eſt Marchio de Baden , pulcher, procerus & elegans Princeps , fuit diu in Francia & Burgundia cum Philippo Marchione de Rote conſanguineo ſuo callet benè Gallicum.

Eliſabeth ir Schweſter ein
Gleich Adamant den weiſſen Stein
Zucht , Scham und weiblich Ere
Sol ſein mein Schaz auf Erde.

(d) Prolixè de ea re Hubertus Thomas Leodius ejus biographus.

Amelia ſecunda filia Philippi Palatini Rheni eſt adhuc ſoluta.

Ameley bin ich getaufft
Der mich einsmals zu Weibe kauft
Der mues der Kronen wirdig ſein
Ich thue im guets, helt er ſich mein.

Barbara tertia filia Philippi Rheni Palatini & Dominæ Margaretæ ejus uxoris Duciſſa Bavariæ adhuc eſt ſoluta.

Ich Barbara begib die Welt
Mein Herz ſich Gottes Willen helt
Dem hort büllich der Zehent zue
ſol ich die ſein, gar gern ichs thue.

Helena quarta filia Philippi Palatini Rheni adhuc eſt ſoluta.

Helena ward ich da genant
Als ich auf Erd das Leben fandt
Gott ſelber ſol beratten mich
In Eren ſtet vil ſaligclich.

Item Rudpertus Ruffus Rheni Palatinus Dux Bavariæ fuit natus in Bavaria in caſtro Wolfhartzhauſen, anno Domini MCCC. & obiit anno Domini MCCCXL. in Nova Civitate in choro ſepultus. Non habuit liberos.

Aliqui Palatini Comites ſepeliuntur in cœnobio Schonaugia proprie Schonaw, nón remotè à Haidelberga, Ordinis Ciſtercienſis.

Stephanus tertius filius Rudperti Regis Romanorum Rheni Palatini & Dominæ Eliſabeth ejus uxoris Burgraviæ Nurnbergenſis dictus *Zwainprucker*, vir juſtus, probus & devotus. Fuit Dux Bavariæ & Comes in Veldentz, ejus oppida Maiſenhaim, Zwainprucken, Veldentz Aflenz, Hornnbach, Pergzabern, Khuſchl, Muſchl, Liechtenberg, Khirkhel, Trienfels & Altenkirckel, habuit patrimonium ſuum in Weſtravia propriè Weſterreich & in Veſago propriè Wasgey, & reſidit in oppidis Maiſenheim ſuper fluvio dicto *die Naw* & in Geminoponte i. e. Zwainprücken.

Anna ejus uxor Comitiſſa de Veldentz, quæ attulit ei oppidum, caſtrum & comitatum hujus nominis Veldentz, & fert in armis ille comitatus Leonem Laſurcum in albo campo, ex qua genuit quinque filios Johannem, Rudbertum, Stephanum, Ludovicum & Fridericum, & Anna fuit filia Friderici Comitis de Veldentz & Dominæ Margarethæ ejus uxoris Comitiſſæ de Naſſaw, & pater Friderici fuit Hainricus Comes de Veldentz & Hainrici uxor fuit Comitiſſa de Spanheim.

Joannes primogenitus Stephani Ducis & Dominæ Annæ de Veldentz nepos Rudperti Regis Romanorum, Palatini Comitis Rheni, fuit probus & honorabilis pater Archiepiſcopus Magdeburgenſis & Germaniæ Primas, filius Erneſti Ducis Saxoniæ Electoris & Joañes obiit anno Domini MCCCCLXXV. non ſine ſuſpicione veneni.

Rudpertus alter Stephani Ducis filius ex Anna Comitiſſa de Veldentz natus, frater Joannis ſupraſcripti fuit Epiſcopus Argentinenſis probus Princeps, poſt ejus deceſſum ei ſucceſſit Conſobrinus Albertus, filius Ottonis ſenioris Ducis Bavariæ & frater Ottonis junioris Ducis Bavariæ.

Stephanus tertius filius Stephani Ducis Bavariæ & Dominæ Annæ de Veldentz, Præpoſitus, Canonicus & Architectus Eccleſiæ Colonienſis.

Ludovicus dictus niger Dux Bavariæ quartus filius Stephani Ducis Bavariæ & Dominæ Annæ de Veldentz fuit Dux Bavariæ Comes in Veldentz, Dominus in Zwayn-Brucken & Maiſenhaim.

Anna ejus uxor filia Domini Anthonii de Croy in Burgundia, ex qua genuit quinque filios, Chriſtophorum, Albertum, Johannem, Caſparem & Alexandrum, & ſex filias Margaretham Comitiſſam de Naſſau de Sarpruckhen, Annam Monialem in Poppardia i. e. Poparten in Rheni viagio *am Rheinſtrom* conditio reliquarum quatuor filiarum non occurrit modo, ſed videtur, quod etiam in Popardia ſunt Moniales, & iſte Ludovicus niger fuit homo brevis ſtaturæ, rixoſus & animoſus & magna ac acerrima bella cum Friderico bellicoſo Rheni Palatino conſobrino ſuo habuit, ſed male fortunatus ſuccubuit, & magna damna accepit.

Fridericus quintus filius Stephani Ducis Bavariæ & Dominæ Annæ ejus conthoralis de Veldentz fuit juſtus, pius, pulcher & probus Princeps diligens pacem, fuit Dux Bavariæ & Comes in Spanhaim, in Symern & Hundsruck.

Margareta ejus uxor filia Ducis Gellriæ ex qua genuit ſex filios, Wilhelmum Canonicum Treverenſem, Wilhelmum puerum, qui juvenis obiit, Stephanum, Rudpertum, Fridericum & Johannem, & tres filias: Margaretham, Annam & Catherinam. Et Fridericus obiit anno Domini MCCCCLXX. ſepultus in Monaſterio Canonicorum Regularium nominis Ravengesperg.

Fridericus filius Rudperti Regis Romanorum Comitis Palatini Rheni ex Domina Eliſabeth Burgravia Nurnbergenſi natus, ante patrem deceſſit. Ejus geſta non invêni, & obiit ſine uxore & liberis, & fuit frater Ludovici cæci & fratrum ejus.

Caſpar primogenitus filius Ludovici nigri Ducis Bavariæ, Dux Bavariæ Comes in Veldentz Dominus in Mayſenhaim & Zwaienprücken ex Domina Anna de Croy Burgunda natus. Ad tempus rexit prætacta Domina; & reſedit in oppido Mayſenhaim & Zwayenbrucken, fuit ſimplex Princeps, probus & pacificus & per fratrem ſuum Alexandrum captus & incarceratus, & in carceribus adhuc detinetur, quia fuit vox & fama, quod principatum ſuum vellet tradere in manus Palatini Rheni Philippi.

Amelia ejus uxor, filia Alberti Marchionis Brandenburgenſis, ſoror Friderici Marchionis Brandenburgenſis, bona & modeſta fœmina, quæ ſine prole obiit, & in Monaſterio Hailsprun ſepulta.

Chriſtophorus primogenitus Ludovici Nigri Ducis Bavariæ Comitis in Veldentz in pueritia deceſſit.

Albertus Dux Bavariæ Canonicus Colonienſis & Argentinenſis, filius Ludovici Nigri Ducis Bavariæ & Dominæ Annæ ejus uxoris Comitiſſæ de Veldentz, mortuus eſt.

Johannes Dux Bavariæ Canonicus Colonienſis & Argentinenſis filius Ludovici Nigri Ducis Bavariæ & Dominæ Annæ ejus uxoris Comitiſſæ de Veldentz.

Alexander Dux Bavariæ Comes in Veldentz Dominus in Mayſenhaym & Zwaienbrucken filius Ludovici Nigri Ducis Bavariæ & Dominæ Annæ ejus uxoris, Comitiſſæ de Veldentz, Dominæ de Kroy, Princeps probus & juſtus, fratrem ſuum Caſparem ſeniorem ſe & regentem Principem ob ſuſpicionem quod principatum ad Philippum Rheni Palatinum transferre vellet, carceribus mancipavit, in quibus adhuc tenetur. eſt Podagricus & cum Domino Maximiliano Cæſare, Principibus de Wirtemberg, Brandenburg, Lantgravio Haſſiæ & Nurnbergenſibus contra Philippum conſanguineum ſuum Rheni Palatinum fuit, ſed ante mortem Philippi cum eo concordatus, & ei reconciliatus fuit. *Iſt iezt regierenter Fürſt in Weſterreich und Wasgay, die ſtoſſen beyde an das Elſeß, und helt Hof zu Zwayenprucken und Mayſenhaym.*

Margaretha ſein Gemahel, Graf Kraften von Hochenloch und Fraw Helena ſeines Gemahel Gräfin von Wirtemberg und Mümplgart Tochter, haben fünf Sün, Ruedprechtn, Ludwigen, Hannſen, Georgn, Friderichn, und drew Tochter Margarethen, Johannam & Elſpeten.

Eliſabeth Herzog Alexanders Tochter iſt ain Gemahel Graf Jan Ludwigs von Naſſaw zu Sarprucken, hat Kinder mit ir.

Otilia ihr bayder Tochter hat zu Man ein Reingrafen, die hat Schweſtern Anna, Elspet, Johannam und N. iſt tod, die ſind Graf Jan Ludwigs und ſeiner Gemahel Fraw Elspeten Töchter.

Margareth Herzog Alexanders Schweſter iſt geiſtlich.

Margareth Herzog Alexanders Schweſter hat zu Mann Graf Ludwig zu Naſſau zu Sarbrücken im Weſterreich.

Anna ain Schweſter Herzog Alexander iſt ain Kloſterfraw zu Popparden.

Anna ein Tochter Herzog Alexanders iſt auch ain Kloſterfraw.

Johanna ein Tochter Herzog Alexanders ain Kloſterfraw zu Poparden.

Margareth Alexanders Tochter iſt geiſtlich.

Wilhelmus primogenitus Friderici Ducis Bavariæ, Comitis in Spanheim & Dominæ Margarethæ ejus uxoris Duciſſæ Gelriæ fuit Canonicus Treverenſis & in adoleſcentia deceſſit.

Wilhelmus alter filius Friderici Ducis Bavariæ juvenis obiit.

Stephanus tertius filius Friderici Ducis Bavariæ Decanus & Canonicus Colonienſis obiit.

Rudpertus quartus filius Friderici Ducis Bavariæ fuit Epiſcopus Ratisponenſis, Præpoſitus & Canonicus Moguntinus, ſtetit Papiæ in Italia & Pariſiis in Francia, fuit doctus, & callebat plures linguas, & obiit ante modernum Epiſcopum Joannem Palatinum Rheni.

Fridericus quintus filius Friderici Ducis Bavariæ & Dominæ Margarethæ Duciſſæ Gellriæ Canonicus Eccleſiarum, Colonienſis & Argentinenſis, Cantor & Canonicus Eccleſiæ Maguntinenſis.

Joannes ſextus filius Friderici Ducis Bavariæ Comitis in Spanhaim & Dominæ Margarethæ ejus uxoris Duciſſæ Gelriæ, Dux Bavariæ Comes in Spanhaim, Dominus in Simmern & Hundzruck, modeſtus, pius, humilis & probus, Princeps pulcher & albus Dominus, fuit curialis Friderici III. ejus nominis Romanorum Imperatoris, Ungariæ Regis, Auſtriæ Ducis.

Johanna ejus uxor filia Comitis Senfft Comitis de Naſſau de Sarprucken in Weſtravia pulchra & honeſta Domina.

Fridericus eorum filius, qui puer obiit.

Johannes alter filius eorum Princeps parvæ ſtaturæ, contraxit cum Domina Beatrice filia Chriſtofferi Marchionis de Baden pulchra & honeſta puella.

Domina Margaretha filia Friderici Ducis Bavariæ, ſoror Johannis Ducis.

Anna filia Friderici Ducis Bavariæ & ſoror Johannis Ducis Bavariæ.

Katherina tertia filia Friderici Ducis Bavariæ & Dominæ Margarethæ Duciſſæ Gelriæ.

N. quarta filia Friderici Ducis Bavariæ & ſoror Johannis in civitate Treveris apud Pœnitentes monialis.

Otto ſenior dictus Mospacher, filius Rudperti Regis Romanorum, Comitis Rheni Palatini & Dominæ Eliſabeth ejus uxoris, Burgraviæ Nurnbergenſis, frater Stephani, Ludovici cæci, & Johannis de Amberg Dux Bavariæ & poſtea Dominus in Novo Foro niger & callidus Princeps, ſepultus in Monaſterio Reichenbach.

Johanna ejus uxor filia Henrici Nigri Ducis Bavariæ, Domini in Landzhuet, & ſoror Ludovici Divitis Ducis Bavariæ, Domini in Landshuet, quæ genuit quatuor filios & quinque filias, ſcilicet Rudpertum, Ottonem, Albertum & Joannem: Katherinam, Eliſabeth, & Annam, Barbaram & N.

Otto junior Dux Bavariæ Dominus in Novo Foro, ubi habuit reſidentiam ſuam gracilis & niger Princeps, lætus & curialis, bonus ſtanſor, haſtiluſor, amator mulierum, qui dilexit gregarios milites, in venatione & aucupio delectationem habuit cum conſanguineo ſuo Rege Ladislao, Pragæ quando intoxicatus fuit, ſuus curialis, abſque uxore & liberis deceſſit, pater clientum & orientalium Francorum.

Rudpertus filius Ottonis ſenioris & frater Ottonis junioris, Dux Bavariæ, honeſtus & probus & pulcher Princeps; & fuit Epiſcopus Ratisponenſis & ante multos annos Viennæ conſtitutus erat, & obiit Ratisponæ in cathedrali Eccleſia ſepultus.

Albertus tertius filius Ottonis ſenioris & Dominæ Johannæ Duciſſæ Bavariæ, robuſtus Princeps, habuit pulchros criſpos crines, fuit bonus ſagittarius cum baliſta & fuit probus & bonus domeſticus, fuit Epiſcopus Argentinenſis & vita exutus eſt.

Joannes quartus filius Ottonis ſenioris Ducis Bavariæ, albus, procerus & pulcher Princeps, Præpoſitus Auguſtenſis & Argentinenſis, in peregrinatione, in civitate Jeruſalem obiit, ibidem ſepultus. Fuit etiam Canonicus Aiſtetenſis, fuit mirabilis & rixoſus, quem cives Auguſtenſes non amaverunt propter ejus proterviam & ſuperbiam.

N. filia, Ottonis ſenioris & ſoror Ottonis junioris, uxor Comitis de Mörs propè Coloniam, habuit filios & filias.

Katherina altera filia Ottonis ſenioris uxor Comitis de Hanaw in partibus Rheni in Wederouſa, habet pueros.

Eliſabeth tertia filia Ottonis ſenioris & Dominæ Johannæ Duciſſæ Bavariæ ejus uxoris, uxor Philippi Comitis de Rueckh in Franconia, habet filios & filias.

Barbara quarta filia Ottonis ſenioris Abbatiſſa in Liebenaw.

Anna quinta filia Ottonis ſenioris Abbatiſſa in Hoch.

Johannes dictus Newnburger Dux Bavariæ, juſtus & Deo dilectus Princeps, reſedit in Amberga oppido & caſtro, & fuit filius Rudperti Regis Romanorum Comitis Rheni Palatini & Dominæ Eliſabeth ejus uxoris, Burgraviæ Nurnbergenſis & fuit pinguis & ventroſus, & multa proſpera bella cum Bohemis geſſit, & ſemel cum paucis Bohemos proſtravit; & ſuum patrimonium fuit Amberga, Newnburg, Novum Forum cum ſuis attinentiis, & reſedit in Amberga, & ſepultus jacet in oppido Newnburg ante ſylvam Bohemicam ſito, & fuit denominatus fautor cleri probus & religioſus.

Catherina uxor Johannis dicti Newenburger prima Duciſſa Pomeraniæ, *ſoror Heinrici Regis Daciæ* *, quæ peperit ſex filios, Chriſtofferum, Ottonem, Johannem, Fridericum, Adolfum & iterum Johannem. Et quinque ultimi juvenes obierunt, & Domina Katherina ejus uxor fundavit duo Monaſteria, unum virorum, alterum mulierum, & dicta fuerunt Mons gratiæ *der Gnaden Perg* Ordinis ſanctæ Brigittæ de Ordine Salvatoris, non multum ab oppido Novo Foro diſtans, ibidem in Monaſterio fœminarum ſepulta eſt, & obiit anno Domini MCCCCXXVI.

* Peutingerus adſcripſit.

Beatrix ſecunda uxor Johannis de Amberga, filia Erneſti Ducis Bavariæ de Monaco, quæ antea habuit Hermannum ſeniorem Comitem Ciliæ & ex nullo habuit proles & Joannes Ratisponæ emit unam domum apud S.Emeramum ſitam à Hainrico ſeniore Nothafft, quamvis reſederit in Amberga tamen ſuum patrimonium fuit Novi Forum cum ſuis attinentiis, & ſepultus jacet in oppido Newenburg ante ſylvam Bohemicam. Chriſtofferus fuit juvenis probus & honeſtus Princeps, fuit Dux Bavariæ, Dominus in Amberga & in Newenburg ante ſylvam Bohemicam & Dominus Novi Fori cum ſuis attinentiis, filius Johannis de Amberga, & Dominus Katherinæ de Pomerania, ex qua tria regna conſecutus eſt, Daciæ Sueciæ & Norwegiæ, & reſignavit Dominium Novi Fori cum ſuis pertinentiis Ottoni ſeniori patruo ſuo dicto tunc Moſchpacher, qui non reliquit liberos, & tantum tribus annis rexit in Helmesperg ſepultus.

Dorothea Chriſtofferi uxor, filia Johannis Marchionis Brandenburgenſis fratris Alberti Marchionis Brandenburgenſis. Non habuerunt proles, & ipſa poſtea duxit Chriſternum Comitem de Oldenburg & Delmenhorſt, qui ex uxore Rex Daciæ factus fuit, & genuit Johannem nunc Regem Daciæ & ejus fratres Fridericum Ducem de Sleſwig & Holſtain & alios.

Ladiſlai Sunthemii Familia Marchionum Veronen. nunc de Baden dictorum.

ANno Domini MCXII. Hainrico V. ejus nominis Romanorum Imperatore &c. Hermannus Marchio Veronenſis dictus de Baden floruit. Juntha ſeu Jeutha ejus uxor, cujus genus neſcitur. Fundaverunt Monaſterium Monachorum Ord. S. Benedicti in oppido Bacana circa fluvium Murr, & obiit anno Domini MCXXI. ſeptima die menſis Octobris ibidem ante aram S. Crucis ſepultus.

In Bakana oppido eſt præpoſitura ſæcularis, octo Canonici & quinque Vicarii, & S. Pancratius eſt in Eccleſia in ſummo patronus, & parrochialis Eccleſia ad S. Michaelem vocatur, & eſt in ducatu Würtembergenſi & non in Dominio Badenſi.

Hermannus dictus *Parvus*, Marchio Badenſis, filius Hermanni ſupraſcripti & Dominæ Jeuthæ, obiit in die S. Marcelli Papæ XVI. Januarii, ſepultus in oppido Bakana patris ſui fundatione, in capella B. Virg. Mariæ ibidem.

Judeutha vel Juditha ſoror Domini Hermanni primi ejus nominis Marchionis Badenſis, obiit anno Domini MCLXII. ſepulta in Monaſterio Bakana, ibidem in ambitu, & claret miraculis.

Hermannus Marchio Badenſis, filius Domini Hermanni I. ejus nominis Marchionis Badenſis, & Dominæ Jeuthæ ejus uxoris.

Berchta ejus uxor, Comitiſſa genus neſcitur. Ipſe obiit in die exaltationis ſanctæ Crucis XIIII. die menſis Septembris ſepultus in Bakana in capella S. Mariæ Magdalenæ, & Berchta ejus uxor cum eo ſepelitur.

Hermannus Marchio Badenſis filius Hermanni Marchionis Badenſis & Berchtæ Comitiſſæ ejus uxoris.

Irmingardis ejus uxor filia Henrici Rheni Palatini, filii Heinrici cognomine Leonis Ducis Bavariæ & Saxoniæ Domini in Brawnſchweig & Lunenburg, ex familia Welphonum, fundavit Monaſterium monialium Ordinis Ciſtercienſis ſeu S. Bernhardi in villa Burſenliechtal propè oppidum Baden ſitum, latinè Lucida Vallis vocatum, ubi ipſa ſepelitur, & fundavit illud anno Dom. MCCVI. Spirenſis Diœceſis.

Rudolfus Marchio Badenſis filius Hermanni Marchionis & Dominæ Berhtæ Comitiſſæ, frater Hermanni Marchionis mariti Dominæ Irmingardis Palatinæ.

Agnes Marchioniſſa Badenſis filia Hermanni Marchionis & Dominæ Berchtæ Comitiſſæ ſoror Hermanni & Rudolfi Marchionum Badenſium. Ejus titulus: Rudolfus Dei gratia Marchio Veronenſis dictus de Baden.

Kunigundis Rudolfi uxor filia Ottonis ſenioris Comitis de Eberſtain, ex ea genuit Hermannum, Rudolfum, Heſſonem, Rudolfum & Ortliebum Abbatem in Newnburg in Alſatia.

Hermannus filius Hermanni Marchionis de Baden & Irmingardis Palatinæ Rheni ejus uxoris, frater Rudolfi ſenioris Marchionis Badenſis, fuit Dux Auſtriæ & Marchio Badenſis.

Gertrudis ejus uxor (e) Duciſſa Auſtriæ filia Heinrici crudelis Ducis Auſtriæ dicti de Medling. ratione uxoris Dux Auſtriæ factus. Videlicet anno Domini MCCXLVI. ſecundo anno ejus regiminis toxico ſublatus, videlicet anno Domini MCCXLVIII. in Newnburgo clauſtrali ſepultus. Gertrudis in Miſnia, in uno Monaſterio virginum ſepulta.

Fridericus Dux Auſtriæ Marchio Badenſis filius Hermanni Marchionis Badenſis Ducis Auſtriæ & Dominæ Gertrudis Duciſſæ Auſtriæ, adoleſcens ſpecioſus anno Dni. MCCLXVIII. unà cum Conradino hærede regnorum Jeruſalem & utriusque Siciliæ ultimo Duce Sueviæ hujus Dinaſtiæ conſanguineo ſuo propter prædicta regna in civitate Neapolitana decollati ſunt, & ibidem in Monaſterio Carmelitarum ſepulti. Non habuit uxorem, neque proles.

Agnes filia Hermanni Ducis Auſtriæ Marchionis Badenſis & ſoror Friderici Ducis Auſtriæ Marchionis Badenſis, uxor Udalrici Ducis Carinthiæ, ex quo non habuit proles. Poſt cujus mortem uxor Ulrici Comitis in Hewnburg in Carinthia, ex quo multas proles genuit videlicet Comites de Phannberg, Barones de Sanneckh, qui poſtea Ciliæ Comites effecti ſunt. Wiennæ ad Minores in ambitu Domina Agnes ſepulta jacet.

Hermannus primogenitus Rodulfi ſenioris Marchionis Badenſis & Dominæ Kunigundis Comitiſſæ de Eberſtain obiit anno Domini MCCLXXXI. an habuerit uxorem vel non, nondum invêni, & obiit in die diviſionis Apoſtolorum, XV. die Julii, in Monaſterio Liechthal ſepultus.

Rudolfus ſenior, cognomine *Weckber*, filius Rudolfi Senis & Dominæ Kunigundis, Comitiſſæ de Eberſtain, frater Hermanni prædicti.

Adalhardis ejus uxor Baroniſſa de Ochſenſtain. Marchio Badenſis obiit anno Domini MCCLXXXXV. in die Valentini, XIIII. die Februarii in Liechtal ſepultus.

Heſſo Marchio Badenſis, filius Rudolphi Senis & Dominæ Kunigundis Comitiſſæ de Eberſtain, frater Hermanni & Rudolphi prædictorum cognomine *Weckber*.

Adalhaidis uxor ejus Comitiſſa de Reineck Rudolfus & Hermannus filii ſui, ipſe obiit anno Domini MCCLXXXXVIIII. in Liechtal ſepultus.

(e) Vid. eorum monumentum in vitrea apud Raym. Duellium.

Fridericus Marchio Badenſis, filius Rudolfi Wecker ſenioris Marchionis & Adalhaidis ejus uxoris Baroniſſæ de Ochſenſtain, nepos Rudolfi Senis & Dominæ Kunegundis Comitiſſæ de Eberſtain, frater Rudolfi Wecker.

Agnes ejus uxor Baroniſſa de Weinsperg in Liechtal ſepultus obiit anno Domini MCCCXXXIII. *auf der zehentauſent Ritter Tag den andern Tag des Brachmonaths.*

Hermannus Marchio de Baden filius Friderici & Dominæ Agnetis de Weinsperg.

Mechtildis ejus uxor Comitiſſa de Vaichingen. in Liechtal ſepultus. Non habuerunt proles.

Hermannus Marchio Badenſis frater Friderici Marchionis Badenſis.

Rudolfus Weckher junior, Marchio Badenſis filius Rudolphi Wecker ſenioris & Dominæ Adalhardis de Ochſenſtain frater Friderici Marchionis Badenſis nepos Rudolphi Senis & Dominæ Kunegundis de Eberſtain, obiit anno Domini MCCCXXIII. in die Purificationis Mariæ ſecunda die Februarii in Liechtal ſepultus.

Gutha ejus uxor Comitiſſa de Newburg obiit anno Domini MCCCXXVII.

Rudolfus magnus Marchio Badenſis filius Friderici Marchionis Badenſis & Dominæ Agnetis de Weinsperg Baroniſſæ frater Hermanni ſupradicti.

Mechtildis ejus uxor Comitiſſa de Spanhaim obiit anno Domini MCCCLXXII. in die annuntiationis Mariæ XXV. die Martii in Monaſterio Liechtal ſepultus, cujus ſepulchri longitudo habet duodecim pedes.

Epitaphium ejus in Capella in Liechtal:

Mille tria centum Domini L. & decem ſunt ſociati
His bis ſex junge virginis annuncio die
Deceſſit Princeps Badenſis Marchio Rudolphus,
Cujus in hac foſſa cineres clauduntur, & oſſa.
Detur ei pietate Dei donum requiei. Amē.

Hermannus Marchio Badenſis frater Friderici Marchionis & Rudolfi Weckers junioris, an habuerit uxorem & proles non invêni.

Gutha ſoror Hermanni jam dicti Rudolfi Weckers junioris & Frederici Marchionis Badenſis filia Rudolfi Weckers & Dominæ Adalhardis Baroniſſæ de Ochſenſtain uxor Domini Berchtoldi Comitis in Strasburg obiit ãno Domini MCCCXXVII. in Monaſterio Liechtal ſepulta.

Rudolfus Wecker filius Rudolfi Magni & Dominæ Mechtildis de Spanhaim, Marchio Badenſis obiit anno Domini MCCCLXII. ante patrem ſuum non habuit proles in Liechtal ſepultus.

Rudolfus junior Marchio Badenſis Dominus in Pforzen, ibidem reſedit, frater Rudolphi Weckers filius Rudolfi magni obiit anno Domini milleſimo tricenteſimo nonageſimo primo in die S. Hylarii, quæ fuit prima Januarii; non genuit proles, in Liechtal ſepultus.

Bernhardus antiquus Marchio Badenſis etiam filius Rudolfi magni & Dominæ Mechtildis in Spanhaim, obiit anno Domini MCCCCXXXI. in die S. Floriani, quarta menſis Maij.

Anna ejus uxor Comitiſſa de Oettingen in oppido Baden in choro ſepulta, cui anno Domini MCCCLXXXXVIIII. fuit deſponſata uxor ſua Anna.

Rudolfus Marchio Badenſis, filius Rudolfi Wecker junioris & Dominæ Guthæ Comitiſſæ de Newenburg fratruelis Friderici Marchionis Badenſis obiit anno Domini MCCCXXXII. in Liechtal ſepultus.

Rudolfus Heſs Marchio Badenſis filius Rudolfi ſupra nominati.

Johaña ejus uxor Comitiſſa de Mumpelgart. Obiit anno Domini MCCCXXXV. viceſima ſeptima Auguſti in Octava S. Laurentii Martyris in Liechtal ſepultus.

Hermannus Marchio Badenſis frater Rudolfi Heſs. Dominus in Eberſtain obiit anno Domini MCCCXXXVIII. in Liechtal ſepultus.

Rudolfus Marchio Badenſis Dominus in Portzenn filius Rudolfi Heſſonis. Maria ejus uxor Comitiſſa de Oetting. Rudolfus obiit anno Domini MCCCXLVIII. VII. Kal. Jun. in Liechtal ſepultus; Maria uxor ejus, ſoror Ludovici & Friderici Comitum de Ottingen obiit anno Domini MCCCLXIX. Dominica poſt Corporis Chriſti cum marito in Liechtal ſepulta.

N. Frater Rudolfi Marchio Badenſis.

Hermannus filius N. Marchio Baden, fratruelis Rudolfi Marchionis Badenſis.

Anno Domini MCCCLVI. floruerunt Fridericus & Rudolfus Wecker filii Rudolfi ſupranominati in Pforzen.

Rudolfus filius Friderici Marchionis Badenſis, & ipſe Marchio Badenſ. floruit anno Domini MCCCLVI.

Anno Domini MCCCXXXIIII. nos Rudolphus Marchio Badenſis, Dominus in Pforzhen, & piæ memoriæ Hermannus Marchio Badenſis nepos meus ex fratre.

Hermannus Marchio Badenſis filius Friderici Marchionis Badenſis & Dominæ Agnetis de Weinsperg. Mechtildis uxor ejus Comitiſſa de Vaichingen. Obiit anno Domini MCCC. in Liechtal ſepultus.

Anno Domini MCCXCI. floruerunt Heſſo Marchio Badenſis, & Gotfridus Comes de Boblingen ſub Alberto I. ejus nominis Rege Romanorum, Duce Auſtriæ.

Anno Domini MCCCIII. Nos Fridericus & Rudolfus fratres Marchiones Badenſes, & Hermannus Marchio Badenſis filius Friderici Marchionis Badenſis.

Anno Domini MCCCXXXIIII. Nos Hermannus Marchio Badenſis recognoſcimus nos eſſe debitorem patri noſtro & Rudolfo conſanguineo noſtro Marchioni Badenſi Domino in Phortzen.

Anno Domini MCCCXLVIII. Hermannus, Fridericus & Rudolfus Weckher fratres, Marchiones Badenſes & Agnes eorum conſanguinea Abbatiſſa in Liechtal, ſecunda fundatrix ibidem. Omnes ibidem ſepulti, & tres Moniales ejusdem familiæ cum eis ſepultæ.

Anno Domini MCCCXXXIIII. Nos Ludovicus & Fridericus fratres in Ottingen recognoſcimus quod nos Rudolfo Marchioni Badenſi, Domino in Phortzn, ſororio noſtro & avunculo noſtro Hermanno Marchioni Badenſi Domino in Eberſtain & Rudolfo Heſſoni Marchioni Badenſi.

Anno Domini MCCCXXXVIII. floruit Hermannus Marchio Badenſis Dominus in Eberſtain.

Anno Domini MCCCXXXIIII. Nos Rudolfus Marchio Badenſis & Dominus in Phortzen & Hermannus Marchio Badenſis nepos meus ex fratre floruerunt.

Anno Domini MCCCX. Gutha ſoror Hermanni Rudolfi Weckher & Friderici Marchionum Badenſis neptis Rudolfi Senis & Dominæ Kunegundis de Eberſtain, filia Rudolfi Weckher & Dominæ Adalhardis de Ochſenſtain, fuit deſponſata Bertholdo Comiti de Strasberg, & ipſa obiit anno Domini MCCCXXVII. *auf* Rudberti, XXVII. Martii, in Liechtal ſepulta.

Anno Domini MCCCLVI. floruerunt Rudolfus Wecker frater Friderici & Rudolfus junior filius Friderici.

Anno Domini MCCCXI. floruit Rudolfus Marchio Badenſis filius beati Heſſionis Marchionis Badenſis.

Anno Dom. MCCLXXXXVIIII. floruerunt Rudolfus & Heſſo fratres Marchionis Badenſis.

Adalhadis Comitiſſa de Reineck uxor Heſſionis Rudolfus & Hermannus filii Heſſonis & Kunigundis filia Heſſonis.

Nos Fridericus Dei gratia Marchio Badenſis anno Domini MCCC. tres anni minus. Agnes ejus mater Comitiſſa de Truhendingen, & Agnes ejus uxor Baroniſſa de Weinsperg.

Nos Hermannus Dei gratia Marchio Badenſis, Dominus in Eberſtain. Floruit anno Domini MCCCXLIX.

Anno Domini MCCCXXII. Fridericus Dei gratia Marchio Badenſis & ego Luſſolfus de Magenheim.

Nos Rudolfus Dei gratia Marchio Badenſis frater Bernhardi Marchionis Badenſis. Actum anno Domini MCCCLXXXVI.

Anno Dom. MCCCXIII. in die S. Achatii M. ſecunda die Junii obiit Fridericus Marchio Badenſis filius Rudolfi Wecker ſenioris & Dominæ Adalhardis de Ochſenſtain in Liechtal ſepultus.

Irmingardis filia Rudolfi Magni, Marchionis Badenſis, uxor Eberhardi antiqui Greyner dicti, de Wirtemberg, habuerunt proles.

Margaretha filia Rudolfi magni Marchionis Badenſis, uxor Schafhardi Comitis de Leynningen, mater Johannis Comitis de Leynningen.

Mechtildis filia Rudolfi magni Marchionis Baden. fuit deſponſata Heinrico Comiti de Hennenberg.

Margaretha filia Rudolfi magni Marchionis Badenſ. fuit deſponſata Hainrico Comiti de Lutzelſtain.

Beatrix filia Bernhardi antiqui Marchionis Badenſ. uxor Comitis Emich de Leyningen Nicolai Georgii & Philippi Comitum de Leynningen mater.

N. filia Bernhardi antiqui Marchionis Badenſis, mater Comitum de Leynningen, *Graf Schafhart und Graf Emich.*

Margaretha filia Bernhardi antiqui Marchionis Badenſis uxor Adolfi Comitis de Naſſaw.

Agnes filia Bernhardi antiqui Marchionis Badenſis, fuit deſponſata uni Duci Sleſiæ, quem noluit recipere, & occultè duxit Dominum Johañem Baronem de Hewn, propter hoc capta & incarcerata longo tempore, & in carcere pinguis & cœca facta & in captivitate mortua.

Mechtildis filia Bernhardi antiqui Marchionis Badenſis manſit virgo, in Liechtal ſepulta.

Margaretha dicta *das Freylein von Turlach oder von Feningen*, filia Bernhardi antiqui Marchionis Badenſis, *die het dem von Feningen die Ee verſprochen, wardt zw Phortzn in der Stat zu Sand Maria Magdalena ain Kloſter Junckfraw und ligt daſelbs begraben.*

Anna filia Bernhardi antiqui Marchionis Badenſis, uxor Ludovici Baronis de Liechtenberg, mater Ludovici & Jacobi Baronum de Liechtenberg.

N. filia Ludovici de Liechtenberg & Dominæ Annæ de Baden, uxor Ludovici junioris Comitis de Hochenloch poſt mortem Comitis de Hochenloch uxor *des alten Graf Hawgen von Montfordt.* N. filia *des von Liechtemberg und der von Hochenloch, von Geburt aine von Liechtenberg, ain Gemahel Graff Hawgen des jungeren von Montfort, haben Sun und Tochter miteinander.*

Agnes filia Bernhardi antiqui Marchionis uxor Gerhardi Comitis in Sleswig in Saxonia: *ſy ligt begraben zu Baden.*

Brigida filia Bernhardi antiqui Marchionis Badenſis, manſit virgo. *Begraben zu Pfortzn im Junckfraw Kloſter zu ſancta Maria Magdalena in der Kirchen vor dem Fronaltar.*

Urſula filia Bernhardi antiqui Marchionis Badenſis, uxor Gotfridi Comitis in Zigenhaim, *darnaeh ein Gemahel Hertzog Ulrichs von Tegkh, hetten nit Kind. Begraben bey irem Herren und Gimahel Herzog Ulrich von Tegkh zu Mundelhaim in der Statt in der Pfarr-Kirchen.*

Bernhardus junior, Marchio Badenſis, filius Bernhardi antiqui & frater Jacobi Marchionis Badenſ. Obiit anno Domini MCCCCXXIIII. in die S. Celſi, XXVII. die Julii in Liechtal ſepultus, non habuit uxorem neque liberos. Et anno Domini

MCCCCXII. ultima Octobris, inter ſextam & ſeptimam horas ante meridiem in in virgine *ward geborn Margraff Bernhart der jung, Margraff Bernharden des eltern Sun und Margraf Jacoben Brueder.*

Item anno Domini MCCCCXVII. *am XIII. Tag des Hewmonaths* inter quartam & quintam horas, *Vormittag ward geborn Margraf Ruedolf der jung Margraf Jacoben Brueder, und ſtarb am Sandt Bernharts-Tag prima Auguſti umb Mitnacht, begraben zu Liechtal* anno MCCCCXXIIII.

*Sabina ſein Gemahl ain Tochter Herzog Albrecht ſeeligen * von Bayrn, Herren zu Munichen, und Fraw Kunigund Ertzherzogin zu Oſterreich Kayſer Fridrichs des dritten ſäligen und Fraw Leonora ſeiner Gemahel Kunigin von Portugal Tochter Kayſer Maximilian, Erzherzog zu Oeſterreich Herzog zu Burgundi Grafen zu Tyrol Görtz und Flandern, Sweſter.*

* Alberti IIII. qui obierat MDVIII.

Barbara ſein andere Gemahel, videlicet *Graf Heinrichs, von Geburt ain Gräfin von Salm ain Sweſter Graf Niclaſen von Salm ain frume guetige Fürſtin.*

Georg Graf zu Wirtemberg und Mumpelgart ain Sun Graf Heinrichs und Fraw Barbara von Salm, iſt jung und unverheyrat.

Maria Gräfin von Wirtemberg und Mumpelgart ain Tochter Graf Heinrichs und Fraw Barbara Grafin von Salm, ain ſchöne zuchtige Junckfraw, iſt verhewrat Herzog Heinrichen von Brawnſchweig, Herzog Erich von Brawnſchweig Bruder Sun.

Eliſabeth ain Tochter Graf Ulrichs von Wirtemberg und Mumpelgart und ſeiner Gemahl Eliſabeth Herzogin von Bayrn ain Gemahl Graf Fridrichs von Hennenberg, gepertn ain Sun genant Graf Herman von Hennenberg.

Graf Herman von Hennenberg ain Sun Graf Friderichs von Hennenberg und Fraw Elspeten von Wirtemberg und Mumpelgart. Anna ſein Gemahl, ain Tochter Margraf Albrechts von Brandenburg und Fraw Anna ſeiner Gemahel Hertzogin zu Sachſen.

Ejusdem Genealogia Wirtembergica latinè conſcripta, inſertis Epitaphiis.

ANno Domini MCC. ſexageſimo quinto Kal. Martii obiit generoſus Dominus Udalricus Comes de Wirtemberg primus Fundator Collegii in Peutlſpach, cujus oſſa ad Stuetgardiam translata ſunt. Cujus anima Deo vivat.

Agnes ejus uxor filia Boleslai Ducis Lignitiæ in Sleſia matrona multum honeſta & devota.

Anno Domini MCCC. quindecimo Kls. Nov. obiit generoſus Dominus Comes de Wirtemberg filius Udalrici Comitis de Wirtemberg & Agnetis de Sleſia frater Eberhardi ſenioris, qui Greyner dictus fuit, ſine liberis deceſſit, cujus anima requieſcat in pace.

Irmingardis ejus uxor filia Alberti Comitis de Hohenberg in Suevia non peperit proles, & celebraverunt nuptias in oppido Rotenberg ſuper Neckaro anno Dom. milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſecundo, antea anno MCCLXXXIII. terram Zolren vaſtavit, in Stuetgardia cum marito ſepulta.

Item anno Dom. milleſimo tricenteſimo viceſimo quinto Nonas Junii obiit generoſus Dominus Eberhardus ſenior, Comes de Wirtemberg, qui Greiner dictus fuit, cujus anima vivat Deo, Udalrici Comitis de Wirtemberg & Agnetis de Sleſia frater Udalrici Comitis, qui ſine liberis obiit & fuit cæſus ex utero matris ſuæ & habuit bella cum pluribus Regibus Romanorum, & uno Imperatore Comite de Naſſaw, Alberto I. Rege Romanorum, Duce Auſtriæ filio Rudolfi Regis Romanorum, cum Heinrico VII. ejus nominis Romanorum Imperatore Comite de Lutzlburg per decem annos eo vi-

vente, & poſt ejus mortem ſex annos, etiam cum Ludovico IV. ejus nominis, pro tunc Romanorum Rege, Bavariæ Duce & cum Friderico Romanorum Rege, Duce Auſtriæ Ludovici competitore, etiam cum civitatibus Imperialibus, qui arcem Wirtemberg deſtruxerunt. Primo evaſit victor, & poſtea fuit victus & amiſit omnia oppida & caſtra ſua exceptis Aurach, Neiffn, Wittlingen & Seeburg, & omnia recuperavit & plura illis adjecit; & oppida Imperialia deſtruxerunt Peutlſpach, ubi fuit ſepultura Dominorum de Wirtemberg, & ipſe tranſtulit oſſa ſuorum anteceſſorum de Peutlſpach ad Stutgardiam, & iſta tranſlatio oſſium fuit facta anno Dom. MCCCXXI. & ipſe obiit quatuor annis ante tranſlationem octogenarius & plenus dierum in Stuetgardia in Parochia ſepultus.

Irmingardis ejus uxor filia Rudolfi magni Marchionis de Baden, ſoror Bernhardi antiqui & Rudolfi Domini in Pforzen Marchionum Badenſium, quæ erat ei deſponſata anno Dom. MCCC. Cum Marchione de Baden etiam lites habuit, qui tamen ei antea fidelis adjutor fuit.

Domina Ymagina Adolfi Regis Romanorum Comitis de Naſſaw conthoralis Romanorum Regina, in Stuetgardia Udalricum Comitem de Wirtemberg de ſacro fonte levavit.

Irmingardis Comitiſſa de Wirtemberg filia Udalrici Comitis & Dominæ Agnetis de Sleſia, ſoror Eberhardi ſenioris Grein dicti & Udalrici ejus fratris Comitum de Wirtemberg, uxor Rudolfi Comitis de Hochenberg in Suevia. Genuerunt N. filiam.

N. filia Rudolfi Comitis de Hohenberg & Irmingardis de Wirtemberg, uxor unius Comitis de Otting.

Conradus *Schrimpf* cognominatus Comes in Oetting, filius prædictorum, de quo plura eſſent ſcribenda, in Monaſterio Cæſarienſi Ordinis Ciſtercienſis vita precaria deceſſit & ſepelitur &c.

Anno Domini MCCCCIIII. V. Idus Julii obiit generoſus Dominus Udalricus Comes de Wirtemberg filius Domini Eckhardi ſenioris *Greiner* dicti & Dominæ Irmengardis Marchioniſſæ de Baden ejus uxoris. Ille Udalricus poſt patrem ſuum fuit ſolus Dominus in Wirtemberg uſque in decimum nonum annum, & obiit in tranſlatione S. Benedicti Abbatis, anno ut ſupra. Hic reliquit duos filios Udalricum & Eberhardum.

Sophia ejus generoſa uxor filia Theobaldi Comitis Phiretarum, i. e. Pfierd in Suntgaudio ſiti, ſoror Dominæ Sophiæ Baroniſſæ de Ochſenſtain.

Udalricus Comes de Wirtemberg filius Udalrici Comitis & Dominæ Sophiæ de Phierde, frater Eberhardi junioris, qui etiam *Greiner* dictus fuit. Ipſe poſt ſuum genitorem Udalricum in viceſimo ſexto anno vita exceſſit, & obiit anno Domini milleſimo tricenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo Kal. Auguſti, proxima die poſt Jacobi, in Stuetgardia ſepultus.

Katharina ejus uxor Comitiſſa de Helfenſtain, non habuerunt proles.

Anno Domini milleſimo tricenteſimo nonageſimo ſecundo Idus Martii deceſſit generoſus Dominus Eberhardus junior, nepos Eberhardi ſenioris ex Udalrico filio ejus, qui etiam fuit *Greiner* dictus. Ille Eberhardus poſt fratrem ſuum Udalricum ſolus rexit Comitatum Wirtemberg uſque in viceſimum ſecundum annum, & ille Eberhardus aliquantis annis lites cum oppidis Imperialibus habuit, & ſe ex utraque parte damnificaverunt, & una vice circa villam Teffingen convenerunt, non remotè ab oppidis Imperialibus Wila & Rotwila, ubi magnum bellum habuerunt, & Comes Eberhardus victoriam obtinuit, & multi ex oppidis Imperialibus interfecti & capti ſunt. In eo prælio cecidit Udalricus ejus filius Comes de Wirtemberg, Actum in die S. Bartholomæi Apoſtoli anno Domini MCCCLXXXVIII. & poſtea in quarto anno obiit Eberhardus Comes proxima feria ſexta ante Gertrudis virginis Stuetgardiæ ſepultus.

Eliſabeth ejus uxor Comitiſſa de Heñenberg, quæ obiit anno Domini MCCCLXXXIX. XII. Kal. April.

Eliſabeth filia Eberhardi Comitis & Eliſabeth de Hennenberg ſoror Udalrici Comitis, qui fuit in valle Teffingen interfectus, uxor Johannis Ducis Lothoringiæ mater Karolomarcelli Ducis Lotharingiæ.

Anno Domini MCCCLXXXVIII. X. Kal. Sept. decidit in bello generoſus Dominus Udalricus Comes de Wirtemberg filius Eberhardi prædicti & Eliſabeth de Hennenberg qui interemptus fuit in conflictu apud villam Teffingen, & reliquit filium Eberhardum nomine, qui ſolus rexit, uſque in viceſimum quintum annum poſt avi ſui mortem & dicebatur pacificus, quia ipſe erat valdè pacificus.

Eliſabeth ejus uxor Duciſſa Bavariæ filia Ludovici IIII. Cæſaris quam duxit in uxorem anno Domini MCCCLXII.

Eberhardus pacificus Comes de Wirtemberg filius Udalrici Comitis & Eliſabeth Duciſſæ Bavariæ, rexit ſolus Provinciam Wirtemberg uſque in viceſimum quintum annum. Ejus tempore fuit bona pax per totam Sueviam. Obiit anno Dom. MCCCCXVII. habuit duas uxores, Anthoniam & Eliſabeth.

Anthonia Eberhardi prima conjunx filia Barnabovis Vice-Comitis Principis Mediolani, ex qua genuit Eberhardum filium, ipſa deceſſit anno Domini MCCCCV.

Eliſabeth ſecunda uxor Eberhardi pacifici Comitis in Wirtemberg, filia Johannis Burgravii Nurnbergenſis & ejus uxoris Margarethæ filiæ Karoli IIII. Cæſaris, Regis Bohemiæ genita, ex qua genuit filiam Eliſabeth Comitiſſam de Wirtemberg uxorem Johannis Comitis de Wirtenberg, ex qua plures filios & filias genuit, ut eſt in arbore vulgari hujus familiæ.

Eberhardus Comes de Wirtemberg filius Eberhardi pacifici Comitis & Dominæ Anthoniæ de Mediolano, ſolum duos annos poſt mortem patris patriam Wirtemberg rexit, obiit ſpectabilis Dominus Eberhardus in oppido Wablingen anno Domini milleſimo quadringenteſimo decimo nono in die viſitationis ſanctæ Mariæ VI. Non. Julii. & fuit natus quando Dominus Udalricus Comes de Wirtemberg avus ſuus apud villam Teffingen fuit interfectus, & ſic ſimul & ſemel quatuor Domini de Wirtemberg vixerunt, & Dominus Eberhardus junior, *Greiner* dictus fuit abavus Eberhardi, & Eberhardus pacificus ejus pater & Udalricus in villa Teffingen occiſus fuit, ejus avus, & ejus uxor fuit Domina Henriata.

Henriata ejus uxor Comitiſſa Montis Belegardi, mulier cordata & virilis adinſtar viri, poſt mariti obitum rexit provinciam in bona pace & adjecit comitatum Montis Pelegardi provinciæ Wirtembergenſis, & reliquit duos filios & unam filiam, Ludovicum, Udalricum & Annam Comites Wirtemberg, & Montis Belegardi. Obiit anno gratiæ MCCCC. in vigilia S. Martini Confeſſoris in Monte Pelegardo ſepulta, & filii ejus partiti ſunt provinciam anno Dom. MCCCCXL. & Ludovico ceſſit in diviſione oppidum Awrach cum ſuis pertinentiis, & Udalrico ceſſit oppidum Stuetgardia cum ſuis attinentiis, & erat junior Ludovico fratre.

Ludovicus Comes de Wirtemberg & Mumplgart ſenior filius Eberhardi Comitis de Wirtemberg & Dominæ Henriatæ ejus uxoris, Comitiſſæ de Mumpelgart, procerus & curialis fundator Monaſterii dicti Boni Lapidis propriè Gietlſtain Chartuſienſis Ordinis, quod ſituatur ex oppoſito caſtri Hohenawrach. Obiit anno Domini MCCCCLVI. in ſua fundatione ſepultus.

Mechtildis ejus uxor, filia Ludovici Pii, Rheni Palatini, venuſta & curialis Principiſſa, genuit ei duos filios videlicet Ludovicum & Eberhardum & duas filias, Eliſabeth & Mechtildem poſt viri obitum duxit in maritum Albertum Archiducem Auſtriæ Germanum piæ memoriæ Friderici III. Romanorum Imperatoris Regis Ungariæ & Ducis Auſtriæ, ex quo nullam prolem ſuſcepit, & ipſa obiit anno Dom. MCCCCLXXXII. in Guetlſtain, cum primo marito ſepulta. Secundus maritus ejus ſepelitur Wiennæ in Eccleſia S. Stephani in choro.

Ludovicus junior filius Ludovici ſenioris & Dominæ Mechtildis Palatinæ Rheni, Comes in Wirtenberg & Mumpelgart, juvenis ex hac luce ſubtractus eſt in Gietlſtain cum patre & matre ſepultus.

Eberhardus ſenior, dictus Barbatus, ſecundus filius Ludovici ſenioris & Dominæ Mechtildis Rheni Palatinæ, Comes in Wirtemberg & Mumpelgart à Domino Maximiliano Romanorum ac Ungariæ Rege Archiduce Auſtriæ, in civitate Wormatienſi in primum Ducem Wirtembergenſem & Tegk creatus eſt anno Domini MCCCCLXXXXIII. in generali conventu & in præſentia multorum Principum & fuit animoſus & circumſpectus & prudens Princeps, qui omnes doctos & ſcientificos viros adamavit & fuit valdè curialis, parvus quidem ſtatura ſed magni animi & liberalis, deceſſit ex hac luce anno Dom. MCCCCXCVI. in Monaſterio S.Petri ſua fundatione in Schuenbach, cujus anima Deo vivat.

Domina Barbara Marchioniſſa Montis ejus uxor primo quidem in ejus adventu procera & tenuis, peperit ei unam filiam, quæ in pueritia vita functa eſt, demum facta pinguis & dilatata mirum in modum quod dictu quidem non bene credendum eſt, vita exuta in provincia Wirtembergenſi ſepulta in Monaſterio oppidi Kirchn Ordinis Prædicatorum virginum.

Ludovicus filius naturalis Erhardi Barbati Ducis in Wirtemberg & Tegk Baro de Greiffenſtain & Doctor legum obiit anno Domini MCCCCLXXXXV. in Guetlſtain Monaſterio ſepultus.

Illuſtriſſimus tam ſapientia quam honeſtate vitæ excelſus Princeps Eberhardus Dei gratia primus Dux Wirtembergenſis & de Tegk ac Comes Montiſpelegardi, fundator hujus Collegii obiit in die S. Mathiæ Apoſtoli anno Dom. MCCCCXCVI. & creatus fuit in Ducem à Domino Maximiliano Romanorum Rege in Wormatia anno Domini MCCCCLXXXXIII.

Suevorum Roſa Wirtemberg ſtirps generoſa
Tutare humiles quos fovet Baptiſta Johañes
Ut vivas requie cum gloria vitæ ſupernæ
Te protegant ſuperi ſtructores atq; patroni.

Eliſabeth Comitiſſa de Wirtemberg & Mumplhart filia Ludovici ſenioris Comitis de Wirtemberg & Mumplgart, & Mechtildis ejus uxoris Rheni Palatinæ, uxor Johannis aliàs *Senft* Comitis de Naſſaw de Saraponte propriè *von Sarbrücken* in Weſtravia vulgariter *im Weſterreich*.

Joannes Ludovicus Comes de Naſſaw de Saraponte filius eorum. Genuerunt proles. Jam Domina Eliſabeth habet alium maritum Hainricum Comitem de Stolberg in Thuringia.

Otilia filia Johannis Ludovici Comitis de Naſſaw de Sarprucken uxor Comitis Rheni propriè *ains Rheingrafen*.

Eliſabeth altera uxor Johannis Ludovici Comitis de Naſſaw de Sarprucken, filia Alexandri Ducis Bavariæ de Veldentz genita ex Domina Margareta Comitiſſa de Hohenloch; habent proles.

Mechtildis Comitiſſa de Wirtemberg & Mumpelgart filia Ludovici ſenioris Comitis de Wirtemberg & Mumpelgart & Mechtildis ejus uxoris, Rheni Palatinæ; uxor Ludovici junioris Landgravii Haſſiæ, Genuerunt duos filios Wilhelmum ſeniorem & Wilhelmum juniorem Landgravios Haſſiæ.

Wilhelmus ſenior Landgravius Haſſiæ filius Ludovici junioris & Mechtildis ejus uxoris Comitiſſa de Wirtemberg & Mumpelgart, frater Wilhelmi junioris Landgravii Haſſiæ, procerus Princeps, fuit in Terra ſancta, in Neapoli & Romæ. Sibi magni honores impenſi ſunt.

Anna ejus conthoralis filia Wilhelmi junioris Ducis in Braunſchweig, genita ex Eliſabeth Comitiſſa de Stolberg, genuit tres filias, quæ omnes Moniales factæ ſunt.

Wilhelmus junior Landgravius Haſſiæ filius Ludovici junioris Landgravii Haſſiæ & Mechtildis Comitiſſæ de Wirtemberg & Mumpelgart, ſoror Dominæ Eliſabeth Comitiſſæ de Naſſaw & Sarprucken, & etiam Germana Eberhardi ſenioris Barbati primi Ducis in Wirtemberg & Tegk. Ipſe Wilhelmus fuit pulcher, procerus, animoſus & agilis Princeps, fuit curialis Domini Imperatoris Maximiliani pro tunc Romanorum Regis conſanguineus Udalrici moderni Ducis de Wirtemberg & Tegk, Dives Princeps, qui obiit anno Dom. MDVIIII.

N. prima ejus conjunx, Duciſſa Lotharingiæ ſoror Reinhardi Regis Siciliæ & Ducis Lotharingiæ, quæ marito peperit filium, qui puer obiit.

Anna altera uxor Wilhelmi junioris Duciſſa Magnopolenſis propriè Macklburg, in Saxonia, & Landgravia Haſſiæ, quæ peperit ei filium Philippum Landgravium Haſſiæ & Eliſabeth filiam, Landgraviam Haſſiæ.

Udalricus dictus *Gotznieswurtz*, quod fuit ejus proverbium, Comes de Wirtemberg ex patre & Comes de Mumpelgart ex matre, filius Eberhardi Comitis de Wirtemberg & Heinrietæ Comitiſſæ de Mumpelgart frater Ludovici ſenioris Comitis de Wirtemberg & Mumpelgart, ac Dominæ Annæ Comitiſſæ de Wirtemberg & Mumpelgart, uxore Philippi ſenioris Comitis de Katzenellenpogen. Venationi & aucupio deditiſſimus & mulierum amator, patriæ clerique amicus, herus noſter pacis zelator ſincerus, cui terra noſtra ſimilem non habuit. Plangite eum quæſo, quem cum prole pia protegat virgo Maria, Amen. Deceſſit laudabilis Dominus Udalricus dictus *Gotznieſwurtz* anno Dom. MCCCCLXXX. Kal. Sept. Stuetgardiæ in Parrochiali Eccleſia ſepultus & fuit cum Karolo Marchione Badenſi & cum Georgio ejus Germano, captus & pro magna pecunia taxatus à Friderico Palatino Rheni, & habuit tres uxores, Margaretham, Eliſabeth, & iterum unam Margaretam & cum omnibus tribus proles habuit.

Margaretha Clevenſis Duciſſa ejus prima uxor, quæ genuit Dominam Katherinam Monialem, primo in Monaſterio Adelberg locatam, nunc verò in Monaſterio Lauffen ſuper Neckaro exiſtentem; quæ Margaretha obiit anno Dom. MCCCCLI. Kal. Januarii.

Eliſabeth ejus uxor ſecunda, filia Hainrici Ducis Bavariæ Domini in Landshuet ſoror Ludovici Divitis Ducis Bavariæ de Landshuet, ex qua habuit filios Eberhardum juniorem, Hainricum, Udalricum, qui juvenis obiit, & duas filias, quæ etiam juvenes obierunt & Eliſabeth Comitiſſam de Heñenberg; & una filia fuit monialis Ordinis Prædicatorum propè Wormatiam, quæ obiit anno Domini MCCCCLXXVIIII. pridie Kal. Octobris in Stuetgardia cum Domina Margareta Clevenſi ſepulta.

Margareta tertia uxor Udalrici Comitis, Duciſſa Sabaudiæ, proprie Saphoy, quæ ante eum habuit duos maritos Ludovicum Regem Siciliæ Ducem Andegaviæ in Francia, quæ non peperit ei proles; deinde Ludovicum Pium Rheni Palatinum, cui peperit Philippum Rheni Palatinum ante paucos annos defunctum, tertio duxit Udalricum Comitem de Wirtemberg & Mumpelgart, cui peperit quatuor filias Helena filia Udalrici & Dominæ Margaretæ de Sabaudia uxor Krafftonis Comitis de Hohenloch, cui peperit filios & filias.

N. ſoror Helenæ ex utroque parente uxor Domini Ludovici Baronis de Kungſtain quæ ſtraboniſavit, non habuerunt proles. Ipſa obiit, & ipſe habuit aliam uxorem.

N. ſoror Helenæ & N. Comitiſſa de Wirtemberg & Mumpelgart, uxor Comitis de Hürn in Gellria.

N. quarta filia Udalrici Comitis de Wirtemberg & Mumpelgart & Dominæ Margarethæ ejus uxoris, Duciſſæ Sabaudiæ. Obiit in pueritia, & Comes Udalricus una cum uxoribus & aliquibus pueris ſuis in Stuetgardia ſepeliuntur & ſtant depicti in una feneſtra in eadem Eccleſia.

Eliſabeth Comitiſſa de Wirtemberg & Mumpelgart filia Udalrici Comitis de Wirtemberg & Mumpelgart, & Eliſabeth ejus uxoris Duciſſæ Bavariæ.

Fridericus Maritus Eliſabeth Comitiſſæ de Wirtemberg Comes de Hennenberg.

Hermannus Comes de Hennenberg eorum filius.

Anna uxor ejus, filia Alberti Marchionis Brandenburgenſis & Dominæ Annæ Duciſſæ Saxoniæ, uxoris ſuæ,

Anna Comitiſſa de Wirtemberg & Mumpelgart filia Eberhardi Comitis de Wirtemberg & Henriatæ ejus uxoris, Comitiſſæ de Mumpelgart, ſoror Ludovici ſenioris & Udalrici Comitum de Wirtemberg & Mumpelgart, uxor Philippi ſenioris Comitis de Katzenellenbogen.

Philippus junior Comes de Katzenellenpogen filius Philippi ſenioris ſupraſcripti & Dominæ Annæ Comitiſſæ de Wirtemberg & Mumpelgart.

Otilia ejus uxor, Comitiſſa de Naſſaw de Tillenberg.

Ottilia Comitiſſa de Katzenellenpogen, filia Philippi junioris Comitis de Katzenellenpogen, conthoralis Domini Chriſtofori Marchionis de Baden, Hochberg & Rotel, habuerunt prolem.

Eberhardus junior filius Udalrici Gotznieswurtz & Eliſabeth ejus conthoralis, Duciſſæ Bavariæ, Comes de Wirtemberg & Mumpelgart & poſt obitum Eberhardi Barbati ſenioris fratruelis ſui fuit ſecundus Dux in Wirtenberg & Tegk & propter ſuam inordinatam vitam & malum regimen per Dominum Maximilianum Romanorum & Ungariæ Regem Archiducem Auſtriæ à regimine depoſitus eſt anno Domini MCCCCLXXXXVIII. & obiit anno Dom. MDIIII. in Provincia Palatini in exilio, & non habuit hæredes.

Eliſabeth ejus conjunx filia Alberti Marchionis Brandenburgenſis, honeſta caſta & prudentialis Domina, anno ſupradicto adhuc fuit in humanis & tenuit ſuam reſidentiam in oppido & caſtro Nuertingen, ſuo dotalitio, & tenuit multas virgines in ſuo gynecæo propriè *Frawenzimer* & non peperit proles.

Hainricus filius Udalrici Comitis de Wirtemberg & Mumpelgart & Dominæ Eliſabeth ejus conthoralis Duciſſæ Bavariæ frater Eberhardi junioris, ſecundi Ducis de Wirtemberg Comitis de Mumpelgart & ipſe Comes de Wirtemberg & Tegk, procerus & robuſtus Dominus, qui in caſtro Hohenaurach in cuſtodia tenetur & ſtetit pacificus in ſtudio & fuit coadjutor Maguntiæ.

Eliſabeth Hainrici prima conthoralis Comitiſſa de Pitſch mater Udalrici moderni Ducis de Wirtemberg & Tegk.

Barbara ſecunda conjunx Hainrici Comitis de Wirtenberg & Mumpelgart ac Dominæ Eliſabeth ejus uxoris Comitiſſæ de Pitſch, & tertius Dux in Wirtenberg & Tegk ac Comes in Mumpelgart, quæ deſponſata eſt Hainrico Duci de Braunſchwig juniori.

Udalricus filius Hainrici Comitis de Wirtemberg & Mumpelgart ac Dominæ Eliſabeth ejus uxoris Comitiſſæ de Pitſch tertius Dux in Wirtemberg & Tegk ac Comes in Mumpelgart pulcher & fortis Princeps, liberalis & benefortunatus in bello, qui fuit fidelis adjutor Domini Maximiliani pro tunc Romanorum & Ungariæ Regis Archiducis Auſtriæ nunc Romanorum Imperatoris contra Philippum Rheni Palatinum, cui Neſtoreos annos opto.

Sabina uxor ejus filia Alberti Ducis Bavariæ de Monaco & Dominæ Kunegundis Duciſſæ Auſtriæ filii felicis recordationis Friderici III. Romanorum Imperatoris Regis Ungariæ atque Ducis Auſtriæ & Dominæ Leonoræ Reginæ Portugaliæ, ſoror Wilhelmi Ducis Bavariæ nunc regentis.

Margaretha ain Gräfin von Hohenloch ain Tochter Graf Kraften von Hohenloch und Fraw Helena Gräfin von Wirtemberg ſeiner Gemahl, ain Tochter Graf Ulrichs von Wirtemberg und Fraw Margaretha Herzogin von Saphoy ſeiner Gemahel, ain Gemahl Herzog Alexanders von Bairn Grafen von Veldentz.

Eliſabeth ir baider Tochter, Herzogin von Bayrn Gräfin zu Veldentz, ain Hawsfraw Graf Johann Ludwigs von Naſſaw von Sarprucken. Haben Kinder miteinander.

Eliſabeth Comitiſſa de Hohenloh filia Kraftonis Comitis de Hohenloch & Dominæ Helenæ ejus uxoris, Comitiſſæ de Wirtemberg, uxor Wolfgangi Comitis de Leoſtain, filii Ludovici Comitis de Leoſtain & Dominæ Eliſabeth ejus uxoris Comitiſſæ de Montfort.

Amelia Comitiſſa de Hohenloch filia Kraftonis Comitis & Helenæ Comitiſſæ in infantia ſpiritum exhalavit.

Clara Comitiſſa de Hohenloch filia Kraftonis Comitis & Helenæ Comitiſſæ ejus uxoris, Monialis in Stainach in flumine Murr in Suevia.

Katherina Comitiſſa de Hohenloch filia prædictorum Kraftonis & Helenæ, Monialis in Kirchen in Rhætia.

Domina Helena Comitiſſa in Hohenloh filia prædictorum Kraftonis & Helenæ, Monialis in Liechtenſtern.

Albertus Comes in Hohenloch primogenitus Kraftonis Comitis in Hohenloch & Dominæ Helenæ ejus uxoris, Comitiſſæ de Wirtemberg.

Wandalberta ejus uxor, Comitiſſa de Zoller, habent proles.

Krafto Udalricus Comes in Hohenloh filius Kraftonis & Dominæ Helenæ de Wirtemberg, obiit.

Fridericus Comes de Hohenloch filius Kraftonis & Dominæ Helenæ, vita exutus eſt.

Sigiſmundus Comes in Hohenloch filius Kraftonis & Dominæ Helenæ de Wirtemberg.

Ludovicus Comes de Hohenloch filius Kraftonis & Dominæ Helenæ Comitiſſæ de Wirtemberg.

Georgius Comes de Hohenloch filius Kraftonis & Dominæ Helenæ.

Joannes Comes de Hohenloch filius Kraftonis Comitis de Hohenloch & Dominæ Helenæ ejus conthoralis Comitiſſæ de Wirtemberg.

Provincia Wirtembergenſis.

Das Wirtembergiſch Land iſt ain guet Land, hat Wein und Korn, Habernn, Acker, Wiſen, Holtz, Waſſer, Obs, Viechwaide, Viſch, Vogel, Wildprät, Krewſſen und ſlechtlich alles des genug des der Menſch leben ſoll, guete Ritterſchaft und Adel, Stett, Sloſſer, Märckt, groſſe Dorfer und der vil, Kloſter, ain guete Müntz unnd pös fraidig Pawrn, und iſt ain wol erpawts Land, ſtoſt an des Margrafen Land von Baden, bey Pfortzn der Statt und Slos gelegenn im Hagenſchies der Gegent, an Hochenberger Lannd, an das Alpuech die

Gegent an der Grafen von Helfenſtain Lande, an der von Ulm Herrſchaft, an Swebiſch Gmunde bis an die Elbangiſchen Ort, und an den Ottenwald an die Reichſtett Reitling, Eßling, Weil und Rotweil, die ligen in dem Wirtembergiſchen Land. Es hat vil Gegent als das Gey, das Zabergey, Schampach auf den Vildern, in den Welden, dy Alb, Blatal, Awrachertal, Munſingertal, Killertal, Danotal, Neckertal, Remstal, Nagolttal, Perintal, Vilstal, Glenistal, Lawttertal, Echtal, Aumertal, Steineckertal, Entztal, Swartzwald, Sultzpachertal, Leynperg und an Hewperg.

Stet im Lanndt Wirtemberg.

STuetgarten ain Stat und Slos nit fer von dem Necker in ainem ſchönen Weinpirg gelegenn. Do halten die Herrn von Würtemberg iren Hof. Da iſt ain Brobſtey und Halbei Thuemb weltlicher Chorherrn: da ſind vil Vicari und Caplan: da iſt der Herrn von Wirtenberg Begrebnus: da ſind Prædicatores: *da im Geſchlos iſt der gröſſeſt Keller under ainem Tach, als er im Swaben Lande iſt.*

Conſtat ain Stat am Necker, und an der Sultz den Waſſern gelegen, da iſt vaſt ain ſchöns Rathaus von Holzberg und kain Slos, da iſt guete Zerung. Iſt auf dem Weg gein Franckfurt, da zeren die Kaufleutt, wan ſy hinab oder herauf reitten, da iſt ain ungeſchafner Tag, da gewint der ungeſchafeniſt Man oder Geſell ettlich Ewentewr desgleichen die ungeſchafniſt Fraw oder Diern gewingt auch etlich Abentewr, und zu Conſtat im Wirtzhaws iſt ain Prun in der Stuben hinderm Offen, darin allerley Viſch, die der Menſch haben wil, und das Handvas iſt ain Prun, und ain Prun vor dem Haws und ainer im Haws. Tubingen ain Stat und Slos, ain Univerſität und ain Brobſtey und halber Thuemb weltlicher Chorherren; da Minores de obſervantia: *da ain Auguſtiner Cloſter, die Stat ligt an drewen Waſſer Necker, Ammer und an der Stainach, dabey ain hoher ſunweler freyer Berg mit Namen der Oſterperg, aus dem entſpringen ſiben flieſſig Prunen, der Perg hat Weinwachs, Triad, Holtz, Wildprat, Viſch und Vögl und allerlay Frucht, der man nieſſen ſol und mag. Der Berg hat ain klains Waldel, Weingarten, Pawngarten und Agker, und ligt am Necker und in dem Mayen iſt er wie in ainem Paradis.*

Tutlingen ain Statt an der Tunaw.

Köpfen ain Berg Slos ob Tuttlingen gelegen.

Balingen ain Statl und Slos an der Alb gelegen.

Ebingen ain Statl auf der Alb gelegen.

Roſenfeld ain Stat am Hewberg gelegen.

Blapairn ain Statl und ain Munich Kloſter Sant Benedicten Orden, zwo Meil von Ulm gelegen, da entſpringt die Bla das Waſſer, die rind zu Ulm in die Tunaw und Blapewrn Stat und Kloſter, und das gantz Blatall iſt der Graffen von Helfenſtain geweſen.

Munſingen ain Statl auf der Alb, darin ain ſchöns Luſthaws fur ain Furſten.

Aurach Stat und Slos an der Alb, da rindt die Derms.

Neiffen ain Statl und ain Slos, iſt geweſen der Herrn von Neiffen, und das Slos ligt auf ainem hohen Berg an der Alb, da rint ain Bach fur.

Awen ain Statl dabey ain Frawen Kloſter an der Lawtter dem Waſſer gelegen, da ligen in der Pfarrkirchen vor dem Tor in dem Chor XIII. Hertzogen und Hertzogin von Tegk begraben.

Kirchem latinè Eccleſiapolis *ain Stat und Slos und ain Frawen Kloſter Prediger Orden, darin ligen ettlich Hertzog und Hertzogin von Tegk begraben, an dem Waſſer Lawtter gelegen.*

Weilham im Neckergew gelegen, ain Statl da rint ain Pach fur.

Aichelberg ain Bergslos, darob gelegen ain Berg genant Sant Michelsperg, darauf ain Kirchen genant Sant Michel.

Niertingen ain Stat und Slos und Vogtey gelegen am Necker.

Bretzingen ain Statl an dem Waſſer Ech gelegen, da ſind vil Miſthaufen.

Waltenbuech ain Stattl und Slos in dem Wald Stainpach gelegen.

Boblingen ain Stat und Slos im Gew und Schambach gelegen; da ſind Weyer und kain namhaft Waſſer. Da hat Fraw Barbara von Montua Hof gehalten, und iſt die groſſiſt Fraw geweſen, als ſy in tewtſchen Landen was von Leib, und kainer hat nie kain groſſere geſehen.

Sindelfingen ain Statl im Schambach gelegen, da iſt etwan ain Stift weltlicher Chorherren geweſen und nu ain Brobſtey Canonicorum Regularium. *Iſt transferirt worden gegen Tubingen, und iezund ſind* Canonici Regulares *zu Sindelfingen, und vil Adels ligt da begraben.*

Kalw ain Stattl und Slos an dem Waſſer Nagolt im Nagoltall gelegen. Da ſind etwann dy Grafen von Calw geſeſſen, aus denen drew Romiſcher Kayſer und ain Römiſcher Kunig und ain Babſt geweſen. Sind Stiffter des Munchs Cloſter Hirſaw Sant Benedicten Orden im Swarzwald gelegen, darin ligt Sanctus Aurelius *begraben.*

Nagolt ain Statl und Slos an der Nagolt gelegen.

Wiltperg ain Statl Slos und Frawen Kloſter an der Nagolt gelegen.

Dernnham ain Statl an der Nagolt.

Bulach ain Statl an der Nagolt.

Wildpad ain Statl und natürlich warm Bad, darein aus vil Landen Lewt kumen und paden, iſt guet zu den Glidern, ligt an dem Waſſer Entz.

Rexingen ain Statl an der Entz.

Vaihingen ain Stat und Slos und Grafſchaft an der Entz gelegen.

Bietikan ain Statl im Zabergew gelegen, hat kein Waſſer, nur ain Roſchwem, hat vil Herren, Pfaltzgraffen, Biſchof von Maintz, die Spätn und ander Edelewt.

Brackenhaim ain Statl im Zabergew an dem Waſſer Zaber gelegen. Da wächst vaſt gueter Wein.

Sulz ain Stat und vaſt guet Perg Slos an dem Negker gelegen, iſt etwan den Herrn von Gerolzeck geweſen, und jez der Herren von Wirtemberg. Da prent man Saltz.

Haiterpach ain Statl.

Schiltach ain Statl und Slos an der Schiltach und Kintzkh, den Waſſern, gelegen, ligen all im Swarzwald und Schiltach, iſt vor Zeiten der Herzog von Schiltach geweſen.

Hornberg ain Statl und Slos an dem Waſſer Kintzkh gelegen, im Swarzwald, iſt etwan der Herrn von Hornberg geweſen.

Altenſtaig ain Statl und Slos.

Zafelſtain ain klains Statl.

Bäſikon ain Stat und Slos am Necker und Entz gelegen. Da kumbt die Entz in den Necker. iſt der Margrafen von Baden geweſen, und iſt das Pfalzgraflich Pfande, hat iez Herzog Ulrich von Wirtemberg gewunnen, da iſt die gröſt Maß Wein, als in Swaben iſt.

Buglingen ain Statl.

Gartach am Lemperg ain Statl.

Lauffen ain Statl und Slos am Necker dabey ain Dorf Lauffenn genant, darin ain Frawen Kloſter die ſein all Edl. Darin aine von Wirtemberg. Ligt auch am Necker, darin ligt Sannd Remeſwinde latinè Regiswindis, daſelbs im Necker ain Loch das iſt podenlos.

Kirchen ain gros Dorf am Necker, da iſt die Pfarrkirchen vorm Tor genant zu Sand Alexander, darin ligt Sand Alexander leibhafftig.

Bakana ain Statl an dem Waſſer Murr in Welden der Gegent gelegen, da ain Brobſtey weltlicher Chorherren, iſt etwan ain Münchs Kloſter Sand Benedicten Orden geweſen. Iſt der Marggraven von Baden geweſen, darin ir ettlich begraben ligen und der Stift ligt auf ainem Perg.

Bodwar ain Stätl in Welden gelegen, hat kain Waſſer.

Winada ain Statl und Slos.

Winadaburgk ain Slos auſſerhalb der Stat gelegen, Sand Jacob die Pfarrkirchen auch vor der Stat gelegen, ain teutſch Haus auſſerhalb der Stat gelegen, nahet bey der Pfarr.

Brueningen Stat und Slos an dem Waſſer Gelms gelegen, iſt etwan ain Reichsſtadt geweſen.

Aſchberg ain veſt Statl und Slos auf ainem Perg, hat Weyer umb ſich und kain nambaft Waſſer.

Lienberg ain Statl und Slos an dem Waſſer Glems gelegen, das haben die Herren von Wirtemberg ſelbs pawt, und ſunſt kains in dem ganzen Lande.

Haintzen ain Statt und zwai Slos nit ver von der Wirm dem Waſſer gelegen, ain halbe Meil von Weil dem Reichſtatl.

Waiblingen ain Statl an dem Waſſer Rems gelegen im Remstal, hat Weinwachs.

Scharndorf ain Stat und ain ſchönes Schlos in der Stat an der Rems, gelegen im Remstal, hat auch Weinwachs.

Göppingen ain Statt und Brobſtey weltlicher Chorherrn, hat ain ſchöns Schlos gelegen am Waſſer Vils im Vilstal, daſelbs ain gueter Weg, vorm Tor ain ſchöns Padhaws und Hewſer wie ain Vorſtat. Da entſpringt ain ſaurer Prun aus ainem Perg bey ainem Slos, den trinckt man, oder padt darin in Pad Wannen oder Zuber.

Ubrichingen ain Dorf und ain Saurprun ain halbe Meil von Geislingen den Statl gelegen, da mitten im Dorf ſtat das Padhaus, und entſpringt aus ainem Stain, den trinckt man und padt wie zu Göppingen. Die zwen Prunnen ſeind guet fur das Fieber.

Bebenhauſen ain Dorf darin ain Saurprun, den trinckt man, und padt fur das Fieber, und der zu Ubrichingen iſt der beſt.

Murhart ain Statl und Munich Kloſter Benedicten Orden an dem Waſſer Lawtter gelegen. Iſt der Edlewt genant di Späten.

Perneck ain Stätl und Slos, der Pernecker.

Hewpach ain Statl.

Hetingen ain Statl und Grafſchaft: Gamertingen ain Statl und Grafſchaft, baide auf der Alb gelegen, ſeind des von Bubenhoven.

Hechingen ain Statl und Slos und ain Stift weltlicher Chorherren, iſt der Graffen von Zoller und ain Brobſtey.

Hayingn ain Statl und Slos auf der Alb der Herren von Gundelſingen an der Lawtter gelegen.

Wendlingen ain Statl an der Lawtter der Edlewt von Werdnnaw, da lauft die Lawter in dem Necker.

Veringen auf der Alb ain Statl Slos und Grafſchaft, da iſt Sant Wolfgang ain Graf von Veringen (f) geweſen, und furt drey blahe Hirshorn in ainen gulden Felde. Iſt vor Zeiten der von Wirtemberg geweſen, und iſt mit ainer Tochter von Würtemberg Graf Hannſen von Werdenberg verheurat worden.

Sigmaringen an der Tunaw gelegen, ain Statl und Slos, iſt auch der von Werdenberg, und iſt mit Fraw Elspeten von Wirtemberg Graf Hannſen obgenant verheurath worden,

Perlſtain ain Statl und Slos.

Leoſtain ain Statl und Slos.

Weinsperg Stat und Slos: die ſeind des Pfalzgraven Phandt geweſen, hat Herzog Ulrich von Wirtemberg dem Pfalzgraven angewunen.

Newſtat am Chochen Stat und Slos, an dem Waſſer Chochen gelegen.

(f) In marg. Peut. *à matre, à patre de Pfullen de Achalm.*

Meckmül Stat und Slos *an dem Waſſer Jagſt und* Secka *gelegen, wider ain Stat mit ſampt dem Landl Krachgew, darin vil* Statl *und* Slos *ligen, Marckt und Dorfer, hat* Herzog *Ulrich von Wirtemberg als Pfaltzgraf Philippen ſeligen angewunnen.*

Reichenweil ain Stat im Elſas gelegen, iſt des von Wirtemberg mit ſamt ſeiner Zugehörung.

Mimpelgarten ain veſte Stat darin ain Kayſerlich Slos, auch ain Stift weltlicher Chorherren, darin die Begrebnus der Grafen von Mumpelgart. Fraw Henriata *ain Gräfin von Mumpelgart ligt auch da begraben.*

Grans ain Stat.

Clerowang ain Stat und Slos.

Peſſowang ain Stat und Slos. Alle in der Grafſchaft Mumpelgart gelegen, ſeind der Herren *von Wirtemberg, und ſeind mit* Hewrat *an ſie komen, und Mumpelgart iſt ain Schlüſſel teutſcher Land wider Franckreich und Burgundi, und ſtost an Hochburgundi die Frewen Grafſchaft und an das Suntgew und gein Basl zue an den Berg genant der Blaen.*

Klöſter im Landt Wirtemberg.

STainach ain Frawen Kloſter an dem Waſſer Murr gelegen, ſein all Edel.

Steten ain Frawen Kloſter, darin haben die Grafen von Zoller ir Begräbnus.

Adelberg ain Frawen Kloſter des Orden von Præmonſtrat, tragn weis, ſein Edel.

Heilig Creutz Stall ain Frawen Kloſter tragen ſchwartz.

Wildberg ain Frawen Kloſter.

Awen, ain Frawen Kloſter, ſein Edl, darin ligen vil Hertzogin und Herzogen von Tegk begraben, da in der Kirchen hangen vil Niderwade.

Khirchen ain Frawen Kloſter Prediger Orden, darin ligen auch begraben Herzogen und Herzogin *von Tegk.*

Im Himelreich ain Frawen Kloſter.

Marpach ain Frawen Kloſter Petl Orden.

Oberſtafeld ain Frawen Cloſter, ſein Edell und ſein Wartterin.

Manns Clöſter im Land Würtemberg.

BEbenhauſen ain Munichs Cloſter und Abtey Sant Bernharts Orden, haben geſtift die Graffen von Tübingen, und ir ettlich ligen da begraben.

Adelberg ain Munichs Kloſter und Abbtey des Orden von Premonſtrat, tragen weis an.

Hirſaw ain Munichs Cloſter *ain Abbtey Benedicten Ordens, haben geſtift die Grafen von Calw.*

Lorch ain Munichs Kloſter, ain Abbtey Ordinis S. Benedicti *haben geſtift die Herzogen von Schwaben von Hohenſtauffen.*

Zwifalten ain Munichs Kloſter, latinè Zwifulta vel ad duplicem aquam *ain Abtey Sand Benedicten Orden haben geſtift die Graffen von Achalm und ligen da begraben und ſunſt vil Grafen, Freyherren, Ritter und Knecht, und die* Herren *von Wirtenberg ſind Kaſtvogt darüber, desgleichen über Heilig Creuz Stall das Frawen Kloſter und über ander Frawen und Mans Kloſter.*

Maulprun ain Munichs Kloſter ain Abtey Sant Bernharts Orden, iſt mächtig und der Pfaltzgraf iſt Vogt darüber geweſen. Hat Herzog Ulrich von Würtemberg mit dem Swert gewunnen, und iſt izt ir Vogt und Schirmherr.

Stuetgarden ain Brobſtey weltlicher Chorherren.

Tubingen ain Brobſtey weltlicher Chorherren.

Göppingen ain Brobſtey weltlicher Chorherrn.

Herrenberg ain Brobſtey, Canonici Regulares.

Bakana ain Brobſtey weltlicher Chorherrn iſt etwan ain Kloſter Sanct Benedicten-Orden geweſt.

Murrhart ain Munichs Kloſter und Abbtey Sant Benedicten Ordens an dem Waſſer Murr gelegen.

Tachenhauſen ain Kloſter darin Capel-Munch. i. eſt. Canonici Regulares.

Fawrden ain Brobſtey weltlich Chorherren.

Tenckndorf ain Brobſtey Ordinis Templariorum. i. e. *Tempel* Herren, *tragen ſchwarz, und rote Creuz darin, gelegen an dem Waſſer Khers.*

Sand Peter zum Einſidl in dem Wald Schambach gelegen, ain ſchöner Aichwald darin vil rot Wild, hat geſtift Graf Eberhard mit dem Part, erſter Herzog zu Wirtemberg und Tegk, Graf zu Mumpelgart, und ligt da begraben. Tragen blab Mäntel und blab Kappen an, darin ſeind auch weltlich Brueder, die tragen zwen weiß Schluſſel überainader geſchrenckt, und auch plab Mäntel und Kapp.

Berhalt ain Munich Kloſter Ordinis S. Pauli primi Heremitæ, *tragen weis an.*

Endtringer Wald ain Kloſter darin ſeind Beghârden, die man auch Nolhart nennt.

Petinger Wald ain Munch Kloſter darin Beghârden oder Nolbrueder genant.

Blabewrn ain Munich Kloſter Ordinis S. Benedicti *an der Bla gelegen.*

Gietlſtain ain Carthuſer Kloſter, hat geſtift Graf Ludwig der elter von Wirtemberg, ligt da begraben, und ſein Hausfraw.

Item *die Herrn von Wirtemberg haben das Land an ſich pracht mit* Hewrat *durch Kauff, Erbfal, mit dem Swert und Leibgedingen, wan ſy allzeit fraidig und ritterlich Herren geweſen ſein, und das Land Wirtemberg iſt nahat beyeinander und nit zutailt und zeſtrat, und iſt ſchier als prait als lang es iſt, und iſt zuſamen pracht aus vil Fürſtenthuemben, Grafſchaften und Herrſchaften als Tegk, Schilach, Urslingen das ſind drew Fürſtentum, Pewtlſpach, Landaw, Grueningen, Aichlperg, Tubingen, Calw, Aſchberg, Achalm, Aurach, Veringen, Sigmaringen, Boblingen, Herrenberg, Sindlfingen, Neiffen, Wildperg,* *Ruck, Gerhawſen, Vachingen, Hatingen, Gamertingen, Gretzingen, Peilſtain, Greiffenſtain, Waiblingen, Scharndorf, Karpffen, Conſtat, Marpach, Nurtingen, Brackenhaim, Nagolt und Magenhaim und das Lande Wirtemberg iſt mer dan XXIIII. Meil weit und prait, und vermag im Land ob XXXM. Mann, und hat bey XL. Vogtey, vermag aus dem Land VIIIM. Mann, und ſind Grafen bliben bis* anno MCCCC-LXXXXIII. *da ward Eberhard der elter mit dem Part durch Herrn Maximilian Romiſchen Kunig zu Ungern Erzherzogen zu Oſterreich, zu Wurms in ainer gemainen Verſamblung des Reichs, erſter Hertzog zu Wirtemberg und Teg gemacht, umb ſeiner Frumkait und Manhait wegen, der das Recht, die Geiſtlichkeit, Adel und Kunſt ſer lieb gehabt hat, und iſt vergangen an Leib Erben, dem Gott genedig ſey, und als geſchickt der benant Eberhard mit dem Bart geweſen iſt, als untichtig iſt ſein Vetter Herzog Eberhard der junger von Wirtemberg und Tegk geweſen, der dan umb ſein Mishandlung durch den benanten Herrn Maximilian Romiſchen Kunig in dem Slos Rotenburg am Necker* anno Chriſti MCCCC-LXXXXVIII. *von ſeinem Regiment abgeſezt iſt, und das Land gibt im järlich ain Proviſion auſſerhalb Lands, und iſt auſſerhalb des Lands im Ellend des Pfalzgrafen Lande abgeleibt der Jarzal Chriſti MDIIII.*

Ladislai Suntheimii Monaſteriologia Franconiæ.

Inſertis Monaſteriorum quorundam Bavariæ & Sueviæ antiquitatibus.

Hailsprun ain mächtigs reichs Kloſter Sant Bernhards Orden, da fleust der Hailsprun, davon das Kloſter ſeinen Namen hat. Der Margrafen von Brandenburg Begräbnus.

Voglspurg bey der Stat Volckach gelegen ain Munich Kloſter Sant Benedicten Ordens, der Grafen von Caſtl Begrebnus.

Lannckhaim ain Munich Cloſter Sant Bernharts Orden, da ligen die Hertzogen von Meran begraben, und ſunſt vil Adels.

Brunbach ain Munich Kloſter S. Bernharts-Orden, an der Tauber gelegen, fundatum ab Arnoldo Archiepiſcopo Moguntino anno Domini MLXXV. ſub Friderico I. Cæſare Duce Sueviæ, anno ejus quarto, in honore beatæ Virginis ſuper Tubero fluvio. In illo Monaſterio eſt ſepultura Comitum de Wertham.

Anno Domini MCCCLV. obiit generoſus Dominus Rudolfus Comes in Wertham hic ſepultus.

Camburg an dem Waſſer Chochen gelegen etwan ain Munich Kloſter Sant Benedicten Orden, yetz da weltlich Chorherrn. Stiffter die Grafen von Rottenpurg an der Tauber.

Oringen an dem Waſſer Or im Ormwald gelegen, in der Stat Oringen weltlich Chorherrn. Stifterin Fraw Adelhait purtig ausm Franckenland, ain Gemahel Graf Hermans von Francken und ain Mueter Kaiſer Conraden Salicus genant, und Herrn Gebharden Biſchofen, zu Regensburg. Zum andernmal nam Fraw Adelhait Graf Hermanen zum Hohenloch, dem gebar ſy zwen Sun Seyfriden und Eberharden, Grafen zu Hohenloch. Sy ligt zu Oringen in irem Stift begraben.

Item ego Gebhardus Dei gratia Epiſcopus Ratisponenſis matris meæ Adalhaidis Comitiſſæ Franconiæ in Eccleſia prius parrochiana in villa Oringen, quam ego & ipſa jure propinquitatis à piæ memoriæ Sigefrido & Eberhardo atque Hermanno Comitibus Franconiæ, cum aliis eorum poſſeſſionibus hæreditavimus, Canonicorum ſæcularium congregationem inſtitui, quam etiam dicti Comites cognati mei locupletaverunt. Datum Wurtzburg anno Domini MCCCVII. Anno Imp. Domini Conradi Imperatoris XII. qui & filii ejus Hainrici III. ex quo Rex factus eſt, Duodecimus eſt, ex quo IIII. Idus Februar. recondita in Oringen ſunt hic oſſa Dominæ noſtræ Adalhaidis hujus templi fundatrix jacet hic tumulata Conradi Cæſaris genitrix Adalharda vocata.

Juditha ſoror Conradi Imperatoris & Gebhardi Epiſcopi Ratisponenſis, uxor Wilhelmi Marchionis Montisferrati in Italia.

Anno Domini MCCLXXXX. fundatum eſt Collegium beatæ Mariæ Virginis & S. Nicolai Confeſſoris, quod novum Collegium vocatur in Spalt oppido per Illuſtrem Principem Dominum Conradum Burgravium de Nurnberg & Agnetam Comitiſſam de Hohenloch ejus conjugem, obiitque idem fundator anno Domini milleſimo tricenteſimo quarto decimo Id. Junii. Fundatrix verò obiit anno Domini milleſimo tricenteſimo decimo nono Kal. Maij, quorum animæ requieſcant in pace. In Spalt ſepulti.

Item vetus Collegium in Spalt fundatum eſt in honore S. Emmerami Epiſcopi & Abbatis à Domina Adalhaida ſupraſcripta uxore Domini Hermanni Comitis de Hohenloh.

Ego Adalharda quondam hoc Monaſterium in Oringen ædificavi multasque reliquias attuli, quas Rex CPitanus filio meo Conrado Imperatori transmiſit in Oringen. Ibidemque ſepulta.

Beata Adalhardis Comitiſſa Franconiæ & poſt Comitiſſa in Hohenloch reſedit in oppido & arce Weinsperg, & ſingulis Do-

minicis diebus viſitavit aſperſorium in oppido Oringen , quod diſtat duobus miliaribus à Weinſperg , & tunc ſemel duo Leones dilaniârunt ei duos filios ejus, & proinde ipſa fundavit Monaſterium in Oringen, & deinde Collegium ibidem.

Conradus Dux natione Francus ex matre de primis Francorum Regibus , qui à Troja venerant & à S. Remigio Remorum Archiepiſcopo baptiſati fuerant, originem traxerat, eratque armis ſtrenuus , conſilio providus , ſapientia florens , in jure civili peritus & in religione Chriſtiana valdè devotus, conſilio S. Hainrici Cæſaris, cujus tunc dum viveret gratiam non habebat, ab omnibus ad Imperium electus fuit. S. Hainrici Cæſaris prædeceſſoris ſui neptem, nolente Imperatore uxorem habebat, Giſelam nomine de Karolorum genere oriundam.

Quando poſt decimam numeratur linea quarta
DeKarolo magno proceſſitGiſela prudens.
De ejus electione.
Dux erat in patria præcelſus nomine Cuno
Ille procul dubio confidit habere coronam
Sed de Conrado ſpes modo nulla ſonat.
Conſedêre Duces electio vult agitari
Conrado Dux ille petit diadema parari
Fraude quidem petiit nec cupit illud agi
Dum petit hii laudant laudantibus ipſe reſiſtit
Sed prohibente Duce regnum contraditur iſti
Vox ita fundata ſtat ratione rata.

Reverſus de Romo Conradus Cæſar in Trajecto inferiori (Utrich) obiit anno regni ſui XVII. Imperii verò IIII. In Spira ſepultus , cujus Epiſcopatûs fundator erat.

Sub Lothario Imperatore Duce Saxoniæ incepit Monaſterium Ebracenſe conſtrui, qui imperium non libenter acceptavit, ſed coactus ſuſcepit anno Domini milleſimo centeſimo viceſimo quarto, & Veronæ anno duodecimo deceſſit, & in Saxonia in Monaſterio Luthere ſua fundatione ſepelitur.

Rudolfus Romanorum Rex Comes de Habsburg emit prædium Swabach ab Ebracenſibus & omnia bona, homines & jura , quæ habebant in prædio Swabach exceptis Eccleſia parochiali cum datis & decimis ac curia quam inhabitant, cum attinentiis univerſis pro VIII. C. libr. Hallenſ. coram multis teſtibus, cujus datum eſt MCCLXXXI. & fratres Monaſterii Ebracenſis venerunt primo de cœnobio Moremundenſi in Burgundia ſito ad Ebracum.

Relatio à quibus & quando Domus hæc Ebracenſis fundata ſit: Ab incarnatione Dom. MCXXVII. ſub Papa Honorio II. temporibus Archiepiſcoporum Adalberti Maguntinenſis ſenioris Friderici Colonienſis Conradi Salzburgenſis Norberti Magdeburgenſis, Epiſcoporumque Embriconis Herbipolenſis, Cunonis Ratiſponenſis , Ottonis Babenbergenſis equidem milites duo carne germani fratres Berno & Richwinus caſtrum ſuum Eberaw dictum , Ordinis Ciſtercienſis ad conſtruendum Abbatiam obnixe rogantes ut deſtructo dœmonum conſtrueretur * ibidem ſub regula S. Bernhardi Congregatio Monachorum die noctuque Deo ſervientium quod & factum eſt, & ordinatus eſt illic Abbas ſapiens & religioſus Adam nomine natus ex provincia civitatis Agripinenſis Coloniæ. Fundatoribus vero loci fratribus illis Bernone & Richwino Dominum Abbatem rebus ſuis ſtrenuè juvantibus multiſque Principibus adminiculantibus præcipuè tamen Conrado Rege Romanorum de Hohenſtauffen Duce Suevorum, cum Gertrude uxore ſua Romanorum Regina ac de Sultzbach in Bavaria Comitiſſa non tamen adhuc coronatis nondum renitentibus diademate potitis & regali ſceptro ſublimatis cœpit ædificari feſtinanter & cum tanto ſtudio inſigne cœnobium ubi paulo ante fuerat ſpelunca latronum, ut ſæpè ibi amore Dei opitulante gratia totum illud opus perficeretur egregium, unus autem de ſupradictis fratribus Berno videlicet, qui ſenior fuit ætate zelo Dei ſuccenſus cum maximo fervore actibus ſæculi & pompis ejus renuntians, ſanctæ converſationis habitu veſtiri meruerat, ſub quo quaſi bonus diſpenſator fratrum ſubſerviendo invigilans & Monaſterio multis utiliſſimis occupationibus adminiſtrans ſanctè religioſèque vivebat ; & virtutum culmine clarus & conſummatus usque in finem perſeverabat. Richwinus verò licèt militiæ cingulo ſuccinctus eſſet, & ſæculari tunica veſtitus incederet Evangelium tamen Chriſti in pectore gerebat, quod occultavit militaris habitus & obumbravit clamidis aſpectus perfectis itaque ædificiis omnibus decenter & ſecundum ordinem benè compoſitis conſecrata eſt Eccleſia anno quarto ab incarnatione Domini MCXXXIIII. concurrentibus epactis exiſtentibus indictionibus vero duodecimo die lunarum menſis Octobris ejuſdem anni ſancta Dei Ebracenſis Eccleſiæ Baſilica & tria capitalia ejus altaria principale ſcilicet ad dextram & ad lævam ejus ab Embricano Herbipolenſi Epiſcopo ad petitionem Abbatis hic per diverſa loca plura cœpit Monaſteria conſtruere & abbatias & filios Dei procreare primum in Carinthia ſeu Stiria Rinam propè Grätz in Stirja poſtea Hailſprun & Lannckhaim ambo in Franconia , deinde in Bohemia Nepomuncko , in Bavaria Alderſpach ad extremum Wiehering propè Lintz in ſuperiori Auſtria & Pildhawſen in Franconia quas oportet omnes pariter ſanctæ Ebracenſis Eccleſiæ tanquam filias matri ſecundum & tenorem & decretum Ordinis Ciſtercienſis tam devotam quam debitam reverentiam exhiberi & emit quinque curias , primam in Stockhaim , ſecundam in Aletzhaim , tertiam in Herbipoli , quartam in Hawſen, quintam in Herrenſtorf , ſextam in Sugkhaim.

* laborat hic ſenſus in Cod.

Item

Item in pariete juxta ſepulchrum in choro Ebracenſi.

(g) HIc jacet Regina Gertrudis uxor quondam Conradi Regis Romanorum, hujus cœnobii fundatoris translata in hanc tumbam à venerabili Abbate Nicolao anno Domini MCCLXIX. V. Kal. Maij. (g)

In prima tabula pendente:

Wer diſe Gſchrift hort oder liſt
Der wiß das hie begraben iſt
Gerdrawt ain Römiſche Kunigin
Von Tugent als ain Spiegel fein.
Kunig Conrad veſt recht als ain Stahl
Was ir Herr und Gemahl.
Das Kloſter hat er erhaben
Und ſein Ingwaid ligt zu Bamberg begraben,
Das wil ich dir für ain Warhait ſagen.
Wan es was dannocht nicht gemacht
Dits Münſter hie und gantz volbracht
Auch iſt ſy ain Mueter geweſt
Diſem Kloſter was ſy genaigt
Das hatt ſy in vil Ding erzaigt
Mit den ſy in geholfen hat
An Fuedrung und an gueter Tat
Darumb wel ir Gott gebenn
An End das ewig Lebenn
Das wünſch ich ir mit groſſer Macht
Und ſprecht all Amen mit Andacht.

Item XIIII. Kal. Decembr. Romæ obiit hic Dux Suevorum Fridericus Fautor Monachorum & Romanorum Regis natus, jacet horum auctor fundorum, Deus huic da regna cœlorum.

Durch diſe Geſchrift wis yederman
Das hie ligt und iſt begraben Hertzog *Fridrich ſchon,*
Wol geborenn und gueter Art
Sein Vatter Römiſcher Kunig ward
Er hat ditz Kloſter lieb gehabt
Und hat es als ain Herr *begabt*
Auch hat er, als dan ſagt die Geſchrift
Geholfen das es ward geſtift
Darzue von ſeinen Nachkumen
Hatt auch ſein das Kloſter frumen
Wan ſy haben es dick geert,
Und es gelaſſen unverſert
Des las in genieſſen Herre *Gott*
Und hilf in aus aller Pein und Not
In die ewig Saligkeit,
Da kain Jamer iſt noch kain Laid,
Des wunſch ich im und ſprich Amen
Der diſe Geſchrift liſt mit Namen.

Hic Fridericus Dux Suevorum dedit fratribus Ebracenſibus prædium Swabach cum jure patronatus & aliis omnibus attinentiis ſuis.

Item Hainricus frater Friderici ſupraſcripti ſi vixiſſet ſine dubio Imperator factus fuiſſet. Vicit enim Welphonem Ducem Bavariæ fratrem Hainrici ſuperbi Ducis Bavariæ & Saxoniæ quem Welphonem Rogerius Rex Siciliæ pecunia conduxerat contra Conradum Regem Romanorum patrem illius Hainrici & Friderici fratris ejus.

Item unus Comes de Hohenloch ſepelitur in Ebraco in choro converſorum & etiam aliqui Comites de Caſtello, propriè *von Caſtl.*

Item Yringus Chriſti famulus ibidem ſepelitur.

Et corda Epiſcoporum Herbipolenſium ibidem ſepeliuntur. *(h)* (h)

Anno Domini DCCCCV. Ludovicus filius Boſonis Regis Provinciæ & Burgundiæ, regnum Italiæ adeptus Berengarium occupatorem regni expulit, & eodem tempore Tharis Monaſterium fundatum eſt in Franconia; & circa idem tempus Albertus nobiliſſimus Comes Francorum nepos Ottonis Ducis Saxonum ex filia Baba Conradum Comitem Haſſiæ & Wederoviæ ac Franconiæ occidit, & Conradus filius Conradi occiſi conſilio Ottonis Ducis Saxoniæ, qui regnum accipere renuit, conſilio omnium Francorum Romanorum Rex creatur, & Hainricus Auceps dictus filius Ottonis Ducis Saxoniæ ſupraſcripti conſilio Conradi Regis prædicti Rex Romanorum creatus eſt & Conradus Salicus.

Anno Domini MXX. defuncto Hainrico Claudo, qui inter Sanctos relatus eſt, ſine hæredibus Conradus Dux natione Francus conſilio S. Hainrici prædeceſſoris ſui Rex & Cæſar efficitur, cujus tamen Hainrici dum viveret gratiam non habebat, ab omnibus ad Imperium eligitur.

Item *nach Chriſti unſers lieben Herren Geburt MC. Jar iſt das wirdig Kloſter Munich Aurach Sant Benedicten Orden an dem Waſſer Aiſch gelegen von den Edlen wolgebornen Herren Goswein Graffen von Hochſtat an der Aiſch gelegen, und ſeinen Sun Herman Pfaltzgrafen bey Rhein auch durch den Erbtail Sand Hildegunden daran gegeben, begabt, geſtift und gepawt worden.*

Anno Domini MCCCCLXXI. *verlor Hertzog Mang der junger von Brawnſchweig ain Streit den gewan Im an Hertzog Albrecht von Macklburg obgenant derſelb Hertzog Albrecht fieng auch den Hertzogn von Stetin unnd Wolgaſt.*

Item *Herzog Hainrich und Hertzog Erich und Albrecht Gebruder Hertzogenn zu Macklburg unnd Hertzog Johannſenn Gemahl von Sachſen Sophia genannt Marggraffenn zu Meiſſen unnd Lanndgraffen zu Thuringen und Fraw Anna Lanndgraff Wilhalmen vonn Heſſen Gemahel ſein alle geſwiſtrig und Fraw Anna von Heſſen hat ain Sun haist Philipp unnd di Tochter Eliſabeth.*

Urſula Hertzog Hainrichs Gemachl Margraff Joachim von Brandenburg und Fraw Anna ſeiner Sweſter Hertzogin zu Sleſwig Sweſter haben drew Kinder Sophia unnd Urſula unnd Mangen. Fraw Urſula iſt geſtorben unnd ligt begraben im Kloſter Tobran.

N. Hertzogin zu Macklburg Hertzog Hainrichs Sweſter iſt in ainem Junckfraw Kloſter Abbteſſin zu Macklburg zu Ribnitz gennant.

Magnus Dux de Macklburg genuit ex Sophia ſorore Boxlavii Ducis Pomeranie Hainricum Ducem de Macklburg & fratres & ſorores ejus, videlicet

Hertzog Primislaus ain Furſt der Wenden halff Albrechten Margraffen zu Brandenburg genannt der Groß ain Sun Graff Otten von Saltzwedl und ain Vater Graff Bernharden von Anhalt wider den hochfertigen Hainrichen Hertzogn zu Sachſen unnd Bayrn, und er was auch ain weil Hertzog zu Sachſen wider den obgenañten hochfertigen Hainrich.

Eliſabeth das Freilein von Stargarten der Herrenn von Macklburg Muem halten ytz das Lannd inen.

Sophia ain Gemahl Hertzog Hannſen vonn Sachſen ain Sweſter ytz Hertzog Hainrichs von Macklburg haben ain Sun Haist Fridrich Hanns.

Mang Hertzog von Macklburg, Sophia ſein Gemahel Hertzog Boxlaſen von Pomern Sweſter hetten mytteinander ytz Hertzog Hainrichen von Macklburg, Erichen Hertzogn zu Macklburg der ſtarb an Weib und Kindt im XXVII. Jar begraben zu Tobran im Kloſter, unnd Albrechten Hertzogen zu Macklburg der hat noch kain Weib und ſolt Hochmaiſter in Preiſſen ſein worden.

Sophia ſein Tochter Hertzog Hainrichenn unnd ſeiner Bruder Sweſter iſt geweſen ain Gemahel Hertzog Hannſen von Sachſen, ſy iſt tod unnd hatt ain Sun gelaſſenn haiſt Friderich Hannß.

Anna ir Sweſter ain Gemachel Lanndgraff Wilhalmß von Heſſen hat mit Im ain Sun haist Wilhalm unnd ain Tochter haist Elspet, er iſt tod.

Katherina ir Sweſter ain gerade ſchone Junckfraw von Leib Geſtalt unnd Hab. Iſt im XXII. Jar alt iſt noch ledig und iſt geziert mit allen Sitten und Tugenten.

N. ain Abbteſſin zu Ribnitz im Junckfraw Kloſter ir Sweſter.

Familia Ducum STETINENSIUM.

Elſpet Hertzogin zu Stetin ain Gemachell Karoli des vierden des Namen Romiſchen Kaiſer unnd Kunig zu Beham ein Muetter Wentzlaen Romiſchen und zu Beham Kunig und Sigmunden Romiſchn Kaiſer, Kunig zu Unger und Beham.

Margaretha Hertzogin zu Stetin ain Sweſter Fraw Elspeten obgenant Hertzog Ernnſtn von Oſterreich erſte Hawsfraw hat Sun und Tochter gehabt und ſy und ir Gemachel und Kinder ſteend in der Newnſtat in der klain Capelln daſelben hinderm Fron Altar im Glaß. und darneben in aynem Glas gemalt. unnd iſt Kaiſer Fridrichs ſäligen und ſeiner Geſwiſtriget Stewſmueter geweſt.

Elspeth ain Tochter Hertzog Erichs von Brawnſchweig Herren zu Embekhe und Grubenhag ain Hawsfrau ains Hertzogn von Stetin.

Katherina ain Tochter Herzog Bernnharts von Brawnſchwig und Lunenburg ain Gemahel Tazinniri Hertzogen zu Stetin.

Margaretha ein Tochter Margraff Friderichs von Brandenburg des Eltern Burgraffen zu Nurnberg ain Gemachel Hertzog Boxlaf von Stetin.

Elspeta ain Tochter ains Hertzogn von Stetin ain Gemahel Hertzog Erichs von Sachſen anno MCCCLVIII.

Berba ain Tochter ains Hertzogn von Stetin ain Hawsfraw Hertzog Bernharts von Sachſen Herren zu Lunenburg ain Sun Hertzog Hermanns von Sachſen Herren zu Lunenburg.

Elspet Hertzogin zu Stetin ain Tochter Hertzog Erichs von Brawnſchweig, Embekhe uñd Grubenhag ward nach irß Mans Tod von Stetin Abbteſſin zu Gandershaim in Sachſen iſt geweſen ain Sweſter Fraw Anna Hertzogin zu Brawnſchweig Hertzog Albrechten von Bairn Herrenn zu Munichen Muetter.

Elspet Hertzogin zu Stetin ain Gemahel Hertzog Erichs von Sachſen, der nit Churfurſt was. der da geweſen iſt ain Sun Hertzog Hañſen des dritten des Namen Hertzoge zu Sachſen und Fraw Metzen ſeiner Gemachel Hertzogin zu Macklburg Sun.

Albrecht Hertzog zu Macklburg ward nach Kunig Magnen von Sweden Tod durch die von Sweden berufft zu Kunigreich Sweden unnd ward gekront daſelb zu Kunig. der mocht ſeiner Nachtpawrin Fraw Margarethen Kunigin zu Dennmarckt unnd Norwegen regiern und herſchen nicht leiden und verſmecht ſy und graiff an mit Krieg die benannte Kunigreich Denmarckt und Norwegenn, do macht ſy Kunigin Margareth auff mit groſſem Volck und ſtrait mit Im in wietin Feld und uberwandt Kunig Albrechten von Sweden; Hertzogn zu Macklburg, und fieng in und fuert in auff ainem Wagen fur ain Triumph und gewan Im das Kunigreich an und ließ in ledig der darnach unloblich in ſeins Vaterß Hawß geſtorben iſt.

Familia Ducum POMMERANIE.

HAinricus Dux Pom̃eraniæ à predicta Domina Margaretha Regina Dacie & Norwegie vocatus, & in filium adoptatus rexit illa Regna Daciam, Norwegiam & Suetiam, & quando incepit regimen illorum regnorum, erat tantum quatuordecim annorum & Philippam Regis Angliæ filia uxorem habuit, & nullam prolem ex ea genuit, & cum quinquaginta quinque annos regnaſſet, ad extremum ſub Imperio Friderici tercii Imperatoris Ducis Auſtriæ populari tumultu ex regio ſolio deturpatus eſt, & Chriſtofferus Bavariæ Dux ex Katherina Hainrici predicti Nepos in locum ſuum ſubvectus eſt, quia Avunculum ſuum decem annis quibus ipſe rexit in Inſula Gottica regnare permiſit. Poſt Chriſtofferi Regis mortem Daciæ & Norvegie coronam Criſternus Comes de Oldenburg & Delmenhorſt accepit & quidam Karolus equiſtri dignitate inſignis armatis manibus Hainricum Regem ætate confectum & nulli noxium ſibi ipſi viventem è Gothia propulſavit, qui reverſus in Pomerianam patriam ſuam parvo contentus victu vitam egit.

Salomea filia Ducis Pommeraniæ uxor Seinomiſsl Ducis Cuianie in Polonia proprie *in der Coy* genuit tres filios Leſtonem, Primislaum ac Kazimirum Duces Cuianie & Phenennam filiam Reginam Ungariæ, & Conſtanciam filiam Abbatiſſam in Trebnitz Monaſterio in Sleſia ſito.

Jutha filia Theoderici Comitis in Bren uxor Miſtiwoy Ducis Pomeraniæ.

Conradus Dux Pomeraniæ filius Boleslai Ducis Pomeraniæ.

N. Conradi uxor prima filia Ducis Maſovie in Polonia proprie *in der Mas.*

N. altera uxor Conradi filia Wolflini Ducis Cracoviæ in Polonia.

Otto filius Meſtonis Aſtuti Ducis Poloniæ Princeps Pozuavie in Polonia; uxor Ottonis Principis Pozuouie filia Ducis Caliſiæ in Polonia filii Ducis Marittime.

Stephanus alter filius Meſtonis Aſtuti & frater Ottonis ſupradicti uxor ejus filia Ducis Pomeraniæ.

N. filia Meſtonis Aſtuti ſoror Ottonis & Stephani uxor Boxlavil Ducis Marittime.

Anna filia Cazimiri Regis Poloniæ ſoror Wladislai Regis Hungariæ & Bohemiæ, & Sigismundi Regis Poloniæ uxor Boxlavii Ducis Pommeraniæ.

N. filius Boxlavii & N. filia Boxlavii.

N. filia Meſtonis Aſtuti Ducis Poloniæ uxor Friderici Ducis Lotharingiæ Nepotis Friderici Primi Cæſaris Ducis Sueviæ ex ſorore ſua.

Sophia filia Ducis in Barth & Wolgaſt uxor Heinrici Ducis in Braunſchwig & Lunenburg.

Wilhelmus antiquus Dux in Braunſchwig & Lunenburg ex Domina Sophia predicta natus fuit.

Margaretha uxor Udalrici Ducis Stargardie filia Friderici Ducis in Brawnſchwig & Lunenburg.

Agnes filia Ducis Pomeraniæ & Barth uxor Friderici junioris, & pinguis Marchionis Brandenburgenſis Burgravii Nurnbergenſis.

Magdalena eorum filia Marchioniſſa Brandenburgenſis & Burgravia Nurnbergenſis uxor Ytal Friderici Comitis de Zöller habent proles filios & filias.

Bernhardus Dux Saxoniæ & Lawenburg, de Caſtro Leonis.

Adalhaidis uxor, filia Ducis Pomeraniæ.

Eliſabeth uxor Boxlavii Ducis Pomeraniæ, filia Joannis Marchionis Brandenburgenſis, frater Alberti Marchionis Brandenburgenſis Burgravii Nurenbergenſis.

Margaretha ſoror Boxlavii Ducis Pomeraniæ uxor Hainrici Ducis in Brawnſchweig & Lunenburg *Uberwald unnd bey der Lewrie* filii Wilhelmi junioris Ducis in Braunſchwig & Eliſabeth ejus uxoris Comitiſſæ de Stolberg in Thuringia.

Boxlavius Dux Pom̃eraniæ, Stetinenſis, Barth, & Wolgaſt modernus, procerus & elegans Princeps ac famoſus, qui in mari cum Thurcis bella geſſit, & triumphum habuit, conſanguineus Domini Maximiliani Cæſaris Auſtriæ Archiducis.

Anna ejus conthoralis filia Cazimiri Regis Poloniæ ſoror Wladislai Regis Ungariæ & Bohemiæ, & fratris ejus Sigismundi Regis Poloniæ ſoror habent pueros, & ipſa vita exuta.

Helena Duciſſa Sleswigcenſis uxor Johannis primi ejus nominis Ducis Saxoniæ.

Helena eorum filia uxor Ducis Bavariæ.

Fridericus Dux Sleswigcenſis & Holſaciæ frater Johannis Regis Daciæ.

Anna Friderici Ducis in Sleswig uxor, ſoror Joachimi Marchionis Brandenburgenſis Electoris.

Mechtildis filia Alberti Ducis Saxoniæ uxor Ducis Holſaciæ, Holſtain.

Agnes filia Ottonis primi Ducis in Brawnſchweig & Lunenburg uxor Wentzeslai Regis Rugilandiæ, Rügen.

Mechtildis filia Johannis Ducis in Lunenburg & Agnetis ejus uxoris Duciſſa Holſaciæ.

Gebhardus Dux Sleswigcenſis.

Agnes ejus uxor filia Bernhardi Marchionis in Baden anno Domini MCCCCXXXII.

Wentzeslaus Dei gratia Dux Stetinenſis, Pomeraniæ Kaſſuborum & Sclavorum ac Princeps Rugie.

Anno Domini MCCXXVIIII. Gero Archiepiſcopus Bremenſis in Saxonia, & Olaſii juvenis Comes Holſaciæ moverunt bellum Alberto Comiti de Anhalt Domino Caſtrileonis, *von der Lawenburg* & ipſe Albertus Comes de Anhalt & Otto Dux Saxoniæ Dominus in Lunenburg fuerunt capti per Hainricum Comitem de Swerin, & Albertus Comes de Anhalt pro ſua liberacione dedit Hainrico Comiti de Swerin Caſtrum Lawenburg, & Hydſackhe & idem Albertus fuit filius Bernhardi Comitis de Anhalt, & idem Albertus fuit creatus in Ducem Saxoniæ Principem *Electorem* Imperii per Fridericum ſecundum Romanorum Imperatorem, Regem Jeruſalem & utriusque Siciliæ Ducem Sueviæ anno Domini MCCXXXVIII. & idem Albertus captus fuit anno Domini (*) M CC tercio.

Lanndgravii THURINGIÆ *& eorum proles.*

Conradus Lañdgravius Thuringiæ obiit anno Domini MCLI.

Agnes ejus uxor filia Friderici ſecundi Cæſaris Duce Sueviæ.

Jutta ſecunda uxor Ottonis liberalis Ducis in Braunſchweig filia unius Lanndgravii Thuringiæ.

Otto & Wilhelmus fratres Lanndgravii Thuringiæ capti fuerunt per Egbertum Marchionem Saxoniæ Domini in Braunſchweig.

N. filia Theoderici Lanndgravii Thuringiæ ſponſa Conradini, qui fuit heres Jeruſalem & utriusque Siciliæ Dux Sueviæ ultimus illius Dinaſtie filius Conradi Regis Jeruſalem, & utriusque Siciliæ Dux Sueviæ Nepos Friderici ſecundi Cæſaris.

Fridericus tercius ejus nominis Burgravius Nurnbergenſis.

Eliſabeth ejus uxor filia Friderici Landgravii Thuringiæ Marchionis Miſſnenſis.

Anno MCCLXII. in vigilia Apoſtolorum Symonis & Jude Albertus junior Lanndgravius Thuringiæ, & Theodericus junior de Landesperg Germanus ſuus filii Heinrici ſenioris Marchionis Miſſnenſis & Luſaciæ, Landgravii Thuringiæ Saxones devaſtantes in multitudine gravi, & manu valida terras eorum, & Dioceſim Nawnburg & Dioceſim Seburg facientes incendia, & aſportantes ſpolia multa prelio invaſerunt, in quo crudeli conflictu ac hoſtili adeo ferociſſimè à mane ſcilicet poſt ortum ſolis usque poſt nonam horam dimicatum eſt. In hoc bello Albertus Dux de Braunſchweig ſtrenuiſſimus in armis & vir bellator vulneratus captus eſt, & Hainricus Princeps & Comes de Anhalt etiam vulneratus captus eſt. Inſuper Comites de Swerin & de Eberſtein capti ſunt, preterea & Vaſalli nobiles circiter duodecim capti ſunt, & ſimiliter electa milicia in eodem bello usque ad quingentos quinquaginta ſedecim viros in armis plenis Deo permittente cum maximo dampno ſuo videlicet equorum electorum, & armatorum captivi ducti in vinculis ſunt detenti, & Albertus Dux de Brawnſchweig redemit ſe à captivitate cum octo millibus marcarum argenti, & octo caſtellis.

Item poſt mortem Hainrici Regis Romanorum Lanndgravii Thuringiæ & Haſſiæ filii Hermanni Landgravii Thuringiæ & Haſſiæ ſurrexerunt plurima bella, & dira guerrarum turbatio in Thuringia pro poſſeſſionibus ejusdem, quia ſine prole obiit & ſepelitur in Haſſia in oppido Yſnaco propriè Eiſnach in Eccleſia ſanctæ Katherinæ ibidem. Simili modo in Haſſia contigit, que ad manus Ducum Brabantiæ ad familiam ſanctæ Eliſabeth Hainricum ſeniorem ejus Nepotem devenit, qui ipſe & ſui poſteri usque in hodiernum diem Lañdgravionatum Haſſiæ regunt & poſſident, & Thuringia per matrimonium devenit ad Marchiones Miſſnenſes, & obiit anno MCCXLVII.

Ludovicus Pius Lanndgravius Thuringie & Haſſiæ maritus ſanctæ Eliſabeth Reginæ Ungariæ paratus corde & corpore cum omnibus ſuis armatis tranſiit mare in ſubſidium terræ ſanctæ ibidem apud Ydrontum propriè Otranto civitatem & portum maris in Apulia ſitum (ut fertur) veneno intoxicatus obiit fœliciter reductus ad patriam in Monaſterio Reinhartzbrunl ſepultus jacet, & fuit frater Heinrici Regis Romanorum Landgravii Thuringiæ & Haſſiæ, filius Hermanni Lanndgravii Thuringiæ & Haſſiæ, & beatus habetur.

Anno Domini MCXLII. omnipotentis Dei gratia unus ex Principibus Saxoniæ, & Gubernator Miſſnenſis & Lucia filia, Conradi Ducis Sueviæ de Hohenſtauffen cum filiis noſtris O. T. H. D. cum Lucio ſecundo ejus nominis Papa floruerunt.

Conradus frater Lotharii Cæſaris Ducis Saxoniæ in Monaſterio Elchingen prope Ulmam inveni in ſcriptis & eſt Ordinis S. Benedicti.

Item zu *Eiſnach in Heſſen gelegen zu Sañdt Katherina ligt Hainrich Romiſcher Kunig Lanndgraf in Thuringen unnd Heſſen ain Swager Sanndt Elspeten Kunigin zu Ungarn Lanndgraf Ludwigs deß guettigen zu Thuringen und Heſſen Hausfraw, und Kunig Hainrichs Schwagrin, die zu Marpurg in Heſſen begraben ligt.*

Item Chronica Magiſtri Joannis Rot eſt in oppido Yſnaco in Haſſia inter oppidum & caſtrum in uno Monaſterio Minorum in

---

(*) ita Cod. fortè MCC. XXXIII.

in Thuringia *Iſt die Cronick wie aus dem Kunigreich Thuringen ain Lanndgrafſchafft worden iſt unnd all ir Geſchlecht darinn begriffen des gleichen der Lanndgrafen von Heſſen Geſchlächt unnd vil ander Ding ab der Margrafen von Meiſſen Geſchlecht vindt man in der Statt Meiſſen davon daß Lanndt den Namen hat, im Thuem daſelbs geſchribenn.*

Agnes filia Friderici ſecundi Cæſaris, uxor Conradi Lanndgravii Thuringiæ.

Anno Domini MCXXX. Hermannus provincialis Comes Thuringiæ dictus de Wiſenburg deponitur à regimine, & Ludodovicus Comes pro eo conſtituitur, quia Hermannus Comes occidit Burckhardum Comitem de Luckenhaim in Saxonia, & Witzinburg caſtrum Hermanni à Lothario Duce Saxoniæ pro tunc Romanorum Rege obſeſſum, & deſtructum eſt. & anno Domini milleſimo centeſimo triceſimo primo Hermannus captivatur & in caſtro Blanckhenberg cuſtodia mancipatur. Et anno Domini MCLII. Hermannus de Wintzinburg in eodem caſtro à ſuis hominibus una cum conjuge ſua flebiliter occiditur.

Anno Domini MCXL. obiit Ludovicus provincialis Comes Thuringiæ, & Ludovicus admodum puer ejus filius in curia Wormaciæ per Conradum Romanorum Regem de Hohenſtauffn celebrata Ludovicus Puer clementia Regis Conradi ac Principum Thuringiæ adeptus eſt principatum Thuringiæ, & eodem anno obierunt Udalricus Dux Bohemiæ, & Wilhelmus Palatinus Rheni.

Item Ludovicus, Hermannus & Hainricus Landgravii Thuringiæ fratres fuerunt & floruerunt ſub Friderico primo Cæſare Sueviæ Duce eorum avunculo.

Item Hainricus dictus Leo Dux Saxoniæ & Bavariæ Ludovicum Lanndgravium Thuringiæ & Hermannum ejus fratrem captiverat, ſed eosdem relaxavit, & Ludovicus predictus Lanndgravius Thuringiæ ſe principatu abdicavit, & Hermannus provincialis Comes Thuringiæ, & Palatinus Saxoniæ conſtituitur.

Item anno Domini MCLH. Erneſtus Comes Thuringiæ obiit.

Item anno Domini MCLXXXV. grandis altricatio inter Conradum Archiepiſcopum Maguntinum Comitem de Witelſpach in Bavaria, & Ludovicum Lanndgravium Thuringiæ oritur.

Item anno Domini MCLXXXIV. Hainricus Comes Thuringiæ & Goſmarus Comes Haſſiæ in una cloaca ſuffocati ſunt Herfordie tempore Hainrici ſexti Cæſaris ejus nominis filii Friderici primi Cæſaris.

Anno Domini Milleſimo LVI. obiit Hermannus Comes Orientalium Francorum, Franconie ſub Hainrico tercio Cæſare.

Item anno MLXXXI. inter Suevos & Bavaros bellatum eſt juxta Danubium apud oppidum Hochſteten ubi Cuno filius Cunonis Palatini Comitis occiſus eſt.

Anno DCCCCXIIII. Otto Saxonicus Comes obiit.

Anno Domini MCXII. moritur Udalricus unus ex Saxoniæ Principibus Ludovici dudum Comitis gener, ſed propter filiæ ejusdem repudium ei inviſus fuit, cujus poſſeſſiones Sigefridus Comes Saxoniæ hæreditaria ſibi vendicabat poſſeſſiones, ſed dum Imperator Hainricus quintus ejus nominis in jus regni conabatur attrahere Imperatori poſtea fuit cauſa recidive diſcordiæ fomentum. Nam idem Comes Sigefridus priores miſerias ſuas ſequentibus exaggerans totam pene Saxoniam ſuam videlicet patriam tantis implevit querimoniis, ut tam Ducem Saxoniæ Lotharium, qui poſtea Cæſar factus fuit, quam Rudolphum Marchionem Saxoniæ Cæſari rebelles fecit.

Wentzeslaus junior Rex Bohemiæ reſignat Miſſnam Alberto primo ejus nominis Romanorum Regi Auſtriæ Duci avunculo ſuo.

Sophia filia Friderici primi Cæſaris Ducis Sueviæ uxor unius Marchionis Saxoniæ.

Conſtancia filia Friderici ſecundi Cæſaris Ducis Sueviæ uxor Ludovici Lanndgravii Haſſiæ.

Agnes filia Theoderici Marchionis de Lañdeſperg in Miſſna uxor Magni ſenioris Ducis in Braunſchweig filii Alberti Ducis in Göttingen.

Margaretha filia Friderici Burgravii Nurnbergenſis & Eliſabeth Lanndgraviæ Thuringiæ Marchioniſſæ Miſſnenſis, uxor Hermanni Landgravii Haſſiæ.

Albertus Dux Saxoniæ, frater Johannis tercii ejus nominis Ducis Saxoniæ, cujus uxor filia Lanndgravii Haſſiæ.

Wilhelmus junior filius Wilhelmi ſenioris Dux in Braunſchweig & Göttingen.

Katherina ejus uxor filia Alberti Ducis Saxoniæ Lanndgravii Thuringiæ & Marchionis Miſſnenſis, uxor Erici Ducis in Brawnſchwig & Gottingen.

Sophia filia Lanndgravii Haſſiæ uxor Rudolfi Ducis Saxoniæ filii Alberti Ducis Saxoniæ.

Conradus frater Friderici primi Cæſaris ex patre tantum poſt mortem Hermanni Palatini Comitis qui obiit anno Domini MCLVI. per Fridericum primum Cæſarem fratrem ſuum in Palatinum Rheni creatus fuit.

Gertrudis ejus uxor filia Gertrudis Marchioniſſæ Saxoniæ & ejus mariti Hainrici Pinguis Comitis de Northeim.

Agnes eorum filia, quæ data eſt Hainrico filio Hainrici Leonis Ducis Saxoniæ & Bavariæ, & is Hainricus ex uxore Rheni Palatinus factus fuit.

Agnes filia Hainrici Palatini Rheni, & Agnetis ejus uxoris Ottonis Ducis Bavariæ uxor, & ille Otto ex uxore Palatinus Rheni factus fuit; cujus poſteri & Heredes usque in hodiernum diem palatinatum Rheni poſſident, & regunt, & per Fridericum ſecundum prædictus Otto ſuper Palatinatum fuit confirmatus.

Familia Lanndgraviorum HASSIÆ.

Hermannus Lanndgravius Haſſiæ Thuringiæ filius Ludovici tercii ejus nominis Lanndgravii Thuringiæ.

Sophia ejus uxor filia Ottonis Ducis Bavariæ.

Ludovicus frater Hermanni Lanndgravius Haſſiæ & Thuringiæ.

Gertrudis ejus uxor filia Leopoldi glorioſi Ducis Auſtriæ ex familia ſancti Leopoldi obierunt ſine prole.

Ludovicus etiam frater Hermanni & Ludovici Lanndgravius Haſſiæ & Thuringiæ.

Claricia ejus uxor ſoror Conradi Rheni Palatini fratris Friderici primi Cæſaris Ducis Sueviæ.

Ludovicus Pius filius Hermanni & Sophiæ de Bavaria Lanndgravius Haſſiæ & Thuringiæ.

Sancta Eliſabeth ejus uxor filia Anndree ſecundi ejus nominis Regis Ungariæ, & Berchtoldi Ducis Meraviæ Comite Tirolis.

Hainricus filius Hermanni & frater Ludovici Pii Lanndgravius Haſſiæ, & Thuringiæ, poſtea Romanorum Rex.

Adalhaidis ejus uxor filia Ottonis primi Ducis in Braunſchwig & Lunenburg non habuerunt proles.

Conradus filius Hermanni frater Ludovici Pii & Hainrici Regis Romanorum ex Domina Sophia de Bavaria natus & Hainricus Rex ex eadem matre natus Lanndgravius Haſſiæ & Thuringiæ non habuit uxorem neque proles.

Richardis filia Hermanni & ſoror Ludovici Pii Hainrici Regis & Conradi Lañdgravii Haſſiæ & Thuringiæ Landgravia Haſſiæ & Thuringiæ, uxor Hainrici Crudelis qui dictus erat de Medling Ducis Auſtriæ.

Gertrudis dicta de Medling Duciſſa Auſtriæ uxor Hermanni Marchionis de Badn, qui ratione uxoris ſuæ factus fuit Dux Auſtriæ.

Fridericus eorum filius Dux Auſtriæ, & Marchio de Badn in Neapoli cum Conradino ultimo Duce Sueviæ anno MCCLXVIII. decollatus eſt, & in Neapoli ad Carmelitas ſepulti.

Jutha filia Hermanni Lanndgravii Haſſiæ & Thuringiæ uxor Theoderici ſenioris Comitis Merſenburgenſis & Marchionis Miſſnenſis & Luſaciæ per uxorem factus Lanndgravius Thuringiæ, & ita per matrimonium Thuringia unita eſt provinciæ Miſſnenſi & Luſaciæ, quia maſculinum genus Lanndgraviorum Thuringiæ defecit.

Hermannus puer filius Ludovici Pii, & Sanctæ Eliſabeth Reginæ Ungariæ Lanndgravius Haſſiæ & Thuringiæ. Ille obiit ſine uxore & prole & maſculinum genus Thuringiorum in eo defecit.

Sophia filia Ludovici & ſanctæ Eliſabeth Monialis in Kytzingen in Franconia ſoror Hermanni Pueri.

Sophia filia Ludovici Pii, & ſanctæ Eliſabeth Duciſſa Brabanciæ ſoror Hermanni & Sophiæ.

Hainricus ſenior filius Sophiæ Duciſſæ Brabantiæ Lanndgravius Haſſiæ.

Otto filius Hainrici ſenioris Lanndgravii Haſſiæ, & ipſe Lanndgravius Haſſiæ.

Hainricus junior Lanndgravius Haſſiæ filius Ottonis Lanndgravii Haſſiæ.

Eliſabeth ejus uxor filia Alberti junioris Landgravii Thuringiæ.

Maria filia Sophiæ Duciſſæ Brabantiæ ſoror Hainrici ſenioris Lañdgravii Haſſiæ uxor Ludovici Ducis Bavariæ Palatini Rheni mandato viri decollata ad ſanctam Crucem in Werd ſepulta non habuit proles.

Eliſabeth filia Sophiæ, Duciſſa Brabanciæ ſoror Mariæ prædictæ ac Hainrici ſenioris Lanndgravii Haſſiæ uxor Alberti Ducis in Braunſchwig dicti Magni.

Hedwigis filia Hermanni Lanndgravii Haſſiæ & Thuringiæ, & Dominæ Sophiæ ejus uxoris Duciſſæ Bavariæ uxor Alberti Comitis Alſaciæ.

Lanndgraff Ludwig von Heſſen der alt iſt geweſen ein groſſer Kriegsmann.

N. ſeine Gemachel Hertzog Friderichen und Hertzog Welhalmen von Sachſen Lannd Graffen von Thuringen und Margraffen zu Meyſſen Sweſter.

Hainrich Lañdgraff von Heſſen Landt Graff Ludwigen obgenant und ſeiner Gemächel Hertzogin von Sachſen Margrafin zu Meiſſen Lanndgrafin zu Thuringen Sun.

N. ſein Gemähl ain Tochter Graff Philippenn von Katzenellbogen.

Wilhalm Lanndgraf zu Heſſen genañt der Reich Lanndgraf ain Sun Lanndgraff Hainrichs und der von Katzenellenpogen.

Eliſabeth ſein Gemachel ain Tochter Pfaltzgraff Philippn vom Rein unnd Fraw Margarethn ſeiner Gemehl Hertzogin von Bayrn haben nit Erben unnd ytz hat Fraw Elspet zu Mann Margraff Philippen von Baden.

Lanndgraff Ludwig von Heſſen der junger Lañdgraff Ludwig des alten und ſeiner Gemachel Hertzogin von Sachſen Sun ain Bruder Lanndgraff Hainrichs von Heſſen iſt geweſen ain ſtoltzer, gerader, fraidiger Furſt.

Mechelt ſein Hawsfraw ain Tochter Graff Ludwigen von Wirtemberg und Mumpl-

gart, ain Sweſter Graff Eberharts mit dem Part erſter Hertzog zu Wirtemberg unnd Tegkh.

Hermann Lanndgraf zu Heſſen Ertzbiſchoff zu Cölln̄ Hertzog zu Enngern in Weſtvaln Churfurſt iſt geweſen ain lannger, faiſter, ſtarcker Furſt der wart von Hertzog Karl von Burgundi in der Stat Neß ain Rein gelegen mit dreyen Heren belegert nahat ain gantz Jar, ee er Biſchoff ward, unnd ward von Kaiſer Friderichen dem dritten deß Namen Hertzog zu Oſterreich und andern Furſten und Reichſtetten erledigt, unnd ward da ain Frid unnd Heyrat beſchloſſenn ytz mit Kayſer Maximilian und Junckfraw Maria Hertzogin von Burgundi Hertzog Karll von Burgundi ainige Erb-Tochter. Und Lanndgraff Hermann von Heſſenn iſt geweſen ain Sun des alten Landgraf Ludwigen von Heſſen uñd ſeiner Gemahl Hertzogin zu Sachſen ain Bruder Lanndgraf Hainrichs unnd Lanndgraf Ludwigs des jungern Lanndgrafen zu Heſſen.

Wilhalm der Elter Lanndgraff zu Heſſen ain Sun Lañdgraff Ludwigs des jungern von Heſſen unnd ſeiner Gemähel Mecheld von Wirtemberg.

Anna ſein Gemahel ain Hertzogin von Brawnſchweig ain Tochter Hertzog Wilhalm des jungern von Braunſchweig uñd Fraw Elspeten ſeiner Gemahl Grafin zu Stolberg haben drey Tochter miteinander. Iſt aine ain Cloſterfraw zu Weiſſnſtain bey der Stat Caßl gelegen.

Die ander Tochter iſt ain Cloſterfraw zu Manberg die drit Tochter iſt noch jung.

Wilhalm der junger Lanndgraf von Heſſen Lanndgraff Ludwigen von Heſſen und Fraw Mechilden ſeiner Gemachel Grafin von Wirtemberg junger Sun.

N. ſein erſte Gemahl ain Sweſter Kunig Reinhartz von Sicilia Hertzogn zu Lutring und Grafen zu Widemont die gepar im aiñ Sun, der ſtarb in der Jungt.

Anna ſein anndere Gemahl ain Herzogin von Mäcklburg in Sachſen gelegen.

Philipp Lanndgraff von Heſſen Ir baider Sun iſt noch jung, unnd der Vatter iſt tod, hat Vormunder.

Eliſabeth Lanndgrafin von Heſſen ain Tochter Lanndgraff Wilhalm ſäligenn und ſeiner Gemähl der Hertzogin von Macklburg iſt noch jung.

N. ain Tochter Lanndgraff Hainrichenn von Heſſen, unnd ſeiner Gemähl Grafin von Katzenellenpogen ain Sweſter Lanndgraff Wilhalm deß Reichenn Lanndgrafſenn zu Heſſen ain Hawsfraw Hertzog Johann von Klepff.

Johann Hertzog von Kleff Ir baider Sun dem iſt vermächlet Maria ain Tochter Hertzog Wilhalms von Gulch und Berg.

Arbor Familiæ Landgraviorum THURINGIÆ.

LUduvicus cum barba Comes Thuringiæ.

Luduvicus filius ejus Comes Thuringiæ.

Adalhaidis ejus uxor, filia Votonis Marchionis de Stadn in Saxonia ante illam habuit filiam Udalrici Ducis Saxoniæ, quam repudiavit.

Luduvicus tertius ejus nominis filius Luduvici ſecundi, & Nepos Luduvici primi. Fuit primus Landgravius Thuringiæ.

Hedwigis ejus uxor, genus neſcitur.

Ludovicus filius Ludovici tercii ſecundus Lanndtgravius Thuringiæ.

Claricia ejus uxor ſoror Conradi Rheni Palatini fratris Friderici primi Cæſaris.

Hermannus frater Ludovici predicti & filius Ludovici tertii ejus nominis tercius Lanndgravius Thuringiæ & Haſſiæ. obiit anno Domini milleſimo ducẽteſimo quindecimo in oppido Eiſnach ſepultus, fuit etiam Comes Palatinus Saxoniæ.

Sophia uxor prima Hermanni Landgravii Thuringiæ nobiliſſima Palatina.

Sophia altera uxor Hermanni, filia Ottonis Ducis Bavariæ.

Ludovicus frater Hermanni poſt fratrem Lanndgravius Thuringiæ & Haſſiæ factus.

Gerdrudis ejus uxor filia Leopoldi glorioſi Ducis Auſtriæ ex familia ſancti Leopoldi obierunt ſine prole.

Fridericus frater Hermanni & Ludovici Comes de Zigenhaim.

Jutha ejus filia uxor Friderici junioris Comitis de Bren.

Ludovicus cognomine Pius filius Hermañi Lanndgravii Thuringiæ & Haſſiæ, ex Domina Sophia Duciſſa Bavariæ natus Landgravius Thuringiæ, & Haſſiæ. Cenſetur beatus, & fuit natus anno Domini MCCV. Kalendis Novembris in oppido Marpurg in Haſſia ſepultus.

Sancta Eliſabeth ejus conthoralis filia Andreæ ſecundi ejus nominis Regis Ungariæ, & ſoror Bele quarti ejus nominis Regis Ungarie, Mater vero ejus fuit Duciſſa Meraviæ, & Comitiſſa Tirolis.

Hermannus puer dictus filius Ludovici Pii, & ſanctæ Eliſabeth Lanndgravius Thuringiæ & Haſſiæ, obiit quinto Kalendis Aprilis ſtatim poſt matrem ſine prole in Eiſnach ſepultus.

Sophia filia Ludovici Pii, & ſanctæ Eliſabeth ſoror Hermanni pueri fuit Monialis in oppido Kytzingin in Franconia.

Sophia altera filia Ludovici Pii, & ſanctæ Eliſabeth Duciſſa Branbantiæ, ſoror Hermanni Pueri, & Sophiæ Monialis.

Hainricus ſenior, filius Sophiæ Duciſſæ Brabantiæ, Landgravius Haſſiæ.

Otto Landgravius Haſſiæ, filius Henrici ſenioris Landgravii Haſſiæ.

Hainricus junior Lanndgravius Haſſiæ, filius Ottonis Landgravii Haſſiæ.

Eliſabeth ejus uxor filia Alberti junioris Lañdgravii Haſſiæ.

Maria filia Dominæ Sophiæ Duciſſæ Brabancie ſoror Heinrici ſenioris Lanndgravii Haſſiæ, uxor Ludovici Ducis Bavariæ ſuperioris Rheni Palatini mandato viri decollata in Schwebiſchwerd ſepulta.

Eliſabeth filia Dominæ Sophiæ Duciſſæ Brabantiæ & ipſa Duciſſa Brabantiæ, uxor Alberti dicti magni Ducis in Braunſchwig ſoror Heinrici ſenioris Landgravii Haſſiæ, & Dominæ Mariæ Palatinæ Rheni.

Hedwigis filia Hermanni Landgravii Thuringiæ & Haſſiæ, & Dominæ Sophiæ Duciſſæ Bavariæ uxor Alberti Comitis Alſaciæ.

Juditha filia Hermanni Lanndgravii Thuringiæ & Haſſiæ, uxor Theoderici ſenioris Marchionis Miſſnenſis, & Luſaciæ Comitis Merſenburgenſis ex uxore Landgravius Thuringiæ factus ac Palatinus Comes Saxoniæ.

Hainricus ſenior eorum filius Marchio Miſſnenſis & Luſaciæ Comes Merſenburgenſis ex patre, ex matre Landgravius Thuringiæ & Palatinus Comes Saxoniæ.

In margine alia manus adſcripſit: *al. filii.*

Hainricus filius Hermanni Lanndgravii Thuringiæ & Haſſiæ, & Dominæ Sophiæ Duciſſæ Bavariæ frater Ludovici Pii Lanndgravii Thuringiæ & Haſſiæ mariti ſanctæ Eliſabeth fuit Lanndgravius Thuringiæ & Haſſiæ, poſtea Romanorum Rex, obiit anno Domini MCCXLVII. in oppido Eiſnach ſepultus non habuit proles.

Adalhaidis Hainrici Regis Romanorum uxor, filia Ottonis primi Ducis in Braunſchwig & Lunenburg non genuit ei proles, & ſic Thuringia devenit per Matrimonium ad Marchiones Miſſnenſes, & Haſſia ad Duces Brabanciæ.

Conradus filius Hermañi Lanndgravii Thuringiæ, & Haſſiæ, frater Ludovici Pii, & Heinrici Regis Romanorum ex Domina Sophia de Bavaria natus Lanndgravius Thuringiæ, & Haſſiæ non habuit uxorem, neque proles.

(*a*) Richardis Lanndgravia Thuringiæ, ſoror Ludovici Pii, Hainrici Regis, & Conradi. uxor Hainrici crudelis, qui dictus fuit de Medling Ducis Auſtriæ. (*a*)

Gertrudis eorum filia Duciſſa Auſtriæ de Melding dicta habuit tres maritos Hermannum Marchionem de Badn, cui peperit filium Fridericum Ducem Auſtriæ, Marchionem de Badn, qui in Neapoli una cum Conrado ultimo Duce Sueviæ per Karolum Comitem Provinciæ & Andegavie Regem Siciliæ decollati ſunt in Neapoli ad Carmelitas ſepulti, & filiam Agnetem uxorem Udalrici Ducis Carinthiæ, poſt cujus mortem duxit Udalricum Comitem de Hewnburg in Carinthia, cui copioſam prolem peperit ipſa Agnes Wienne ad Minores in ambitu ſepulta.

Familia Ducum BAVARIÆ *Primæ Familiæ*

Ejuſdem Domus.

BAvarus filius Regis Armeniæ Dux Bavariæ.

Norix filius Herculis Dux Norice regionis ſimul tempore rexerunt, & Norix non habuit heredes.

Boemundus filius Bavari Ducis Bavariæ Dux Bavarie tempore Julii Cæſaris.

Adelgerus filius Boemundi Dux Bavariæ interfectus à Tiberio Privigno Octaviani Imperatoris non habuit proles.

Alia in margine manus adſcripſit: *Ingeramus.*

Igramenem Dux Bavariæ filius Bavari & frater Boemundi fuit Dux Norice regionis.

Theodo primus ejus nominis fugitivus ex Bavaria fuit ſenior Adalgero Dux Bavariæ habitavit cum Oſtrogottis, fuit ſub Anaſtaſio Imperatore, & Bavari ab exilio ad proprias ſedes remearunt ſupradicto Theodone Duce Bavariæ nec amplius in eis eſt facta transmutatio generalis, & Theodo apud Ottingen Bavariæ proſtravit Romanum Exercitum & poſt reditum populi ſui in Bavariam triceſimo anno ſui regiminis Theodo bonus Dux defunctus eſt.

Petrudis ejus uxor Regina Orientialis Franciæ.

Otilo primus ejus nominis ſucceſſit Theodoni, & fuit Dux Bavariæ & Rheni Palatinus & dictus fuit magnus bellator, & obiit anno ſui Ducatûs XXVIIII.

Theodoaldus ſucceſſit Otiloni tercius Dux Bavariæ, qui intravit Italiam & omnes Gothos ab Italia expulit, & circa hæc tempora Totila Rex Gotthorum regnavit in Italia ſub Juſtiniano Imperatore.

(*a*) *Richardus* Codex habet, infra in Genealogia domûs Haſſiæ *Richardis* vocatur.

Familia GARIBALDI *Regis Bavariæ.*

GAribaldus Rex Bavariæ filius Theodonis tercii ejus nominis Ducis Bavariæ ex filia Regis Burgundiæ natus cum filio ſuo Otilone, qui fortis dictus fuit Rheni Palatinus Bavariam rexerunt, qui habuit competitorem Thaſſilonem primum ejus nominis Ducem Bavariæ, quem Garibaldum Hildebertus Rex Francorum bello petens cum filio ſuo ejecit, & Thaſſilonem Bavariæ præfecit, & ex tunc Duces Bavariæ cum Regibus Francorum contendentes plusquam minus valuerunt. Et anno Dom. DLXXXXVIII. Garibaldus Rex Bavariam iterum occupavit. Floruit tempore Mauricii Cæſaris & Hildeberti Regis Francorum, & Childerici eciam Regis Francorum.

Dobda Dux Bavariæ Paganus.

Hyataſo Dux Bavariæ Paganus, qui Ratisponam Hyataſpolim appellavit à ſuo nomine.

Theodo Dux Bavariæ filius Garibaldi Regis.

Theodobaldus Dux Bavariæ filius Garibaldi.

Lotharius filius Theodonis filii Garibaldi Dux Bavariæ.

Grimoaldus frater Lotharii Dux Bavariæ.

Gundebaldus filius Garibaldi obiit puer in Mediolano ſepultus.

Theodelinda filia Garibaldi Regina Bavariæ uxor Antheri Regis Longobardorum, ad quam S. Gregorius Papa librum Dialogorum ſcripſit, que Chriſtiana erat, non genuit viro ſuo Anther proles.

Otilo fortis filius Garibaldi Regis Palatinus Rheni, & Dux Bavariæ & Major Domûs Franciæ hic in partibus Rheni Anglicos & ex Francia, & Burgundia Gothos expulit.

Adolfina uxor Otilonis filia Clodii Regis Francie.

Hugbertus Palatinus Rheni & Major Domûs Franciæ filius Otilonis.

N. ejus uxor filia Regis Arragoniæ.

Ausbertus major Domûs Franciæ, filius Hugberti.

Lotharius frater Hugberti Rheni Palatinus in Treveri ſine prole deceſſit, fuit Otilionis Palatini filius.

Agilulſus Dux Thaurinenſis propriè Thurin in provincia Pedemontana vulgo Piemont cognatus Antheri Regis ſecundus Theodelindæ Reginæ maritus.

Adaloaldus Rex Longobardorum filius Agilulfi Regis & Theodelindæ Reginæ, cujus tempore vixit Theodericus Rex Auſtraſiæ, qui ei filiam ſuam deſponſavit. Similiter Focas Cæſar eo tempore vixit, & cum hic Adaloaldus everſa mente inſaniret, poſtquam cum ſua matre decem annos rexerat, de Regno ejectus eſt, & Arioaldus ejus loco Longobardorum factus eſt, poſt quem Rotharii, & poſt illum Rodoaldus ejus filius.

Gundiberga Agilulfi & Theodelindæ filia conjunx Rodoaldi Regis Longobardorum filii Rotharii Regis Longobardorum non habuerunt proles.

Gundoaldus Dux Aſtenſis filius Garibaldi Regis Bavariæ frater Theodelindæ Reginæ Longobardorum ſagitta occiſus eſt, & auctor ignoratur.

Aripertus filius Gundoaldi Ducis Aſtenſis fratris Theodelindæ Reginæ Rex Longobardorum poſt Rodoaldum Regem Longobardorum filium Rothari Regis Longobardorum hic apud Ticinum Papiam oraculum in honore ſancti Salvatoris extra portam occidentalem, que Maureta dicitur, rexit novem annis, & reliquit duos filios Bertharium & Godebertum Reges Langobardorum.

Berthari Rex Longobardorum reſedit in Mediolano. Rodelinda ejus uxor.

Godebertus frater Berthari etiam Rex Longobardorum reſedit in Ticino, in Papia.

Cunipertus filius Berthari, & Rodelindæ ejus uxoris Rex Longobardorum.

Hermilinda ejus uxor ex Saxonum Anglorum genere oriunda.

Luitpertus filius Cuniperti & Hermilindæ ejus uxoris fuit Rex Longobardorum, & juvenis periit.

Rampertus Dux Thaurinenſis propriè Thurin in Piemondt quondam Godiperti filius Rex Longobardorum.

Aripertus junior Ramperti filius Rex Langobardorum.

N. filia Garibaldi Regis Bavariæ ſoror Theodelindæ Reginæ Longobardorum, & Gundoaldi Ducis Auſcenſis *Cimii* Ducis Tridenti.

Item anno Domini DC *und* L. Thaſilo Dux Bavariæ ſecundario regnavit in Bavaria, jam centenarius obiit.

Grimoaldus filius Theodonis ejus nominis primi Dux Bavariæ à Regibus Francorum Dagoberto & Heriberto conſtituitur. hujus Ducis tempore Dagobertus Rex Franciæ Bavaris Reges dedit ſub Martino Papa & Archadio Imperatore, & floruit anno DCLI.

Anno Domini DCLXXXXVI. Theodo ſecundus ejus nominis filius Grimoaldi Ducis Bavariæ Dux Bavariæ per Reges Francorum Bavaris præficitur, qui ante obitum ſuum Romam profectus fuit, & obiit anno DCCXVIII.

Theodo tertius ejus nominis Bavariæ Dux anno Domini DCCXVIII. factus fuit Dux Bavariæ.

Theodo quartus ejus nominis poſt Theodonem Bavariæ Dux factus, pro quo Theobaldus vel Theodobaldus, & Grimoaldus ſecundus ejus nominis ejus filii Bavariæ Duces erant defuncto Theodoaldo Duce Bavariæ Grimoaldus ejus frater relictam uxorem fratris ſui in conjugem duxit, pro quo ipſum S. Corbinianus Friſingenſis Epiſcopus *, quem pater ſuus Theodo in Friſinga Epiſcopum conſtituit anno videlicet Domini DCCXVI. Obiit anno DCCXXVIIII.

* hic aliquid deeſſe videtur.

Hugbertus Grimoaldini * Bavaria ſuccedit anno Domini DCCXXVIIII. & Hugbertus Dux Bavariæ obiit anno DCCXXXVIIII.

* fors *Grimoaldi in*

Otilo Dux Bavariæ poſt Hugbertum qui Altach Monaſterium fundavit anno DCCXL. cum quo Otilone Reges Franciæ Pipinus parvus pater Karoli Magni & Karolomannus frater Pipini pugnaverunt, & vicerunt anno Domini DCCXLII.

Thaſilo filius Otilonis natus eſt DCCXLII. & Otilo ſuus pater dictus fuit munificus ſextus Dux Bavariæ à Theodone tercio ejus nominis, & Thaſilo fuit Dux Bavariæ, & Theodo tertius fuit ille quem S. Rudbertus Preſul Saltzburgenſis ſub Papa Deusdedit nomine, & Heraclio Imperatore baptiſavit anno DCCXVII.

Hiltrudis uxor Otilonis & mater Thaſilonis Ducis Bavariæ fuit filia Karoli Martelli Majoris Domus Franciæ ſoror Pipini parvi Regis Franciæ & ita Thaſilo fuit Nepos ex ſorore Pipini Regis Avuncula Karoli Magni Imperatoris & Regis Franciæ.

Iterum prima Familia BAVARORUM.

Igramenon Dux Bavariæ frater Boemundi Ducis Bavariæ.

Theodo primus ejus nominis fuit fugitivus ex Bavaria ṽts * patuit & habitavit cum Oſtrogottis.

* Lectio difficilis.

Petrudis ejus uxor Regina Orientalis Franciæ & Bavari ad proprias ſedes remearunt ſupra ſubdicto Theodone.

Thaſilo primus Dux Bavariæ filius Theodonis primi Ducis Bavariæ.

Thaſilo Dux ſecundus Bavariæ filius Thaſilonis primi fuit eciam Dux Karinthi.

Theodo ſecundus filius Thaſilonis ſecundi Ducis Bavariæ & ipſe Dux Bavariæ habuit fratrem Grimoaldum Ducem Bavariæ & illi duo fratres multa bella habuerunt cum Tyberio Cæſare.

Thaſilo tertius filius Theodonis ſecundi Dux Bavariæ.

Theodo tertius dictus pacificus filius Thaſilonis tercii hic iterum obtinuit Bavariam, & apud Ottingen Bavariæ oppidum Romanos proſtravit.

GARIBALDI *Regis Bavariæ Familia.*

Garibaldus dictus pius & Chriſtianus Rex Bavariæ filius Theodonis tercii & N. Aug. Uxoris filia Regis Burgundiæ natus, & Garibaldus habuit bella cum Francis tempore Gregorii Magni Papæ, Mauricii Cæſaris, & Guntrami Regis Burgundiæ.

Theodelinda ejus filia ſoror Theodonis quarti Ducis Bavariæ Regina Longobardorum.

Lotharius filius Theodonis quarti Dux Bavariæ.

Otilo Dux Bavariæ filius Lotharii Ducis Bavariæ.

Hiltrudis uxor Otilionis filia Karoli Martelli prefecti Palatii Regum Franciæ.

Swenhildis filia Otilonis, & ſoror Thaſilonis Karoli Martelli uxor prefecti Palatii Franciæ.

Thaſilo filius Otilonis, & Hiltrudis Dux Bavariæ.

Luipirgis ejus uxor, filia Deſiderii Regis Longobardorum quam repudiavit.

Theodo quintus Dux Bavariæ filius Thaſilonis, & Nepos Otilonis & Hiltrudis per Karolum Magnum Imperatorem, Regem Franciæ una cum Patre ſuo excecatus in Monaſterio Lawriſſa prope Wormatiam ſepeliuntur, quod olim fuit Monaſterium Ordinis S. Benedicti & hodie ibi degunt Premonſtratenſes aliàs Norbertini dicti.

Guntherus ſeu Guntharius frater Theodonis ſupradicti & filius Thaſilonis ab apro ſilveſtri occiſus in Monaſterio Krembsmunſter ſepultus & Thaſilo Dux Bavariæ ſupraſcriptus & Karolus Magnus fuerunt Conſobrini & ſororii.

Lotharius Dux Bavariæ filius Theodonis Ducis Bavariæ filii Garibaldi Regis Bavarie.

Hermannus filius Lotharii Dux Bavariæ veneno obiit.

Thaſilo filius Lotharii & frater Hermanni & Otilonis, qui ſenior dictus fuit Dux Bavarie fuit pulcher & militaris Princeps & in juventute ſua plures provincias perluſtravit, & peregre profectus eſt, & poſt reverſionem incidit in egritudinem magnam ex qua nunquam convaluit, & nec equitare & ambulare potuit contractus factus exinde omnes ſubditi ſui doluerunt propter ejus proceritatem, & Palatina Lotharingiæ Duciſſa in ea cauſa culpata fuit, que poſtea malè obiit, & poſt eam Thaſilo Dux eciam obiit ſine prole.

Otilo primus ſenior dictus & contractus filius Lotharii Ducis Bavariæ frater Hermanni & Thaſilonis contracti Dux Bavariæ fuit valde virilis Princeps ſed multum auxit ydolatriam & moleſtavit Chriſtianos habuit bella in Longobardia, ibi ei male ſucceſſit, contractus fuit quoad vixit.

N. ejus uxor filia Witoldi Comitis Narbonæ.

Otilo ſecundus dictus virilis junior ex Ungaria natus filius Lotharii Ducis Bavariæ Dux Bavariæ, & poſtea Monachus frater Hermanni, Thaſilonis contracti, & Otilonis ſenioris ædificavit Obern & Nidern Altach Monaſteria & Meten ac Oſterhoven ob amorem fratris ſui Thaſilonis & in Oſterhoven cum uxore ſepelitur.

N. uxor Otilonis junioris ſoror Germani Ducis Brabanciæ.

Familia Fundatorum SALTZBURG & PASSAW *Epiſcopatuum.*

THeodo pius dictus filius Otilonis ſenioris Dux Bavariæ valde bene rexit Bavariam, & fuit tempore Hildeberti Regis Francorum, quem S. Rudbertus Salisburgenſis Preſul baptiſavit, & fuit primus Archiepiſcopus Wormatienſis, & ab ea ſede repulſus venit in Bavariam & factus fuit Archiepiſcopus Salisburgenſis, & Theodo pius obiit anno DCXII.

Regentrudis ejus uxor filia Regis Franciæ Salisburge ſepulta.

Theodebertus filius Theodonis pii Dux Bavariæ fuit à S. Rudberto baptiſatus & Salisburgenſis Epiſcopatus ſub eo fuit erectus tempore Heraclii Imperatoris.

Sabina ejus uxor filia Boleslai Ducis Bohemiæ.

Lanndebertus filius Theodeberti & Dominæ Sabinæ Duciſſæ Bohemiæ Dux Bavariæ inculpavit S. Emmeramum Epiſcopum de ſtupro ſororis ſuæ Orcæ nomine, & fecit eum crudeliter occidere in Helfendorff & anno DCLII. ille Lanndebertus erexit & fundavit Eccleſiam Kathedralem in Ratispona, & Eccleſiam ſancti Emmerami, ubi ſepultus eſt.

Orca filia Theodeberti Ducis Bavariæ, & ſoror Lanndeberti Ducis Bavariæ ſtuprata ae impregnata per filium Scabini Ratisponenſis. Hoc vicium ſancto Emmeramo Epiſcopo & Abbati in Monaſterio ſancti Emmeran S. Benedicti Ordinis ſibi impoſuerunt & ex illa cauſa quod noluit revelare vicium filii Scabini Ratisponenſis, quia Orca Duciſſa Bavariæ filia confeſſionis fuit martirio coronatus & Cathalogo Sanctorum inſcriptus & in Monaſterio ſui nominis humatus.

Thaſſilo rebellis filius Otilonis junioris Dux Bavariæ militaris Princeps ſine uxore juvenis deceſſit.

Luitpirgis ejus uxor filia Deſiderii Regis Longobardorum quam repudiavit.

Swenhildis ſoror Thaſilonis uxor Karoli Martelli Comitis Palacii Franciæ.

Familia THASILONIS *Magni Regis ac Ducis Bavariæ.*

THaſilo Rex & Dux Bavariæ filius Otilonis junioris Ducis Bavariæ militaris Princeps fundavit Monaſteria Weſſenprun, Kremſee, & Nidern Altach perfecit, quod Otilo pater ejus inchoavit Krembsmunſter ob amorem filii ſui Guntheri, qui ab apro ſilveſtri in venatione interfectus eſt, & Thaſilo multum reſedit in Laureaco, & Patavia & transtulit Laureacum in Pataviam una cum corpore S. Maximiliani Epiſcopi Laureacenſis poſtea conſtruxit & perfecit Nidern Altach & Obern Altach, quod poſtea eciam Comites de Pogen reſtaurarunt poſt deſtructionem Arnolfi mali Ducis Bavariæ & Noricæ regionis.

Theodo dictus innocens Dux Bavariæ filius Thaſilonis ſupradicti una cum patre ſuo ob eorum demerita in Monaſterium Lorishaim alias ad S. Nazarium dictum prope Wormatiam ſepultus locum, in quo à Karolo Magno Cæſare intruſi fuerunt, ſepulti ſunt.

Guntherus Dux Bavariæ filius Thaſilonis & frater Theodonis in venatione à porco ſilveſtri interemptus eſt in Monaſterio Crembsmunſter quod Thaſilo pater ejus ob ejus amorem conſtruxit, ſepultus eſt.

Nicoſtrata uxor prima Thaſſilonis Ducis Bavariæ filia fuit Regis Siciliæ probiſſima in Oſterhoven ſepulta ex qua proles habuit.

Luitpirgis ſecunda uxor ejus filia Deſiderii Regis Longobardorum quam repudiavit Thaſilo Dux primum poſtea Rex ſcilicet Bavariæ & Monachus ad ymum.

Familia

Familia KAROLI *Magni qui, & ſui poſteri Bavariam rexerunt.*

AUsbertus de Alphai genere Romanus ex Senatorum ſtirpe natus preclarus atque nobilis Vir, qui in multis divitiis pollens.

Blichtildis ejus uxor filia Lotharii primi ejus nominis Regis Franciæ, Burgundiæ, Auſtraſiæ, & Aquitaniæ & ex ea genuit tres filios & unam filiam Arnoldum, Ferreolum, Modericum, & Tarſiciam filiam.

Arnoldus primogenitus Ausberti, & Blichtildis ejus uxoris Dux Lothariciæ & Marchio Antverpiæ.

Sanctus Ferreolus frater Arnoldi Epiſcopus in Utra civitate martirio coronatus & ibidem quieſcit in pace.

Sanctus Modericus qui quidem in Arſida civitate Epiſcopus eſt ordinatus ibidem quieſcit & fuit Epiſcopus Metenſis in Arſida ubi Deus ejus meritis multa miracula operatur.

Sancta Tarſicia ſoror Arnoldi Ferreoli, & ſancti Moderici virgo Chriſti in virginitate perſeverans in Rhodanis civitate requieſcit in pace, ubi quotidie Deus pro ejus meritis Chriſti virtus oſtenditur, que fertur mortuum ſuſcitâſſe.

Sanctus Arnolfus filius Arnoldi Ducis Lothariciæ Marchionis Antverpie proſapia ex nobilioribus, fortioribus, & potentioribus Francorum ortus nobilibus & divitibus parentibus originem ducens, tandem ſanctus Arnolphus poſt pabulum Epiſcopum Metenſem vix precibus Regis Franciæ Theodeberti & populi victus Metenſis Epiſcopus factus, & à ſancto Aloerico Metenſi Epiſcopo translatus eſt poſt annum ſui obitus in Lotharingia Monaſterio ſui nominis videlicet ſanctum Arnolfum extra portam civitatis Metenſis ſepultus eſt ſanctus Arnolfus erat ſagax ingenio, & memoriæ capax ac amabilis, cúmque ad robur veniſſet virile Gundolfo ſub Regulo Conſiliario & Rectori Pallacii Franciæ Theodeberti Regis Francorum exercitandus in bonis actibus traditur, tunc ille cum cepiſſet per multa deinceps experimenta probatum, jamque Theodeberti Regis miniſterio dignum aptavit nam virtutem belligerandi ſeu potenciam illius deinceps in armis quis enarrare queat, preſertim cum ſepe phalangas adverſarum gentium ſuo abegiſſet mucrone quapropter effectus eſt demum Chriſto preſule omnium primus, qui dudum pene cunctorum ultimus videbatur, ita ut ſex provinciæ & nunc totidem degunt domeſtici ſub illius adminiſtratione ſolius regerentur arbitrio nam ſedulus in oratione in jejuniis miſericordia pauperum incumbebat & reddebat quæ Dei ſunt, Deo, & que Cæſaris erant Cæſari reddebat. Deinde ut prætactum eſt coactus à parentibus & amicis ab inclita & nobiliſſima gente Francorum puellam quia Deus ſic voluit preclaris moribus duxit uxorem, & ex eadem egregia fœmina duorum filiorum gaudia ſuſcepit, & diverſis in palacio honoribus & in miniſterio primus floruit, & illis temporibus erat in miniſterio Regis prædicti vir egregius nomine Romaricus, qui deſiderio illius & familiari affectu jungebatur.

Gundulphus Palacii Francorum Comes & Conſiliarius Theodeberti Regis Francorum ſancti Arnolphi præceptor fuit magnus bellator & ſex Provinciarum Gubernator ſcilicet ſanctus Arnolfus tandem Comes Palatii regni Francorum & ſupremus Capitaneus à parentibus & amicis ſuis coactus uxorem ducere de nobiliſſimis & inclita Francorum familia.

Sancta Doda uxor ſancti Arnolfi ex inclita & nobiliſſima Francorum familia oriunda habuit plures proles.

Auchiſus ſeu Augiſius filius ſancti Arnolfi & ſanctæ Dodæ ejus uxoris fuit Dux Lothariciæ & Marchio Antwerpie Major Domûs Franciæ Comes Palatii Franciæ ex uxore Dux Brabantiæ factus.

Sancta Bega ejus uxor filia Pipini de Landen primi Ducis Brabanciæ ex uxore Brabantiæ Dux factus, & illa Bega fuit ſoror ſanctæ Gertrudis Abbatiſſæ in Nivella in Brabantia Gallicia.

Cleodolphus alter filius ſancti Arnolphi & frater Auchiſii primo Monachus deinde Abbas in Monaſterio Mediolacenſi proprie Mettlach, deinde electus eſt in Archiepiſcopum Treverenſem poſt beatum Liutwinum. *

* fors *Lutvvinum.*

Item iſti ſequentes dicuntur eciam fuiſſe filii ſanncti Arnolphi.

Martinus filius ſancti Arnolfi ut fertur fuit occiſus in bello.

Walchiſus etiam filius ſancti Arnolfi genuit ſanctum Wandrillum.

Fleodolphus etiam filius ſancti Arnolfi genuit Maternum filium, qui per Hebrionum Majorem Domus occiſus fuit.

Lotharius etiam filius ſancti Arnolfi fuit Dux Noricæ regionis.

Valagiſus etiam filius ſancti Arnolfi.

Hartwicus Lotharii filius fuit Dux Burgundiæ & Bavariæ.

Occarius filius Hartwici fuit Dux Burgundiæ.

Albertus filius Hartwici fuit Dux Bavariæ & frater Occarii fuerunt fundatores Monaſterii Tegernſee.

Linea KAROLI *Magni materna.*

KArlomañus Magnus Princeps Haſpatrie in Brabancia, & primus Princeps Brabancie.

Ermentrudis ejus uxor ex ſanguine Francorum orta.

Pipinus de Landen ejus filius primus Dux Brabantiæ ſepultus in Landen dictus bonus Princeps.

Itha ejus uxor filia Ducis Aquitaniæ.

Sancta Amelberga Comitiſſa Hannoniæ filia Karlomanni & ſoror Pipini de Landen.

Waltherus Comes de Blians ex Brabancia oriundus floruit ſub Karolo Martello Comite Pallacii Franciæ, & pervenit ad Bavariam & ibi conſtruxit caſtrum, quod Grueb denominavit, qui Waltherus in quodam bello occubuit & reliquit tres filios Walranum, Landfridum & Elilanndum Comites de Blians & Grueb & fuerunt Conſobrini Karoli Martelli & eorum pater venit in Bavariam anno DCCXL.

Anno Domini LVIIII. predicti fratres fundarunt Monaſterium Monachorum Ordinis S. Benedicti Benedictnpewrn vocatum ubi unus poſt alium Abbas fuit, & in eodem Monaſterio ſepeliuntur eorum fundatione.

Grimoaldus filius Pipini de Landen & Ithæ ejus uxoris ſecundus Dux Brabanciæ & Major Domus Franciæ, Comes Palacii, qui obiit ſine prole fuit occiſus à Entherio Majore Domus Franciæ, & vixit annis undecim.

Sancta Gertrudis Abbatiſſa Nivellenſis in Brabancia Gallica ſoror Grimoaldi, filia Pipini de Lannden.

Diva Bega filia Pipini de Lannden & Ithæ ejus uxoris Duciſſæ Aquitaniæ ſoror ſanctæ Gertrudis Abbatiſſæ Nivellenſis & Grimoaldi Ducis Brabantiæ.

Auchiſus Dux Lothariciæ Marchio Antwerpie filius ſancti Arnolfi & Diva Bega uxor ejus fuit fæmina ſplendidiſſima Dux Brabantiæ ex uxore fuit occiſus & rexit viginti ſeptem annis & ducatus Lothariciæ ſituatur inter Meſam & Moſellam.

Pipinus Hariſtellius proprie Hariſtell Dux Lothariciæ Marchio Antwerpie, & ex matre Dux Brabanciæ Comes Palacii Franciæ filius Auchiſii & Divæ Begæ fuit homo robuſtus & ſpiſſus.

Plectrudis ejus uxor legitima ex Saxonia nata.

Dyoniſius filius ejus legitimus Comes Campaniæ Gallicæ.

Crimonardus frater Dionyſii & filius Pipini Groſſi legittimus fuit Comes Palacii Franciæ & fuit occiſus & habuit unum filium.

Alpais concubina Pipini Groſſi Hariſtellii filia Comitis Arduennæ, Ardenna. fundavit Clauſtrum Canonicorum Regularium in Brabantia nomine - - - - cujus Protector eſt Dux Brabanciæ ſepelitur in Orp circa Goldoma in Brabancia.

Karolus Martellus filius naturalis Pipini Groſſi & Alpaidis ejus concubinæ dictus Tutides fuit Comes Palacii Regni Franciæ fortis & animoſus magnus bellator & fortunatiſſimus in bellis Coronæ Franciæ bene fecit & multa ei adjecit & fuit quintus Dux Brabantiæ, & ſecundus Dux Lothariciæ quos ducatus per viginti ſeptem annos rexit & fuit Comes Palacii Maſcalcus & Conſul Regum Franciæ etiam ad nutum ſuum totum regnum Franciæ gubernavit ac adminiſtravit Regibus ſine honore & utilitate manentibus Bavaros, Suevos, Francos, Saxones, Friſones, Burgundos & provinciales Coronæ Franciæ ſubjecit, & Sarracenorum tricenta millia & ultra occidiſſe fertur, de quo vide in Fortalicio fidei Libro quarto, & reliquit tres filios Karlomannum Pipinum parvum & Griſſonem.

Swenhildis Bavariæ Ducis filia ejus uxor prima.

N. Greca ſecunda uxor Karoli Martelli filia Leonis quarti ejus nominis Imperatoris Conſtantinopolitani.

Pipinus parvus primo Comes Palatii Regni Franciæ poſtea Rex Franciæ filius Karoli Martelli Comitis Palacii Regni Franciæ fuit ſextus Dux Brabanciæ & Lothariciæ quos rexit per XXVIIII. annos modicus quidem corpore, magno vero animo, & antequam Rex fieret potens fuit tocius Coronæ Franciæ, quaſi alter Rex quia Hildericus Rex Franciæ ſolo nomine Rex cenſebatur & depoſitus in Monachum tonſus & Pipinus in regnum Franciæ ei ſubrogatur auctoritate Zachariæ Pontificis.

Hiltrudis ſoror Pipini parvi Regis Franciæ uxor Otilonis Ducis Bavariæ.

Thaſilo filius eorum Dux Bavariæ Luitpirga ejus uxor filia Deſiderii Regis Longobardorum Theodo eorum filius Dux Bavariæ.

Berchta ejus uxor Greca Auguſti Conſtantinopolitani filia dicta cum magno pede filia Heraclii Imperatoris ex qua ſuſcepit tres filios Karolum Magnum, Karlomannum, Pipinum & filiam Giſelam Monialem.

Karlomannus frater Pipini fuit eciam Rex Franciæ demum Monachus effectus in monte Soracte Romæ ſua fundatione & rexit annis quinque Anno ſalutis DCCXLII. diviſit Regnum Franciæ cum Pipino fratre & Karlomanno ceſſit Auſtria Suevia Thuringia cum ſuis pertinenciis & Pipino ceſſit Burgundia, Normannia Francia & ad ea pertinencia, ut refert Otto Friſingenſis Antiſtes inſignis Hyſtoricus.

Gripho frater Pipini parvi Regis Franciæ & Karlomanni fuit occupator Bavariæ.

(b) Swenhildis ejus uxor (b) conſanguinea Otilonis Ducis Bavariæ, ex qua nullam prolem habuit, cujus uxoris conſilio contra fratrem cum Saxonibus conſpiravit abinde egreſſus in Bavariam pervenit, & Thaſilonem Ducem Bavariæ filium Luitpirgæ filia Deſiderii Regis Longobardorum cepit, & ſibi Bavariam ſubegit auxilio Swidigeri, & Lanndfridi Ducum Sueviæ quod audiens Pipinus ejus frater cum exercitu illic venit, eumque ſuperans eum ſibi ſubjugavit, & Lanndfridum ſecum in Franciam adduxit, & Thaſilonem in Bavariam reſtituit Griphonem vero in partibus Normanniæ miſit, & ei duodecim comitatus dedit. Abinde Gripho fugiens Waſconiam petiit, & ad Waypharium Ducem Aquitaniæ pervenit, ibique obiit, ut habetur in Reginone & Ottone Friſingenſi.

Karolus Magnus Romanorum Imperator Rex Francorum & poſt Thaſilonem & Theodonem ejus filium ſubjecit ſibi Bavariam & rexit eandem, filius Pipini parvi fuit natus in Ingelhaim oppido Renano, ibidemque educatus.

Pipinus puer frater Karoli Magni in puericia deceſſit.

Karlomannus Rex Aquitaniæ filius Pipini parvi Regis Franciæ frater Karoli Magni Cæſaris Regis Franciæ is cum fratre diviſit regnum Franciæ & non fuerunt bene concordes, & ipſe poſt diviſionem in tercio anno obiit.

Berchta ejus uxor habuerunt proles filios altera Berchtæ cum magno pede inviſa Andoarii cujuſdam Franci conſilio uſa cum filiis ſuis ad Deſiderium Regem Longobardorum in Italiam profugit, qui eam benigne accepit, & in magnam ſpem amplitudinis erexit ſperabatque ejus auxilio regnum Franciæ ei & filiis provenire & ſe liberam in Italiam eſſe ſi ejus filii in Reges Franciæ inungerentur.

Giſela filia Pipini parvi & ſoror Karoli Magni fuit monialis in eo Monaſterio quo in juventute converſata eſt, & ibidem ſepulta.

Karolus primogenitus Karoli Magni Cæſaris multa bella ſub patre perfecit, & non habuit uxorem neque proles, & obiit ante patrem, qui ex teſtamento patris ſuccedere debuit in regno obiit DCCCX.

Pipinus filius Karoli Magni Cæſaris Regis Franciæ frater Karoli ſupradicti fuit Rex Italiæ & Dux Bavariæ & Italiam aliquamdiu fœliciter rexit, & ſub patre in Pannonia & aliis provinciis fœlicia bella geſſit ante patrem obiit, cui pater ducatum Bavariæ commendat.

Ruatrudis ejus uxor (c) Greca. (c)

Gena filia Pipini Regis Italiæ uxor Theoderici primi ejus nominis Comitis Holandiæ filii Giſelberti Principis Aquitanie.

Bernnhardus filius Pipini Regis Italiæ Rex Italiæ, & Dux Bavariæ anno DCCCXVIII. Aquisgranum vocatus per patruum Ludovicum pium Cæſarem primo oculis privatur poſtea vita privatur propter conſpirationem, quam cum regniculis ſuis fecerat.

N. uxor ejus ex qua genuit Pipinum filium habuit uxorem, ex qua tres filios ſuſcepit Bernhardum, Pipinum, & Heribertum.

Ludovicus Pius primo Rex Aquitaniæ, deinde Rex Franciæ & Dux Bavariæ filius Karoli Magni Bernhardum Regem Italiæ Ducem Bavariæ nepotẽ ex fratre Pipino Rege Italiæ primo fecit eum cecare & deinde decapitare habuit duas uxores Irmingardam filiam Ingravii Ducis Saxoniæ ex qua habuit Lotharium, Pipinum, & Ludovicum & colitur pro Sancta, que anno Domini DCCCX. fundavit monaſterium monialium nobilium in Alſacia ſitum Erſthein dictum, quod ejus filius Lotharius magnus divitiis dotavit in qua ſepulta jacet.

Secunda uxor Juditha Bavara filia Welphonis Comitis Altdorffenſis ex qua genuit Karolum Imperatorem Regem Franciæ & Ludovicus Cæſar ejus maritus conſilio ſanctum Fridericum Epiſcopum Trajectenſem occidere permiſit & fuit viri conſanguinea.

Lotharius frater Ludovici Pii Cæſaris deceſſit in juventute.

Beata Hildegardis filia Hermanni Ducis Sueviæ uxor Karoli Magni Cæſaris Regis Franciæ Principis Bavariæ mater illorum quatuor fratrum ſcilicet Karoli, Pipini, Ludovici, Lotharii fundatrix Monaſterii Campidonenſis proprie Kempten Ordinis S. Benedicti, ubi ſepulta jacet habuit quatuor filias Ruatrudem, Gertrudem, Giſelam & N.

Ruatrudis primogenita filia Karoli Magni fuit deſponſata Conſtantino Græcorum Regi filio Irenee Reginæ Grecorum ſed morte preventa non traducta & obiit ante patrem.

(b) In Codice verbo *uxor* ſuperimpoſitæ ſunt hæ litteræ aliena manu: *m̃r.* fors *mater*.

(c) Huic vocabulo *uxor* ſuperpoſita ſunt: *Soror nupta Greco.* Ut etiam infra videre eſt.

Lotharius primogenitus Ludovici Pii Cæſaris primo Rex Italiæ, deinde Imperator Romanorum, & Rex Lotharingiæ à ſe denominatum & Dux Bavariæ ad extremum Monachus factus in Pruma Monaſterio ibidem ſepultus ex Irmingarda Duciſſa Saxoniæ natus. habuit tres filios Ludovicum, Lotharium, & Karolum & obiit anno DCCCLV.

Irmingardis ejus uxor fuit filia Hugonis Comitis & comitatum non nominavit. *

* in margine alia manus adjecit: *Holandia.*

Ludovicus primogenitus Lotharii Cæſaris poſt patrem Rex Italiæ & poſtea Imperator factus fuit. habuit uxorem, cujus nomen & genus ignoratur, ex qua habuit filium Karolum nomine & Irmingardam filiam, quæ à Carolo Calvo nupta fuit Boſonti Regi Burgundiæ & Provinciæ & genuerunt filium Ludovicum Regem Italiæ qui à Berngario Rege Italie Verone fuit cecatus.

Lotharius ſecundo genitus Lotharii frater Ludovici factus fuit Rex Lotharingiæ, & Ludovico Cæſari fratri fuit auxilio contra Adalgiſum Ducem Beneventi cum copioſo exercitu.

Dietpirga ejus uxor ſoror Huberti Abbatis Ducis Arduennæ quam repudiavit, & Waldradam concubinam uxorem duxit, ex quo multa mala ſecuta ſunt, ex qua genuit Hugonem Regem Italiæ.

Karolus terciogenitus Lotharii fuit Rex Provinciæ ſine uxore & liberis obiit anno DCCCLVI. & Lotharius ſupraſcriptus frater Ludovici Cæſaris in ſocium Imperii fuit electus & ideo ab aliquibus Lotharius ſecundus fuit denominatus & anno DCCCLXVII. Monachus efficitur in Prumia Monaſterio & anno *vts* * Lotharius obiit, & ibidem ſepelitur Giſela filia ejus uxor Gotfridi Regis Friſiæ [illegible] *

* Difficilis Lectio.

* Difficilis Lectio.

Item Ludovicus ſecundus Cæſar filius Lotharii habuit filium Karolum, & fuit à Demone vexatus, quia contra patrem conſpiraverat obiit juvenis, & Ludovicus ſecundus obiit

Anno DCCCLXXIIII. fuit Princeps pius & miſericors & juſtitiæ deditus & ſimplicitate partus Eccleſiarum Dei Defenſor, orphanorum & pupillorum pater fuit Imperator & Rex Italiæ in Medialano ſepultus.

Pipinus filius Ludovici Pii & frater Lotharii Cæſaris fuit Rex Aquitaniæ ex Irmingarda prima uxore natus & frater Lotharii Imperatoris fuit Rex Aquitaniæ & fuit pulcher valde demum demens factus, in qua deceſſit, habuit uxorem, ex qua genuit Pipinum & Karolum Aquitaniæ Reges Pictavis moritur & apud S. Radigundam ſepultus anno DCCCXXXIII. XIIII. Kalendis Julii in Palatio Loentiaco.

Ludovicus ſenior filius Ludovici Pii Cæſaris Rex Germaniæ, Bavariæ & orientalis Franciæ illi tres habuerunt propriam matrem Irmingardam filiam Ducis Saxoniæ habuit uxorem Hemmam ſororem Hagonis Comitis Tricenſis in Francia & amica Theoderici primi ejus nominis primi Comitis Holandiæ fuit Fundatrix Monaſterii in Obernmunſter in Ratiſpone in Monaſterio S.Emmerann ſepulta. ex qua genuit quatuor filios Ludovicum juniorem, Karlomannum, Pipinum, Karolum Groſſum & Hildegardam filiam.

Item Ludovicus ſenior obiit anno DCCCLXXXVI. Frannckfordiæ in Palatio ſuo V.to Kalend. Septembr. & ſepultus eſt in Monaſterio ſuo Laureacenſi prope Wormatiam, quod in honore ſancti Nazarii fundatum eſt, fuit autem Princeps Chriſtianiſſimus non ſolum ſecularibus verum eciam æccleſiaſticis diſciplinis ſingulariter inſtructus, que religionis erant, que pacis, que juſticiæ ardentiſſimus executor, ingenii callidiſſimus, conſilio providentiſſimus in dandis ſive ſubtrahendis publicis dignitatibus diſcretionis moderamine temperatus plus dilexit ferre rigorem, quam auri fulgorem, in cujus oculis perraro utilis diſplicuit, & quem nemo muneribus corrumpere potuit & in quatuor locis habuit ſuam reſidentiam in Franckfordia, Maguncia, Aquisgrain, & in Ratiſpona.

Karolus Calvus filius Ludovici Pii Cæſaris & Juditha filia Welphonis Comitis Altdorffenſis fuit Imperator Romanorum & Rex Francorum ac Burgundiæ patre vivente fuit Rex Aquitaniæ.

Irmintrudis uxor prima ex qua habuit proles Ludovicum Balbum Imperatorem & Regem Franciæ Karolum Regem Waſconiæ & Karlomannum Ducem Provinciæ, & Juditham Comitiſſam Flandriæ.

Richildis ſecunda uxor Karoli Calvi ſoror Boſonis Regis Burgundiæ & Provinciæ, ex qua non habuit proles.

Karolus filius Karoli Calvi Rex Waſconiæ.

Karlomannus filius Caroli Calvi fuit Dux Provinciæ.

Ludovicus Balbus filius Caroli Calvi fuit Imperator & Rex Franciæ obiit anno DCCCXXVIII. rexit annis duobus

Auſgarda ejus uxor vel potius concubina quam ſine patris ſui conſenſu acceperat, ex qua duos filios ſuſcepit Ludovicum & Karlomannum animi virtute præſtantes & elegantis formæ principes & bellicoſos.

Ludovicus junior filius Ludovici ſenioris Regis Germaniæ & Saxoniæ fuit Rex Germaniæ & orientalis Franciæ & Dux Bavariæ.

Adalhaidis ſecunda uxor, ultima Ludovici Balbi quam gravidam reliquit cum obiret quo tempore pariendi expleto enixa eſt puerum cui nomen avi impoſuit, eumque

que Karolum vocari fecit, qui poſtea dictus ſimplex fuit Rex Franciæ, & habuit duas uxores Ogivam filiam Edelberti Regis Angliæ, ex qua ſuſcepit Ludovicum filium poſtea Regem Franciæ cujus uxor Gerberga ſoror Ottonis Magni, & primi Cæſaris relicta Giſelberti Ducis Lotharingiæ alteram habuit N. cujus familia neſcitur Gilla prima Karoli ſimplicis uxor RudbertiDucis Normaniæ.

Ludovicus puer filius Ludovici junioris cecidit ex feneſtra Ratisponæ & ex illo caſu obiit.

Karlomannus Rex Bavariæ & Dux Carinthie, filius Ludovici ſenioris Regis Germaniæ & Bavariæ ſepultus in Alten Ottingn ante chorum & fuit fundator ibidem anno DCCCLXXX. 7.mo Non. Aprilis ſepultus cum honore in Ottingn paraliſi diſſolutus.

Jeuter ejus uxor que fuit ſterilis, & ſepelitur Ratiſpone in Nidermunſter & genus neſcitur & fundatrix ibidem.

N. Concubina ejus Nobilis Carentana & elegantis ſpecie, ex qua genuit filium illegittimum Arnolfum Imperatorem Ducem Bavariæ, qui ita dictus fuit propter beatum Arnolfum Epiſcopum Metenſem qui ex ſtirpe Karoli proceſſerat.

Arnolfus Imperator Romanorum & Dux Bavarie filius naturalis Karlomanni ex nobili concubina Carentana natus Ratisponæ ad S. Emmerannum ſepultus.

Ludovicus filius Arnolfi legitimus Romanorum Rex & Bavariæ Dux cum patre Ratisponæ ſepultus ad ſanctum Emmerannum, is admodum puer Rex Romanorum poſt obitum patris ſui creatur, & tantum in Alemania imperavit, cujus tempore Ungari bis in Alemaniam progreſſi ſunt, eámque populati ſunt, de cujus vita & moribus vide in Ottone, Regino & Luitprando habuit uxorem & nullas proles hic fecit decollare Albertum Comitem Bambergenſem propterea quod Conradum fratrem ſuum occiderat, fuit eciam Rex Lotharingiæ contra Sevebaldum fratrem electus, qui Sevebaldus circa Moſam fluvium interfectus fuit anno videlicet DCCCC. cujus uxorem Odam Gerhardus Comes ſibi in matrimonium copulavit.

Luitgarda ejus uxor filia Lutolfi Ducis Saxoniæ.

Karolus Groſſus dictus junior, Rex Germannorum Patricius Francorum Romanorúmque Imperator & Princeps Sueviæ ſepultus *in der Reichnaw bei Coſtnitz* filius Ludovici ſenioris.

Item Karlomannus Rex Bavariæ Dux Carinthiæ poſt obitum patris ingreſſus eſt Italiam cupiens eam paterno regno adicere, ſed nihil effecit & fuit litteris eruditus Chriſtianæ religionis deditus juſtus pacificus & omni morum honeſtate decorus pulchritudine corporis ejus inſignis vires quoque in homine admirabiles fuere nec inferior animi magnitudine, plurima quippe bella cum patre, plura ſine patre in regnis Sclavorum, Bohemorum, Moravorúmque geſſit ſemper victoriæ triumphum reportavit, terminos imperii ſui amplificans ferro dilatavit ſuis mitis, hoſtibus terribilis apparuit alloquio blandus, humilitate ornatus in ordinandis regni negociis ſingulari ſolercia præditus, ut ei nihil prorſus deeſſe regiæ Majeſtati competens videretur, huic ex legitimo matrimonio non eſt nata ſoboles, propter infecunditatem conjugis ſuæ ſed ex quadam nobili fœmina Carentana filium elegantiſſimæ ſpeciei ſuſcepit, quem Arnolfum nominari juſſit ob recordationem beati Arnolfi Metenſis Æccleſiæ Epiſcopi, de cujus ſancto germine ſua, aliorúmque Regum Francorum proſapia pullulaverat, quod non caſu accidiſſe, ſed quod proſagio portentúque futurorum actitatum videtur, ſiquidem ab illo genealogia Regum celitus proviſa per intervalla temporum ſæculis viventium ſucceſſionibus cœpit exuberare, quouſque in Magno Karolo ſummum Imperii faſtigium non ſolum Francorum verum etiam diverſarum gentium regnáque obtineret poſt cujus deceſſum variante fortuna receſſit gloria, quæ ſupra vota fluxerat, eadémque quomodo acceſſerat, cœpit paulatim difluere, donec deficientibus non modo regnis, ſed etiam ipſa regia ſtirpe partim immatura ætate pereunte, partim ſterilitate conjugum marceſcente. Hic ſolus de tam numeroſa Regum poſteritate ydoneus inveniretur, qui Imperii Francorum ſceptra ſuſciperet, quod in ſequentibus ſuo in loco lucidius apparebit. Is Karolomañus anno ſalutis DCCCLXXX. diem obiit extremum ſeptimo nonas Aprilis ſepultúsque cum debito honore in Bavaria in loco ubi dicitur Altnottingn ſua fundatione Monaſterio Canonicorum Regularium paraliſi diſſolutus. Hæc Regino Abbas Prumienſis.

Sancta Richarda uxor Karoli Groſſi Cæſaris filia Regis Scociæ propter impotenciam ab eo repudiata conſtruxit nobilium Monialium Andlo vocatum in Alſacia ab ipſa fundatum ibidem Monialis effecta & ſepulta. Actum anno DCCCLXXXI. Maritus vero ejus Karolus Groſſus in Augea majori prope Conſtanciam ſepultus eſt.

Ludovicus junior filius Ludovici ſenioris Rex Germaniæ & orientalis Franciæ & poſt fratris ſui Karlomanni obitum Dux Bavariæ effectus, qui tandem dedit Arnolfo nepoti ſuo filio illegitimo Karlomanno * ducatum Carinthiæ, qui Arnolfus poſt obitum Ludovici junioris patrui ſui & ejusdem filium Ludovicum puerum factus fuit Dux Bavariæ. Iſte Ludovicus junior Rex Germaniæ & orientalis Franciæ tenuit ſedem ſuam in Frañckfordia quando erat in partibus Rheni & cum eſſet in Bavaria, reſedit in Ratiſpona ac etiam Maganciæ, quæ eſt Metropolis orientalis Franciæ, & habuit bellum cum Karolo Calvo patruo ſuo Imperatore Re-

*legendum *Karlomañi.*

ge Franciæ pro Lotharingia, & eum fugavit demum res per placitum ſedata. Is anno DCCCLXXVIII. * Auſtraſiis imperabat cognita morte Ludovici Balbi Regis Franciæ regnum illius invadere diſpoſuit & transvadata Moſa fluvio Imperii fines occupavit, cui occurrerunt duo fratres Ludovicus & Karlomannus Ludóvici Balbi filii ſtrenui adoleſcentes cum valida manu ſed intervenientibus viciſſim legationibus nequaquam pugna comittitur, ſed pax roboratur. Adoleſcentes quippe ut federatus ab eis recederet, petierunt, Ludovicus junior portionem Regni Lotharii, quam pater avúsque tenuerant ex integro illi conceſſerunt, addita inſuper civitate Attrebatenſi propriè Arras, & abbatia ſancti Vedaſti facta itaque pactione datiſque Sacramentis in regnum, cum idem Rex reverteretur repente obviam habuit Normandorum innumerabilem multitudinem in loco, qui dicitur Timum cum ingenti preda ad claſſem repedantem, cum quibus absque mora conflixit, & Deo propiciante maximam in eis partem gladio proſtravit. Reliqui fugâ dilapſi in predictum *fiſtñ regni* * ſe com̃uniunt, ubi Hugo filius Ludovici Regis ex pellice natus, cùm incautiùs dimicaret, graviter vulneratus ab hoſtibus rapitur & inter adverſariorum manus animam reddit. Rex exiſtimans quod aduc filius vivus ab inimicis ſervaretur, exercitum ab impugnatis infeſtatione jubet ceſſare, ut quocunque pacto illum incolumem recipere poſſet. Interea nox ſuperveniens Regem cum ſuis redire ad caſtra compulit. Nortmanni cadavera ſuorum flammis exurentes noctu diffugiunt, & ad claſſem dirigunt greſſum. Rex diluculo ſurgens cum filium Hugonem extinctum reperiſſet nimio dolore afficitur corpus ejus in loculum compoſitum ad Loreshaim Monaſterium prope Frañckfordiam imperat deferri, ibique tumulari. Ludovicus Rex comperto quod Karolomannus Rex Bavariæ ejus frater obiiſſet Bavariam ingreſſus Ratisponam venit, ubi omnes optimates Regni Bavariæ confluxerunt, & ejus ſe ditioni ſubdiderunt, ibi conceſſit idem Rex Arnolfo Nepoti Karinthiam quod ei pater jam pridem conceſſerat Karlomañus, deinde anno ſalutis DCCCLXXXII. Ludovicus Rex orientalis Franciæ morbo gravatus apud oppidum Frañckfordiam moritur tredecimo Kalendis Septembris ubi & pater ſuus Ludovicus ſenior Rex Bavariæ diem clauſit, ſepultus juxta patrem in Cœnobio Loreshaim quod ſancti Nazarii cenobium dicitur.

* Si numerus rectus, dubia Lectio.

* Lectio difficilis.

Luitgardis uxor ejus Regina orientalis Franciæ ex qua unicum filium ſuſcepit Ludovicum nomine, qui puerulus in Ratiſpona de feneſtra pallacii cecidit, & confractis cervicibus ſtatim expiravit, que non tantum inmatura quam inhoneſta mors non ſolum Regi & Reginæ verum eciam omni domo regie maximum luctum ingeſſit.

Pipinus tercius filius Ludovici ſenioris & frater Ludovici junioris cui in diviſione cum fratribus ceſſit Aquitania factúsque eſt Dux Aquitaniæ, de quo in præſenciarum nihil reperio.

Irmingardis filia Ludovici ſecundi ejus nominis Regis Italiæ Romanorúmque Imperatoris hec à Carolo Calvo Imperatore Franciæ Rege ejus patruo maritata fuit Boſoni ſororio Caroli Calvi, qui potens fuit, cui Carolus Calvus regnum provinciæ in dotem dedit ea de cauſa, quod Imperator habuit ejus ſororem Richildem Is Boſo per potenciam armorum etiam Rex Burgundiæ efficitur, genuítque ex uxore filium Ludovicum nomine.

Ludovicus filius Boſonis Regis Burgundiæ & Provinciæ factus fuit Rex Italiæ, contra Berengarium Regem Italiæ, quem poſtea Berengarius Veronæ cepit, & excecavit ac interemit. De iſto Boſone vide in Regino abbate quam plura.

Hugo Rex Italiæ & Provinciæ filius naturalis Lotharii ſecundi ejus nominis Regis Lotharingiæ ex Walrada concubina natus.

Alda uxor ejus legittima de genere Francorum Theutonicorum oriunda ex qua genuit Lotharium Regem Italiæ, qui habuit in uxorem ſanctam Adalhadam filiam beati Rudolphi Regis Burgundiæ que poſt Lotharii obitum duxit Ottonem Magnum primum ejus nominis Romanorum Imperatorem, Saxoniæ Ducem & peperit ei Ottonem ſecundum Romanorum Imperatorem Saxoniæ Ducem.

Wendelucuet Concubina Hugonis, ex qua genuit filium naturalem Hugbertum nomine, qui fuit Princeps Thuſciæ hæc Luitprandus Ticinenſis Levita.

Uxores KAROLI *Magni Cæſaris.*

GAliana prima uxor ejus filia Galaſtre Regis Toleti in Hiſpania pagani fuit ſterilis.

Irmingardis ſecunda uxor ejus filia Deſiderii Regis Longobardorum quam repudiavit.

Beata Hildegardis tercia uxor ejus fuit filia Hildebrandi Ducis Sueviæ, ex qua filios & filias progenuit Karolum primogenitum, qui ante patrem deceſſit, Pipinum Regem Italiæ Ruatrudis uxor ejus natione greca. Ludovicum pium Imperatorem Regem Franciæ Ducem Bavariæ, & Lotharium fratrem Gemellum, qui juvenis obiit.

Faſtrada quarta uxor ejus natione Franco, ex qua genuit tres filias.

Luitgarda quinta uxor ejus fuit Alemanna, Sueva, quæ non genuit pueros.

MONUMENTA
DIESSENSIA,

videlicet:

I. ANONYMI *Dieſſenſis* Ord. Can. Reg. D. Auguſtini CATALOGUS PRÆPOSITORUM DIESSENSIUM. Ex autographo V. Cl. CHRISTOPHORI GEWOLDI.

II. LUITOLDI Presbyteri *Dieſſenſis* NECROLOGIUM DIESSENSE Seculi XII. à variis interpolatum & auctum, & ad membranas ejus autographas deſcriptum.

III. NECROLOGIUM DIESSENSE alterum ejusdem LUITOLDI, à variis item auctum & interpolatum.

IV. CODEX TRADITIONUM DIESSENSIUM. Ex Membranis LUITOLDI.

V. Breve CHRONICON DIESSENSE ab A. C. MCLI. ad annum MCCCCXXXII.

VI. ANONYMI Monachi *Dieſſenſis* MEMORIA SEPULCHRALIS COMITUM DIESSENSIUM.

* * *

Omnia nunc primum edita

ANDREA FELICE OEFELIO

COLLECTORE.

Monitum prævium.

MOnumenta quædam Diplomatica Hiſtoricaque *Monaſterii Canonicorum Regularium S. Auguſtini* DIESSENSIS, hîc in lucem proferimus, eaque non parvi momenti iis vel confirmandis vel illuſtrandis vel etiam emendandis, quæ AVENTINUS, HUNDIUS GEWOLDUSque & recentiſſimè JOANNES DAVID KOELERUS & ipſe Hiſtoriæ noſtræ Munerator inſignis, de eo, Fundatoribusque ejusdem, *Meraniæ Ducibus* in medium protulerunt: quibus ſuo etiam jure adnumeres RAYMUNDUM DUELLIUM virum celeberrimum & tot nominibus de (a) rebus etiam Boicis benè meritum. (a)

De ſingulis ſingulatim, ſed breviter præfabimur, non tam enim quid dicamus, quam quibus, à nobis attendendum eſt. De Poſterorum etenim gratiâ ſecuri, ſatis in præſentia egimus, ſi (quæ ſunt vetera de Patria benè merentium præmia) noſtrorum offenſam vitamus, & effugimus invidiam.

Primo igitur *loco* CATALOGUM PRÆPOSITORUM DIESSENSIUM proferimus ab origine Monaſterii ad annum usque MDXXXV. ex autographo V. Cl. CHRISTOPHORI GEWOLDI à nobis deſcriptum, diverſum ab eo quem is *Metropolis Salisburgenſis* AUCTARIO inſeruit, ſeu quod offenſam & ipſe timeret, ſeu quod tardius eundem nactus collectioni quam meditabatur rerum Boicarum fortè reſervârit. Etſi temerarium aliquibus videri poſſit alieni conſilii rationes audacter ſui verò timidè proſequi.

De autore ſive auctoribus (plurium enim ſibi lampada tradentium curſus videtur) nihil definio. Quî enim poſſim in his tenebris? ſuſpiciuncula tamen eſt *Breve Chronicon Præpoſitorum Dieſſenſium per* ALBERTUM *Presbyterum & Canonicum Dieſſenſem* (b) *Anno Domini MCCCLXV. in vigilia Margaretæ completum* ſimul hic legi; ſed ſuſpiciuncula: quam (b) eximent, qui tabulariis *Dieſſenſibus* propius adſunt, ſimul ac amor patriæ & veritatis prævaluerit.

Præmiſſo Catalogo, velut promulſide ſequitur venerandæ antiquitatis NECROLOGIUM DIESSENSE *Geminum*; quod utrumque primum Auctorem agnoſcit LUITOLDUM. In membranis enim unde hæc expreſſa fuêre, à tergo *Calendarii ſive Necrologii anterioris* hæc leguntur adſcripta: LUITOLDUS *Presbyter & Canonicus noſtræ Congregationis frater, ſcripſit hunc librum unàcum aliis.* Scripſit autem ſub initium Seculi XIII. & finem præcedentis uti ex caractere primævo membranarum apparet, quibus poſtea ab aliis ſupparibus, recentioribusque alia atque alia (ut ferè fieri in calendariis & necrologiis ſolet) fuerunt adjectâ.

Idem quoque de *Necrologio altero*, quod eundem LUITOLDUM auctorem habet, dicendum eſt. Utrique non pauca conjicimus inſerta ex CALENDARIO quod OULRICUS *Cuſtos*, *Presbyter & Canonicus Dieſſenſis* unàcum aliis pluribus libris conſcripſiſſe anno MCCCXXIIII. dicitur, cujus memoria in *necrologio anteriori* ad VI. Kal. Januarii occurrit, quem veriſimile eſt ea addidiſſe quæ poſt Incendium *Dieſſenſe*, quod anno Chriſti MCCCXIII. XII. Kal. Decembr. monaſterium cum ſubjecto pago abſumpſit, recens etiamnum Monumentorum ſimul exuſtorum memoria, ſuggeſſerat.

Extabant & aliorum ejusdem Collegii fratrum non abſimiles labores, in his & PETRI HIRSCHII, qui Seculo XV. jam vergente *Dieſſenſe Necrologium* condidiſſe traditur. Cujus exempli veſtigia recentiores etiam quosdam memorant ſecutos, quorum vigilias non premi è re ſit communis patriæ, & maximè ipſorum, quorum in gratiam vigilatæ fuerunt.

(a) T. II. *Miſcellan.* p. m. 124. ubi *Chronicon Dieſſenſe* protulit acceptam beneficio viri doctiſſimi PHILIPPI SALLERI, *Auguſtani*, Canonici *Pollingani*, cujus rebus Boicis colligendis occupatam canitiem adoleſcentia mea venerata eſt. Obiit in *Pollinga.* 21. Januarii A. MDCCXLIV. ætatis anno LXXXI.

(b) Vide de eo notam ad IIII. Non. Octob. *Necrologii* anterioris.

Necrologium Dieſſenſe (an LUITOLDI an alterius cujusdam, non conſtat) edere promiſit Cl. V. RAYMUNDUS DUELLIUS, in ea quam parabat *Antiquitatum Germanicarum* præſertim *Auſtriacarum Sylloge*, cujus nobis operis promiſſi nec præſtiti orexin moverunt PARNASSI BOICI *Auctores*. (c) (c) Sed eam ſpem, neſcio quomodo conſiliis Hiſtoricis iniquius fatum in herba ſuccidit.

HUNDIUS quoque paſſim *Necrologiis Dieſſenſibus* in *Stemmatographicis* ſuis uſus eſt; cujus rei teſtimonia crebra tam in ſtemmate *Andecenſi Dieſſenſique*, quam alibi ſe offerunt, ubi plerumque *Calendarii Dieſſenſis* titulo allegantur.

Necrologia *quarto* loco excipit CODEX TRADITIONUM DIESSENSIUM, & ipſe ad LUITOLDI membranas deſcriptus, antiquitatum Boicarum ſingulare Monumentum & dignum omnino quod typorum beneficio poſteris ſemel & certo vindicetur. Continet is hodie *Inſtrumenta Donationum nonaginta duo* & in iis quam plurima ad Hiſtoriam geographiamque, nec non ad leges moresque gentis noſtræ mediæ tempeſtatis apprimè facientia; quæ longius tegi atque injuſtè retineri poſteris dum penitus intereant (quum hæc ipſa laciniosa prodeant & mutila) inofficioſum ſanè & parum pium (ut vel mitiſſimè loquar) in Patriam, tam diuturnam & liberalem altricem videatur. Cæterum *Traditionum Dieſſenſium Codice*, ab hoc tamen diverſo, uſus jam pridem eſt laudatus WIGULÆUS HUNDIUS in ſtemmate *Dieſſenſi & Andecenſi*.

Quintum locum occupat BREVE CHRONICON DIESSENSE ex laudati LUITOLDI membranis collectum; quas à variis interpolatas ſuperius monuimus. Familiare enim antiquis Monachis ob Membranarum ſumptus, nihil in domeſticis ejusmodi & memorialibus velut codicillis, vacuum relinquere, ſed paſſim margines orasque ſubitaneis hiſce notationibus, magna in poſteros utilitate, onerare.

Continentur hoc ſcripto quod ab anno Chriſti MCLI. usque ad annum MCCCCXXXII. protenditur, cum *Altarium Dieſſenſium Conſecrationes*, tum *Traditionum* quarumdam *poſteriorum inſtrumenta*, inſertis ſubinde eventibus variis quorum memoriam ad poſteros transmitti operæ pretium viſum eſt.

Poſtremo denique loco *Anonymi Monachi Dieſſenſis memoria ſepulcralis Comitum Dieſſenſium* occurrit, paſſim Hiſtoriographis noſtris uſurpata. Eam quantivis pretii his viſum eſt adjungere, quod & ipſa membranarum auctoritate nitatur.

(c) II. *Verſamblung.* relat. VI. p. m. 82.

I.

Anonymi Dieſſenſis Catalogus Præpoſitorum Dieſſenſium ex autographo V. Cl. Chriſtophori Gewoldi.

I.

HARTWICUS.

HArtwicus primus Præpoſitus regimen ſuſcepit anno MCXXXII. prius Decanus in *Raitenpuech*, confirmatus per *Hermannum* Epiſcopum *Auguſtanum*. Protonotarius fuit & ſimul *Cancellarius Bavariæ*. In primo ſui regiminis anno, mediante conſenſu Fundatorum & annuente ſtudio præfati Epiſcopi *Auguſtani* libertatem Eccleſiæ & omnium bonorum ejus ſub Bulla Domini Papæ *Innocentii* obtinuit, habitationem etiam Canonicorum de *Eccleſia S. Georgii*, ad *Monaſterium S. Stephani* per ipſum vel ante ipſum translatum confirmari petiit. Nam medio tempore *Monaſterium S. Mariæ* per *Ottonem* Comitem de *Wolfratshauſen* dudum inceptum conſtruebatur & per cæteros Comites & Marchiones de *Andechs* ad effectum laudabilem perducebatur, tandem Canonica habitatione ſic conſummata Conventum ſororum ſtatuit, ſeparatim regens tamen fratrum turbam & ſororum. Poſtremo clarus multis virtutibus, ut in *Libro beatæ Mechtildis* legitur, plenus dierum quievit in pace, ſepultus ante altare S. Johannis Evangeliſtæ in aquilonari parte. Quadraginta annis & uno ſtrenuè rexit ac pluribus ædificiis ſublevavit Eccleſiam ſuam.

II.

DEGEHARDUS.

DEgenhartus de nobili proſapia genitus, Presbyter & Canonicus, ſub Magiſterio Præpoſiti *Hartwici* ordinatus, anno Domini MCLXXIII. eligitur, præfuit annis XXXI. & nono ſui regiminis anno completa eſt ſtructura Monaſterii B. Mariæ Virginis & Dedicatio ipſius eodem anno IV. Idus Octobris per Venerabilem Dominum *Ottonem Babenbergenſem* Epiſcopum filium Comitis *Berchtoldi* de *Andechs*, præſente *Hartwico Auguſtenſis* Eccleſiæ Epiſcopo peracta. Sepultus eſt *Degenhardus* Præpoſitus propè januam capellæ S. Spiritûs, infra ſepulchrum *Hartwici* Præpoſiti ſui anteceſſoris.

III.

ORTLIEBUS.

ORtliebus Canonicus hujus Eccleſiæ anno MCCIIII. in officium prælaturæ fuit ſublimatus. Hic in omni morum honeſtate præclarus, ambulavit in viis anteceſſorum ſuorum fortiter anhelans complere ſtructiones & ædificia monaſterii & officinarum, cooperante ſibi & adjuvante Illuſtri Principe *Ottone* Duce *Meraniæ*, cujus pater *Berchtoldus* Dux medio tempore defunctus in capitulo fuerat intumulatus, cæterique Fundatores & eorum Miniſteriales fortiter adjutrices appoſuêre manus; hic *Ortliebus*, cum adhuc eſſet Præpoſiti *Degenharti* ſubditus, de ſubſtantia propria Eccleſiam *S. Petri* in *Pridriching* de novo fundavit, & tempore ſui regiminis ipſam parochialem ibidem cum aliis Eccleſiis, ſcilicet *Smieben*, *Eggling*, *Meiſſing*, *Brunnen*, *Hörſching*, *Windach* & *Ettensloch*, mediante Bulla Domini Papæ Innocentii III. huic loco obtinuit incorporari. Reſignavit Præpoſituram ſeptem hebdomadibus ante ſuæ reſolutionis diem, ſepultus in medio Monaſterii.

IV.

HEINRICUS.

HEinricus Canonicus anno Dominicæ Incarnationis MCCXXIV. eſt electus. Vir prudens & religioſus, ad Dei honorem & ut objecta Deo inſervientium mentes in Dei amorem & Sanctorum venerationem magis inflamarent picturas in choro diverſarum materiarum fieri procuravit. Denique poſtquam XVIII. annis cum dimidio optimè præfuiſſet, vitam temporalem finivit, ſepultus in medio Eccleſiæ.

V.

ALBERTUS.

ALbertus hujus loci Canonicus anno MCCXLII. in officium Prælaturæ fuit deputatus, hic ſexto ſui regiminis anno cum ſuo Conventu contra cives Forenſes in præſentia judicum tam ſpiritualium quam ſecularium multorumque fide dignorum ad hoc ſpecialiter vocatorum obtinuit, ſub ſtola juramentum præſtando, quod nec Cives *Dieſſenſes* nec quisquam hominum aliquid juris habeant vel habere debeant in omni loco, quem cives prædicti nominabant locum communem, cum Illuſtris Princeps *Henricus* Comes de *Wolfratshauſen*, bona præſcripta & alia multa S. Mariæ tradidit, fratribus ibidem profutura. Pro indicio obtentæ juſtitiæ paſtor armentorum in foro *Dieſſen*, dedit ſolidum legalem, & adhuc ſingulis annis ipſe paſtor & ipſe cuſtos Bladi id eſt *Eſchay* (*d*) tenetur dare duodecim denarios uſuales, eo quod totus locus & fundus in *Dieſſen* ſitus, ad ipſum Monaſterium ex collatione Principum Nobiliſſimorum de *Wolfratshuſen* & *Andechs* ſpectare dignoſcuntur. (*e*) Ipſe verò Præpoſitus

---

(*d*) Ita apogr. à manu ipſius Gevvoldi.

(*e*) Litteræ integræ extant in Catal. Gevvoldi add. ad Metrop. T. II. p. m. 185.

poſitus *Albertus* finitis novem annis & quatuor menſibus ſui regiminis cum conſenſu Dioceſani prælaturæ officium voluntariè reſignavit, uno tantum anno ante mortis ſuæ diem, quo finito, feliciter obiit.

VI.
CONRADUS.

Conradus Presbyter & Canonicus in *Polling*, vir religioſus & prudens, in gradum prælaturæ hujus loci eſt vocatus anno MCCLI. Hujus regiminis anno quarto in vigilia S. Laurentii grandinis intemperies permaxima contrivit omnes fruges, tam hyemales, quam æſtivales in parochia *Dieſſen* & aliis locis ad eandem ſpectantibus ad numerum octoginta ſex curiarum & hubarum, cum decimis ſeptem Eccleſiarum.

Multa prædia emit & partim impignorata pro LXXXVII. libris denariorum redemit. Elapſis tandem XIII. annis & XXVI. hebdomadibus ſuæ prælationis ipſe *Conradus* Præpoſitus ſervus Dei bonus & fidelis Domino Deo ſpiritum reddidit.

VII.
HENRICUS.

Henricus hujus Eccleſiæ Canonicus anno Domini MCCLXII. in regimine prælaturæ fuit conſtitutus, hic minus providè vivere cœpit, exempla Prælatorum antecedentium clauſis inſpiciens oculis:non comparavit prædia, non conſtruxit ædificia, imo plurima hujus loci bona diſtraxit, eam pecuniam in uſus proprios vel amicorum & fautorum redegit, & quia minor ætate fuerat laſciviam ſectabatur & otium, ita ut nullius circumſpectionis providentia moveretur. Unde Eccleſia noſtra maximum damnum incurrit, cum enim in die nativitatis Domini totus theſaurus in auro & argento gemmiſque pretioſis pro ornatu publici altaris fuiſſet allatus & finitis veſperis ad ſacriſtiam minimè deportaretur, ſed in armario juxta publicum altare ob tœdioſam improvidentiam reponeretur, fures peſſimi duo videlicet aurifabri & unus pictor rem conſiderantes, in nocte qua venerant, armarium perfoderunt & abſtulerunt theſaurum, fregerunt itaque imaginem beatæ Virginis & plenaria cum cæteris monſtrantiis ſumptuosè fabricatis. Aurum quidem & argentum cum gemmis pretioſis ſecum deportaverunt, reliquias verò Sanctorum in ipſis reconditas prope ſylvas ſub ſepe relinquentes, abierunt. Unus autem ex illis poſtmodum in oppido *Schongaw* cum furto deprehenſus & morti adjudicatus, tertiam partem gemmarum nobis reſtitui procuravit. Sed *Henricus* Præpoſitus ſuſpicionis cauſam & commiſſionis notam in quemdam Presbyterum *Giſſonem* Rectorem Eccleſiæ in *Fruetting*, nobilem utique virum ob inveterati inimicitiam odii reflexit, illumque in captivitatem Domini Epiſcopi *Auguſtenſis* deducendum procuravit: ſed hic ab impoſito ſibi crimine ſecundum juris formam canonica purgatione præſtita ſe liberavit, & ſic partes in fictam quamdam amicitiam pervenerunt invicem, ſed non diu permanſuram. Quadam enim nocte idem *Giſſo* cum quibuſdam ſuis fautoribus cameram Prælati *Heinrici* per feneſtram latenter ingrediens & ipſum Præpoſitum cum quadam muliere cubantem reperiens, ipſum unacum muliere verberibus & alapis diutius caſtigans, tandem totum Conventum excitans, factum publicavit, necnon Domino *Auguſtenſi* Epiſcopo patentibus litteris intimavit: qui prius habita deliberatione competenti ſæpedictum Prælatum pro his & aliis multis proclamatum duodecimo ſui regiminis anno depoſuit, & in Cœnobium ſuum, ut pœniteret, citius reverti præcepit, in quo poſtea XXIX. annis ſatis ærumnosè vixit.

VIII.
OTTO.

Otto Presbyter & Canonicus hujus Eccleſiæ anno Domini MCCLXXV. in Præpoſitum eſt confirmatus, fuit ambitioſus & laſcivus, poſtpoſito Dei timore ſtudioque religionis, dilapidator bonorum Eccleſiæ, non ædificans ſed diſſipans, nulla prudentia neque in ſpiritualibus nec in ſecularibus uſus, ideo cancri more retrogreſſus callem ſui anteceſſoris eſt imitatus. Quare talis infamiæ ſuæ nota apud Epiſcopum *Auguſtenſem* pervulgata & ſola habita experientia vocatus cum ſervo nequam, qui talentum ſibi à patrefamilias commiſſum fodiens in terram abſcondit, legitimè redargutus, anno regiminis ſui decimo ad inſtar anteceſſoris ſui, cujus veſtigia devia proſecutus fuerat, eadem contumelioſæ depoſitionis pœna eſt multatus.

IX.
SEIFRIDUS.

Seifridus dictus *Pachreütter* Canonicus hujus Eccleſiæ anno Domini MCCLXXXV. in Præpoſitum eſt electus, qui dum pro confirmatione Domino *Hartmanno* Epiſcopo *Auguſtenſi* fuiſſet præſentatus, plurima ſuæ diſſolutæ vitæ vitia ſibi per Dominum Epiſcopum fuerunt objecta, & tanquam indigno confirmationis gratia penitus denegata, quapropter triſtis reverſus, hujuſmodi triſtitiam quodammodo tegens, curioſiùs occultavit. Cum autem Conventus de alio Prælato ſubrogando cogitaret & electionem differret, *Hartmannus* Epiſcopus moritur & *Wolfhardus* loco ſui ſublimatur. Quo audito *Seifridus* dudum electus ſibi præſentatur, & quod idem Epiſcopus in principio ſui Pontificatûs, ut moris eſt, benevolentior extitit, ipſum competenti admonitione præhabita confirmavit & in ſedem Prælatorum cum gaudio redire permiſit. Hic tempore ſui regiminis ambulavit in viis anteceſſorum ſuorum *Henrici* & *Ottonis* ſtipatus turba propinquorum ſuorum dicti *Pach-*

reutter, quorum conſiliis annuens multa bona Monaſterii diſtraxit & aliis appropriavit. Solum hoc memoriale ſui nominis quod ſtatuit ſolemniter celebrari feſtum *S. Dominici* Confeſſoris, ad quod ſtudium per fratrem *Chunradum* Ordinis Prædicatorum ipſum credimus informatum. Finitis verò quatuor annis ſui officii coram Epiſcopo *Auguſtenſi* multis articulis proclamatur velut villicus iniquus & convictus auctoritate Pontificali deponitur & ad locum priſtinum redire jubetur.

X.
OTTO.

OTto qui pridem depoſitus fuerat, ſecundario in Prælatum eligitur anno Domini DCCLXXXX. ſed immemor ſuæ prioris contumelioſæ depoſitionis, velut canis rediit ad vomitum. Prædia & alia bona cœpit dilapidare, in tantum ut in uno anno viginti quatuor prædia alienaret, nolens igitur audire quod Angelo Epheſi voce divina dicitur: memor eſto, unde excideris & age pœnitentiam &c. Quarto anno ſui regiminis ex Prælato *Dieſſenſi* factus eſt deſpectus Vicarius Rurenſis in *Schmiehen*, ubi tandem vitam finivit.

XI.
FRIDERICUS.

FRidericus Canonicus Regularis in *Schamhawpten* anno Dom. MCCLXXXXIIII. per amicorum ſuorum nobilium promotionem ad regimen prælaturæ *Dieſſenſis* eſt vocatus. Sed non per oſtium intravit ovile ſicut rei exitus probavit. Qui dum impenſa ſibi confirmationis gratia in poſſeſſionem ut moris eſt venire decreviſſet, aſſumpſit ſibi plus quam quinquaginta equites & ſupra modum pompaticè proceſſit, volens cunctis hujus loci incolis oſtendere ſuæ præſumptionis elationem & maximæ liberalitatis prodigalitatem ambulans in viis anteceſſorum ſuorum, diſſolutè vivendo & id quod remanſit diſtrahendo aliisque vanitatibus operam dando. Hinc completis vix duobus annis cum dimidio laqueus deſperationis ipſum innodavit & abnegato paſtoris officio, quadam nocte, quæ malefactorum amica eſt, cum uno tantum famulo lateńter abſceſſit, qui cum quinquaginta vel paulo plus pomposè advenerat, ſigillumque proprium, quod ſibi parari fecerat, in Conventum remiſit, & de alio paſtore providendo Canonicis intimavit. Ipſe verò ad Cœnobium ſuum *Schambawpten* reverſus eſt.

XII.
BERCHTOLDUS.

ANno Domini MCCLXXXXVII. Illuſtriſſima Domina *Mechtildis* Duciſſa ſuperioris *Bavariæ* poſt mortem mariti ſui *Ludovici* Ducis dominium terræ ſapienter regens & viriliter gubernans (cujus filius *Ludovicus* Dux adhuc puerulus *Viennæ* literis erat applicatus, nec non cum filiis Auſtriæ Principis diſciplinis honeſtioribus (*f*) & morum gravitate imbuebatur, in quibus tantum profecit, ut ſuper alios coætaneos ſuos excelluit, ut per progreſſum temporis ad ſummum Romani Imperii culmen præ cunctis terrarum Principibus eligeretur) cum audiſſet, quod Eccleſia *Dieſſenſis* à nobiliſſimis Principibus fundata tantæ deſolationis pateretur moleſtiam venit ad locum propria in perſona & ſapienti freta conſilio *Berchtoldum* ſcholaſticum ſecularem virum utcunque peritum, filium *Chonradi* judicis *Dieſſenſis* ſtatuit Proviſorem nullo conventualium diſcrepante, dans ei plenam facultatem per biennium huic domui providere promittendo ſi bene regeret ac fideliter gubernaret, quod ipſum procul dubio in majori dignitatis gradu ſublimaret. Hic igitur *Berchtoldus* diſcuſſione perlucida unàcum Conventu in præſentia officialium præhabita de debitis & obligationibus Eccleſiæ inquirit, illam onere debitorum permaxime exonerans quorum ſumma extendebatur ad mille & octingentas libras denariorum, & LXXXII. Prædia repperit alienata, exceptis precariis, quæ per vinum frumentum, caſeos & pecunia prompta ſolvebantur, quorum ſolutio ad valorem CL. librarum computabatur. Hæc igitur omnia prudenter præſcripta ſunt, & fideliter adminiſtrans, poſtremo virum ſecularem convertit in Canonicum Regularem, ac biennio finito rationem reddidit de officio ſibi commiſſo, in præfatæ Dominæ *Mechtildis* Duciſſæ præſentia & officialium ſuorum, ſublimatur igitur communi conſilio in officium prælaturæ & Domino *Degenhardo Auguſtenſi* Epiſcopo præſentatur, qui ipſum gratanter ſuſcepit & confirmatum, ut viriliter ageret, admonuit, & ſic in ſedem dignitatis ſuæ redire permiſit. Omne igitur ſuum poſſe ſive noſſe ad hoc ſtuduit aptare, quatenus religioſa converſatio & divini cultus modulatio de die in diem creſceret & augmentaretur. Audiens vero Duciſſa prænotata tanti viri prudentiam & religioſitatem aſſumpſit eum ſibi in principalem Capellanum & ſigilli ſui Secretarium. Deinde conſtituit eum totius curiæ ſuæ Magiſtrum ſupremum & proviſorem & renovavit elapſas dignitates libertatis, quæ priſcis temporibus à nobiliſſimis Principibus, velut præmiſſum eſt ſupra, Hainrico quarto Præpoſito & omnibus ſucceſſoribus ſuis fuerant conceſſæ. Quo facto ſupradictus Dominus *Berchtoldus* Præpoſitus redemit prædia diſtracta reædificavit deſolata, gravamina advocatorum plurima relevavit & ſubegit: & ut breviter dicam omnia, quæ voluit mediante favorabili gratia Duciſſæ fecit. Quæ etiam ob ſui regiminis providen-

---

(*f*) Rectè ad hunc locum annotavit manu ſua Gevvoldus: *Nota, contra eos, qui ἀμυσον calumniati ſunt Ludovicum Bavarum Imperatorem.*

dentiam bona eccleſiæ iſtius plurimum augmentavit. Nam forum *Dieſſenſe* cum omni jure civili per literas patentes nobis appropriavit: ſed cives Forenſes ſeveritatem Præpoſiti formidantes refugium apud Ducem *Rudolſum* quæſierunt, cum prece & precio ipſam appropriationem revocandam tandem procurabant. Dolens verò ſuper his nobiliſſima *Mechtildis* Duciſſa quod ſuæ voluntatis pro tali donatione non ſequeretur effectus, tradidit nobis tres curias in *Prätnbrun* & jus patronatûs in *Fruitting* cum incorporatione ipſius.

Tandem *Berchtoldus* Præpoſitus quotidianis infirmitatibus nimium gravatus viam univerſæ carnis ingreſſurus in feſto S. Trinitatis hora matutinali, quando reſponſorium ſummæ Trinitatis cantabatur (nam SS. Trinitatem ſumma in reverentia ſemper habebat) vitam hanc laboribus & ærumnis plenam bono fine conſummavit anno MCCCXVI. regiminis Prælaturæ ſuæ XIX.

XIII.
CHUNRADUS.

Chunradus Canonicus hujus Eccleſiæ ſub magiſterio Præpoſiti *Berchtoldi* nutritus anno Domini MCCCXVI. ad officium prælaturæ, licet plurimum reclamaret, eſt electus & per Dominum *Fridericum* Auguſtenſis Eccleſiæ Epiſcopum confirmatus. Hic ſimplex humilis & devotus ambulavit in omnibus viis ſui anteceſſoris, ſequendo veſtigia religioſitatis ipſius per XXXIIII. annos & VII. hebdomadas laborioſè & ſtrenuè rexit, locum etiam iſtum diverſis ſtructuris & ædificiis reſtauravit. Secundo ſui regiminis anno cum eſſet in partibus ultramontanis in die S. Clementis verſum eſt Monaſterium unàcum foro per adustionem ignis in cineres, ita quod de noſtris officinis nil remanſit inuſtum præter granarium & piſtrinum. Deinde in quarto anno omnia ſuppellectilia prius reſervata, unàcum piſtrino per *Auſtrales* inimicos igne ſunt conſumpta & ipſe Prælatus per Ducem *Auſtriæ Leupoldum* eſt detentus & captivitati mancipatus. Nam idem Dux in offenſam *Ludowici* Ducis *Babariæ* maximam in partibus iſtis tyrannidem exercuit, ita quod de omnibus prædiis noſtris infra ſaltum *Streichenloch* poſitis in XII. annis una metreta frumenti nobis non ceſſit.

Cum verò tunc temporis præfatus Dux *Auſtriæ* civitatem *Monacenſem* copioſo exercitu obſediſſet, glorioſus Dux *Ludowicus* cum ſuis fidelibus *Bawaris* ſupervenit & ipſum ab obſidione fugavit, ac in terram ſuam citius redire coegit. Sic Dominus Prælatus, qui vinctus fuerat abductus, ibidem eſt ſolutus & ad locum cum gaudio reverſus.

Ipſe igitur opus ædificandi ædificia domus neceſſaria, viriliter aggrediens plurima pro poſſe perfecit, campanas & ollas æreas igne reſolutas in melius redegit, officinas per girum, infra ſepta & extra, cum magno labore ut potuit inſtaurans, proſperisque ſucceſſibus adjutus velociter opus cœptum complevit, & quod pro augmentanda laude divina ſua mens plurimum incendebatur, apud ſemetipſum tractare cœpit, qualiter muſicalis melodiæ reſonantia in cottidianis horis & officiis ſervaretur. Deſolata prædia quamplura reædificavit, obligata redemit, Advocatias diverſas mediante favore Domini *Ludowici* Regis.

Cum igitur jam ſe in tuto poſitum æſtimaret, & à laboribus maximis ſolutum ſperaret, ſubito laboris occupatio ſuccrevit, nam Monaſterium à parte chori usque ad extremitatem totaliter corruit, ita ut lapis ſuper lapidem ad utilitatem aliquam minimè remaneret. Ipſe verò templum funditus everſum in ea qua nunc eſt ſtructura erexit, & cum maximis laboribus conſumavit. Igitur ſæpedictus Dominus *Chonradus* Præpoſitus in extrema ſui regiminis concluſione, gravi infirmitate vitalium præventus ac temporali vexatione minus proſperando circumventus reſignavit prælaturam liberè & voluntariè VIII. annis & VII. hebdomadibus ante obitûs ſui diem anno ſalutis: MCCCLI. in die S. Alexii, & eodem die dedit Conventui duas curias unam hubam & unum feodum, ſita in *Schmieben* pro receſſu ſpeciali quatenus anniverſaria Fundatorum & omnium Prælatorum & memoria ipſius annuatim per Conventum ſecundum exigentiam temporum celebraretur. Ipſe verò poſtmodum defunctus in nova capella eſt tumulatus. Præſcripto reſignationis die & anno Dominus *Hainricus Meilinger* noſtræ Congregationis frater in Præpoſitum eſt electus & tandem confirmatus qui titulum XIIII. in numero Prælatorum *Dieſſenſium* poſſedit.

XIIII.
HEINRICUS.

Anno Dom. MCCCLI. Dominus *Hainricus Meilinger* Presbyter & Canonicus *Dieſſenſis* Eccleſiæ in prælaturæ officium eſt electus, ſed anteceſſoris ſui *Chunradi* veſtigia deſerens & per abrupta laxioris vitæ præceps gradiens, creditum ſibi gregem, redditus ac cenſus Monaſterii regularemque obſervantiam ſuo exemplo & neglecta paſtorali debita cura in præcipitium dilabi fecit. Plurima prædia & alia bona Monaſterii diſtraxit aut vendidit aut impignoravit, pecuniam conquiſitam in ſuos proprios uſus & in carnalium amicorum paraſitorumque ſuorum prodigaliter convertit commodum, & ſic in tantam pauperiem delabi fecit Monaſterium quod cum peracto divino cultu Conventus ad prandendum deberet refectorium intrare, quod nec pecunia in marſupiis nec vinum in cellariis, nec frumentum in granariis erant, calices ſacros ad Caupones Forenſes in *Dieſſen* cogerentur pro vadiis impignorare, ut eisdem Conventualibus debitus victus ad refectorium ex foro mitteretur, quo poſſent ſuſtentari. Et cum in ſuos Conventuales rigidus & crudelis, ſibi autem laxus foret novum carcerem conſtruxit, & tamen propter demerita ſua primus vinculatus in ipſo jacuit, incidens in foveam quam aliis fecit. Denique prædictus Præpoſitus *Hainricus Meillinger* in fine ſui regiminis in ultima parte noſtræ Eccleſiæ conſtruxit altare beatæ Mariæ Virginis & finitis XXVIII. annis ſui regiminis depoſitus parum ſupervixit. Mortuo itaque præfato Prælato *Hainrico Meillinger* anno Dom. incarnationis MCCCLXXXIX. Omnipotens Deus miſericordiæ ſuæ oculis Eccleſiam *Dieſſenſem* variis videns diſcriminibus & caſibus infauſtis multipliciter conquaſſatam priſtinæque volens reſtituere proſperitati dedit ſalutem in manu Illuſtriſſimi Principis *Johannis* Ducis *Bavariæ ſuperioris*, qui fuit filius *Ludwici* Imperatoris Romani & pater Illuſtrium *Erneſti* & *Wilhalmi* ejusdem *Bavariæ* Ducum. Qui in propria perſona ad noſtrum venit Monaſterium & ſapienti uſus conſilio quendam virum ſolertem ſecularem Presbyterum bonæ famæ & ſuæ domus electum diſpenſatorem Dominum *Ulricum Schleber*, tunc temporis plebanum & animarum Rectorem in *Kunigsdorf* vocavit & cum conſenſu & voluntate Reverendiſſimi Domini noſtri *Auguſtenſis* Epiſcopi, nullo conventualium fratrum diſcrepante ſtatuit ipſum in Proviſorem & Adminiſtratorem bonorum omnium noſtri Monaſterii dans eidem plenam autoritatem providendi Monaſterium quantum facultates reddituum Monaſterii ſe extenderent, promittens ei ſi benè regeret & adminiſtraret ipſum ad majorem dignitatem promovere vellet, quod cum ſtrenuè præſtaret omnium illorum quorum intererat conſenſu in verum paſtorem & Prælatum hujus loci eſt electus & confirmatus.

XV.
ULRICUS.

QUapropter bono ſui incepti regiminis initio non receſſit, ſed ad ulteriora Monaſterii commoda procuranda ſe extendit & aliqua ædificia officinasque dirutas reſtauravit & plura prædia ac redditus, quos anteceſſor ipſius *Hainricus Meillinger* aut vendiderat aut impignoraverat redemit & recuperavit, & ſic undecim annis laudabiliter rexit & ordinavit, quod omni die per totum chorum ante publicam miſſam glorioſam antiphonam *Alma Redemptoris* ſolemniter debeamus cantare, & alia quamplurima Dei cultum concernentia procuravit & ordinavit.

XVI.
JACOBUS.

DOminus *Jacobus Pientzenawer* eligitur poſt Dominum *Ulricum*, qui rexit quadraginta octo annis vir in negotiis rerum temporalium aptus & vulgi clamòre bene nominatus. Erat enim civibus in *Dieſſen* multum familiaris & eorum conviviis & contractibus intererat & reputabatur majorem habere burſam aliis de conviviis occultè recedentibus ſolus conſumpta ſolvebat: quæ tali intentione faciebat, ut capto civium & curialium favore eo melius poſſet Monaſterii utilitatem procurare ſicut & fecit, multa prædia & redditus per *Hainricum Meillinger* quondam Præpoſitum vendita aut impignorata præcipuè in *Atheſi* & in *Carinthia* redemit.

Erat etiam prænominatus Dominus *Jacobus* Præpoſitus in conſpectu veterum Illuſtrium Principum gratus & multorum noſtri Monaſterii privilegiorum confirmationem obtinuit. Poſtmodum ſenio confectus Præpoſituram reſignavit, & devotè Deo ſervivit. Conſtruxit etiam in abſide Eccleſiæ clauſtralis unam capellam quam conſecrari fecit in honore beatiſſimæ Virginis *Mariæ*, *S. Chriſtophori* & *S. Sebaſtiani* martyrum & *S. Otiliæ* virginis. Poſtmodum termino vivendi dicto Domino *Jacobo* Prælato, à Deo præfixo, completo, mortuus eſt & ante altare S. Crucis ſepultus.

XVII.
THOMAS.

THomas Vend conventualis in *Raittenpuech* cui prædictus Dominus *Jacobus Pienzenawer* reſignavit in prælatura *Dieſſenſi* anno Domini MCCCCXLII. confirmatus duobus cum dimidio annis, benè præfuit in temporalibus. Mortuus eſt in montanis ad Atheſin, quò ut poſtulabat Monaſterii utilitas pro colligendis redditibus à vinis comparandis profectus fuerat, anno ſui regiminis tertio, nondum completo.

XVIII.
CHONRADUS.

COnradus Sartoris conventualis à Conventu unanimiter ac canonicè eligitur anno Dom. MCCCCXLVI. qui quorundam fratrum ambitioni cedens reſignans ſuo juri renuntiavit, unde Monaſterium cum expenſis magnam jacturam incurrit. Venerunt igitur Conventus ex una parte, electus ex altera parte in Auguſtam ad Reverendiſſimum Patrem Dominum *Petrum* Cardinalem titulo S. *Vitalis*, pro tunc Epiſcopo *Auguſtenſi*, qui ambitionem & doloſam machinationem conventualium ſapienter providens priorem Canonicam Electionem Domini *Conradi* ratam habuit.

Confirmatus igitur præfatus Dominus *Chonradus* Prælatus mox miſit manum ſuam ad fortia dirutas clauſtri officinas reparavit, & quæ nondum erant conſtructæ de novo ædificavit, nam novum refectorium teſtudinatum & dormitorium, locutorium & quartam partem ambitus egregiè conſtruxit, Capitulumque in capella *S. Michaelis* ampliavit. Non minus interim patres & fratres de *Underſtorff* pro inducenda regulari obſervantia laboraverunt, & ſic quaſi Magdalena & Martha ſimul concurrebant. Completis denique decem annis poſt laudabile regimen dictus Dominus Prælatus *Conradus Sartoris* obiit & ſepultus in Eccleſia ante altare S. Crucis.

XIX.
CHUNRADUS.

CHunradus Marſtaller conventualis Dieſſenſis, qui nomine procuratorio in domeſtica cura bene & laudabiliter ſe geſſerat, in Prælatum eligitur & ab Epiſcopo *Auguſtenſi* confirmatur anno MCCCCLVII. ſed diligentiam quam in procuratura adhibuerat in Præpoſitura depoſuit carnalium amicorum ſuorum amore quaſi puer effectus; quorundam enim fratrum diſſolutam vitam diſſimulans præfuit Monaſterio tribus annis, in quibus nihil conſtruxit niſi unam partem ambitus, & conſilio Illuſtrium Principum, Cardinalis Epiſcopi *Auguſtenſis* & Ducis *Bavariæ* ſenioris Prælaturam reſignavit, poſtquam rebus ſuis ante benè proſpexiſſet, in cujus locum in Prælatum per compromiſſionem eligitur *Johannes Schön* Magiſter artium & Decanus. *Chunradus* autem obiit anno Domini MCCCCLXIX. ſepultus in abſide chori circa capellam S. Jacobi.

XX.
JOANNES SCHÖN.

JOhannes Schön, Decanus ultra XX. annos, in Præpoſitum electus & confirmatus, una manu ædificabat clauſtri officinas & altera manu gladium paternæ correctionis tenebat.

Hortum refectorio vicinum tantum ſepiculo turpi circumdatum ubi Laici poterant habere introitum alto circumcinxit muro lupos ab ovili coercendo, deinde duas partes ambitus conſtruxit, & bonam clauſuram in locis conventualibus obſervavit.

Poſt hæc turris Eccleſiæ noſtræ totaliter vetuſtate diruta corruit, quam præfatus Dominus Prælatus *Schön* ex fundamento quadratis lapidibus cum magnis expenſis pulcherrimo ſchemate ædificavit & in altum erexit, quæ videntibus declarationem ingerit. Eccleſiam inſuper veterem *S. Stephani* Monaſterii, obtentâ ab Epiſcopo licentia deſtruxit, & de novo ex fundamento conſtruxit, nec non quatuor altaria in eodem erexit.

Ut autem foris extra loca conventualia inter ſe & famulos major creſceret ſecuritas & meliori ordine cuncta Monaſterii negotia adminiſtrarentur hoſpitibusque advenientibus humanitatis officia congruentius exhiberentur domum exteriorem, quæ vulgò dicitur curia Prælati ædificavit, in qua tres manſiones unam pro Principibus & Nobiliſtis alteram videlicet Ercker-Stubam pro honeſtioribus perſonis, tertiam verò pro quolibet Prælato hujus loci ubi poſſit ſecularia negotia cum famulis tractare & ſingulis reſponſa dare, pauperibusque aures præbere honorificè inſtitui fecit, ipſe verò non in habitatione prælaturæ foris manebat, ſed ut bonus paſtor cum grege ſibi credito velut unus ex fratribus unicam cellam habuit in dormitorio communi in qua ſemper dormivit & ſe fratribus præſentem exhibuit, erat enim quaſi unus ex illis, & ne aliquam violentiam pravorum hominum Monaſterium incurreret, cepit in gyro Monaſterii forti altoque muro munire & portis feratis claudi. Morte tandem interveniente murum non integraliter perfecit, ſed ſuo ſucceſſori complendum reliquit. Videns etiam principalem hujus loci Eccleſiam ob vetuſtatem & ignis voraginem difformatam cogitabat eam novis ſtructuris cultiorem reddere totam abſidem renovavit & pulchrà teſtudine comptam effecit, abſque dubio ſi diutius vixiſſet totam Eccleſiam renovaſſet. Cum autem Venerabilis Prælatus M. *Joannes Schön*, ſtrenuè & utiliter in ſua prælatura noſtro Monaſterio quatuordecim annis præfuiſſet, anno Domini MCCCCLXXIIII. obiit, relinquens poſt ſe ordinatam religionem, horrea bladis, cellaria vinis, promptuaria eſculentis, & ſine debitis marſupia monetis diverſis competenter onuſta. Cum luctu fratrum & pauperum in medio Eccleſiæ tandem ſepultus fuit.

XXI.
JOANNES ZALLINGER.

JOhannes Zallinger, Decanus per plures annos exiſtens laudabiliter anno Domini MCCCCLXXIV. in Prælatum eligitur. Vir admodum induſtrius fuit, qui ſui anteceſſoris *Johannis Schön* veſtigiis innixus non tantum regularem obſervantiam, quam unàcum prædicto Prælato plantaverat, conſervavit, ſed etiam plurimum augmentavit, & conventum numero perſonarum majorem effecit, ut juniores à ſenioribus diſcerent jugum Domini ab adoleſcentia ſua ſufferre, & quæ eſſet voluntas Dei beneplacens & perfecta intelligere. Hic quamvis auſterum vultum prætenderet, tamen mitis corde ſuper afflictos & vexatos fratres pia geſtabat viſcera, & ne otium fratribus occaſionem tentationis, ut ſolet, miniſtraret laboribus manualibus fratres aſſuefecit, ita quod plures eorum boni ſcribæ effecti multos libros pro divino cultu ſcripſerunt, alii diverſos ligaverunt. Hic etiam quoſdam redditus cenſusque à *Karinthia* propter atrocem immaniſſimorum Thurcorum incurſionem ob itineris locique diſtantiam vendidit & cum ſoluto pretio aliqua prædia curiasque in vicinis *Bavariæ* locis in ſubſidium Monaſterii emit. Erat denique admodum prudens diſſertusque Prælatus ita quod in cauſis Imperialis Conſiſtorii lite inter partes pendente in judicem delegatum aut arbitrum aliquando electus deputabatur. Præfuit annis XXII. obiit anno MCCCCXCVI. decima octava menſis Februarii, ſepultus in medio clauſtralis Eccleſiæ.

XXII.
CHUNRADUS MURATORIS.

Chunradus Muratoris in Prælatum eligitur præſentibus Epiſcopi *Auguſtenſis* officialibus & *Alberti* Bavariæ Ducis Conſiliariis, in prælaturæ dignitate paucis diebus ſoſpitem duxit vitam. Fuit verò Venerabilis Dominus Præpoſitus *Chonradus* cum ſuis officialibus in temporalibus diſpenſandis rebus competenter gnarus & providus, cultusque divini procurator avidus. Inſuper novum altare in porticu Eccleſiæ erexit & ad honorem Dei & ad ſalutem omnium fidelium defunctorum, in nomine omnium Angelorum & S. *Sylveſtri* Papæ, conſecrari fecit, capellam quoque *S. Martini* in *Hadern* quam vetuſtas devaſtaverat, renovavit & ex fundo novum chorum cum turri nova ædificavit. Poſtmodum conſpiciens Eccleſiam S. Georii quem parrochialem in *Dieſſen* nominant ruinæ ſubjacere miſertus eo quod primũ Monaſterium per B. *Ratbardum* cum auxilio fratris ſui *Auguſtenſis Hautonis* ædificatum & fundatum fuerat, ne tam laudabilis fundatio in contemptum modernorum veniret, & ne vulgi ora contra Clerum, ut moris eſt, latrarent præhabito ſui conventus vitricorum & conſulum fori *Dieſſenſis* conſilio magnum & ſumptuoſum præſtitit in rebus & pecuniis ſubſidium, quibus mediantibus vetus templum ſolotenus dirutum de novo ex fundamentis laudabiliter eſt conſtructum & erectum. Infirmis fratribus condolens novam infirmariam pulchram ædificavit ac domunculam ligneam & decoram apud B. *Razzonem* in *Werd* pro fratribus noſtris ibidem commorantibus conſtruxit. Completis igitur ſui regiminis ſedecim annis & paulo plus devotus ſenex pater Eccleſiaſticis Sacramentis ritè munitus obiit, & in medio Eccleſiæ ſub lapide marmoreo ſepultus fuit, anno Domini MDXII. V. nonas Maij &c.

XXIII.
HIERONYMUS VITI.

Hieronymi Viti Suevus, conventualis anno Domini MDXII. conventualiter eligitur. Fuerunt huic Præpoſito cum civitate in *Dieſſen* multæ graveſque diſſenſiones, quæ per Dominicales Commiſſarios fuerunt ſublatæ. Multa de novo erexit ædificia, omni tempore ſuæ Præpoſituræ benè & utiliter præfuit, annis XXII. cum dimidio. Obiit ætatis ſuæ anno LI. XIIII. die menſis Januarii, anno MDXXXV.

II.

Luitoldi Presbyteri Dieſſenſis, Ord. Canon. Regul. S. Auguſtini, Necrologium Dieſſenſe Seculi XII. à variis interpolatum & auctum, & ad membranas ejus autographas deſcriptum.

Ex Schedis Gewoldianis.

JANUARIUS.

Jani prima dies & ſeptima in fine timetur,
Principium Jani ſanxit tropicus capricorni.

Kal. Jan. Circumciſio Dni.
noſtræ Congregationis Soror obiit.
Hainricus * Presbyter & Canonicus noſtræ Congregationis frater obiit. **

* Faber.

** Anno MCCCXV. Hæc addita à recentiori manu.

IIII. Non. Octava S. Stephani Protom.
Richgardis de Pertingen incluſa, noſtræ Congregationis ſoror obiit.

III. Non. Oct. Johannis Evang.
noſtræ Congr. fr. ob.

II. N̄. Oct. SS. Innocent.
Hainricus (*Scholaſticus*) ob.
Ulricus Presbyter & Canonicus Congr. n. fr. ob. *Anno Domini MCCXCVIII.*
Hermannus Presbyter ob.

Non. Vigilia Teleſphori Papæ & mart. iſte VII. poſt B. Petrum Apoſt. inſtituit tres miſſas in die Natalis Domini.
Guta *Galline* converſa noſtræ Congregationis ſoror ob.
Brido .... Laicus ob.
Hainricus junior Aereſing Laicus obiit MCCCLXIII.

VIII. Idus. Epiphania Domini.
Richerus converſus noſtræ Congregationis frater ob.

VII. Id. Valentini Epiſc. & Conf.
Gerungus *Spariolus* Presbyter & Canonicus n. Congr. fr. ob. *MCCCLV.*
Heinricus Presb. & converſus n. Congr. fr. ob.

VI. Id. .....
Chunradus Presb. & Canonicus.
Hainricus Smieher miles. MCCCXXXV.
Hainricus converſus noſtræ Congregationis frater.
Ulricus Presbyter in Polling & Canonicus obiit.
Giſila Gerwinerinna Laica. ob.

V. Id.

IIII. Id. Mahthildis converſa noſtræ Congregationis ſoror ob.

Otto Presbyter noſtræ Congregationis frater.

III. Id.

II. Id. Mathildis converſa obiit.

Hainricus miles Wildenekker obiit. MCCCLXIII.

Wolthardus Epiſcopus Auguſtanus.

Otto miles de Greiffenberch ob. MCCCLIII. qui legavit Eccleſiæ noſtræ arma ſua & equum ſuum.

Ulricus Presbyter & Canonicus Neocellæ obiit.

Ulricus dictus Sleymaul obiit.

Idus. *Octava Epiphaniæ Domini. Hilarii Confeſſoris.*

Sophia Meillingerin de Peul Laica obiit MCCCXXXV. quæ legavit Conventui V. libras denar. ſuper curiam unam in Erling poſt obitum Domini Ulrici Meillinger.

Elizabet Briwinn noſtra Hoſpita in Auguſta. Obiit MCCCXLII.

XVIIII. Kal. Febr. Felicis Presbyteri.

XVIII. Kal. Mauri Abbatis.

Liutgardis, Adilhaidis converſæ noſtræ Congr. ſorores ob.

Hainricus Decanus de Rayſtingen Presb. & Confr. noſter ob.

Hainricus Textor Laicus ob.

Hainricus dictus Puechprunner Laicus ob. in cujus anniverſario dantur LX. Denar. ex oblayo.

XVII. Kal. *Marcelli Papæ & Martyris.*

Rudigerus dictus Menher ob.

Gertrudis uxor Domini Eberhardi de Porta, Laica ob. anno MCCCXLIV. a qua habemus Hubam in Furtt.

Irmilgardis Laica ob. mater Domini Berchtoldi Magni.

Adelhaidis uxor Gerungi de Huſen, Laica, ob. anno Domini MCCCXXXII.

XVI. Kal. *Antonii Abbatis.*

Mœhtildis Soror Ducis Meraniæ Berhtoldi comitiſſa Coritiæ.

Adelhaid Laica MCCCXLVI. uxor Ulrici Witoltzhover.

XV. Kal. *Priſcæ M. & Virg.*

Berhtoldus converſus noſtræ Congr. Fr. ob.

Hainricus dictus Utinche de Smiehen Laicus ob.

Hainricus Presb. ob.

XIIII. Kal.

XIII. Kal. *Fabiani Papæ & Martyris. Sebaſtiani M.*

Adilhaidis converſa noſtræ Congr. Soror. ob.

XII. Kal. *Agnetis V. & M.*

Chunradus Laicus ob.

Menhardus comes Coritiæ ob. anno gratiæ MCCLVII.

XI. Kal. *Vincentii Mart.*

X. Kal. *Emerentianæ V.*

Hartwicus Epiſcopus Auguſtenſis ob.

Chuonradus Præpoſitus in Bernrieth noſtræ Congr. Fr. ob.

VIIII. Kal. *Timothei Apoſt.*

Gerungus Laicus obiit MCCCXLI.

Eberhardus Laicus dictus Pyerzapf.

Elyſabeth Laica & Diemuodis Laica ob.

VIII. Kal. *Converſio S. Pauli Apoſtoli. Projecti M.*

Hadamarus converſus n. c. Fr. ob.

Mathildis converſa n. c. Soror ob.

Chuonradus converſus n. c. Fr. ob.

Uolricus Judex ob.

Marquardus Laicus ob. Anno Dom. MCCCVI.

VII. Kal. *Policarpi Epiſcopi & Mart.*

Ulricus de Porta ob. MCCCXLIIII. Canonicus Friſingenſis Sepultus in Dyſſenn.

Hainricus de Wil presbyter n. Congr. Fr. obiit, qui dedit Eccleſiæ noſtræ XXIIII. Marcas Argenti cum aliis rebus Mobilibus.

VI. Kal. *Joannis Chryſoſtomi Conf. Et Epiſcopi.*

Hainricus de Polling presbyter obiit.

Hermannus Diaconus noſtræ Congregationis Fr.

Wernherus Abbas in Weſſeſprun obiit MCCCLXIII.

Wilbirch Stegerin Laica obiit.

Hainrich Laicus Potzenhauſer MCCCLXI.

V. Kal. *Octava S. Agnetis V.*

Michael Abbas obiit.

Ulricus Laicus obiit Burhenshover. *

Herboldus n. c. Fr. obiit.

IIII. Kal. *Valerii Epiſcopi & Confeſſoris.*

Agnes Laica ob.

III. Kal. Walburga converſa noſtræ Congregationis Soror obiit.

Kriſtina Schondorferin Laica ob.

Hainricus Maenher civis Monacenſis ob.

II. Kal. Hugo Cono n. c. Fr. ob.

Ludwicus Dux Bavariæ ob. anno Gratiæ MCCLXXXIII.

* Lect. dub. forte *Ruorhenshover.*

FEBRUA-

FEBRUARIUS.

Aſt Februi quarta eſt, præcedit tercia finem
Menſe nume in medio Solidi ſtat ſidus Aquarum.

Kal. Febr. *Brigidæ V.*

Martinus converſus n. Congr. Fr. ob.

Diepertus presb. & Canonicus n. c. Fr. ob.

IIII. Non. *Purificatio S. Mariæ.*

Guota Laica obiit Filia Grifonis.

Lanto converſus noſtræ Congr. Fr. ob.

Nicolaus Presb. & Canonicus Novæ Cellæ ob.

III. Non. *Blaſii Epiſcopi & M.*

Liutoldus Eyſenman civis Monacenſis à quo habemus annuatim redditus duarum librarum Monacenſium à Domo Pertlini in Monaco, ea conditione, ut in Ejus anniverſario oblayerius amminiſtret Conventui LX. Denarios.

II. Non. Agnes Laica ob. uxor Conradi Schondorferii Anno Domini MCCCXXX. De qua habemus Feodum & aream unam in Mamendorf. Mahtildis n. c. Soror ob.

Nonas. *Agathæ V. & M.*

Adelhaydis Laica ob. dicta Wittlin.

Chunradus Schondorfer Laicus ob. MCCCXLIIII.

VIII. Id. *Dorotheæ V. & M.*

Igelolfus, Haindinricus converſi n. Congr. Fratres ob.

Hermannus de Haldenperch Laicus ob. anno Dom. MCCCXXIIII.

VII. Id. Rupertus Presb. ob.

Berchtoldus Subdiaconus ob. dictus Untoltzhover. Otino Presb. n. Congr. Fr. ob.

Maehtild Durggenvelderin Laica ob. quæ contulit tam Eccleſiæ quam oblayo XII. libras denariorum.

VI. Id. Ulricus Amman de Purcbach Laicus ob. Anno MCCCXLV.

Chunradus Diaconus dictus Stubhan Fr. n. Congr. ob. MCCCVI.

Siboto converſus n. Congr. Fr. ob.

Richinza converſa n. c. Soror ob.

V. Id. *Altonis Confeſſoris.*

IIII. Id. *Scholaſticæ Virginis.*

Truhtliebus Subdiaconus n. c. Fr. ob.

Mengohzus converſus ob.

Hainricus Presb. ob.

Otto de Eyrenſperch Laicus ob. MCCCXXIIII.

Chunradus de Nidergelting Laicus ob. MCCCXXXVI.

Gerungus Laicus ob. anno Dom. MCCCXXXV.

Chunradus Decanus Presbyter & Confrater noſter ob.

Agnes Snelmannin ob. MCCCXXXI. in Monaco.

III. Id. Mathildis converſa n. c. Soror ob.

Methildis Laica ob. dicta Gralandin.

Hainricus Presb. & confrater noſter ob. Plebanus in Uting. MCCCXLVIII.

II. Id. Ulricus Uchſtain * ob. *Ita Cod.

Idus. Otilo converſus n. c. Fr. ob.

Fridericus conv. n. c. Fr. ob.

Ch. Dilgenerius Sacerdos Can. n. c. Fr. ob.

Dietricus Laicus ob. in cujus anniverſario dantur LX. Hal. ex oblayo.

XVI. Kal. Sifridus Subdiaconus ob.

Mart. *Valentini M.*

Mathildis Laica ob.

Albertus Presb. & Canonicus n. c. Fr. ob. anno MCCLII. hic rexit hunc Locum in Prælatura novem annis & IIII. Menſibus & reſignavit Prælaturam.

XV. Kal. *Fauſtini & Jovitæ MM.*

Chunradus Laicus ob. de Ungen civis Auguſtanus, qui legavit conventui X. lib. Denar.

XIIII. Kal. *Julianæ V.*

Heinricus Scholaris ob.

Heinricus Presb. Canonicus & Cuſtos majoris Eccleſiæ in Auguſta ob.

XIII. Kal. Sigibotus Conv. n. c. Fr. ob.

Chunigundis converſa n. c. Soror ob.

Hainricus Ramſuenſis Presb. & Canonicus n. c. Fr. ob.

XII. Kal. *Symeonis Epiſc. & M.*

Wernherus Diaconus Can. Auguſtens. Eccleſiæ.

XI. Kal. Eberhardus converſus n. c. Fr. ob.

X. Kal. Eberhardus Canonicus n. c. Fr. ob.

Burchardus Presb. & Monachus. ob.

Fridericus Presb. & Monachus. ob.

VIIII. Kal. Fridricus converſus n. c. Fr. Giſila converſa n. c. Soror ob.

Arnoldus converſus n. c. Fr. ob.

VIII. Kal. *Kathedra S. Petri.*

Adelhaidis converſa n. c. Soror. ob.

VII. Kal. Willibirgis converſa n. c. Soror ob.
Otto Scolaris ob. Joan. Laicus ob.

VI. Kal. *Mathiæ Apoſtoli.*
Adelbertus Preſb. n. c. Fr. ob.
Otto Meilinger Laicus de Hohendorf ob. MCCCLXI.
Ulricus Preſb. & Præpoſitus in Raettenbuoch ob. MCCCXI.
Weigel Aeuſenhover ob.
Irmgard Laica uxor Jordanis judicis. MCCCXXXIIII.

V. Kal. *Waltpurgæ V.*

IIII. Kal. Ulricus Preſb. & Canonicus n. c. Fr. ob.
Geroldus converſus n. c. Fr. ob.
Rapoto Præpoſitus de Pernried ob.

III. Kal. *Leandri Epiſcopi.*
Ortolfus Subdiaconus ob.

II. Kal. Berhta Laica de Telfs ob.

MARTIUS.

Martius prima necat, cujus ſi cuſpide quarta eſt
Procedunt duplices in Martia tempora piſces.

Kal. Mart. Perhtoldus n. c. Fr. ob.
Ulricus Witoltzhover Laicus ob. MCCCLII.
Joannes Plebanus in Egling Preſb. & Confr. n. ob.
Clara Laica ob.
Chunradus Plebanus in Pael Preſb. ob. Fr. noſter.
Hainricus Rewchner Can. Pawburg Fr. n. ob.
Rudolfus Laicus ob. Cocus Eccleſiæ & Piſtor.
Hainricus Præpoſitus in Polling. ob. MCCCXXXIIII.

VI. Non. *Fortunati Epiſcopi.*
Albertus Præpoſitus S. Crucis in Auguſta n. c. Fr. ob.
Eufemia conv. n. c. Soror ob.
Hainricus Peiſenwegger ob.

V. Non. *Chunigundis Imperatricis & Virginis.*
Otto Preſb. conv. n. c. Fr. ob.
Berhtoldus Preſb. Filius Chunradi judicis ob. MCCCXLI. de Familia Eccleſiæ noſtræ.

IIII. Non. *Martyrum Octingentorum.*
Sigewinus converſus n. c. Fr. ob.

III. Non. Chuonradus, Berhtoldus converſi n. c. Fr. ob.
Diemodis converſa n. c. Soror ob. *.

* in caligrapha illa & poligrapha?

Adelhaidis conv. n. c. Soror ob. dicta Ettelslocherin.
Ulricus Laicus de Erringen obiit.
Weichnandus Junior de Eyrinſpurch Miles. MCCCXXII.

II. Non. Eberhardus Preſbyter ob.
Fridericus Laicus ob.
Ulricus Preſb. & Fr. n. Geyſſo ob. MCCCLVIII.

Eufemia Laica ob. de Eyrenſpurch.

Nonis. *Perpetuæ & Felicitatis MM.*
Goteboldus converſus n. c. Fr. ob.
Beteloch converſa n. c. Soror ob.
Hailwigis converſa n. c. Soror ob.
Diemudis Mater Eyrenſpurch Laica ob. MCCCXL.
Hainricus Tolrer Laicus ob. MCCCXLII

VIII. Id. Hiltipurch converſa n. c. Soror ob.
Chunigundis converſa n. c. Soror ob.
Chunradus Scintilla Halbrandus Preſbyteri & Canonici n. c. Fr.

VII. Id. *Quadraginta MM. Militum.*
Sweicker Eglinger Preſb. & Canonicus n. c. Fr. ob. MCCCXLII.

VI. Id. *Quadraginta & duorum MM.*
Gotehalmus converſus n. c. Fr. ob.
Eberhardus Pfetrer Preſb. & Canonicus n. c. Fr. ob. MCCCXVII.

V. Id. Vorhtliep Laica
Gertrudis Laica obiit. Soror Adelhaid.
Ricandis Waltradis convers. n. c. Soror. ob.
Hainricus Aantſidler * de Cell Preſb. & Canonicus ob.

* fortè *Lantſidler.*

Ulricus Laicus ob. Hainricus Laic. ob.

IIII. Id. *Gregorii Papæ.*
Hainricus Laicus ob.
Mechtildis Laica ob. in cujus Anniverſario dantur XXX. Denarii.
Hainricus converſus n. c. Fr. ob.

III. Id. Giſila Laica ob.

II. Id. Fridericus Epiſcopus Eccleſiæ Auguſtenſis anno Dom. MCCCXXXI.

Idus. Selbradus Preſb. n. c. Fr. ob.
Perhtholdus Preſb. & Monachus.
Hainricus Preb. dictus Sizzo ob. anno Dom. MCCCVIII.
Arnoldus Preſb. & Confrater n. ob.

XVII. Kal. April. Otto Friſingenſis Epiſcopus ob.
Heinricus Menchinger Preſb. & Canonicus n. c. Fr. ob. MCCCXLVII.

XVI. Kal. *Patritii Epiſcopi & Gertrudis Virg.*

XV. Kal. Berhtoldus Pollingæ Præpoſitus n. c. Fr. ob.
Amelfridus converſus n. c. Fr. ob.
Fridericus preſb. & Canonicus Novæ Cellæ ob.

Outa Irmingart converſa n. c. Sorores ob.

XIIII.Kal. *Translatio S. Mariæ Magdalenæ.*
Hainricus Pres. conver. n. c. Fr. ob.
Rihgardis conver. n. c. Soror ob.
Wolſhardus Zwerger Laicus ob. MCCCLXVIII.
Oulricus Eyſenman Laicus ob. a quo habemus annuatim redditus III. Librarum Monac. ex quadam Domo vulgò dicta Ekkhaus in Monaco , ita ut in ejus Anniverſario conventui LX. denarios amminiſtret.

XIII. Kal. Outa converſa n. c. Soror ob.
Giſila Abbatiſſa de Altinmünſter n. c. Soror ob.
Chunradus Præpoſitus in Weyrn Filius Purchardi ob. Fr. noſtræ Congr.

XII. Kal. Benedicti Abbatis.
Wernherus n. c. Fr. ob.
Mechtildis. Margareta ob.
Dietmarus converſus n. c. Fr. ob.

XI. Kal. Hainricus Laicus Stubhan ob.

X. Kal.

VIIII.Kal. *Quirini M.*
Anno ab incarnatione Domini MCLXXXXV. Agnes Duciſſa ob. Sepulta in capitolio.
Judutta Laica ob.
Chuonradus Senfto conver. n. c. Fr. ob.

VIII. Kal. *Annuntiatio S. Mariæ V.*
Ruodolfus Presb. & Canonicus n. c. Fr. ob.

VII. Kal. *Caſtoli M.*
Chuonradus converſus n. c. Fr. ob.
Uol puer ob.
Bertoldus Schondorfer Laicus ob. MCCCLXXXI.

VI. Kal. *Reſurrectio Domini Ruodperti Epiſcopi.*
Wolſbertus. Sifridus converſi n. c. Fr. ob.
Krafto Canonicus ob. Summus Præpoſitus Auguſtenſis MCCCXXXIII. In cujus Anniverſario Præpoſitus noſter tenetur dare conventui unam libram Den. quia legavit Eccleſiæ XX. *Scheffl Kern.*
Arnoldus de Bürglär Præpoſitus S. Crucis in Auguſta n. c. Fr. ob.

V. Kal. Popo Presb. & Decanus n. c. Fr. ob.
Hainricus Spaeglein ob.
Albertus Wagner Laicus ob.

IIII. Kal. Agnes Laica ob.
Ruotpertus Adelmannus qui dedit nobis duas curias unam Altinshovin, alteram Wezhelingen, Presbyteri & Canonici n. c. Fr. ob.
Diemot incluſa ob.
Hiltipurch conver. n. c. Soror ob.

III. Kal. *Eulalia V.*
Gozwinus conver. n. c. Fr. ob.

II. Kal. Hartungus conver. n. c. Fr. ob. (*)

APRILIS.

Aprilis decima & undena à fine timetur
Reſpicis Aprilis aries Frixee Kalendas.

Kal. April. Converſio S. Mariæ Magdalenæ.
Hartungus converſus n. Congr. frater obiit.
Wernherus Presb. & Canonicus Mon. S. Crucis Auguſtæ.

IIII. Non. Wernherus Laicus obiit.
Hainricus de Schondorf Laicus obiit.
Otto Salizman Laicus.
Ovta converſa noſtræ Congregationis ſoror ob.
Ch. Presb. & confrater noſter obiit de Walſtat.

III. Non. Sixti PP. & M.
Gebehardus converſus noſtræ Congr. Fr. ob.
Hainricus Laicus obiit.
Hainricus Presb. & Monachus ob.
Sabey Zwergerin Laica obiit. MCCCLV.
Catherina Laica ob.
Recolfus Abbas de Buerren pie memorie obiit anno Domini MCCLXXXIII.

II. Non. Ambroſii Epiſcopi.
Otto Præpoſitus in Bernrieht à famil. Eccleſiæ ſuæ occiſus.
Hunoldus converſus noſtræ Congreg. Fr. ob.
Joannes Laicus de Aychhaim.
Ch. Laicus Slazbart.
Dedicatio capellæ S. Sepulcri, cujus

(*) Cum in primum trimeſtre hujus Necrologii per Trajectionem Dierum palmarii errores irrepſiſſent, à R. P. *D. FERDINANDO KELLERTZHOVERO Archivii Dieſſenſis* Præfecto Doctiſſimo monitus Typographus, ex præſcripto ejusdem clariſſimi viri, mutatis chartis emendari curavit, cui præterea ſequentium Mendorum hoc in Necrologio Indicinam & Emendationem ultrò referimus in acceptis.
Pag. 662. Col. 1. Lin. 1. pro *comitiſſa* lege *converſa.*
P. Ead. Col. 2. Lin. 43. poſt verbum *confirmavit* adde : *nobis oblegium.*
P. 665. Col. 2. Lin. 60. pro *Haete* hiulco , lege. *Hoedern.*
P. 668. Col. 1. Lin. 57. dele verba: *qua dicitur Himelcron* & repone ead. Pag. & Col. Lin. 64. poſt verbum *in coenobio*, ut Legatur : *in coenobio, quod dicitur Himelcron.*

cujus celebritas añuatim feſtiva recolitur in octava Paſche.

Otto Præpoſitus hujus nominis tertius pie memorie in Bernriet, cui ſucceſſit Chunradus hujus Eccleſie Canonicus.

Nonis. Hartwicus converſus noſtræ Congregationis frater ob.

Hainricus Laicus.

Hainricus Huze Presb. & Canonicus n. Congr. fr. ob.

VIII. Id. Celeſtini PP. & M.

Dedicatio Altarium S. Crucis & SS. Apoſtolorum Petri & Pauli in Mon. quæ recolitur in octava Paſche.

Elizabeth dicta de Ende nobilis libera, Laica, obiit MCCCXLII.

Dedicatio Altaris S. Leonhardi recolenda in octava Paſche.

VII. Id. Ribaldus Acolitus obiit.

Gerdrut converſa ob.

Giſila Comitiſſa de Berge ob.

Suiridus de Undingen, Decanus obiit.

VI. Id. Berhta. Benedicta converſæ noſtræ Congr. ſorores obierunt.

Albertus Laicus ob.

V. Id. Mariæ Egyptiacæ.

Chunnegundis de Smichen Laica obiit MCCCLXXIX.

Giſila converſa noſtræ Congregationis ſoror ob.

Mahtildis de Bernriet converſa obiit.

IIII. Id. Ch. Epiſcopus Friſingenſis ob.

Wentela Meilingerin Laica ob. MCCCXII. à qua habemus curiam in Niderprunnen.

III. Id. Leonis PP.

Eppo. Arbo converſi noſtre Congregationis fr. ob.

Weichnandus Senior de Eyrnſpurch Vice-Dominus Laicus obiit MCCLXXXVIII.

Gotſchalcus Taeninger Laicus obiit anno MCCCXXXV. qui legavit Conventui XX. libras denar. quo pretio comparavimus decimam in Iberling, Oblayerio noſtro ea conditione quod pro remedio anime ſue perpetuo, ſingulis ſeptimanis una Miſſa celebretur de Beata Virgine, ad S. Stephanum in altari S. Blaſii ibidem & Sacerdoti eandem celebranti IIII. denarii dentur à dicto Oblayerio. Finaliter etiam legavit Eccleſiæ noſtre XXIIII. libras denar. in anniverſario ipſius.

II. Id. Chuonradus Laicus obiit.

Idus. Oulſcalchus converſus noſtre Eccleſie frater ob.

Hermannus Presb. & Canonicus dictus Stifter n. Congr. fr. obiit MCCCXLV.

XVIII. Kal. Maij. Tiburtii. Valeriani & Maximi M.

Ulricus Presb. & confr. noſter ob. filius Jordani.

XVII. Kal. Mergardis converſa noſtre Congreg. ſoror ob.

XVI. Kal. Perchtoldus, Laicus, Graf de Monaco Ita converſa noſtræ Congr. ſoror ob.

Witelo Presb. noſtræ Congr. frater obiit.

Waltmannus de Wincheln Laicus obiit.

Chunegundis Laica ob. de Schondorf à qua habemus dimidiam hubam.

XV. Kal. Ch. Giffenbanck Presb. & Canonicus noſter confrater ob. MCCCXXXVIII.

Dietmarus converſus noſtre Congreg. frater obiit.

Chunradus dictus Piſenweg Presb. Ord. Frat. Minorum.

XIIII. Kal. Imma Laica obiit.

Chunr. Laicus Eyſenman de Monaco.

XIII. Kal. Adilhaidis converſa noſtræ Congreg. ſoror obiit Leonis PP. noni.

Goteboldus, Chuonradus Hagner Presb. & Canonici. Richerus conv. n. Congr. fratres ob. Sifridus Laicus ob.

Chuonradus Presb. & Canonicus in Pernriet obiit.

Chunr. Laicus dictus Lang civis Auguſtenſis obiit MCCCXLIIII.

XII. Kal. Hiltigardis converſa noſtræ Congreg. ſoror obiit.

Gertrudis converſa noſtræ Congreg. ſoror obiit.

Hildrudis converſa noſtræ Congreg. ſoror ob.

Chunradus pater Sallarij Laicus obiit.

Adelhaid. Textrix Laica MCCCXL.

XI. Kal. Adelhaidis puella converſa noſtræ Congr. ſoror obiit.

Eberhardus Laicus dictus Torer ob. anno Dom. MCCCXIII. qui dedit nobis curiam in Kufringen pro remedio anime ſue, in cujus anniverſario cuilibet Presbytero datur potus vini albus panis & duo fercula præter ſolitam prebendam.

Guota de Hondorf Laica obiit.

X. Kal. Gaji PP. & M. Sotheris PP. & M. qui paſſi ſunt Rome ſub Diocletiano, & beata Afra Auguſte.

VIIII. Kal. Otto Comes ſenior & major Domus ob. ſepultus in meridiana abſida Eccleſie S. Stephani.
Sigebandus conv. n. Congr. fr.
Gotesdiu converſa noſtræ Congreg. ſoror obiit.
Chuonradus Diaconus ob. Medicus converſus n. Congr. fr.
Chunradus de Tegernſee Presb. obiit MCCCLX.
Katerina uxor Eberhardi de Porta, * Laica ob. MCCCL.

* h.e. Thorer de Euraſpurg.

VIII. Kal. Georgii M. Adelberti Epiſc. & M.
Berhtoldus converſus noſtræ Congreg. fr. ob.
Hainricus de Hage converſus noſtræ Congr. frater ob.
Wikerus Laicus ob. Faber noſter.
Eberhardus Laicus ob. de Schondorf in cujus anniverſario refectio plena, fieri debet. Qui dedit nobis predia in Forchaim & in Stubai.

VII. Kal. Marci Evang. Letania Major.
Richgardis de Geyſenvelt.
Geroldus converſus n. Congr. fr.
Richinha converſa n. Congr. ſoror.
Chunradus Abbas de Weihenſtefen obiit.
Hartwicus Laicus murator noſter obiit.

VI. Kal. Marcellini PP. & M. Cleti PP. & M.
Bertholdus acolitus converſus noſtræ Congr. frater ob.
Giſilherus Canonicus obiit.
Gripho ſenior Laicus obiit.
Chuonradus Presb. & Canonicus n. Congr. fr. obiit.

V. Kal. Dedicatio in Schondorf celebratur proxima Dominica ante alle . . . . .
Marcwardus converſus obiit.
Betelouch. Adilhaid converſe n. Congr. ſorores obierunt.
Dedicatio capellæ S. Thome Apoſtoli & S. Auguſtini Epiſcopi.
Anna Meilingerina Laica obiit, que dedit nobis ad valorem VIII. librar. denar. Anno MCCCLXXIX.

IIII. Kal. Vitalis M.
Hartwicus converſus noſtræ Congreg. fr. ob.
Roudolfus Laicus obiit.
Otto converſus n. Congr. fr. ob.
Deginhardus, Præpoſitus II. converſus noſtre Congr. frater ob. Anno Verbi incarnati MCCIIII. ſepultus ante altare S. Joannis Evangeliſtæ.
Ulricus Laicus obiit dictus Munech. Anno MCCCXVI.

III. Kal. Heinricus Presb. ob. MCCCLI.
Hainricus dictus Pollinger Presb. & Canonicus in Pernried. MCCCXLVI.

II. Kal.

MAJUS.

Tertius in Majo lupus eſt, & ſeptimus anguis
Majus Agenorei miratur cornua tauri.

Kal. Maij. Chunradus Presbyter.
Maehtild Laica de Swaphuſen ſoror Dom. Ch. Præpoſiti Dyſsn.
Hermañus Presb. & Decanus novecelle ob. MCCCLXXXVI.
Henricus Sacerdos & Rector in Widerſpach obiit MCCCLXXI. qui legavit Eccleſie X. libr. denar. & Conventui X. libr. denar.
Chuonradus Sacerdos dictus Droezinger obiit MCCXCVII. qui largitus eſt S. Marie V. in Dyezzen inferiorem curiam in Almtingen, penes caſtrum quod dicitur Seevelt ad ſe pertinentem jure proprietario pro ſalute anime ſue.
Anno Incarnationis Dominice Milleſimo CLXXXVI. Otto Babenbergenſis Epiſcopus obiit, qui hanc Eccleſiam dedicavit & dotavit cum prediis. magnifice ditavit Muſingen & Kirichaim.
Gertrud. Ita converſa n. Congr. ſoror obiit.

VI. Non. Anno Verbi incarnati Mill. CLVIII. Hainricus Comes de Wolfratehuſin ob. ſepultus in capitolo.
Mathildis Perinn obiit in vigilia S. Crucis anno Domini MCCCXLVIII. Translatio S. Elyzabet.

V. Non. Inventio S. Crucis. Alexandri, Eventii & Theodoli M.
Otilia Laica obiit.
Engelſchaltus de Rorbach Laicus obiit anno MCCCXXXIIII. in cujus anniverſario Prelatus dare debet annuatim unum potum latini vini, album panem, duo fercula ad conſuetam prebendam per ſingulos conventuales.
Hainricus Hevelin fidelis famulus noſter, qui in negotio Eccleſie in Bozano deceſſit & ibidem eſt ſepultus.

IIII. Non. Floriani M.
Purchardus Presb. noſtræ Congreg. fr. obiit.
Margareta Laica Grünharzhoverin MCCCLXXIII.

III. Non. Aſcenſio Domini. Gotehardi Epiſc. & Conf.
Gozwinus Presb. noſtræ Congregat. fr. ob.

II. Non. S. Joannis ante Portam Latinam.
Syfridus Laicus occiſus obiit.

Anno ab Incarnatione Domini MCCXXXI. Beatrix Duciſſa Meraniæ (*g*) obiit.
Anno ab Incarnatione Domini MCCXXXIIII. Otto Dux Meraniæ obiit. *Sepulti Lanchaim.* (*h*)

Nonis. Juvenalis M.
Hainricus Winkeler Diaconus noſtræ Congr. frater obiit.
Otto de Greifenperch qui dedit nobis curiam apud Praprunnen in Puech obiit MCCCXXIIII.
Hainricus conv. n. Congr. fr. ob.
Wolftrigl Laicus obiit.
Ulricus Presbyter obiit.
Hainricus Forher Laicus, qui dedit nobis hubam in Paeztenhart, obiit MCCCXLV.

VIII. Id. Victoris M.
Meginwardus Presb. obiit noſtræ Congr. fr.
Pernhardus converſus n. Congreg. fr. obiit.
Mehtildis de Siſteranis obiit.
Gundacher obiit.
Chunradus Canonicus Friſingenſis, de Porta Rector Eccleſie noſtre Kaufring. MCCCXXXVIII.

VII. Id. Translatio S. Andree Apoſtoli.
Herburgis converſa noſtræ Congreg. ſoror obiit.

VI. Idus. Gordiani & Epimachi M.
Anno ab Incarnatione Domini Mill. C.LV. Hainricus Ratiſponenſis Epiſcopus ob.
Hadwig Hanshaimin Laica MCCCXLV.
Marcwardus converſus noſtræ Congr. fr. obiit.

V. Idus. Dedicatio capelle S. Leonhardi in Uttingen, celebratur proxima Dominica poſt aſcenſionem Domini.
Luigardis converſa noſtræ Congregationis ſoror ob.

IIII. Id. Pancratii Nerei & Achillei M.
Dionyſii Conf. Patris S. Pancratii.
Mengoh converſ. n. Congr. fr. ob.
Hainricus Presb. Mueſigenſis, & Canonicus n. Congr. fr. ob.
Adelhaidis Pozenhauſerinn Laica obiit.

III. Id. Gingolfi M. Marie ad Martires.
Servacii Epiſcopi & Conf.
Mathildis converſa n. Congr. ſoror obiit.
Chunradus Prepoſitus nove celle obiit.
Eberhardus Presb. & confrater noſter.

II. Id. Victoris egregi M.

Idus. Deſcenſio S. Spiritûs.
Diemudis Paeringerinn obiit anno Domini MCCCXXV.
Chuonradus Canonicus hujus loci quondam poſſeſſor in . . .* ſepultus in capitolo.
Chunradus Scafelarius Presb. & frater noſter.

* membrana hic abſciſſa.

XVII. Kal. Junii. Joannes Scolaris obiit filius Dietlini Brawer.

XVI. Kal. Adelhaidis Laica obiit anno Domini MCCCXVIIII. uxor Ulrici de Seshenhuſen.
Margareta converſa obiit MCCCLXVI.
Teitcha converſa obiit.
Chunigundis Laica dicta Sleherinn obiit MCCCLXXXIII. Mater Domini Præpoſiti Ulrici dictus Sleher.

XV. Kal. Meinboto converſus n. Congreg. fr. obiit.

XIIII. Kal. Potentianæ V.
Gerdrudis converſa n. Congr. ſoror obiit.
Ortlanus judex de Antorf Laicus obiit.

XIII. Kal. Erbo Presb. & Canonicus n. Congr. frater obiit anno Domini MCCCVI.
Chuonradus Torer Laicus obiit de Horenſtein à quo habemus curiam in Heching.
Elyzabet Laica occiſa, granatrix, anno MCCCXXXV.
Nicolaus Presb. & Canonicus ob.
Margareta Laica obiit uxor Gentilis.
Dedicatio Eccleſie in Rieden S. Georii M. celebratur feria tertia proxima poſt diem Penteceſten.

XII. Kal. Oulricus Subdiaconus n. Congr. fr. ob. año Dom. MCCCXV.
Hermannus, Oulricus Presbiteri n. Congr. fratres ob.

XI. Kal. Adelhaidis converſa n. Congr. ſoror obiit.
Dedicatio Eccleſiæ S. Michaelis in Achſenſwanck, celebratur proxima Dominica poſt feſtum Corporis Chriſti, in Dominica infra Octavam.

X. Kal. Berhtoldus Aquileignenſis Patriarcha obiit anno gratie MCCLII. Filius Berhtoldi Ducis Meranie.
Wernherus converſus n. Congreg. fr. ob.
Chuonradus Presb. n. Congreg. frater obiit.
Nicolaus Presb. & Monachus.
Hainricus de Sevelt miles, Laicus. MCCCXLIII.

(*g*) Hoc loco quædam verba eraſa.
(*h*) Hæc verba à manu Sec. XIIII. ineuntis ita dubiè inter Beatricis & Ottonis memoriam ſcripta ut neſcias utri tribuas.

VIIII. Kal. Gedrudis Comitiſſa obiit de Widirſperch.
Irmingardis converſa noſtræ Congregationis ſoror ob.
Hainricus Acolitus Viermaul ob. qui dedit nobis Huobam Oberprunnen.
Dedicatio Mon. S. Stephani & altaris S. Blaſii ibidē & altaris S. Marie Magdalene que annuatim celebratur proxima Dominica poſt Octavam Pentecoſtes.

VIII. Kal. Urbani PP. & M.
Sweigerus Presb. obiit.
Burkardus converſus n. Congr. fr.

VII. Kal. Eleutherii PP. & M.
Bede Presbiteri.
Otto Presb. obiit frater noſter.
Gotſchalchus de Wiedirſperh Laicus ob. à quo habemus curiam in Brunnen.

VI. Kal. Johannis PP. & M.
Swiegerus converſus noſtre Eccleſie frater obiit.
Otto Comes poſt Monachus factus ob. ſepultus Seon Fundator loci iſtius. *Anno MCXXII.* *

* Annus à manu recentiori, ſc. Sec. XIII. labentis adſcriptus.

V. Kal. Germani Epiſcopi.
Otto Presbyter & Monachus.
Abbas in Buern.

IIII. Kal. Maximini Epiſcopi.
Hiltigart converſa n. Congreg. ſoror obiit.
Agnes converſa n. Congr. ſoror ob.
Hainricus ſenior Presb. & Canonicus n. Congr. frater ob. qui ſcripſit propriis manibus matutinalem librum noſtrū & emit decimam in Pidrichingen anno Dom. MCCCXIII.

III. Kal. Felicis PP. & M.
Mathildis Abbatiſſa de Otilineſtetin bone memoriæ obiit añô Verbi incarnati MCLX. ſepulta ante altare S. Johannis Baptiſte.
Eberhardus Prepoſitus. Engelſchalch Abbas obiit.
Oulricus Presb. de Amberch.

II. Kal. Petronelle V.

J U N I U S.

Junius in decimo quindenum à fine ſalutat.
Junius æquatos cælo videt ire Laconas.

Kal. Jun. Mathildis converſa n. Congr. ſor. obiit.
Egelolfus puer obiit.
Nicomedis M.

IIII. Non. Marcellini & Petri M̄.

III. Non. Eraſmi Mr̄.

II. Non. Gueta de Greifenperch anno Domini MCCCXXIIII. que dedit Eccleſie noſtre curiam in Selbebonam, in cujus anniverſario dabuntur duo fercula ad conſuetam prebendam & albus panis & unus potus latini vini.
Chunradus Laicus obiit ex familia Eccleſie.
Ulricus Laicus ob. frater noſter. dictus Traubinger.
Ulricus Moeringer Laicus obiit MCCCXLI.

Pneumatis Octavam Domini lux quando ſequetur
Poſt librum Regum Deus omnium incipiatur.

Nonis. Bonifacii Epiſcopi & M. ſociorumque ejus.
Diemodis converſa noſtre Congreg. ſoror ob.
Anno ab incarnatione Domini MCCXXXVII. Ekebertus Babenbergenſis Epiſcopus obiit filius Bertholdi Ducis Meranie.
Mathildis Laica obiit.

VIII. Id. Bertholdus Prepoſitus & Canonicus, noſtre Congregationis frater obiit pie memorie, qui hunc locum ſtrenuè rexit annis XVIIII. & duobus menſibus anno Domini MCCCXVI. qui etiam cognovit, quod os bovis triturantis non debet alligari, quare motus zelo pietatis & ad perpetue religionis converſationem plurimum intendens, de bonis Eccleſie noſtre ordinavit aſſentiente & conſentiente Venerabili Epiſcopo Deginhardo totoque Capitulo Eccleſie Auguſtane dedit & confirmavit.

VII. Id. Berhta Laica obiit.
Hiltrudis Laica dicta Schuerfeiſinn, in cujus anniverſario Oblaierius dat LX. denar. Conventui.
Aerbo Laicus obiit.

VI. Id. Hainricus Decanus (de Hœhendorf confrater noſter obiit, qui dedit Conventui ſex libras Monacenſes pro quibus comparavimus curiam dotariam in Braitenbrunnen tali condicione quod omni ebdomada celebretur una Miſſa pro Defunctis ad altare S. Johannis Evangeliſte & Presbitero eam celebranti detur dimidius potus vini Auguſtenſis menſure de Oblaio.

V. Id. Primi & Feliciani M̄.

IIII. Id. Columbe Abbatiſſe.
Hainricus. Sigefridus. Presbiteri obierunt.

Seifridus Kelhaimer Laicus obiit MCCCLIII.
Jordanus Laicus obiit occiſus MCCCXLVIII.

III. Id. Barnabe Apli.
Albertus dictus Schlecher anno Domini MCCCLIII.
Rihinza converſa noſtre Congreg. ſoror ob.
Gertrudis converſa noſtre Congreg. ſoror obiit.
Gripho junior, Laicus ob. Giſila Laica ob.
II. Id. Nazarii. Naboris. Baſilidis & Cirini M̄.
Gotehalmus converſus noſtre Congr. frater ob.
Chunradus Laicus obiit de Hoehenwanch.
Idus. Antonii Conf.
Heinricus Wiederſpergenſis, Presbyter & Canonicus n. Congr. fr.
Chunradus dictus Wenig familiaris noſter fidelis MCCCXLVIIII. Laicus, qui donavit Eccleſie noſtre V. libr. denar. & Conventui totidem, ut in ejus anniverſario LX. denarii pro Conventu diſtribuantur ex Oblaio.

XVIII. Kal. Jul. Baſilii Epiſcopi & Conf.
Chunradus Decanus in Winkeln confrater noſter obiit.
Perhtoldus Laicus, miles de Witoltzhofen MCCCXLVI.
XVII. Kal. Viti, Modeſti & Creſcentie V.
XVI. Kal. Translatio S. Quirini M.
Mathildis converſa noſtre Congregationis ſoror obiit.
XV. Kal. Translatio S. Arſatii Epiſcopi & Conf.
Eufemia Abbatiſſa de Altinmunſtir noſtre Congr. ſoror ob. Anno Verbi incarnati MCLXXX. ſepulta ante altare S. Joannis Evangeliſte.
Giſila converſa noſtre Congregationis ſoror ob.

XIIII. Kal. Marci & Marcelliani M.
Otto Dux Meraniæ Comes Palatinus Burgundiæ junior ob. Anno ab Incarnat. Domini MCCXLVIII. Sepultus Lanchaim.
Hainricus Presb. & Monachus A. MCCCXXIII.

XIII. Kal. Gervaſii & Prothaſii M.
Razo Comes ſepultus Werdea.
XII. Kal. Silverii PP. & M.
XI. Kal. Albani M.
Eberhardus Archiepiſcopus Salzburg.
Hainricus Presb. Prepoſitus Pollingenſis.
X. Kal. Paulini Epiſcopi & Conf.
Natale Sanctorum decem millium Martirum una die interfectorum ſub Adriano Imperatore.
Otino Diaconus obiit.
Margareta Imperatrix Romanorum obiit MCCCLVI.

VIIII. Kal. Chunradus Laicus obiit de Wellenberch.
Witto Laicus obiit civis Dyeſſens, qui legavit Conventui V. libras denar. pro quibus emptis certis redditibus in anniverſario ſuo miſſis & vigiliis celebrando, per Oblayerium annuatim Conventui LX. denar. condividantur.

VIII. Kal. Nativitas S. Johannis Baptiſte.
Oſpirna converſa noſtre Congregationis ſoror ob.
Irmgard Laica filia Meylingerii in Pæul, uxor Domini Wikkaeii * ob. MCCCXXXVII. qui legavit Conventui ad valorem V. libr.
Joannes Swentis Canonicus in Pawburg fr. noſter.
Richerus Canonicus & frater noſter ibidem.

VII. Kal. Hermannus converſus noſtre Congr. fr. ob. qui imaginem S. Marie V. & brachium S. Nicolai & cyborium & duas cruces meliores & ceptrum & turribulum argent. confabricavit & aliis pleriſque laboribus ſuis theſaurum Eccleſie noſtre multiplicavit.
Hainricus Abbas in Beurn obiit pie memorie.
Anna Duciſſa Bawarie obiit anno Domini MCCLXXI.

VI. Kal. Johannis & Pauli M.
Perhtoldus Comes, fundator hujus loci poſt converſus noſtre Congr. fr. ob. ſepultus in capitolio, anno gratiæ MCLI. Pater Beate Machtildis Abbatiſſe, qui dedit Eccleſie noſtre quatuor curias, duas in loco, qui dicitur Prunnen juxta Maenchingen, alias duas in Ekk juxta Mammendorf & quatuor manſus, unum in Dyeſſen, alium in Fronried, tertium in Pruntal, quartum in Bozano.

V. Kal. Fridericus Presb. obiit.
Baltwinus converſus noſtre Congregationis fr.
Berhta converſus noſtre Congr. fr.
Perchtoldus Presb. & Decanus in Ror noſter confrater.
Dedicatio Eccleſie S. Johannis Bapt. Smihen.
IIII. Kal. Leonis PP. Vig.

Oertli-

* ita Cod.

Oertlinus Meilinger extinctus in aqua anno MCCCXLVI.
Luttoldus converſus noſtre Congreg. frater obiit.

III. Kal. Petri & Pauli Apoſtolorum.
Gotfridus Presb. & Monachus in Weſſizpruñen MCCCXLII.

II. Kal. Memoria S. Pauli. Erindrude V.

JULIUS.

Tredecimus Julii decimo innuit ante Kalendas
Solſticio ardentis cancri fert Julius aſtrum.

Kal. Julii. Octava S. Joannis Baptiſte.
Ovdalricus converſus noſtre Congreg. frater ob.
Albertus Laicus poſt converſus obiit in Bozano.
Anno Domini MCCXCI. Chunradus Laicus judex in Diezzen obiit.
Hainricus Laicus Werder noſter colonus fidelis. MCCCXLIII.
Gerdrudis converſa noſtre Congreg. ſoror ob.

VI. Non. Proceſſi & Martiniani M.
Joannes dictus Amman Laicus, occiſus anno MCCCXVIII.
Ulricus Præpoſitus obiit in Underſtorf MCCCLXXI.
Johannes Laicus obiit de Hauſen.

V. Non. Translatio S. Thome Apoſtoli.
Hainricus Subdiaconus noſtre Congreg. frater ob.

IIII. Non. Oudalrici Epiſc. Translatio S. Martini Epiſcopi.
Arnoldus Presb. & Canonicus n. Congr. fr. dictus Miſchenrieder MCCCXLIIII. in cujus anniverſario Oblaierius dat Conventui quatuor ſol. br̄. den. & pauperibus XII. den.
Joannes Eiſenrich occiſus. MCCCLXXXIII.
Adelhaid Laica dicta Slazharterinn vidua.

III. Non. Hartmañus Epiſcopus Auguſtenſis obiit.
Gripho Presb. n. Congr. fr. obiit.
Remboto Præpoſitus in Pernried Presb. & Canonicus noſtre Congr. fr. ob. Anno MCCCXXXIIII.
Liugardis Laica obiit.

II. Non. Octava Apoſtolorum. Goaris Conf.
Ortliebus Presb. & Prepoſitus III. n. Congr. frater obiit. Anno MCCXXIIII. ſepultus in medio Monaſterio.
Johannes Winchler Presb. & Canonicus novecelle.
Chuonradus dictus Monacenſis Presb. & Canonicus n. Congreg. fr. obiit, in cujus anniverſario Oblayerius Conventui XL. den. dare annuatim tenetur.

None. Willibaldi Epiſcopi & Conf.

VIII. Idus. Chiliani & ſociorum ejus.
Anna obiit Laica, Jordani Tiglonis uxor, qui ambo nobis dederunt XXIIII. libras den. - - - * quibus comparavimus XL. Tagwerch feni, ad ſolvendum duas libras den.
Breum ** in Vindingen de vigul - - - *cætera eraſa.*

* fortè *Bernatum.*

** ita & ſuperius.

VII. Id. Translatio S. Nycolai Epiſcopi.
Andreas Knaberlin Laicus obiit anno MCCCCXVII.

VI. Id. Septem Fratrum filiorũ Felicitatis.
Georius dictus Greuff.
Otto miles Zwerger obiit, qui dedit Eccleſie noſtre curiam in Scheffeltrag & duos equos cum armis & tertium cum veſtimentis, qui dicitur Waett Sak, & ſacerdotale veſtimentum.

V. Id. Translatio S. Benedicti Abbatis.
Eberhardus converſus n. Congr. frater obiit.
Berhta de Hage converſa n. Congr. ſoror ob.
Mechtild Forherinn Laica obiit MCCCLXIIII.

IIII. Id. Margarete V. & M.
Chuonradus de Oetlingen MCCCII.
Hainrici Imperatoris.
Sifridus Laicus obiit.

III. Id. Anacleti PP. & M.
Wernherus Diaconus obiit.

II. Idus. Oulricus Dienſtman obiit & uxor ejus Gerdrut.
Goteſcalchus Decanus de Halſtat obiit, qui dedit nobis calicem unum & thuribulum argenteum & X. marcas argenti ut ex eo predium emeretur, de cujus reditibus annuatim larga refectio omni Congregationi fieret.

Idus. Diviſio Apoſtolorum.
Hadewic Comitiſſa obiit anno MCLXXVI. uxor Bertoldi Marchionis, ſepulta in capitolio. *
Wilwirgis Laica MCCCLXVI.
Ludwicus Laicus obiit antiquus judex in Landſperch, frater noſter.

* ita ſæpius pro *Capitulo.*

XVII. Kal. Aug. Margareta Laica obiit ſoror Domini Henrici Prepoſiti.
Dedicatio Altaris S. Jacobi Apoſtoli.
Hermannus Laicus Hagenhañ ob.
Diemuedis Laica obiit.

Chunradus Presb. & Canonicus in Ror obiit.
Nicolaus civis de Weilhaim obiit MCCCXLIX.
Maehtildis Laica ob. MCCCLXVII.
XVI.Kal. Alexii Conf.
Hainricus felicis recordationis Marchio Iſtrie filius Ducis Meranie Bertoldi, die iſta juſſa carnis exſolvit ſepultus in capitolio, qui & pro remedio animæ ſuæ ac majorum ſuorum dedit Eccleſie S. Marie in Diezen jus Patronatus Eccleſiæ S. Petri Inchingen & duas curias ibidem & unum manſum & molendinum & Hage cum attinentiis & plauſtra vini hac conditione promiſſa, quod Prelatus, qui pro tempore fuerit cum toto Conventu Deum habens pre oculis debeat anniverſarium ejus annuatim Miſſarum executione, Elemoſinarum largitione perpetualiter celebrare. Anno Incarnationis Dominicæ MCCXX. - - - *

*reliqua recisa in Membrana aliàs satis lacera.

Filius Griffonis magnus puer ob.
XV. Kal. Albertus Dux Auſtriæ obiit.
XIIII.Kal.
XIII.Kal. Berhta conver. n. Congr. ſoror ob.
Agnes Regina Francie obiit filia Ducis Meraniæ Berhtoldi.
Juta Laica de Schon - - - *

* reliqua recisa, fortè *Schondorf.*

Joannes Meilinger ob. qui dedit Conventui Huobam in Mamhofen, ut anniverſarius ejus annuatim peragatur.
XII. Kal. Braxedis V.
Dedicatio Eccleſie S. Viti Windaho.
Ulricus Megenloch Laicus obiit.
XI.Kal. Hermannus converſus n. Congr.
Luitgard converſa n. Congreg. ſoror obiit.
Gripho Laicus de Andehſe obiit, à quo habemus curiam Brunnen.
Otto Erlinger Presb. & Canonicus n. Congr. frater obiit. MCCCXVIII.

X. Kal. Apollinaris Mr.
Heinricus Zwerger Laicus ob. MCCCLXXV.
Hainricus Sallarius obiit MCCCXXVIII.

VIIII.Kal. Vig. Criſpine V.
VIII.Kal. Jacobi Apoſtoli. Chriſtofori M. Anne matris Marie. *

*recentiori manu Sec. XIIII. Labentis.

VII. Kal. Judocus Presb. dictus Puchprunner Rector in Ereſingen obiit.
Berhtoldus de Hohenrain Laicus obiit, qui dedit nobis calicem unum & caſulam, manſum etiam in Dingeharting & X. marcas argenti, in cujus anniverſario plena refectio omni Congregationi ſubminiſtrabitur, Elemoſine etiam in pauperes fieri debent, quarum hic eſt modus: Panes C. Formadii XXX. lagena ceveviſie.
VI. Kal. Marthe V.
V. Kal. Pantaleimonis M.
Emcho Epiſcopus Friſingenſis ob.
Buchardus puer converſus n. Congr. fr. obiit.
IIII. Kal. Felicis PP. & M. Simplicii. Fauſtini & Beatricis M.
III. Kal. Abdon & Sennen M.
Hainricus dictus Mamendorffer Laicus obiit.
Herburgis Laica obiit.
Irmgardis Laica, fidelis famula MCCCXLVIIII.
Seitzlinus Scolaris.
Dietmarus Presb. & Canonicus obiit.
II. Kal. Tertullinni Germani Epiſc.
Conſtantinus Scolaris obiit.

AUGUSTUS.

Auguſti nepa prima fugat de fine ſecundam
Auguſtum menſem Leo fervidus igne perurit.

Kal. Aug. Vincula S. Petri. VII. Machabeorum.
Berhtoldus Pachriter Scolaris ob. Anno Domini MCCCXXV.
Hainricus Laicus obiit cocus noſter.
Stephanus de Porta Laicus obiit.

IIII. Non. Stephanus PP. & M.
Joañes Presb. n. Congr. frater.
Adelhaid Laica dicta Schererin in Wilhaim de familia ob.
Chunradus Presb. Conventus noſtri obiit anno Domini MCCCXVII.
Hainricus Laicus obiit.

III. Non. Inventio S. Stephani prothom. Nichodemi. Gamalielis.
Hadwigis Sallerin Laica anno Domini MCCCXXIII.
II. Non. Oudalricus conv. n. Congr. fr. ob.
Hainricus ob dem Sant, Laicus obiit.
Echebertus de Butene Comes ob.

None. Oſwaldi Regis & M. Dominici Conf. *

* manu recentiori.

Otto Pyenzenawer miles obiit MCCCLXXI.
VIII. Id. Sixti PP. & M. Feliciſſimi & Agapiti M.
Dedicatio capellæ S. Martini in Haete - - - - *

* reliquum recisum.

Præponatur Afræ Salomon in principioque.
VII. Id. Afre M. Donati Epi.
Chunradus Haechinger obiit.

Chuonradus Puelſperger Presb. & Canonicus noſter confrater obiit anno Dom. MCCCXXXIII.
Sabina Laica obiit dicta Wilbrechtinn Hoſpita noſtra in Monaco.
VI. Id. Ciriaci M. & ſociorum ejus.
Agnes Layca obiit uxor Purchardi anno Domini MCCCXLIX.
Methildis Laica.

V. Id. Vig. Romani M.
Henricus Raſppo Laicus obiit MCCCLXXI.
IIII. Id. Laurentii M.
Ůlricus Prepoſitus obiit in cella Dyetrami MCCCLXV.
III. Id. Tiburtii M.
Berhtoldus Dux & Marchyo ob. *recentior paulo manus adſcripſit.* Dux Meranie Marchio Yſtrie. ſepultus in capitolio Anno Milleſimo CCIIII. Verbi incarnati.
Dedicatio capelle S. Albani.
Chuonrad conv. n. Congr. fr. ob.
Chuonradus Wagner Laicus. MCCCXLIII.

II. Id. Hilarie. Digne. Eunomie. Eutropie M.
Gertrudis converſa n. Congr. ſoror obiit.
Guntherus Præpoſitus Pollingenſis pie memorie obiit.
Ulricus dictus Glazhart Presb. & Canonicus n. Congr. fr. MCCCXLIX. qui ſepultus eſt in Brechtamsgaden.

Idus. Ypoliti & ſociorum ejus.
Siboto Epiſcopus Auguſtanus Pater converſus obiit.
Irmgardis Laica Arnoltinn de Smyehen n. Congr. ſoror MCCCXXXVI.
Hainricus dictus Hilprant judex in Pael converſus n. Congr. fr. qui dedit nobis prediolum quoddam in Aeth & Dytelſtetten jus patronatus cum decima & dote.
XVIIII. Kal. Sept. Euſebii Conf. Vig.
Chunradus dictus Prem Presb. & Canonicus n. confrater.
Roudpertus Abbas de Ottinburin obiit.
XVIII. Kal. Aſſumptio S. Marie V.
Agnes dicta Reſthinn de Weilhaim Laica, quæ dedit Conventui XIIII. ſolidos long. m.*

* longæ monetæ.

Agnes Laica.
Otto Dux Bawarie ob.
Chuonradus de Hage Laicus ob.
V. Id. Sophia de Stire Marchioniſſa ob.
Sibandus Laicus. Hawardus conv.
Wernherus, Oulricus Laicus, Hemma Laica ob.
IIII. Id. Henricus Laicus ob.
III. Id. Chuonradus Laicus ob. pie memorie.
Welfo. Albertus Laicus. Hadewich converſus ob. Dritta Laica ob.
Oulſcalchus Laicus ob. de Hohendorf, qui dedit partem nemoris in eodem loco.
Idus. Hubertus Laicus ob. Mathildis converſa ob. Engila Laica ob.
XVII. Kal. Aug.
Richgart Laica obiit.
XVI. Kal. Waltherus Presb. Purchardus converſus ob. Otilia L. ob.
XV. Kal. Hertwich L. ob. Adelhaidis L. ob. Bertholdus L. ob.
XIIII. Meinrath converſus ob. Merigarth converſa ob.
XIII. Oulricus L. ob. de Yſenwanch, qui dedit nobis curiam in eodem loco.
XII. Kal. Gerbertus Presb. Arnolfus. Hartmannus L. obiit.
Friderun Laicus ob. de Aſcheringin.
Mathildis conv. ob. Rugerus ob.
XI. Kal. Adelhaidis Laica obiit.
Albertus Comes de Tyrol ob.
Chuonrad L. ob. de Wizenv.*

*Ita Cod.

X. Kal. Ludewicus. Ortolfus Laicus ob.
VIIII. Kal. Ulricus Faber.
VIII. Kal. Rantwin. Sibreht. Harmannus Laici ob.
Engelſchalchus de Wildenrod Miles ob.
Mathildis. Gedrudis L. ob. Hartwicus L. ob.
VII. Kal. Chuonradus Stubhanus Scolaris ob.
Luitpoldus Presb. & Canonicus, Præpoſitus de Vorowe.
Chuonradus Laicus obiit.
VI. Kal.
V. Kal. Ellic. Ellis. Frehinhilt Laica ob.
Purkardus Presb. ob.
IIII. Kal. Hainricus Laicus ob. Roudegerus Presb. & Decanus ob.
Siboto Presb. & Conf. n. Capellanus ad S. Johannem in Auguſta in cujus anniverſario quod vigiliis & miſſis ſolempniter debet añuatim celebrari, Dominus Prelatus dare debet cuilibet Sacerdoti vel Dyacono unum potum latini vini & duo fercula ad ſolitam prebendam, quia ipſe dedit Monaſterio noſtro XXX. libras denar.
III. Kal. Heinricus L. ob. Methildis L. ob. Giſila Laica ob.
II. Kal. Lutwicus. Hainricus. Bertholdus L. ob.

AUGUSTUS.

Kal. Aug. Albero. Chuonradus Laicus ob.
IIII. Non. Albertus Laicus ob. Otilia L. ob. Anno Dom. MCCCXV.
III. Non. Adelbero. Albertus ob. Hainricus L. ob. anno Dom. MCCCXVI.
Chuonradus. Adelrammus Laicus ob.
Matildis Laica de Grifinberch ob. que dedit nobis curiam in Trubingen.
II. Non. Chuonradus L. ob. Gertrudis de Kaufringen Laica ob.
Echbertus Comes. Chuonrat Laicus. Hiltrut conv. ob.
Chuonradus Laicus de Ettinsloch ob. qui dedit nobis curiã in Volrengaſtai Svaikhove.
VIII. Id. Oudalricus Patavienſis Epiſc. ob.
VII. Id. Gebeno Laicus ob.
Altrammus Patavienſis Epiſc.
Hainricus Presb. ob.
VI. Id. Fridericus L. ob. Hadewich L. ob. Gedrudis Laica ob.
Bernhardus. Hainricus L. ob.
V. Id. Geroldus. Engila L. ob.
IIII. Id. Alheidis L. Oulſchalcus L. ob.
Wernherus Presb. Johannes Diaconus ob.
III. Id. Hiltiprandus Presb. Wernherus L. Irmingardis L. ob.
II. Id. Mathildis Laica ob.
Magenſo ob. occiſus in obſidione caſtri Valai, de quo habemus duas curias Wengen.
Idus. Chuonradus Abbas de Eberſperch.
Eberhardus Griffo L. ob. qui dedit nobis curiam Merlingen.
Ludewicus. Mengozus. Hainricus L. ob.
XVIIII. Kal. Sept. Hiltibrandus junior, Laicus ob. de Chuniberch.
Sifridus Zaphelin. Swicgerus Laicus ob.
XVIII. Kal. Albertus. Chuonradus Laici ob.
XVII. Kal. Jordanus Laicus. Gerdrudis Laica ob.
Goshalcus Abbas. Chriſtina Laica ob.
XVI. Kal. Perengerus Laicus ob.
XV. Kal. Hainricus Laicus ob. Adelhait L. ob.
XIIII. Kal. Hainricus Richolf.
XIII. Kal. Hartmannus, Giſiloth L. ob. Diemodis L. ob. Margareta Laica ob. anno Dom. MCCCXXII. ſoror Phluadorferii.
XII. Kal.
XI. Kal. Berhtoldus L. ob.
Hiltibrandus L. ob.

X. Kal. Luiprant L. Judinta converſa ob. Berhta L. ob.

Henricus L. ob. Ulricus L. ob. Hainricus Imperator obiit anno Dom. MCCCXIIII. Toxicatus in die Nativitatis S. Marie V. *

* à manu coæva hæc adſcripta.

Wilhalmus Presb. Chuono L. ob.

Leo converſus obiit, qui dedit curiam Brunnon.

Mathildis L. ob. de Igelingin.

VIII. Kal. Hainricus L. ob. de Shallenchain.

VII. Kal. Beatrix Regina ob. anno Dom. MCCCXXII.

Oudalricus Epiſcopus ob.

Ruodolfus converſus obiit, qui dedit predia in Volrs. & in Reginlohishuſin.

VI. Kal. Chunradus Laicus ob.

Irmingart Gallinne L. ob.

V. Kal. Perhtoldus Presb. confrater noſter plebanus in Brunnen.

Chuonradus Laicus, dictus Kaſtner.

Ulricus Geislinger cocus noſter Laicus exuſtus anno MCCCXXXVI.

Lazarius de Wolfratehuſin L. ob. in profectione S. Sepulchri, qui dedit predium Perchovin.

IIII. Kal. Sifridus Laicus ob.

Eberhardus de Munichin L. ob.

III. Kal.

II. Kal. Lauritta Cometiſſa ob. fundatrix hujus loci. *Mater Ottonis & Hainrici Comitum fundatorum noſtrorum.* *

*hæc manu paulo recentiori & ſeculi XIIII. ineuntis.

SEPTEMBER.

Kal. Sept. Chuonradus. Hainricus. Wernhardus. Luttgard. Gepa L. ob.

Mathildis. Berigart. Gerdrudis L. ob.

IIII. Non. Purkardus Presb. & Mon.

III. Non.

II. Non. Herimannus. Chuonradus. Regenwalch L. ob.

Mathildis Laica ob.

Berhtoldus Laicus ob.

None. Sophia Comitiſſa ob. fundatrix hujus loci. que dedit nobis predia multa in monte S. Stephani in carneola, & duas curias ibidem, que predia mutata ſunt pro curia & aliis prediis que poſſedit Marchyo Bertoldus in loco Dizzenſi. Sepulta in capitolio.

Walgoz Presb. Hiltiburgis L. ob.

VIII. Id. Rapoto conv. obiit, qui dedit curiam Maiſah.

Sifridus Laicus ob.

Albero L. obiit, qui dedit manſum Canteshoven.

Hainricus. Oudalricus Presbiteri & Canonici ob.

Fr. Dippoldus Monachus in Piburg.

VII. Id. Pernhardus. Meginradus L. ob.

Eberhardus de Porta miles obiit anno MCCCXXX. qui dedit Eccleſie ad valorem X. librarum cujus añiverſarium peragi debet ſicut aliorum de Porta.

VI. Id. Liutfrit. Chuonradus L. obiit. Maehtildis Laica ob.

V. Id. Albertus Presb. ob.

IIII. Id. Eppo. Beatrix. Gerbirch L. ob. Rilindis L. ob.

III. Id. Odashalchus Monach. Baltwinus Presb. ob.

II. Id. Adelhait Laica ob.

Idus. Theodericus Stella L. ob. Clara Laica ob.

VIII. Kal. Oct. Chuonradus. Ruodolfus. Azeman L. ob.

Joannes Schombekch Presb. & Canon. in Pawmburg fr. noſter.

XVII. Kal. Hainricus Laicusobiit.

Oulricus Wabrer Laicus ob.

XVI. Kal. Gotſcalchus converſus obiit, qui dedit predium Chramberch, quod poſtea commutatum eſt pro alio predio Aich.

Eberhardus Laicus ob. de Schondorf, qui dedit nobis Huobam in Salhdorf juxta Hofſtetn.

XV. Kal.

XIIII. Kal.

XIII. Kal. Wernherus de Holſtain L. ob.

XII. Kal. Irmgart. Eliſabeth converſa ob. Maethildis puer ob. Pilgrinus converſus.

Perngerus Presb. & Canonicus. Hermañus Subdiaconus & Can.

XI. Kal.

X. Kal. Liutgardis de Vellenberch L. ob. que dedit nobis manſũ Alraens.

VIIII. Kal. Wernherus Laicus obiit, qui dedit medium manſum Raiſtingẽ.

VIII. Kal. Gebehardus Laicus ob.

Chuonradus L. obiit, qui Eccleſiam Schondorf opere laudabili conſtruxit.

Haelwigis uxor Foſſonis Layca ob.

VII. Kal. Adelhart Laicus ob.

VI. Kal. Albero. Albertus Laicus ob.

V. Kal. Kuniza Laica obiit, que dedit curias II. Huſin.

Hainricus Tainingenſis, Diaconus, in Haewbach Decanus ob. Anno MCCCII.

IIII. Kal. Gerloch Presb. ob. Gerdrudis Laica ob.

Lazarus L. de Moerlbach obiit, qui dedit nobis curiam in eodẽ loco & II. vacar̄. in Stubay.

Hainricus Laicus ob. dictus Uttinger.

III. Kal. Chuonradus de Porta Laicus ob.

Hezil Presb. Waltherus converſ.

Luttoldus Laicus. Beatrix L. ob.

OCTOBER.

Kal. Oct. Engilſcalch. Rapoto L. ob.

VI. Non. Siboto L. ob.

Gebehardus Comes frater Berhtoldi Comitis fundatoris noſtri.

Eberhardus Laicus ob.

Arnoldus Preſb. & Canonicus Pollingenſis.
V. Non. Mathild converſa. Giſila L. ob. Mechtildis cociſſa L. obiit.
Sigeboto Sacerdos. Reginboto conv. Guntherus L. ob.
IIII. Non. Dietricus Laicus obiit.
Oulricus L. Villicus de Raiſting ob. Adelhaid L. uxor ſua ob.
III. Non. Berhta incluſa obiit.
II. Non. Oudalric Preſb. Goteſcalchus L. Adilhait converſa. Irmgart L. ob.
None. Chuonradus murator L. obiit MCCCI.
Maehtilt Muslerinn L. ob. uxor Ulrici judicis.
Chuonradus Laicus obiit.
VIII. Id. Gebehardus L. ob. qui dedit dimidium manſum Altinshovin.
Reinhardus Diaconus obiit.
VII. Id. Gerwich L. Diepolt L. Oudalricus L. Hartmannus L.
VI. Id. Adilhait Laica obiit.
Chunradus dictus Auinger ob. qui dedit nobis Huobam in Niderprunnen.
V. Id. Manegoldus conv. ob. Machtildis Überaechrin L. ob.
Berhtold Chuono L. Berhta converſa. Irmgart Laica ob.
IIII. Id. Oudalrich Prepoſitus obiit.
III. Id. Oudalrich L. ob. Joannes Schondorfer Laicus MCCCXXXVI.
II. Id. Hemma L. ob. Eberhardus Laicus de Hornſtain ob. qui dedit nobis curiam Selwe, & curam Paſtoralem in Raiſting.
Agnes Laica uxor Gotſchalchi Taenninger MCCCXXXVI.
Adilhait Cañ. obiit.
Idus. Otto de Aſcheringen ob. qui dedit predium juxta Hohendorf.
XVII. Kal. Nov.
XVI. Kal. Hermannus L. obiit.
XV. Kal. Hailram L. obiit.
XIIII. Kal. Griffo Laicus de Griffinberch junior ob. qui dedit nobis curiam in Naviſſe Swaikhöfe.
XIII. Kal. Siboto Laicus obiit Anno Domini MCCCIII.
XII. Theodericus Diaconus. Ludewicus Acolitus. Arbo de Andehs Laicus ob.
Albero L. Berhta converſa ob.
XI. Kal. Adelhaidis Laica obiit.
Maethildis dicta Engelbrechtin Laica obiit.
Sophia Monialis ob.
Werinburh L. ob.
X. Kal.
VIIII. Kal.
VIII. Kal. Berhtoldus L. ob. qui dedit predium uf en Itten.
Mahthilt. Oſpurna L. ob.
Gripho Laicus ob. de Andechs, qui dedit curam Brunnon.
Echehardus L. ob. qui dedit predium Phaſinhovin.
VII. Kal. Himildrud L. Berchtoldus L. obiit MCCCX.
VI. Kal. Roudpertus Laicus ob. de quo habemus predium Telues.
Hermannus. Marquardus L. ob.
Irmgart L. obiit.
Hiltwich L. ob. Berhtoldus de Wiel L. ob.
V. Kal. Lucia uxor Greiffonis L. ob.
IIII. Kal. Berhta L. ob.
Walchuon Laicus ob. de Stainihah qui dedit predium Chotirn.
Purchardus Preſb. & conv. ob.
III. Kal. Hainricus Prepoſitus ob. Berhta de Hohinrain L. ob.
Maenhardus Dux Karintie ob.
Sifridus dictus Reuslo & Giſila uxor ejus obierunt.
Chuonradus Neideck Laicus obiit MCCCXXXV.
II. Kal. Rahewinus de Hage ob. qui dedit manſum unum Haechingē.
Adelhaidis Laica obiit.
Hainricus Sacerdos & Monachus.

NOVEMBER.

Kal. Nov. Luitgardis L. ob. Adelhaidis uxor volucris.
IIII. Non. Hainricus Laicus obit.
Otto Comes ob. frater Berhtoldi Fundatoris noſtri. Occiſus Yringsheim.
III. Non. Mathildis Laica ob.
Luttfridus. Berhtoldus L. ob.
II. Non.
None. Mechilt Laica obiit.
VIII. Id. Berhta Laica ob. de Hornſtain.
Richinza. Irmingart L. ob.
VII. Id. Eberhardus L. de Hohenrain qui dedit III. Saginas vini in volris.
Roudolfus. Otto L. ob. Francho de Selve qui dedit dimidium manſum Erlingin.
VI. Id.
V. Id. Hainricus Abbas de Tegernſe.
IIII. Id. Otto Comes ob. Filius Ottonis Fundatoris noſtri.
Hiltigunt, Mathilt L. ob.
Gotshalcus de Schondorf converſus obiit.
II. Id.
Idus. Oudalricus Prepoſitus ob. Gebolfus de Ambingen Laicus. Bernhart Laicus.
Perhta. Luigardis L. ob. Adelhaid Laica ob.
Mehthildis L. de Koephringen ob.
Sophia L. de Hornſtain ob. uxor Eberhardi de Porta Anno MCCLXXXV. que dedit nobis curiam in Hohenprunne & Hubam in Holtzhauſen.
XVIII. Kal. Decembr. Luitfridus L. ob. Ludwicus L. ob. de Prunnin.
Willibirgis L. ob. Adelhaidis L. ob. de Purolvingen.
Chunrad L. Juta L. ob. ſubmerſi in Lacu.
Irmengard Monachus.

XVII. Kal. Moehtild converſa. Hainricus converſus.
Otwin Presb. obiit.
XVI. Kal. Chuonradus L. ob. Adelhaidis L. de Vroezlingen ob. que dedit nobis curiam in Ellinwanch.
XV. Kal. Adelhaid Laica ob.
XIIII. Kal. Mathild L. ob. Guta L. ob. Chunigundis Laica ob.
Manegoldus. Gebolfus L. ob.
XIII. Kal. Eberwinus Presb. Jeroſolymipeta obiit.
Chunigundis Laica de Poulle ob.
XII. Kal. Irmtraut de Staffeneck L. ob. Anno Dom. MCCCXXIIII.
Gerungus Laicus ob.
XI. Kal. Chuonradus Sacerdos ob.
X. Kal.
VIIII. Kal. Sophia L. ob. Eberhardus L. ob.
Margareta L. de Griffenberch ob. que contulit nobis XX. libr. den.
VIII. Kal. Adelhait Laica obiit.
VII. Kal. Bertholdus Scuhzugil L. ob. qui dedit curiam Drozelingin.
Oulricus de Wil L. ob.
VI. Kal. Gotefridus L. obiit.
V. Kal. Hilta L. ob. Diemoudis uxor Hainrici Tamingenſis ob.
Mathildis Laica.
Otto Dux Bawarie ob. qui dedit nobis Eccleſiam in Nidern Prunnen.
IIII. Kal. Gozwinus. Albero. Engelwardus L ob.
III. Kal. Maehtilt Laica ob.
Gebehardus L. ob. de Chuzinchouin. Albertus L. ob.

DECEMBER.

Kal. Decembris. Ludewicus. Otto L. ob.
Mathildis de Andechs.
Agnes uxor Ch. Hartwici ob. qui teſtatus eſt nobis predium ſeu Huoba apud Jermarsgowe.
Gotſchalcus de Viſchen ob.
IIII. Non. Waltherus L. Hiltiburch. L. ob.
III. Non. Gerhoch Presb. ob.
II. Non. Oudalricus de Milingen L. ob.
None. Richinza L. ob. Chunigundis L.
Wigandus Presb. de Ettinhoven ob.
VIII. Id. Richinza L. obiit.
Albertus Diaconus. Sophia L. ob. de Burinbach, que dedit partem predii Chrowelingen.
VII. Id. Sophia L. ob. dicta Lochuſin.
VI. Id. Hazicha L. obiit.
Gozwinus Laicus ob. Senior de Aſchemotingen. Amelgoz conver. ob.
V. Id. Adelbertus Laicus ob.
IIII. Id. Gotſchalcus L. ob. de Schondorf.
Hiltibertus Archipresb. ob.
III. Id. Popo Comes F. Berhtoldi Comitis Fundatoris noſtri.
II. Id. Otilia de Vellenberch ob.
Hemma Chunigundis L. ob. de Kunigiswiſin, que dedit Molendinum & agros Gutingen.
Idus. Berhta L. ob. Irmingardis L. ob.
Otto L. ob. de Ettinsloch qui dedit nobis curiam Mammendorf.
XVIIII. Kal. Jan. Berhtoldus Marchio ob. Filius Berhtoldi Fundatoris noſtri.
XVIII. Kal. Berhtoldus de Boule L. ob.
Hermannus converſus ob.
XVII. Kal. Theodericus Presb. ob.
Bernhardus puer de Chrichaim obiit.
XVI. Kal. Mathildis L. ob. Foſſinna que dedit nobis ſex marcas argenti.
XV. Kal. Gerbirgis L. ob. Mathildis L. ob.
Marcwardus de Hohenburch.
XIIII. Kal. Chuonradus Diaconus ob.
XIII. Kal. Ortolfus L. Berhta L. ob. Sophia L. ob. Frater Hainricus Prior in Piburg.
XII. Kal. Theodericus L. qui dedit nobis predium Ouginburch.
Wtto Presb. Berhta. Diemot L. ob.
XI. Kal. Hemma. Adilhart. Juta L. ob. de Diningen.
X. Kal. Luttoldus de Hage L. ob.
VIIII. Kal. Ratoldus L. ob. Sifrid L. ob.
VIII. Kal. Irmingardis L. ob.
VII. Kal. Sigeboto. Adelramus L. ob.
VI. Kal. Hiltibrandus L. ob. dictus Morſnwis qui dedit nobis predium Almintingen.
Hiltiburch L. ob.
Berhtoldus L. ob. dictus Vend.
V. Kal. Berhta L. ob. Mathildis L. ob.
Liudgardis Laica ob. que dedit nobis molendinum Inhubolvingin.
Adilhaid L. ob. Chuonradus. Ruedegerus Laici ob.
IIII. Kal. Oulricus Laicus obiit.
Joannes Presb. obiit.
III. Kal. Kunigundis L. obiit de Hoinwanch.
II. Kal. Engelmannus. Otto L. Gertrudis, Christina L. ob.
Odoacer Marchio de Stire ob.
Gebhardus. Oulricus Laicus.

IV.

Codex Traditionum Dieſſenſium

Ex membranis Luitoldi.

I.

NOtum ſit omnibus tam preſentis ætatis quam futuræ poſteritatis, quod quædam mulier inDiengen Mahthildis nomine, ab omni ſervitutis jugo libera ſe ipſam unacum filio ſuo Hainrico & filiabus Mahtilde & Adelhayde omnique progenie ad cenſum V. denariorum Eccleſie Beatæ Mariæ in Diezzen optulit & offerendo contradidit. Hujus rei teſtes ſunt: Chunradus in Ettinsloch, Albero in Diengen. Sifridus & Werenherus piſtores.

II.

Anno incarnationis Dominicæ MCCX. menſe Majo. VI. die ejuſdem menſis eſt terminatum litigium ſeu werra, quæ fuit intra Canonicos Diezzenſis Eccleſie & milites quoſdam,qui vulgari nomine Anphore dicuntur Theodericum & Chuonradum mediante fratre eorum Hainrico Decano & Sacerdote de Egelingen pro hominibus, quos prædicti milites per violentiam ab eadem Eccleſia abſtrahere, & ſuæ ditionis dominio vendicare laborabant, favorem ejuſdem contumaciæ eis præbente Ottone, qui Judex & Procurator provinciæ a Duce Ludewico per invaſionem fuit conſtitutus. Igitur videntes Canonici ejuſdem cenobii nullum ſibi eſſe refugium in ſecularibus judicibus altiori utentes conſilio, data pecunia eiſdem militibus, quamvis nihil juris in eadem cauſa habentibus, eos a prædicta invaſione omnimodis removerunt. Acta ſunt hæc in publico conventu ejuſdem Eccleſie præſentibus filiis & famulis prædictæ Eccleſiæ. Teſtes ſunt ejuſdem rei. Hainricus Decanus de Egelingin & filii eorum militum, homines etiam Eccleſiæ noſtræ Ortwinus Ludewicus, Berhtoldus Longus,itemque Berhtoldus, Lutwinus, Sifridus, Wernherus, Albertus, Marqwartus & alii multi.

III.

Notum eſſe volumus omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam præſentibus, quod Dominus Eberhardus de Porta in ſepultura matris ſuæ Mathildis dedit Eccleſiæ Diezenſi prædium unum in montanis, in loco qui dicitur Anras, quod annuatim duas ſagmas vini perſolvere debet, unde prædicti Canonici anniverſarium matris ejus devotè agant, & ejus refectio quanto ſumptuoſior poſſit, adminiſtretur. Teſtes ſunt Hainricus de Selwe, Siboto de Chiricham, Hainricus de Uſhovinn, Oulricus Vorhah, Bernhardus de Algilting & cognatus ejus Oulricus de Sallincham, Hainricus de Chenninch & alii quam plures.

IV.

Notum eſſe volumus tam in futuras quam præſentes generationes, quod Dominus Hainricus Marchyo Yſtriæ, Eccleſiam in Pridrichengen & prædium ſuum in Gozzenſaz contulit S. Mariæ perpetuæ Virgini in Diezzen tali forma ut ſingulis Ebdomadibus die Sabbati miſſa prior de S. Maria ſalve ſancta Parens, ad altare S. Johannis Baptiſtæ à Confratribus ejuſdem Eccleſiæ celebretur. Tradidit etiam ſuper altare S. Michahelis pueros cujuſdam, qui dicitur Lieb, ſub forma dotalis juſtitiæ in die conſecrationis ejuſdem altaris, quorum nomina hæc ſunt: Rihgart,Irmingart, Herburch, Maethilt, Alhett, Berhta. Dedit etiam S. Mariæ uxorem Senftonis nomine Maehthildim. Sciendum præterea quod idem Hainricus Marchyo prædium ſuum in Ehingen II. videlicet curias & Huobam & Molendinum & Eccleſiam in Hage, cum omnibus attinentiis tam in agris quam in pratis ac nemoribus, cultis ac incultis & hominibus univerſis incolentibus eas tradidit S.Mariæ in Diezen pro remedio animæ ſuæ ac majorum ſuorum. Hujus rei teſtes ſunt: Dominus Eberhardus de Porta, Lazarius frater ſuus, Gotshalcus Zuigel, Chuonradus de Kirchaim, Hainricus de Piberchar, Ruodolfus Schuerfiſen, Berhtoldus Giſſo, Ortwinus frater ſuus, Albero de Diningen, Eberhardus de Shondorf & alii quam plures.

V.

Notum ſit univerſis Chriſti fidelibus tam futuris quam præſentibus, quod Otto Dux Meraniæ prædium ſuum in Hermanneſtorf cum omnibus attinentiis tam in agris quam in pratis ac nemoribus, cultis ac incultis, quod emit a duobus Miniſterialibus ſuis Ruodgero de Bernſtain & ab alio, qui dicitur Shirnar, tradidit S. Mariæ V. in Diezzen pro remedio animæ ſuæ. Hujus rei teſtes ſunt Fridericus Walpot, Hainricus de Sunnenberc, Hainricus de Shawenberc, Eberhardus puer, Ramungus filius ſuus, Eberhardus Pfoers, Heroldus de Houge, Haindrincus Advocatus, Reginhard Dapifer de Tawpach. Ramungus. Albertus frater ſuus de Blaſſenberc. Albertus & Eberhardus de Wirtesperc. Gerungus Notarius, Chuonradus Camerarius de Wizemouen. Hainricus Diſpenſator. Hermannus Pittegelar Swicardus Magiſter coquinæ & alii quam plures.

VI.

Noverint omnes Chriſti fideles tam futuri quam præſentes, quod Dominus Lazarius de Porta curiam ſuam in Moerlbach per manum Domini ſui Ekkeberti Babenbergenſis Epiſcopi , qui tunc tutor & actor Domini Ottonis Ducis Meraniæ fratruelis ſui extitit , tanquam Principis in minori ætate conſtituti cum omnibus attinentiis , cultis & incultis contulit S. Mariæ perpetuæ Virgini in Diezen , pro remedio animæ ſuæ tali forma ut ipſe Lazarius ſingulis annis XXXVI. numos ad Indicium ejusdem delegationis eidem Eccleſiæ conferre non obmittat, quamdiu vixerit, poſtmodum cum omnibus proventibus in uſum Eccleſiæ cedat. Hujus rei teſtes ſunt : Gebehardus Abbas de Pueren , Chounradus Abbas de Wezzinsprunne, Karulus Decanus. Berhtoldus Comes de Eſshinloh. Perhtoldus Phyſicus , Gotshalcus de Widerſperc. Ludwicus frater ſuus. Griffo de Vendawe. Roudolfus Schuerfiſen, Hainricus de Piberkar , Chounradus de Vellinberc. Frater ſuus Oulricus. Bertholdus Giſſo. Ortwinus frater ſuus. Ortolfus de Saenſenhuſen. Chuonradus de Hoehenberc. Oulricus Judex Rufus. Rapoto frater ſuus & alii quam plures.

VII.

Notitiæ omnium Chriſti fidelium per præſentis paginæ ſcriptum innoteſcat, quod Dominus Lazarius, Miniſterialis Ducis Meraniæ prædium ſuum in Stubai II. videlicet Swages, cum omnibus attinentiis, tam in agris quam in pratis , cultis & incultis & quicquid in eodem loco poſſedit, delegavit ſuper Altare S. Mariæ V. in Diezzen , pro remedio animæ ſuæ & omnium parentum ſuorum, tali conditione ut ipſum prædium de Domino Gotshalco de Widerſperc pro XII. libris Ratiſponenſis Monetæ & ſex marcis argenti per fratres ejusdem Eccleſiæ redimatur. Hujus rei teſtes : Griffo de Vendawe. Oulricus de Vellenberc. Eberhardus de Shondorf. Ortwinus Giſſo. Chuonrad de Hoehenberc. Hainricus de Sallindorf. Oulricus Judex rufus , Fridericus filius Stainphlini, Ortolfus de Veninen. Guntherus de Ramſawe. Chuonradus de Mueſingen, Chuonradus Senfto , Hainricus Sluiffo , Hainricus Gereht. Chuonradus Murarius. Svikerus Venator , Ludwicus de Stainhaih, Chuonradus Aicharius & alii quam plures.

VIII.

Memoriæ omnium Chriſti fidelium ſtilo præſenti commendamus , quod Domina Maehtildis Zwigelinna cum conſenſu filiæ ſuæ Dominæ Jeutæ uxoris Eberhardi de Schondorf & puerorum ſuorum tradidit prædium ſuum in Amras S. Mariæ perpetuæ Virgini in Diezen pro XXXII. Tal. Auguſtenſ. Monetæ , ex quibus denariis Hainricus cognominatus Slwffo famulus ejusdem Eccleſiæ perſolvit XXIIII. libras , reliquos vero denarios fratres eidem Eccleſiæ perſolverunt , tali forma ut experientibus talis prædii ſingulis diebus Sacerdoti publicè miſſam celebranti potus vini menſuræ majoris ad præbendam Canonicorum ipſius Eccleſiæ ſtatutæ in ſolatium tribuat, quod ſtatutum per conſilium totius conventus confirmatum non minui debet nec immutari. De qua pecunia XXIIII. tal. Domino Ottoni de Twoer ceſſerunt, cui prædium idem fuerat obligatum , alia octo ceſſerunt Dominæ Maehtildi. Hujus rei teſtes ſunt : Gotshalcus de Widerſperc , Theodericus de Reus. Eberhardus de Shondorf. Chuonradus Murarius. Chuonradus Senfto. Hainricus Slwffo. Otto. Heinricus Slegel & alii quam plures.

IX.

Quoniam litteræ vaſa ſunt memoriæ expedit facta mortalium tam ſcripturæ quam teſtium amminiculo perhennari, ſciant igitur cuncti tam præſentes quam futuri quod anno gratiæ MCCCXXXV. in die S. Andreæ D. Gerungus Oblayerius presb. hujus Monaſterii profeſſus , comparavit Conventui in oblaium duas curias & unam huobam in Tannen & colonum ibidem dictum Ch. Alker cum omnibus pertinentiis quæſitis & inquirendis cultis & incultis a Domino Eberhardo de Pfluokdorf & ſuis hæredibus , pro L. libris minus una , Auguſtenſis Monetæ. Teſtes ſunt : Stephanus Smicher. Chunr. & Johannes Schondorfer. Jordanus Judex in Pael, Hainricus Dornaher , Purchardus noſter officialis , & alii quam plures.

X.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus , quod mulier quædam nomine Selint præſentibus filiis ſuis III. Oulrich. Hainrich. Chuonrat & filia nomine Berhta hæreditatem ſuam in Prunnon tradidit S. Mariæ in Diezzen pro remedio animæ ſuæ.

XI.

Ad notitiam omnium Chriſti fidelium tam futurorum quam præſentium ſcripto revocamus præſenti quod Dominus Ludwicus de Widerſperc in ſepultura uxoris ſuæ Maethildis prædium ſuum in Huſen cum omnibus attinentiis ob remedium animæ ipſius & majorum ſuorum tradidit S. Mariæ perpetuæ Virgini in Diezzen , pueris ſuis quattuor præſentibus & in hoc conſentientibus : Ludwico ſcilicet & Gotshalco , Diemoude ac Kunigunde. Hujus rei teſtes : Gotshalcus de Widerſperc. Eberhardus de Shondorf. Berhtoldus Giſſo. Ortwinus frater ſuus , Theodericus de Rus. Ekkardus de Straze , Chuonradus de Ouwingen. Chuonradus de Hoehenwanch & alii quam plures.

XII.

Noverint univerſi filii matris Eccleſiæ , quod Dns. Theodericus de Rus curiam ſuam in Witoldeshoven contulit S. Mariæ perpetuæ Virgini in Diezzen in uſus fratrum Deo inibi famulantium pro remedio animæ ſuæ & omnium parentum ſuorum. Hujus rei teſtes ſunt: Albero frater ipſius. Chuonradus Senfto. Hainricus Slwffo. Purkardus. Haertwicus. Chuonradus Acharius. Oulricus Faber. Lepus Piſcator. Oulricus Elle Piſcator. Hainricus Latinus, Berhtoldus Salich piſcator & alii quam plures.

XIII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus præſentibus quam futuris, quod Albero & uxor ejus Gerdrudis de Krainaberer prædium ſuum in loco, qui dicitur Purkrain, tradiderunt S. Mariæ perpetuæ Virgini in Diezzen, pro remedio animarum ſuarum, præſentibus filiis ſuis Wernhero Diacono, Chuonrado Subdiacono, Hainrico & Swicardo Laicis. Hujus rei teſtes ſunt: Oulricus Decanus de Undingen. Chuonradus Plebanus de Purkrain, Berholdus de Rabenſtorf, Albanus Vicarius Pinſindorf. Berhtoldus Scolaſticus de Iſen, Oulricus de Piſindorf, Lwpherus de Zidelarn. Hainricus de Voſtarin & alii quam plures. Iſti ſunt homines habitantes in talibus locis Irmgart. Chuonradus Oezelingen. Hainricus Arnbaver, Maetild, Adelhaith, Irmgart von Zemæningen. Marquardus Poſingen. Chuonrat, Adelhaid cum liberis ſubſcriptis Sivirt, Purkart, Gerlint, Herman Tinchilspühel.

XIIII.

Innoteſcat omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam præſentibus, quod Dominus Gotshalcus Zuigel curiam ſuam in Burren cum omnibus adtinentiis cultis & incultis contulit S. Mariæ perpetuæ Virgini in Diezzen pro remedio animæ ſuæ & omnium parentum ſuorum. Hujus rei teſtes ſubſcribuntur: Dominus Gotshalcus de Widerſperc. Frater ſuus Ludwicus. Berhtoldus Giſſo. Frater ſuus Ortwinus, Eberhardus de Shondorf. Theodericus de Rus, Otto de Aeshiringen, Chuonradus Senfto. Oulricus de Milingen. Nendingus de Diezzen & alii quam plures.

XV.

Univerſi filii matris Eccleſiæ ſciant ſcripto præſenti, quod Domina Luigardis de Phetene in ſepultura filii ſui Oulrici, quem ſolum habuit hæredem curiam ſuam in Winchelin cum omnibus attinentiis cultis & incultis tradidit S. Mariæ perpetuæ Virgini in Diezzen ob remedium animæ ſuæ ac filii ſui & omnium parentum ſuorum ipſa quoque Luidgarde jam dicta nobiſcum degente: cum amminiſtratione præbendæ ſolius ſororis, quousque vita ei comes fuerit. Ad hujus facti confirmationem teſtes ſubſcripti applicantur: Dominus Gotshalcus Zwigel, Gotshalcus de Widerſperc. Frater ſuus Luidwicus, Berhtoldus Giſſo, Frater ſuus Ortwinus, Gripho de Undawe. Otto de Ettinsloch, Swicardus de Droezzelingen, Eberhardus de Shondorf. Oulricus de Milingen. Theodericus de Rus, Hainricus Glismout, Otto de Windah & alii quam plures.

XVI.

Noſſe debent omnes Chriſti fideles futuri temporis atque inſtantis, quod Dominus Eberhardus de Schondorf prædia ſua Forchaim & in Stubai dedit S. Mariæ perpetuæ Virgini in Diezzen cum omnibus attinentiis cultis & incultis pro remedio animæ ſuæ & omnium parentum ſuorum, cujus donationis teſtes producuntur hoc ſcripto Dominus Albertus de Diezzon liber. Dominus Bernhardus de Wilhaim, Eberhardus de Porta, Lazarius ſuus frater, Chuonradus de Porta, Oulricus de Porta, Ruodpertus de Hadmaringen, Chuonradus de Kirchaim, Hainricus de Piberkar & alii quam plures.

XVII.

Meminiſſe debent omnes Chriſti fideles futuri ac præſentes, quod Dominus Chuonradus de Porta curiam ſuam in Haeichingen cum omnibus adtinentiis cultis & incultis tradidit S. Mariæ perpetuæ Virgini in Diezzen pro remedio animæ ſuæ & omnium propinquorum ſuorum. Hujus rei teſtes ſunt Dominus Eberhardus de Porta. Lazarius, Oulricus fratres ſui. Gotshalcus de Widerſperch, Ludwicus frater ſuus; Hainricus de Piberkar. Oulricus de Shallinkaim & alii quam plures.

XVIII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus futuris & præſentibus, quod Dn. Hainricus de Hage prædia ſua Sechingen, Ettinsloch, Sluegevelt contulit S. Mariæ perpetuæ Virgini in Diezzen cum omnibus attinentiis cultis & incultis. Item Dna. Maehtildis ſoror ipſius Hainrici de Hage curiam unam Vindingen tradidit S. Mariæ in Diezzen, in uſus fratrum Deo ibi obſequentium. Similiter Dn. Reihwinus de Hage dedit manſum unum Heichingen S. Mariæ perpetuæ Virgini in Diezzen. Hæc ob remedium animarum ſuarum nobis largiti ſunt. Hujus rei teſtes ſunt: Dominus Bernhardus de Wilhaim, Dns. Berhtoldus Comes de Eſchinloch, Dns. Wernhardus de Sevelt, Dns. Chuonradus Galle, Otto de Ettinsloch, Griffo de Andehs, Ludwicus de Andehs, Eberhardus de Porta, Oulricus, Lazarius, Chuonradus, fratres ſui. Hainricus de Piberkar, Eberhardus de Shondorf, & alii quam plures.

XIX.

Memoriæ cōmendent univerſi filii matris Eccleſiæ, quod Swridus dictus Zoephlin prædia ſua in Ebrolvingen, Odratingen, Pruzzenpoum ex conſenſu Domini ſui Hainrici Marchyonis Yſtriæ tradidit S. Mariæ perpetuæ Virgini in Diezzen pro remedio animæ ſuæ & omnium parentum ſuorum. Hujus traditionis teſtes ſunt:

Dns. Gebehardus Abbas de Purren, Dns. Berhtoldus Comes de Eshenlohe, Dns. Bernhardus de Wilhaim, Chuonradus Gallo, Theodericus de Rus, Swicardus de Ramſove, Guntherus frater ſuus, Hainricus de Anpans Capellanus, Hainricus Scriba, Alhardus Magiſter coquinæ, Chuonradus Senfto, Haertwicus de Diezen, & alii plures.

XX.

Noverint omnes Chriſti fideles futuri ac præſentes, quod Dominus Hainricus Decanus de Raiſtingen mulierem quamdam nomine Maehtild cum pueris ſuis, quorum nomina ſunt: Hainrich, Berhtolt, Chuonrat, Gerdrud, Werthilt, Diemuot, Kuenigunt, tradidit S. Mariæ perpetuæ Virgini in Diezzen, quos emit à milite Dno. Wernhero de Raiſtingen cum omni poſteritate ſua. Contulit etiam homines, quos hæreditate poſſederat eidem Eccleſiæ, quorum ſunt vocabula: Maehtilt, Hainrich, Agnes. Hujus rei teſtes ſunt: Wernherus de Raiſtingen, Albero de Diningen, Hainricus de Gershuſen, Hainricus Kenninch, Siboto Kenninich, Chuonradus Senfto, Purkardus, Berhtoldus, Ruodolfus fratres, & alii quam plures.

XXI.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam præſentibus, quod Dominus Wernherus de Raiſtingen prædium ſuum, quod in eodem loco poſſedit, tradidit S. Mariæ perpetuæ Virgini in Diezen pro remedio animæ ſuæ & omnium parentum ſuorum. Hujus rei teſtes ſunt: Albero de Diningen, Hainricus Kenninch, Siboto Kenninch, Chuonradus Senfto, Hainricus Slwffo, Chuonradus Molendinator, Chuonradus Murarius, Hartwicus, Purkardus, Hainricus Latinus filii ſui Wernherus, Chuonradus, Ludwicus, Hainricus de Diezen & alii quam plures.

XXII.

Univerſi filii matris Eccleſiæ tenaci commendent memoriæ, quod Dominus Albero de Diningen manſum unum, quem poſſedit in Kantenshoven, contulit S. Mariæ perpetuæ Virgini in Diezzen ob remedium animæ ſuæ & omnium parentum ſuorum. Hujus rei teſtes ſunt: Gotshalcus Zuigel, Gotshalcus de Widerſperc, Ludwicus de Andehs, Theodericus de Rus, Berhtoldus Giſſo, frater ſuus Ortwinus, Oulricus Snekke, Ulricus Judex rufus & alii quam plures.

XXIII.

Tenaci memoriæ commendent omnes fidem catholicam in Chriſto tenentes, quod Dominus Francho de Selwe curiam unam Stainibach ſitam, quam hæreditate ad ſe devolutam poſſederat, dedit S. Mariæ perpetuæ Virgini in Diezzen pro remedio animæ ſuæ ac omnium parentum ſuorum. Sciendum quoque quod Canonici ejusdem Eccleſiæ, curiam ſecundam in ipſo pago ſitam emerunt à Domino Swrdo de Rotenburch pro XIII. marcis. Hujus rei teſtes: Wttilo de Selwe, Hainricus de Selwe, Otto de Ettinsloch, Hainricus de Piberkar, Oulricus de Shallenchaim, Gotzhalcus Zvigel, Chunradus de Porta, Oulricus de Porta, Gebolfus de Windah, Marcwardus de Hoenwanch, Wernherus de Raiſtingen, Chuonradus Senfto, Berhtoldus longus & alii quam plures.

XXIIII.

Sciant omnes Chriſti fideles futuri temporis ac præſentis, quod Dns. Ruodolfus de Hoehenran prædia ſua in Volrs & in Reginloheshuſen contulit S. Mariæ perpetuæ Virgini in Diezzen induens habitum ſecundum formam S. Auguſtini pro remedio animæ ſuæ & omnium parentum ſuorum. Adjiciendum etiam quod Dominus Eberhardus frater ſuus de Hœhenrain dedit ſanctæ Mariæ ibidem prædium unum in Volrs, quod annis ſingulis tres ſagmas vini reddit eodem modo. Hujus rei teſtes ſunt: Dns. Wernhardus de Sevelt, Dns. Hainricus de Sevelt, Berhtoldus Comes de Eshinloch, Lazzarius de Wolfratshuſen. Oulricus de Sindeldorf, Hainricus de Piberkar, Hainricus de Shallenkaim, Oushalcus de Phaffenhoven, Chuonradus de Kirchaim, Hainricus Snekke, Griffo de Andehs, Oulricus de Ettinsloch & alii quam plures.

XXV.

Noverint omnes futuri ac præſentes, quod Dominus Hainricus de Piberkar curiam ſuam in eadem villa ſitam contulit ſanctæ Mariæ perpetuæ Virgini in Diezzen ob remedium animæ ſuæ & omnium parentum ſuorum præſente filia ſua Hailwige uxore Dni Ruodolfi Schuerfiſen. Hujus rei teſtes ſunt: Eberhard de Porta & frater ſuus Lazarius, Gotshalcus de Widerſperch & frater ipſius Ludwicus & filii ſui Eberhardus & Otto, Gripho de Andehes, Eberhardus de Shondorf, Berhtoldus Giſſo & frater ejus Ortwinus, Hainricus, Chuonradus fratres de Sunderhoven, Chuonradus de Vingen, Ekkardus de Strazze & alii quam plures.

XXVI.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus futuris ac præſentibus, quod Oulricus de Muniſingen prædia ſua, duas videlicet curias, unam Sekkingen, alteram Wiepphirshuſen & prædium infra montes in loco dicto Deuspach & XIIII. libras Auguſtenſis monetæ. Cum qua pecunia ſolutum eſt prædium in Smihen & hominem Oulricum nomine tributarium pro II. numis ſingulis annis tradidit S. Mariæ perpetuæ Virgini in Diezzen in uſus fratrum ibidem Deo famulantium pro remedio animæ ſuæ, cujus traditionis ſunt teſtes: Eberhardus de Porta, Lazarius frater ſuus, Gotshalcus de Widerſperch, frater ſuus Ludwicus, filii ſui Eberhardus & Otto, Gripho de Andehs, Eberhardus de Shondorf, Berhtoldus Giſſo, frater ſuus Ortwinus, Chuonradus de Sunderhoven, Wernherus Groppier & alii quam plures.

XXVII.

Notum ſit univerſis Chriſti fidelibus futuri temporis ac inſtantis, quod Mahtildis cognominata Dorfmaiſtirinne de Wezzelingen tradidit S. Mariæ perpetuæ Virgini in Diezzen mulierem quamdam Berhtam nomine de Milingen & omnem ipſius poſteritatem tributariam ſingulis annis pro II. nummis pro remedio animæ ſuæ.

XXVIII.

Pateat omnibus Chriſti fidelibus futuris ac præſentibus, quod Dominus Ortolfus Sacerdos de Diengen delegavit ſuper altare S.Mariæ perpetuæ Virginis in Diezzen, homines duos Albertum & Mergardim ſororem ejus in eodem loco conſtitutos cum omni poſteritate ipſorum pro remedio animæ ſuæ.

XXIX.

Sciant univerſi hæc intuentes, quod Dns. Arnoldus Miſchenrieder Presb. & Canonicus noſter confrater ob ſalutem animæ ſuæ legavit conventui LX. denarios de quodam horto & area in foro Dyeſſen ad plagam Auſtralem ſecus portam ſitis & de prato ad vallem dictam Gruob ſito, eo pacto ut quicunque eadem bona jure cenſuali tenuerint, ſicut tenor Privilegii teſtatur ex nunc confecti, perpetuo nobis in anniverſario prædicti Domini Arnoldi LX. Den. perſolvant, de quibus a noſtro Oblayerio XII. Den. pauperibus erogentur, IIII. ſolidos pro conventu diſpertiantur.

XXX.

Noverint univerſi præſens intuentes & audientes ſcriptum, quod nos Hainricus Præpoſitus & univerſus in Diezzen conventus fraternæ moti dilectionis karitate unanimiter conſenſimus petitioni dilecti & devoti confratris noſtri Hermanni converſi de Gershuſen in hunc modum, quod perpetuo conſervemus donationem potus vini præbendæ ſuæ, quam ipſe conſueverat largiri omnibus diebus ſuæ converſationis duobus Dominis Confratribus noſtris præcinentibus ymnum: Chriſtus natus eſt, & venite exultemus Dom. in matutinis Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti; ut hoc in ſui memoriam prædictis duobus fratribus præcinentibus, ut dictum eſt, firmiter conſervetur, ab univerſis unanimiter eſt laudatum. Item laudavimus ad petitionem prælibati fratris noſtri H. quod ymago beatæ & venerabilis Dei Genitricis perpetuæ Virginis Mariæ & thuribulum argenteum, quæ ambo idem Hainricus confabricavit ad ſepulturam Sacerdotum pariter deportaretur. Ut igitur ſingula prædicta à poſteris noſtris ſicut à nobis perpetuo conſerventur tenorem præſentium decrevimus inſcribi tempus commiſſionis ejuſdem notare ſic: ſcilicet Anno Dominicæ Incarnationis MCC XLI. II. Kal. Junii.

XXXI.

Ne facti memoriam vel ætatis malitia vel temporis oblivioſus obumbret decurſus. Ea propter noverint univerſi præſentem intuentes & audientes paginam, quod ego Engelshalcus de Heigniberch & filius meus eodem dictus nomine, cum conſenſu pioque affectu fratrum meorum Hermanni & Chuonradi in recompenſationem damni per me Eccleſiæ S. Mariæ in Diezzen illati, contuli eidem Eccleſiæ & Dominis ibidem Canonicis canoniceque ſubſtituendis medietatem curiæ in Hohdorf à jure hæreditario in * adtinentibus cum novalibus ibidem quod vulgo dicitur Gereut, quæ ſimul cum medietate curia annuatim ſolvunt cum omnibus proventibus abinde cedentibus XXX. ſolidos uſuales. Porro omnibus diebus vitæ meæ ego E. pro eodem cenſu prælibatæ Eccleſiæ teneor perſolvere duas mettas tritici, quod dicitur Purkmezz in feſto S. Martini quo tempore major cenſus extat perſolvendus. Sunt itaque duæ prænotatæ mettæ me ſolo exiſtente indicium ſuper dictæ donationis. Me vero decedente præfatus filius meus Eng. ne aliqua mea poſteritas quicquam juris habebit in prædicta media curia ſive novalibus & proventibus inde cedentibus nec aliquod Jus Advocatiæ ſibi debet uſurpare. Ut vero temeritas quam in prælibata exercui beatæ & glorioſæ Dei Genitricis Mariæ Eccleſia apud Deum ſicut apud homines mihi remittatur vice juramenti laudavi, quod eadem Eccleſia Diezzenſis in perſonis, poſſeſſionibus & rebus aliis a modo per me & per omnes mecum degentes nulla prorſus læſione offendatur. Si quis vero quod abſit ex his, qui mecum commorantur meum infrigere audeat laudamentum prænominatam ut dictum eſt offendendo Eccleſiam & infra menſem a Dominis ejus ſive ab eorum diſpenſatore ammonitus hoc integrè non emendaverit eundem à me ſegregatum gratiam quam apud me iniviſſe gaudebat perdidiſſe perpetuo lugebit, ni prius eidem per ſatisfactionem Eccleſie reformetur. Porrò ut Canonici ſæpè memoratæ Eccleſiæ per me offenſi coram Deo & hominibus prædictam mihi indulgeant offenſam, laudavi eiſdem quod contra omnes guerras moventes & maxime contra homines Domini mei Ducis Bawariæ, quantum mearum poteſtas ſimul & honeſtas virium exigit cœnobium eorundem cum ſuis adtinentiis ſtudeam defenſare. Hujus rei teſtes ſunt: Dominus Walchonus Abbas de Wezzinſprunne. Dns. Hainricus prior, Dns. Chuonradus Maendichingenſis. Dns. Fridericus, Dns. Hainricus Lundenhuſenſes Monachi: Hermannus, Chuonradus fratres de Heigniberc, Engelſcalkus junior de Heigniberc. Dominus Hainricus Præpo-

* *lege* mihi

ſitus. Dietpertus, Albertus Sacerdotes, Chuonradus Diaconus & Cuſtos de Diezen. Hainricus de Adlungeshoven, Luitfridus de Heigniberc, Hainricus de Purren Decani. Hainricus de Eglingen, Gerwicus de Phephingen, Hainricus de Winchelin, Ulricus de Teidinswanch Sacerdotes & Plebani. Hainricus Diaconus & Plebanus de Stouphe. Hainricus nobilis de Wilhaim. - - - * Frater ſuus Canonicus Friſingenſis Eccleſiæ. Hainricus de Lechesperch. Hainricus dictus Heirinch. Oulricus Vertinger. Hainricus Notarius de Heigneberch & Plebanus de Sielenbach. Dietricus Anphora. Oulricus de Wile. Swikerus & Oulricus de Eglingen, Hainricus & Gerwicus de Waglingshuſen, Otto de Widerſperch. Wirintho de Adlungeshoven. Oulricus de Vindingen. Ludwicus de Andehęs. Berhtoldus Giſſo, Heinricus de Geruet. Dietricus de Phluchdorf, Oulricus de Ludenhuſen, Ekkardus de Strazze. Hainricus Advocatus de Tinzilbach & alii quam plures. Acta ſunt hæc anno Domini MCCXLI. III. Nonas Junii apud cenobium Wezzensprunne in Monaſterio S. Petri eodem die cum ibidem ſepulta eſt uxor mea Hailwigis piæ memoriæ.

* hiat nomen.

XXXII.

Notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris, quod Hainricus dictus Forher contulit S. Mariæ perpetuæ Virgini in Dieſſen Huobam ſuam in Vaeſtenhard cum omnibus attinentiis ſuis trans Yſeram ſitam cum conſenſu uxoris ſuæ Mahtildis & ſpeciali remedio animæ filii ſui & omnium progenitorum ſuorum.

XXXIII.

Noverint univerſi præſens intuentes & audientes ſcriptum, quod Rihgardis relicta quondam Friderici militis de Perhtingen contulit Eccleſiæ noſtræ Huobam ſuam in Perhting, quam poſſedit jure dotali (Morgingabe) pro remedio animæ ſuæ. Hujus donationis teſtes ſunt: Wernherus Groppier. Oulricus de Muneſingen. Hartwicus. Chuonradus Seſto. Hainricus Cocus. Marquardus.

XXXIV.

Noverint omnes Chriſti fideles, quod Dns. Marquardus de Vohburg contulit S. Mariæ perpetuæ Virgini in Diezzen Alhaidim uxorem Oulrici de Huſen & omnem ipſius poſteritatem pro remedio animæ ſuæ. Hujus donationis teſtes ſunt: Dominus Albertus Præpoſitus de Diezen. Chuonradus Sacerdos & Cuſtos. Chuonradus Scholaſticus ipſius Eccleſiæ. Dominus Gerungus de Huſen. Hainricus de Lobeſingen. Berhtoldus de Memmingen. Chuonradus filius Gerungi. Hainricus de Menningen. Gerungus filius Gerungi, Oulricus de Rucoltingen. Volcmar de Huſen, Berhtold Aichorn, Oulricus de Huſen, Marquard de Huſen & alii quam plures.

XXXV.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod Ruodolfus Schurfeiſen dedit Eccleſiæ noſtræ curiam in Andelhaim & cultorem ipſius curiæ dictum Wernherum pro remedio animæ ſuæ. Hujus rei teſtes ſunt: Eberhardus de Porta. Hainricus, Liebardus, Chuonradus de Endilhuſen fratres. Hainricus, Chuonradus de Eglingen fratres. Ortolfus de Seiſinhuſen. Oulricus de Milingen. Otto de Porta filius Eberhardi. Hainricus Chuonradus de Vorhaus fratres. Chuonradus de Ufhovern. Oulricus de Perin & alii quam plures.

XXXVI.

Deſcriptio prædiorum ultra Yſaram & ultraLacum.

Haehingen curia & duæ Huobæ. Stoka prædium. Wendingen Huoba. Brunnental ſex manſus. Argart manſus. Otolvingen Huoba. Weltelhaim Huoba. Perge II. curiæ. Holzhuſen curia & manſus. Ebershuſen manſus. Pinghaertingen IIII. manſus. Talhuſen prædium. Gumpoltshuſen curia. Ychenhuſen manſus. Pettingen curia. Derbolvingen curia. Humbelshaim Huoba. Jauchsperch curia. Truhcheringen curia & manſus & prædium. Krainalver curia. Oede curia & molendinum. Puoch prædium. Erdingen Huoba. Nozzingen curia. Diengen curia & prædium ad nunc Wernhero. Wernolvingen manſus. Tivelhaertingen prædium. Sentlingen manſus & curia. Kruelingen IIII. Huobæ. Stainikirchen manſus. Stardorf manſus. Gutingen Molendinum. Kruzen II. curiæ. Jerinnlingen II. curiæ. Germaeringen II. curiæ. Prunnen inferius III. curiæ & II. manſus. Prunnen ſuperius, curia. Pos Huoba. Stainloch Huoba. Miſchinriet II. curiæ. Pfafenhoven curia & manſus. Wezzilingen tres curiæ Dos & Huoba & Decima tota. Ettinsloh II. curiæ Dos & Decima & Hoveſtaet. Sluegeſevelt curia. Werd curia. Almitingen curia juxta Werd. Slaugenhoven Huoba. Rus curia & S. Thomæ curia. Gerberch Huoba. Kinderſtal curia. Haershingen V. Curiæ & Lehen & pomarium & decima. Mueſingen IIII. Curiæ, III. Molendina, Dos, Vurholzeslehen & Ponzenlehen. Pekkingen curia. Sekkingen II. curiæ. Piberkar curia. Wiphirshuſen curia. Moerlpach curia. Perkoven manſus. Amerlant manſus. Mueniſingen manſus. Hannivelt curia, Huoba, Lehen. Heudorf Huoba, Oberdorf curia & Huoba Regenloheshuſen II. curiæ. Apud Wolfrathuſen. Dietelhoven Huoba & Lacus. Berhtingen curia & II. manſus. Andelhaim curia. Trubingen curia. Huſen manſus & Hoveſtat. Erlingen olim Huoba.

XXXVII.

Univerſitati fidelium tam præſentium quam futurorum ſignificandum duximus, quod Dominus Hainricus Snekke de Perloh tradidit conſenſu Venerabilis Abbatis in Tegernſee Berhtoldi ad cenobium S. Mariæ in Diezzen, intuitu filiæ ſuæ Judintæ,

* lege quoniam

quando * ibidem in religionis habitu permanere conſtituit dimidium manſum in inferiori Haechingen ſitum; conſenſu prædicti Abbatis, à quo eundem dimidium manſum in beneficio poſſedit. Igitur tradidit Hainricus præfatus Snekke dimidium manſum ſui Patrimonii ſitum in Daeningen Tegernſeenſi Monaſterio in manus ejuſdem Abbatis, & eundem in beneficium loco prioris manſi recepit. Acta ſunt hæc in Monaſterio Tegernſeenſi anno gratiæ MCC-XIII. Hujus rei teſtes ſunt Albanus & filius ejus Ruopertus de Richereſpuern. Siboto de Eglingen & filii ejus Chuonradus & Hainricus. Albanus de Warengawe. Oulricus Vellesloz junior & alii quam plures.

XXXVIII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod Chuonradus & Etinsloch curiam ſuam ſitam Ellinwanch contulit S. Mariæ Dei Genitrici perpetuæ Virgini in Diezen & fratribus ibidem Deo ſervientibus tali conditione, quod quilibet Sacerdos in converſione S. Pauli Apoſtoli ſingulis annis apud Deum ſpecialiter cum collecta ſui memoriam faciat, quamdiu ipſe ſupervixerit, poſt mortem verò ejus Anniverſarium ſuum ſecundum debitum devotè peragant. Acta ſunt hæc anno gratiæ MCCL. In die SS. Fabiani & Sebaſtiani.

XXXIX.

Noverint univerſi præſens ſcriptum intuentes & audientes, quod vir ſtrenuus Berhtoldus dictus de Schilperch. Marshalcus Ducis Bawariæ, & uxor ejus Guota & filius ejus Oulricus & omnes filii & filiæ ejus abrenuntiaverunt omni impetitioni ſimul & juriſditioni quam ſe profitebantur habere contra Eccleſiam Diezzenſem ſuper uxore Diemari de Vorchaim & pueris ſuis quos omnes Domina Salme relicta Domini H. de Biſenberch Socrus ejuſdem B. Mareſcalhi contulit Eccleſiæ S. Mariæ V. in Diezzn & Præpoſitus & Conventus indulſerunt eidem B. Mareſcalco omne dampnum quod hucuſque eis intulit. Acta ſunt hæc anno Domini MCCXLVII. VII. Idus Februarii in choro S. Mariæ in Diezzen præſentibus ſubſcriptis teſtibus, quorum nomina ſunt: Heidinricus de Aerebach. Berhtoldus de Gebolfesbach. Gerungus de Aereſingen. Gebehardus de Muoreweis. Chuonradus de Gebenhoven milites. Oulricus de Riede. Oulricus de Gehage. Hainricus de Adelshueſen Hai. Præpoſitus ſuus & alii quam plures.

XL.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam præſentibus, quod Domina Rihcardis relicta Dni Ottonis de Muelles contulit S. Mariæ perpetuæ Virgini in Diezzen prædiũ ſuum in eadem villa ſitum, quod vulgo dicitur de Amerlant, & hoc prædium colit Colonus, qui dictus eſt Maierlin, ob remedium animæ ſuæ & Mariti ſui & parentum ſuorum tali conditione, ut ea de hac vita migrante ipſum prædium prænotatum in uſus Collegii Diezzenſis cum omni jure cedat. Acta ſunt hæc Anno gratiæ MCCXLVIIII. pridie Kalend. Febr. apud Inſpruch in præſentia Domini Alberti Comitis de Tyrol & hi ſunt teſtes: Dns. Albertus Præpoſitus Diezzenſis per cujus manus ipſum prædium eſt delegatum, Hainricus de Welfeſperc, Otto frater ſuus de Hueninvels. Hartmannus. Berhtoldus. Engelmarus. Tarant. Oulricus de Moſen. Chuonradus & frater ſuus Oulricus de Vellenberc. Lazarius de Porta. Swicardus de Droezzelingen. Fridericus & frater ſuus Hainricus de Rotenburch. Oulricus Hallarius & Otto filius ſuus. Gotshalc Præpoſitus de Tawer. Fridericus de Berhtingen & alii quam plures.

XLI.

Anno Domini MCCLI. III. Nonas Martii abſolutus eſt Burckardus à karactere crucis per petitores domus Bethleem auctoritate Apoſtolica ipſis collata ſicut ſuarum teſtatur auctoritas litterarum, pro quadam ſumma pecuniæ & quod annuatim XXXII. denarios domui ſolvere debet eidem.

Anno Domini MCCL. indictione VIII. die Martis XI. exeunte Setembre in villa de Bozano in domo Georii Eiſenperi in præſentia Dn. Oulrici plebani de Cheller, Georii Larentnarii de Bozano, Hainrici Ahſclarii de eodem loco, Georii Eiſenprun, Georii Tacmeri, Berhtoldi Unterwegarii, Ortwini & Sivridi Servientum de Diezzen Hainrici Trolemuzſti de Gaz. Gawani & Hainrici Hovelarii de eodem loco & aliorum ſpecialiter ad hoc requiſitorum ibique Dominus Chuonradus Cellerarius atque Conventus Nuntius & generalis Procurator Dni. Alberti Præpoſiti de Diezzen & Conventus ejuſdem loci prout ibidem oſtenſus fuit litteris ſigillatis, ſigillo ſano & in tegmine ipſius Domini Alberti Præpoſiti. Tenor quarum talis erat: Albertus divina miſeratione Præpoſitus totuſque Diezzenſis Eccleſiæ Conventus viro dilecto A Militi dicto de Monte univerſiſque præſentem intuentibus & audientibus paginulam in omnium Salvatore ſalutem. Noveritis, quod nos dilectum confratrem noſtrum latorem præſentium C. Sacerdotem procuratorem conſtituimus ſuper prædio Eccleſiæ noſtræ ſub eodem ſito monte firmum tenentes & ratum quicquid per eum cum eodem Domino Arnoldo ſuper ipſo prædio ordinatum fuerit & per cartam notariorum more Bozanæ civitatis confirmatum. Superſcriptus Dominus C. Sacerdos & Procurator procuratorio vice & nomine per ſe & prædictum Dominum Albertum Præpoſitum & Conventum caſæ Dei de Diezzen, jure locationis perpetualis à ſe ſuiſque ſucceſſoribus ad habendum & detinendum perpetualiter, id eſt, donec iſte mundus durabit, inveſtivit Dominum Arn. de Vorſt de quadam pecia terræ incultæ jacentis in monte S. Teneſii in loco ubi dicitur ſuperior caſale. Cohæret ei ab uno latere Domina Geſa extra à via ab uno latere Bertoldus de Pidrezol à capite via publica & alii fortè ſunt cohærentes, uti de cætero ſubſcriptus Dominus Arnoldus per ſe ſuosque hæredes habeat & teneat ipſam terram unacum introitu & exitu ſuperioribus & inferioribus cum aquæductis & obluvionibus & cum omnibus ſuis pertinentiis in integrum ad cenſum annuatim dando & ſolvendo ipſis Dominis locatoribus & eorum ſucceſſoribus III. urnas vini puri & albi ſine macula in vindemio, excepto in primis duobus annis debet ipſe conductor Dominus Arnoldus habere ipſam terram ex dono datum & aſſignatum dictum cenſum transacto dictis duobus annis ipſis dominis locatoribus in manſum iſtius Georii Eiſenperi vel alias ut Domini bona habebit in partibus de more, & ſi uno anno obmiſerit, quod cenſum non dederit, in ſecundo induplare teneatur, & ſi in ſecundo anno non induplaverit, cadat ab omni ſuo jure dictæ locationis & tam cenſum induplatum illorum annorum, quorum tenuerit perſolvere, teneatur ſub obligatione omnium ſuorum bonorum tali etiam pacto in literis ſimpliciter confirmato, quod non liceat ipſi Domino Arnoldo nec ſuis hæredibus dictam terram vendere, donare, vel aliquo alio modo alienare alicui perſonæ; quod ſi fecerit, amittat etiam jus ſuum in dicta locatione, & quod hæc alienatio ſit caſſa & vana, & nullius ſit momenti vel valoris. Promiſit quoque & convenit dictus Dns. Chunradus Procurator ſimpliciter pro ſe & procuratorio vice & nomine prædicto Dno. Præpoſito & Conventu & per eorum ſucceſſores ipſi Dno. Arnoldo atque Domino Oulrico ſubſcripto nomine & vice pro hæredibus ipſius Domini Arnoldi recipienti dictam terram warentare * & defendere ab omni homine cum Rác. ſub pœna dupli vel prout erit tempore meliorata aut ſub æſtimatione valuerit bonorum virorum in conſimili loco & reficere omnes expenſas, quas faciet in curia vel extra curiam in defenſione dictæ terræ, renunt. ipſe Procurator & procuratorio nomine & vice meorum Dominorum privilegio fori omnique Eccleſiaſtico & Clericali juri, quibus poſſint ſe tueri à dicta locatione, & dedit ſibi conductori iſtum Bertoldum Unterwegarium ad dandam tenutam dictæ terræ & ſic convenerunt inter ſe duo brevia uno tenore fieri. Ego Chuonradus Notarius Domini Chunradi Regis interſui, recognovi & ſcripſi.

* vid. Du Cangii Gloſſ. V. *vvarentizare* unde Gallorum *Garantie*.

XLII.

Hartwicus primus Præpoſitus rexit hunc locum XL. annis & uno.

Deginhardus Præpoſitus rexit hunc locum annis XXX. & uno.

Ottliebus Præpoſitus rexit hunc locum XX. annis, qui reſignavit prælaturam VII. ſeptimanis ante diem obitus ſui.

Hainricus Præpoſitus rexit hunc locum XVIII. annis. XXX. ſeptimanis minus quatuor diebus.

Albertus Præpoſitus rexit hunc locum VIIII. annis & XXIII. ſeptimanis, & reſignavit prælaturam ante diem obitus ſui anno uno & XXXVI. ſeptimanis.

Chuonradus Præpoſitus ſextus hunc locum ſtrenua prælatura rexit XIII. annis & XXVI. Ebdomadis.

Berhtoldus Præpoſitus obiit piæ memoriæ, qui rexit hunc locum ſtrenue & religioſè annos XIX. cum duobus menſibus & quievit in pace anno Dom. MCCC. cum XVI. qui cum primo præficitur, invênit hanc Eccleſiam in univerſo prædiorum aliarum poſſeſſionum diſtractione multarum videlicet XIIII. & LXXXVII. prædiorum oneratam, cujus ſumma Mille DII. libr. denar. effecit.

XLIII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod Dn. Chuonradus de Hœhenwanch & frater ſuus Marquardus contulerunt Eccleſiæ Diezenſi mediam Huobam ſitam Ober Windach ob remedium animarum ſuarum & omnium parentum ſuorum tali pacto ut quamdiu vixerint C. & M. præſcripti eandem Huobam poſſideant & annuatim Eccleſiæ noſtræ Diezenſi V. denarios pro cenſu perſolvant, & ſi unus eorum deceſſerit, portio ejusdem cedat Eccleſiæ Diezenſi; ſecundo vero mortuo altera pars conſequenter cedet Eccleſiæ præſcriptæ, & ſi liberos habuerint, ex his nullus prædium prænotatum hæreditabit; compromiſſum etiam eſt eis apud Conventum noſtrum, quod ad Eccleſiam noſtram ad ſepeliendum per conductum laborem noſtrum deferri debent, ſi in tali vicinitate vitam finierint. Teſtes: Chuonradus Præpoſitus. Hainricus. Ortliebus, Chuonradus. Sacerdotes. Gœzwinus. Hainricus Diacones. Hainricus de Hurnloch. Hainricus ſervus ſuus. Hainricus Zazman & alii quam plures. Acta ſunt hæc Anno gratiæ MCCLIIII. in die S. Gertrudis in choro noſtro.

XLIIII.

Placuit Præpoſito Hainrico totique hujus Eccleſiæ Conventui ſcripto commendare, quomodo Exequiæ confratrum Canonicorum & anniverſarii eorundem à præſentibus & à poſteris regulariter & perpetuo eſſent celebrandi. Eſt igitur talis conſtitutio, ut poſtquam humatum eſt corpus fratris Canonici usque ad XXX. diem obitus ejusdem, omnis Conventus cum Scolaribus finitis veſperis inchoato Reſponſorio: Deus ætern. cum duobus candelis & thuribulo eant ad ſepulchrum ejusdem confratris dicentes ibidem placebo, quo finito regrediantur in chorum cantantes ant. Domine ſuſcipe me. cum collecta B. Johannis Apoſt. & Evang. tui Domini Interceſſione nos protege, & animam famuli tui, cujus memoriam agimus, Sanctorum tuorum junge conſortiis. Quando verò talis, ut dictum eſt, memoria agi debet ſub veſperis pulſabitur campana S. Thomæ, ut ſi quis veſperas ſollempnes neglexerit, idem veſperas mortuorum ,ut prædictum eſt, minimè negligat. Simili modo fiat in anniverſario Fratris Canonici.

XLV.

C. Dei gratia Brixinenſis Eccleſiæ indignus Miniſter omnibus Chriſti fidelibus ſalutem & æternam in Chriſto benedictionem , noſſe volumus univerſitatem veſtram, quod cum controverſia inter præpoſitum Degenhardum de Diezzen & fratres ſuos in una parte & Purchravios Ernuſtum & Hainricum in altera parte movetur pro prædiis quibusdam apud Chircheim ſitis, quæ Otto Babenbergenſis Epiſcopus ab Alberto quodam Zolle comparavit, eaque Eccleſiæ Diezzenſi contulit nobis mediantibus & cooperantibus talis facta eſt transactio, quod præfatus Præpoſitus & fratres ſui Purchraviis darent XX. marchas, quod & factum eſt. Unde Purchgravii omni juri prædiorum illorum renuntiaverunt. Præpoſitus quoque & fratres ſui renuntiaverunt actioni quam adverſus eos habebant, pro dampnis quæ intulerant eis, & ne impoſterum de his fiat dubium præſens ſcriptum eſt conſcriptum. Hujus rei teſtes ſunt: Wernherus de Owern. Oulricus de Sunenberc. Arnoldus de Rodanch & Fridericus filius ipſius. Wilhelmus de Veltins. Burchardus de Sabiona. Hartmannus de Tittinhuſen & filius ipſius. Engelbertus de Trennes. Otacher & Herbrandus de Niwenberch. Albertus Zant, Chuonradus, Cozwinus Presbyteri, Burchardus frater converſus , Berhtholdus Longus, Lutwinus, Hainricus, Oulricus , Sivridus Preco & alii quam plures.

XLVI.

Univerſis præſentes intuentibus innoteſcat, quod Dominus Eberhardus de Widerſperch tradidit conventui in Oblayum IIII. areas I. Hofſtet in Frutingen ſitas, quarum duæ perſolvunt IIII. ſolidos brevium, duæ libras II. denariorum Monacenſium, de quibus poſt obitum ejusdem unicuique Sacerdoti in conventu dari debent IIII. den. Diacono * Subdiacono II. & ejus & uxoris ſuæ Sophiæ anniverſario , qui ſingulis annis celebrari debet vigiliis & miſſis. Cæterum etiam tradidit nobis decimam in Mahtolfingen quam ab ipſo quidam civis Weilham. dictus Marquart Chening jure feodali poſſederat , quo decedente, eadem Decima ad ipſum Widerſperch eſt liberè revoluta & per ipſum oblayo noſtro collata , tali additione ut poſt obitum ſuum miſſa pro defunctis ſeptimanatim ad S. Jacobum celebretur , & Sacerdoti eandem miſſam celebranti potus vini noſtri præbendalis tribuatur. Teſtes ſunt: Dominus Otto de Greiffenberch. H. Smieher. Otto Ch[illegible]ſteiner. Ch. Schondorfer & frater ſuus Johannes.

*Summa eraſa.

XLVII.

Notum eſſe volumus tam in futuras quam in præſentes generationes, quod quidam Luttprandus cum uxore ſua de Naters, licentia Comitis Hainrici Domini ſui tradidit S. Stephano protom. in Diezen prædium ſuum, quod eſt ſitum Naters præſente Comite Berhtolto ejusdem loci advocato pro requie animæ ſuæ. Hujus rei ſunt teſtes: Berhtoldus Comes, Geroldus de Selve. Eberhardus de Hohenrain. Hainricus de Tanchirchen, Ortolfus de Birichnanch , Goteboldus de Natirs, Luitwinus de Diezin. Dietmarus de Diezen. Richerus de Diezzen. Richerus de Erlingen.

Notum ſit tam futuris quam præſentibus, quod Hainricus de Shallenchaim miniſterialis Comitis Berhtoldi partem ſalis quam habuit Halle ſcilicet trium talentorum & octoginta denariorum tradidit S. Stephano prothom. in Diezzen, pro remedio animæ ſuæ nec non & Domini ſui Comitis ſcilicet Hainrici & omnium anteceſſorum ſuorum. Hujus rei ſunt teſtes: Geroldus de Raiſtingen & filius ejus Chuonradus, Berhta, Luta, Gerloch.

XLVIII.

Noverit omnium Chriſti fidelium tam futurorum quam præſentium diſcreta ſollertia, quod Berhtoldus Comes de Andehs pro requie animæ fratris ſui & omnium propinquorum ſuorum tradidit S. Stephano & B. Georgio IIII. curias. Duas in loco qui dicitur Brunnon juxta Mandichingen, alias verò duas in loco, qui dicitur Ecge juxta Mammindorf, & quatuor manſus: unum in Diezzen, alium in vicu, qui dicitur Fronriet, tertium in Brunnental, quartum in Bozano. Hujus rei ſunt teſtes: Gebolfus de Aſcheringen. Otto de Chraine. Chuonradus de Brunnon. Goteſcalchus de Hehenrein & filius ejus Berhtolfus.

XLIX.

Notum ſit tam præſentibus quam futuris, quod Oudeſcalchus prædium ſuum in Soln tradidit S. Stephano & pro remedio animæ ſuæ nec non anteceſſorum ſuorum, Ottone Comite aſtante de Wolfratehuſin & aliis quam plurimis. Hujus rei teſtes ſunt: Magenſo & Geroldus de Seluwe Wlfwin. Bernhart. Hainricus. Oudalricus de Pupelingen.

L.

Notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris, quod Ortwinus de Zaizmanigen prædium ſuum quod habuit in Milingen per manum Domini ſui Berhtoldi March. tradidit S. Mariæ in Diezzen uſibus fratrum Deo inibi ſervientium omnimodis profutura, pro remedio animæ ſuæ & omnium anteceſſorum ſuorum & omnium fidelium defunctorum. Hujus traditionis teſtes ſunt: Ipſe Dominus Marchio Berchtoldus. Otto de Aſcheringin. Chuonradus de Brihſin. Hainricus de Fruintiſperch, Otto de Huntishovin. Arbo de Ellinwanch, Voulchwin. Hainrich.

LI.

Notum ſit tam futuris quam præſentibus, quod Dominus Oudalricus Sacerdos de Herigershuſin tradidit S. Mariæ in Diezzin Irmingardim, Chunigundim & duas filias ipſius Mathildim Adilhaidim, quas tunc pepererat & de reliquo omnem poſteritatem eorum usque in perpetuum. Hujus rei ſunt teſtes: Siboto. Hainricus de Schallinchaim & filii ipſius, Chuonradus de Raiſtingen.

LII.

Notum ſit tam futuris quam preſentibus, quod Goteboldus de Holzin tradidit prædium ſuum in Humbilshaim, quod ipſe jure feudi à Domino ſuo Comite Hainrico quoadusque viveret, perceperat, S. Mariæ in Diezzen cum quodam homine ſuo Arnolfo eundem locum incolente pro remedio animæ ſuæ & omnium propinquorum ſuorum. Hujus rei teſtes ſunt: Otwinus, Oudalricus, Diethpertus, Meinhardus, Albertus.

LIII.

Notum eſſe volumus omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam præſentibus, quod quidam Eberhardus cum uxore ſua Berhta de Ingoltiſperch ſe ipſos & poſſeſſionem ad dimidium manſum conſenſu Domini Imperatoris Friderici & Marchionis Berhtoldi tradidit S. Mariæ ſemper Virgini in Diezzen in uſus fratrum Domino inibi ſervientium.

LIIII.

Notum ſit tam futuris quam præſentibus, quod Merboto Miniſterialis Domini Comitis Berhtolfi hæreditatem ſuam tradidit S. Stephano in Diezzen, quæ ſita eſt Smiehen, Heinrichishovin & Egelingin pro redemptione animæ ſuæ & omnium anteceſſorum ſuorum. Hujus rei ſunt teſtes: Liutwinus Eppo. Heremannus. Wolfoldus. Gebehardus.

LV.

Notum ſit tam futuris quam præſentibus, quod Chuonradus miniſterialis Comitis Berhtoldi tradidit prædium ſuum & aviæ ſuæ Outæ, quod ſitum eſt in loco, qui dicitur Mandichingen per manum Domini ſui Comitis Berhtolfi rogatu & conſenſu ejusdem Outæ S. Stephano protom. in Diezzen pro remedio animæ ſuæ, & dominorum ſuorum & parentum ſuorum. Hujus traditionis ſunt teſtes: Eberhardus de Hohenrain, Henricus de Seluwe, Altmannus de Annedehſe. Wernherus & Ludewicus frater ejus de Taindiswanch, Dietmarus de Diezzen, Luitwinus de Birchinanch. Herrandus de Diezen. Arbo de Erlingen & multi alii.

LVI.

Notum ſit tam futuris quam præſentibus, quod Berhtoldus de Huſin Miniſterialis Comitum Popponis & Berhtoldi tradidit prædium ſuum, quod ſitum eſt Mandichingen, & quod ſitum eſt Trozelingen cum familia quam in eodem prædio poſſedit unacum matre ſua Adelberga & conſenſu Dominorum ſuorum rogatu Liutoldi fratris ſui, qui in comitatu Domini ſui Comitis Berhtoldi occiſus eſt, S Stephano Prothom. in Diezzen pro remedio animæ ſuæ & ſupradicti Luttoldi & omnium parentum ſuorum. De hac traditione teſtes ſunt: Ludewicus de Andehs, Goteboldus de Raiſtingin. Fridericus de Uttingin. Sigebotto de Biſinberch. Lutwinus de Burchinanch. Diethmarus de Diezzen. Eppo de Munigiſingin. Geroldus de Raiſtingin. Wolfoldus de Muzines. Richerus de Diezen.

LVII.

Notum ſit tam futuris quam præſentibus, quod Berhtolfus Comes de Diezzen præſente uxore ſua Sophia & filiis ſuis Poppone & Berhtolfo tradidit Hailradam filiam Hiltiboldi de Hoveſtetin & Imizæ de Vindingin & filios filiasque ſuas S. Georgio, ea videlicet conditione ut jus habeant Miniſterialium ſuorum ipſa & filii filiæque ejus & poſteritas eorum in perpetuum niſi conjugio interveniente, poſtea juſtitiam ſuam amittant. Nomina filiorum filiarumque ejus hæc ſunt. Wigolt. Sigimar. Diepolt. Judintha. Giſila. Hereburch. Teſtes: Gotebold Sacerdos. Meingoz de Uttingen. Dietmarus de Diezen. Lutwinus de Birnach. Engildio de S. Georio.

LVIII.

Notum ſit omni Eccleſiæ fidelium tam futuri quam præſentis ævi, quod Dominus & venerabilis Sacerdos Adelbero de Smiehon tam pro animæ ſuæ quam parentum & omnium debitorum ſuorum ſalutis requie beato Stephano prothon. in Diezzen per manus cujusdam Mengozi & filii ſui Lutwini in legem & juſtitiam clientum tres ancillas ſuas Paulinam ſcilicet Jutham & Swiburgam tradidit, & huic rei aſtipulantur teſtes: Quidam Macelinus liber de Pidrichingen & de eodem loco quidam Helbuwinus & Oudalricus de Huſin, Diethmarus de Diezen. Wolfoldus de Mutzines.

Notum ſit tam futuris quam præſentibus, quod idem venerabilis Sacerdos Adalbero, tam pro animæ ſuæ quam parentum debitorumque ſuorum ſalutis requie beato Nycolao Conf. per manus cujusdam Luttwini, Hailradam ancillam ſuam & adhuc per manus cujusdam Heinrici de Mandichingen, Immin & filium ejus Richpertum & Gumpertum & filiam ejus Giſilam & Berhtam, Herburgam, Gerdrudim tradidit, & aliam Gertrudin & huic rei aſtipulantur teſtes: quidam Macelinus de Bridrichinrichingen & Bernhardus & Gozolt de Stainbach. Mengoz & Diethmarus de Diezin.

LIX.

Noverit omnium Chriſti fidelium tam futurorum quam præſentium diſcreta ſollertia, quod Oudalricus de Homeras tradidit quamdam hæreditatis ſuæ portionem in Wengen per manus Domini ſui Ottonis & Heinrici & Dominæ ſuæ Laurittæ in manus Advocati Comitis Bertolfi & filii ſui Popponis beato prothom. Stephano tam pro ſalute animæ ſuæ quam uxoris & prolis. Et huic rei aſtipulantur Comes Poppo. Bernhardus de Homeras. Bernhardus de Buron. Bernhardus de Talehuſin. Bernhardus de Mahtolfingen. Hainricus & Sigebandus frater ejus de Selwe. Oudalricus & filii ejus de Huſen. Luitfridus de Froutingen. Sifridus de Tierſtein.

LX.

Notum ſit tam in futuras quam in præſentes generationes, quod Sifridus partem hæreditatis ſuæ in Tyerſtein per manus Domini ſui Comitis Berhtolfi tradidit beato Georgio pro ſalute animæ ſuæ & parentum ſuorum, & huic rei teſtes adhibentur: Degenhart de Karlſperch, Eberhardus de Herenhuſin. Oudeſchalch & fratres ejus de Hohenberh. Berhtolfus de Almintingen. Goteshalchus & Ludewicus de Hohinrain. Magenſo de Brunnintal.

LXI.

Notum ſit omnibus tam futuris quam præſentibus, quod tradita eſt Irmingard filia Ebermundi de Diegen à Berhtolfo Comite per manus Cuonradi S. Stephano pro remedio animæ ſuæ ad reddendum tributum ſingulis annis ſcilicet V. nummos ipſa & omnis poſteritas ejus. De hac re ſunt teſtes: Degenhardus de Sevelt & Oudalricus frater ejus. Berhtolfus & frater ejus. Oudalricus filii Oudalrici de Huſin.

LXII.

Notum omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam præſentibus, quod Dominus Otto venerabilis Epiſcopus Babenbergenſis prædium ſuum in Chirchaim, quod emit a quodam Alberto, qui vulgo Zollo vocatur, ſine ullius contradictione de Pfaffinhovin tradidit S. Mariæ in Diezzen uſibus fratrum Domino inibi ſervientium omnimodis profuturum tradidit & aliud prædium per manum fratris ſui Berhtoldi March. in Muſingin, quod ipſe emerat à religioſis Canonicis viris de Rore & in ſuis uſibus per multos habuit annos nullo ſibi contradicente vel obſtante, S. Mariæ ſemper Virgini in Diezzen IIII. ſcilicet curias, III. Molendina cum pratis & agris & hominibus, qui ſui juris vel proprietatis fuiſſe dinoſcuntur & eccleſiam in eodem loco ſitam, & ſaltum quemdam vicinum eidem loco, qui vulgo Arnhart vocatur & decurſum fluvii apud quem ipſa molendina ſita ſunt, ut nulli hominum liceat juxta eundem fluvium in ſuperdicto prædio plura exſtruere molendina, ne per licentiam Præpoſiti Diezzenſis & fratrum ejus ne reditus & tributa ejusdem prædii in aliquo attenuari vel corrumpi videantur. Tradidit etiam ad eundem locum Eccleſiam Smiehen, quæ ſibi hereditario jure in poſſeſſionem ceſſerat, & capella in Brunnon & Eccleſiam in Muſingen cum omni ſupra ſcripto prædio. Dedit & calicem unum duas caſulas. IIII. Cappas purpureas. Omnia ſupra dicta tradidit idem venerabilis Epiſcopus S. Mariæ ſemper Virgini in Diezzen fratribus Deo inibi ſervientibus omnimodis profutura.

LXIII.

Notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris, quod tradita eſt Irmingart filia Ebermundis de Diengen à Bertolfo Comite per manus Chuonradi, S. Stephano pro remedio animæ ſuæ ad reddendum tributum ſingulis annis ſcilicet V. nummos & omnis poſteritas ejus. De hac re ſunt teſtes: Degenhardus de Sevelt & Oudalricus frater ejus, & Bertolfus & frater ejus Oudalricus filii Oudalrici de Huſen.

LXIIII.

Notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris, quod Oudalricus de Humeras tradidit quamdam hæreditatis ſuæ portionem in Wengen per manus Domini ſui Ottonis & Henrici & Dominæ ſuæ Lauritten in manus advocati Comitis Bertolfi & filii ſui Popponis beato prothom. Stephano tam pro ſalute animæ ſuæ quam uxoris & prolis. Et huic rei aſtipulantur Comes Poppo. Bernhardus de Humeras. Bernhardus de Buiron. Bernhardus de Talehuſen. Bernhardus de Matholfingen. Heinricus de Selwen & Sigebandus frater ejus. Oudalricus & filii ejus de Huſen. Luttfridus de Frutinnen. Sifridus de Tyerſtein.

LXV.

Notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris, quod Sifridus partem hæreditatis ſuæ in Tyernſtein per manus Domini ſui Bertolfi beato Georio tradidit pro ſalute animæ ſuæ & parentum ſuorum. Et huic rei teſtes adhibentur Degenhart de Charleſperc. Heberhardus de Herenhuſen. Oudeſcalch & fratres ejus de Hohenberc. Bertolfus de Almendingen. Goteſalc. Ludwic de Hohenrain, Magenſo de Brunnenthale.

LXVI.

Notum ſit tam futuri quam præſentis ævi. Dominus & venerabilis Sacerdos Adalbero de Smiehen tam pro animæ ſuæ quam parentum & omnium debitorum ſuorum ſalutis requie beato Stephano prothom. in Diezzen per manus cujusdam Meingozi &

filii ſui Littwini in legem & juſtitiam clientum tres ancillas ſuas, Paulinam ſcilicet & Juchun & Smiburgam tradidit, & huic rei aſtipulatur quidam Macelinus liber de Priderichinen & de eodem loco Helbewinus & Oudalricus de Huſen & Dyetmarus de Tyezen, & Wolfoldus de Mutzinis.

LXVII.

Notum ſit cunctis tam futuri quam præſentis ævi Dominus idem & venerabilis Sacerdos Adelbero tam pro animæ ſuæ quam parentum debitorumque ſuorum ſalutis requie beato Nycolao Confeſſori per manus cujusdam Litwini Heilradam ancillam ſuam & adhuc per manus cujusdam Heinrici de Mandichigen Imnem & filium ſuum Ripreten & Cumpertum & filiam ſuam Giſelen & Berchen & filiam ſuam & Herburgam & filiam ſuam Gerdrudam tradidit & aliam Gerdrudam & huic rei aſtipulatur quidam Macelinus de Bridrichinen & Bernhardus & Gozolt de Steinbach. Meingoz & Dietmarus de Tyezen.

Notum tam futuris quam præſentibus ſit quod Bertolfus Comes de Diezin præſente uxore ſua Sophia filiisque Poppone & Bertolfo tradidit Heilradam filiam Hiltiboldi de Hoveſtetin & Imizæ de Vinningin & filios filiasque ſuas. S. Ceorio ea videlicet conditione, ut jus habeant miniſterialium ſuorum ipſa & filii filiæque ejus & poſteritas eorum in perpetuum ni conjugio interveniente poſtea juſtitiam ſuam amittant. Nomina filiorum filiarumque ejus hæc ſunt: Wigolt. Sigimar. Diebolt. Juditha. Giſela. Hereburc. Teſtes Gotebolt Sacerdos. Meingoz de Utingen. Dietmarus de Dizen, Luitwin de Birchmanc, Engildico de S. Georio.

LXVIII.

Notum ſit tam futuris quam præſentibus, quod Comes Heinricus ſuam principalem curiam in Diezen tradidit, S. Stephano Prothom. pro requie animæ ſuæ nec non parentum ſuorum. Hujus rei ſunt teſtes, Richerius de Hohenburc. Goteſcalcus & Ludwicus de Hohenrain. Eberhardus de Bule *. Heinricus de Meringin. Egelolfus. Hainricus de Tanchirchen. Gotefridus de Anctorf, Dietmarus de Diezin. Sciendum eſt, quod idem Hainricus Comes tradidit ad eundem locum prædium ſuum, quod eſt ſitum in Wengen & inſuper mater ſua Domina Lauretta Cometiſſa addidit manſum ſuum, pro ſalute animæ miniſterialis ſui Magenſen, qui occiſus eſt Valegæ. Hujus rei ſunt teſtes: Gotefridus de Anctorf, Eberhardus de Boile, Wlſwinus de Nivarn, Rapoto frater ejus. Hainricus de Tanchrn * Hainricus de Meringin, Ortolfus de Birchinanch, Egelolfus de Wolfertzhuſen. Leo de Munigiſign. Walcfridus de Perchach.

* idem ac de Pael.

* *puto* Tanchirchen.

LXIX.

Notum ſit tam futuris quam præſentibus, quod quidam Luttprandus cum uxore ſua de Naters licentia Comitis Hainrici Domini ſui tradidit S. Stephano Prothom. in Diezin prædium ſuum, quod eſt ſitum Naters præſente Comite Bertolfo ejusdem loci Advocato, pro requie animæ ſuæ. Hujus rei ſunt teſtes Comes Bertolfus, Geroldus de Seleu. Eberhardus de Hohenrain. Hainricus de Tanchirche. Ortolfus de Birchmanc. Goteboldus de Naters. Luttwinus de Diezin, Dietmarus de Tizen. Richerus de Tizen. Richerus de Erlingin.

LXX.

Notum ſit omnibus tam futuris quam præſentibus, quod Dominus Hainricus Ratisponenſis Epiſcopus tradidit prædium ſuum Telbes per manum Adelberonis de Starcholfeſhoven S. Stephano Prothom. in Diezen rogatu miniſterialis ſui Ruodperti de Boile pro requie animæ ipſius Ruodperti, qui in expeditione Regis Lotharii defunctus eſt. Hujus rei teſtes Adelbero de Starcholfeſhoven. Werenhardus & frater ejus Fridericus de Homeras. Chuonradus de Scondorf. Geboldus de Grauendorf.

LXXI.

Notum ſit tam præſentibus quam futuris, quod Merboto miniſterialis Comitis Bertolfi hæreditatem ſuam tradidit S. Stephano in Diezen, quæ ſita eſt Schmicon *. Heinrishoven. Hegelingin. Pro redemptione animæ ſuæ & omnium anteceſſorum ſuorum. Hujus rei ſunt teſtes Liutwinus de Birchinanc. Heppo de Munigiſing. Heremannus. Wolvoldus de Muzines. Gebehardus de Muron. Oudalricus confrater noſter & Irmingart uxor ejus.

* *id eſt* Schmiechen.

Notum ſit tam futuris quam præſentibus, quod Cuonradus de Brunnon miniſterialis Comitis Bertolfi tradidit prædium ſuum & aviæ ſuæ Outhæ, quod ſitum eſt in loco, qui dicitur Mandichign per manum Domini ſui Comitis Bertholfi rogatu & conſenſu ejusdem Outhæ S. Stephano Prothom. in Diezen pro remedio animæ ſuæ, & dominorum ſuorum, & parentum ſuorum. Hujus rei ſunt teſtes: Eberhardus de Hohenrain. Henricus de Selev. Altmannus de Anedeſſe. Wernherus & Ludewicus frater ejus de Taidingeswanc. Tietmarus de Diezen. Luitwinus de Birchinanc. Herrandus de Dyezen. Oudelmannus de Dizen. Richerus de Erlingen. Adelhardus de Diezen. Arbo de Anedeſſe & multi alii.

LXXII.

Notum ſit tam præſentibus quam futuris, quod Bertolfus de Huſen miniſterialis Comitum Popponis & Bertholfi tradidit prædium ſuum, quod ſitum eſt in loco, qui dicitur Mandichign, & quod ſitum eſt in loco, qui dicitur Troizilign cum familia, quam in eodem prædio poſſedit, una cum matre ſua Adelburga & conſenſu Dominorum ſuorum rogatu Luttoldi fratis ſui, qui in comitatu Domini ſui Comitis Bertholfi occiſus eſt, S. Stephano Prothom. in Diezen pro remedio animæ ſuæ & ſupra dicti Luttoldi & omnium parentum ſuorum. De hac traditione teſtes ſunt Ludewicus de Ades, Goteboldus de Raiſtign, Fridericus de Outting, Sigebotto de Biſinberc, Luitwinus de Birchmanc, Dietmarus de Diezen. Eppo de Munigiſign. Geroldus de Raiſting, Wolvoldus de Muzines. Richerus de Diezen. Gerungus de Vindign. Gebehardus de Muron.

LXXIII.

Notum ſit tam præſentibus quam futuris, quod Bertolfus Comes pro remedio fratris ſui & anteceſſorum ſuorum tradidit S. Stephano & S. Georgio quatuor manſos una in Diezzen alium in vicu, qui dicitur Tironeriet, tertium in Brunnental, quartum in Pocen. Hujus rei teſtes ſunt Gebolf. Otto de Craine, Chuonradus de Brunnen, Goteſcalchus de Hœhenrein & Bertolfus filius ejus.

LXXIIII.

Notum ſit tam præſentibus quam futuris, quod Odelſcalchus hæreditatem ſuam in Soln tradidit S. Stephano & Georgio, pro remedio animæ ſuæ nec non anteceſſorum ſuorum Ottone Comite de Wolfratehuſen aſtante, & aliis quam plurimis. Hujus rei teſtes ſunt: Magenſo & Geroldus de Selwe. Wlfwin. Bernhart. Hainricus. Oudalricus de Pupelingen.

LXXV.

Notum ſit tam præſentibus quam futuris, quod Hainricus de Scallankeim miniſterialis Comitis Bertoldi partem ſalis, quod habuit Halle, ſcilicet trium talentorum & octoginta denariorum pro remedio animæ ſuæ nec non Domini ſui Comitis ſcilicet Hieinrici & omnium parentum ſuorum tradidit S. Stephano in Diezen. Hujus rei teſtes ſunt: Geroldus de Raiſtingen & filius ejus Chuonradus. Berhta, Jeyta, Gerloch.

LXXVI.

Notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris, quod Dominus Orwinus de Zaizmanningen prædium ſuum, quod habuit in Milingen per manum Domini Marchionis S. Mariæ in Diezen in ſervitium fratrum tradidit. Hujus traditionis teſtes, ipſe Dominus Marchio Bertholdus, Otto de Askeringen. Chunradus de Brihſin. Heinrich de Uriunſperch. Otto de Hunshoven. Arbo de Ellenwanc. Volckwin. Hainrich, Herrant, Arbo.

LXXVII.

Notum ſit tam præſentibus quam futuris, quod Dominus Oudalricus Heringershuſen tradidit S. Mariæ Irmingardim . . . duas filias ipſius Mathildim, Adelhaidim. Hujus rei teſtes Siboto . . . *

* hæc partim effugerunt partim reciſa fuere.

LXXVIII.

Univerſis Chriſti fidelibus notum facimus, quod ego Chuonradus favente Dei gratia Diezenſis Præpoſitus emi à Domino Ludewico de Widerſperch & filio ſuo Gotſcalco curiam unam in Hohenrain cum omnibus adtinentiis ſuis ſilvis, pratis, cultis ſive incultis, pro XXVI. talentis ad uſus Eccleſiæ S. Mariæ in Diezen & omnium ibidem Deo famulantium, quod & ipſi propria manu noſtre Eccleſiæ devotè contulerint. Hujus rei teſtes ſunt Dominus Eberhardus de Porta & frater ejus Otto, Dominus Sifridus de Dröfling, Dominus Berhtoldus & Ortwinus dicti Giſſones. Ipſe Dominus Ludewicus & filius ejus Gotſchalcus. Judex Ducis Bawariæ Heinricus de Paül. Ex familia Heinricus Prieke, Bertholdus dictus Aichorn. Arnoldus piſtor & frater ejus Chunradus. Rudigerus & alii quam plures.

LXXIX.

Item in eodem loco & eodem tempore præfatus Dom. Ludevvicus conſenſu prædicti filii Got. dedit nobis alteram curiam, quæ fuit obligata ſervis Dni. Eberhardi de Porta pro novem talentis quam nos redemimus pro ſeptem libris * . . . Quam etiam contulerunt Eccleſiæ ad uſus ibidem Domino ſervientium teſtes ſupradicti.

* h. l. hiant duæ lineæ magno ſtudio eraſæ.

LXXX.

Noverit tam præſentium quam futurorum diſcreta ſollertia, quod ego C. Præpoſitus hujus Eccleſiæ emi à quadam foemina de Albelingen dicta Mahtilde prædium unum in Etesloch pro VII. libris, quod & ipſa ſtatim obtulit ſuper altare S. Mariæ perpetuæ Virginis. Hujus rei teſtes ſunt Dns. Chuonradus de Ettesloch, Urſchalcus præco de Monaco, Chuonradus Foſſo de Monaco, Hainricus Judex de Paül. Heinricus Prieko & alii quam plures.

LXXXI.

Sciant tam præſentes quam futuri, quod ego Chunradus Præpoſitus hujus Eccleſiæ emi à fratribus de Droezzelingen Sifrido & Chunrado curiam unam in Ebrolvingen pro XX. libris quam etiam ipſi tradiderunt ſuper altare S. Mariæ. Hujus rei teſtes ſunt: Dominus Ludevvicus de Widerſperch. Dns. Otto de Widerſperch. Dns. Perhtoldus Giſſo. Dn. Chunradus de Stainbach. Oulricus Floetze. Heinricus Priek. Perhtoldus Aichorn. Arnoldus Piſtor. Ruodigerus villicus & alii quam plures.

LXXXII.

Noverint tam præſentes quam futuri, quod ego Chuonradus Diezzenſis Præpoſitus emi molendinum unum in Biſchofsriet cum omnibus adtinentiis ſuis & alia prædiola agros & prata ſibi adjacentia, Spiſhaersried & cætera. à famulo iſtius Eccleſiæ Hartvvico ad ſervitium & uſum beatæ Mariæ perpetuæ Virginis in Diezen & fratrum ibidem Deo ſervientium. Hujus rei teſtes aſtipulantur, Chuonradus Amphora miles de Auguſta, Dietrichus Amphora de Eglingen. Dnus Gotſchalcus de Widerſperch. Chunradus Semfto, Hainricus Sluiſo, Heinricus Prieko & alii quam plures.

Noverint tam præſentes quam futuri, quod ego Chuonradus Diezzenſis Eccleſiæ Præpoſitus emi dimidium manſum in Rantershoven à quodam ſervo Domini Heinrici Nobilis de Wilhaim dicto C. Rantershovenſe pro VII. talent. Auguſtenſis Monetæ ad uſus fratrum ibidem Deo famulantium. Hujus rei teſtes exiſtunt: Dn. Chuonradus de Durgenveldt. Heinricus Judex provincialis de Paul. Dns. Berhtoldus, Dn. Ortvvinus Giſſones. Chunradus Judex Forenſis. Chuonradus Murator. Hainricus Faber de Staindorf, Berhtoldus Spariolus. Hainricus Prieko. Hainricus Magiſter coquinæ. Arnoldus Piſtor, Marquardus Coriarius & alii quam plures.

LXXXIII.

Noverint univerſi præſens intuentes & audientes ſcriptum, quod ego Chuonradus Eccleſiæ Diezzenſis Præpoſitus emi manſum unum ſitum in Pridrichingen à quodam Luipoldo de Lantſperch pro XII. talentis denariorum, quem ipſe à Domino Sifrido de Droezelingen jure poſſederat feodali. Jus verò proprietatis ſuper eodem manſu præfatus S. de Droezelingen una cum fratre ſuo Chuonrado pro tribus talentis prædictæ Eccleſiæ prius donaverat poſſidendum. Hujus rei teſtes ſunt: Hainricus Preco. Berhtoldus Aichorn, Arnoldus Piſtor, Ruedegerus Villicus, Chuonradus de Eberſperch, Hainricus Strange, Berhtoldus Loenze & alii quam plures.

Teſtes qui præſentes fuerunt, cum Hainricus Schurfiſen obligavit Ulricum Eccleſiæ Diezzenſi pro XIIII. ſolidis Monacenſibus, ita quod ſi in Purificatione beatæ Mariæ eum non redimeret, idem Oulricus jam dictæ Eccleſiæ proprietatis nomine attineret. Sunt autem teſtes: Dns Chuonradus de Uſenhoven. Dns Oulricus de Dachovve. Chunradus Foſſo, Chunradus Ehingaer, Ulricus frater ſuus, Wernherus Muſil, Chunradus Pecil, Ulricus Munſteraer. Heinricus, Iſenrich, Ortlieb, Unigaer & Chuonradus Maſot & Sifridus Glokginaer.

LXXXIIII.

Noverint univerſi præſens ſcriptum inſpecturi Diezzenſe capitolum à Dno. Seifrido de Drezlingen comparaſſe homines, quorum nomina ſubjunguntur pretio III. librarum & mediæ ſcilicet Liebwardum, Mehtildem, Adelheidem, Leucardim, Perhtoldum & Hainricum.

LXXXV.

Noverint ſcripti præſentis inſpectores univerſi Dn. Hainricum Præpoſitum perſonas, quorum nomina ſubjunguntur emiſſe à fratribus Heinrico & Ottone dictis Suerpfiſein, novem librarum pretio & LX. denariorum. Heinrico dedimus Suerpfiſein tunicam tempore eodem pacti nomine, quod dicitur Lietchouf, & genero ſuo tunicam, quas Pachriter Wilheim excepit. Ottoni S. largiti tunicam fuimus, tempore quo Dominus Otto Schuerfhiſen ſervum ſuum dictum Stuchs nobis tribuit. Nomina propria. Hainricus dictus Stuchs de Eglingen, Purchardus de Eglingen, Salzmans filius. Chuonradus filius Salzmans ejuſdem, Adelhaidis nata ejuſdem Salzmans, cum parvis ejus Friderun nata Salzman cum parvis ejus, Mechtilt ſæpedicti Salzmans nata cum parvis ejus. Mehtilt & nata Salzmans. Actum die S. Thomæ Sacerdotibus Hainrico de Ramſav. Chunrado Villano, Chunrado Cuſtode. H. de Widerſperch, Ulrico Plebano, Goſvvino, Ottone. Laicis: Chunrado Judice. Chunrado Muratore, Berchtoldo Aichorn. H. Pachritone. Arnoldo & multis aliis præſentibus.

LXXXVI.

Nomina liberorum Heinrici de Schrenche. Gotſchalcus. Diemuot. Berchtoldus, Hainricus, Agnes, qui ſunt Eccleſiæ noſtræ.

LXXXVII.

Noverint præſentes & futuri, quod anno MCCCXLI. ego Chuonradus Dyſſenſis Præpoſitus redemi à Ch. Schondorf de Hoehenvvanch & ſuis hæredibus dimidietatem proprietatis in perſona una ſcilicet Hainrico Prügel de Schondorf pro tribus libris denariorum minus LX. denariis.

LXXXVIII.

Notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris, quod Comes Hainricus tradidit prædia ſua per manus Wulfvvini, qui & Gramannus dicitur S. Mariæ in Diezzen, manſum unum in loco, qui dicitur Amfrun, & aliud prædium in monte, qui dicitur Ellenpoge, & quendam Conradum cum fratribus ſuis & quemdam Gozvvinum cum fratribus ſuis. Hujus rei ſunt teſtes: Bertoldus & frater ejus Luttoldus de Bourle. Marcvvardus de Huſen. Albericus homo ejuſdem Wlfini, Gebehardus de Harderen. Rilandus. Conradus. Gerungus.

LXXXIX.

Notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris, quod Dominus Goteboldus de Holzen tradidit prædium ſuum in Humbelshaim cum Arnoldo viro ſuo ſupradictum locum incolente pro remedio animæ ſuæ S. Mariæ in Diezzen. Hujus rei teſtes ſunt: Otvvinus, Oudalricus, Dietpertus, Meinhartus, Adelbertus.

XC.

Notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris, quod Domina Hazecha de Mandichingen tradidit prædium ſuum in eodem loco Mandichingen ſitum, ſanctæDei Genitrici Mariæ perpetuæ Virgini in locum Diezzenſis cœnobii pro remedio animæ ſuæ & anteceſſorum ſuorum. Hujus rei teſtes ſunt: Amelbertus de Lochuſen. Gotefridus de Andehs, & frater ejus Griſo. Ludevvicus & frater ejus Godeſcalkus de Andehs. Berhtoldus de Huſin.

XCI.

Notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris, quod Eberhardus & uxor ejus Perhta de Ingolſtperch ſeipſos & poſſeſſionem eorum ad dimidium manſum conſenſu Imperatoris & Marchionis tradidit Eccleſiæ S. Mariæ in Diezzen.

XCII.

Notum ſit tam præſentibus quam futuris, quod quædam Hilteburc ſe & filium ſuum Richerum & omnem poſteritatem ſuam S. Mariæ virgini in Diezzen liberè per manum Domini Degenhardi ejusdem loci Præpoſiti ad V. denarios ſingulis annis perſolvendos, hujus rei teſtes Irminher. Heinrich & fratres ejusdem loci ibi tunc præſentes. Richpertus, Imma, Gerdrudis, Richpertus, Cumpertus, Godeſcalkus, Erburc, Hertwicus, Gertrudis Chriſtina, Guntherus, Irmingart, Luttoldus, Gertrudis, Chriſtina, Hernherus, Xatoldus, Eberhardus, Guntherus, Egelolws, Rigelint, Geſala, Mathilt, Adelwart, Luigardis, Bertholdus, Irmengardis, Eberhardus Selint, Adelbert, Diemuot, Pertha, Geſala, Waltherus, Ludewicus, Bertholdus, Odelſcalkus, Hiltebolt, Oudalricus, Adelbolt, Regenlint, Rapoto, Adelburc, Irmingardis, Hademout, Cunrad,.Harmannus, Bernhardus, Cuonradus de Ougenburc, Diemout, Alper: Bernhart, Mathilt de Hourskin, Diemout. Bertholdus, Oudalricus, Volcherus, Cunegund, Luigard, Mathilt Filia Diemoudis de Platenſtain. Chriſtina & filia ejus Hilteburc & Filius ejus Sifrid, Sigemarus, Heinricus.;

XCIII.

Notum ſit omnibus Eccleſiæ fidelibus tam futuris quam præſentibus quod Comes Henricus de Wolveratehuſen monaſterium, quod ſitum eſt in Diezzen principalem ſcilicet locum ſuum poſſeſſionibus multis amplìavit præſente ejusdem loci præpoſito Harwico & aliis multis nobilibus & vulgaribus aſtantibus Anno namque Mill. Cent. LVIII. die Kalend. Majarum tradidit poſſeſſiones ſubſcriptas per manum Nobilis hominis Oudalſcalci de Ouſtildorf quidquid poſſedit in eodem loco Diezzenſi, agros, homines & piſcationis jura in lacu, qui dicitur Amberſe, qui eidem loco vicinus eſt & ſylvam magnam cujus fines tranſeunt a loco eodem Diezzenſi uſque ad montem, qui dicitur Piſenberch * . . . & rotæ in poteſtatem Præpoſiti Diezzenſis & fratrum ejusdem loci conſtituit. Tradidit etiam eodem modo prædia ſua in Mandichingin quatuor ſcilicet curias cum hominibus incolentibus eas, & omnes homines ſuæ proprietatis in eodem loco, exceptis his qui incolunt terram quam tradidit idem comes Sanctæ Mariæ & S. Oudalrico inaugurata tradidit etiam hortum & partem nemoris ad ſe pertinentis. Tradidit etiam eodem oblationis modo prædia ſua in in Windahe, Scondorf, Luitenhoven, homines, agros, Sylvas, culta & inculta omnia ad ſe pertinentia ex integro obtulit. Tradidit etiam urbem quandam in montibus ſitam, quæ vocatur Sconenberch & montem vicinum, qui dicitur Irengsberch & adjacentia juga uſque VVengen ea videlicet ratione ut urbe deſtructa nunquam aliqua perſona præſumat reædificare montes prædictos in poſteras generationes & in teſtimonium ejusdem conditionis tradidit dimidium manſum in loco, qui VVengen dicitur, hæc enim etiam tradidit in eundem locum quidquid poſſedit in Bozano vinearum, agrorum, hominum culta & inculta . . . . relinquens, tradidit etiam . . . . . . de Anctorf. partem fontis (a) . . . . .

* hoc loco linea integra deleta & eraſa.

Notum ſit tam futuris quam præſentibus, quod Comes Hainricus de VVolfratehuſin cenobium, quod ſitum eſt in Diezzen, principalem ſcil. locum ſuum poſſeſſionibus multis amplificavit præſente ejusmodi loci Præpoſito Hartwico & aliis multis nobilibus & vulgaribus aſtantibus Anno namque Mill. Cent. LVIII. die Kalend. Majarum tradidit poſſeſſiones ſubſcriptas per manum nobilis hominis Oudelſcalci de Uffildorf, quidquid poſſedit in eodem loco Diezzenſi, agros, homines, & piſcationis jura in lacu, qui dicitur Amberſe, qui eidem loco vicinus eſt, & ſylvam magnam, cujus fines tranſeunt a loco eodem Diezzenſi uſque ad montem, qui dicitur Biſinberch, & venationes beſtiarum, cervorum, caſtorum, & lutorum in flumine ambre, & rote, in poteſtatem

---

(a) Reciſa in codice poſtrema tria folia. Cæterum monendus hic Lector virum Reverendum ac *Monaſterii DIESSENSIS* Chartophylacem diligentiſſimum D. *FERDINANDUM KELLERSHOFERUM Ord. Can. Reg. S. Auguſtini*, viſa hac parte *manuſcripti* mei, pro ſuo in inclytum Monaſterium & antiquitates Patriæ ſingulari ſtudio integrum inſtrumentum mihi ex *codice Traditionum antiquiſſimo originali* fol. 35. & 36. tranſmiſiſſe, quod etiam auctoritate & beneficio teſtis tam locupletis hoc loco unà cum appendice inſerendum curavimus. Irrepſerat etiam in *LUITOLDI Calendarium I.* Mendoſa priorum menſium dierumque trajectio, quam ſimul ac advertit ſolertiſſimus vir, non ſolum per litteras me monuit, verum eadem opera emendationes ſuas ad Typographum miſit, ut mutatis chartis tam enormi errori mederetur.

Præpoſiti Diezzenſis & fratrum ejusdem loci conſtituit.

Tradidit etiam eodem modo prædia ſua in Mandichingen quatuor ſcilicet curias cum hominibus incolentibus eas, & omnes homines ſuæ proprietatis in eodem loco, exceptis his, qui incolunt terram, quam tradidit idem Comes ſanctæ Marie, & ſancto Oudalrico in Auguſta. Tradidit etiam hortum, & partem nemoris ad ſe pertinentis.

Tradidit etiam eodem oblationis modo prædia ſua apud Wintahe, Schondorf, Luitinhovin, homines, agros, ſylvas, culta & inculta, omnia ad ſe pertinentia, ex integro obtulit. Tradidit etiam urbem quandam in montibus ſitam, quæ vocatur Schonenberch, & adjacentia juga uſque Wengen, ea videlicet ratione, ut urbe deſtructa nunquam aliqua perſona præſumat reædificare montes prædictos in poſteras generationes, & in teſtimonium ejusdem conditionis tradidit dimidium manſum in loco, qui Wengen dicitur.

Hæc enim etiam tradidit in eundem locum, quidquid poſſedit in Bozano vinearum, agrorum, hominum culta & inculta, nihil ſibi, nec aliis reſidui relinquens.

Tradidit etiam per manum nobilis viri Gotefridi de Aredorf partem fontis in Halle quæ vocabulo illorum dicitur Achtail, per ſingulos annos pondera ſalis. VI. ſcilicet talentorum pretia.

Omnia ſupra dicta tradidit ſanctæ Mariæ ſemper Virgini & ſancto Stephano Prothomartyri in Diezzen uſibus fratrum Deo ſervientium inibi omnimodis profutura, pro remedio animæ ſuæ, & fratris ſui Ottonis, qui in expeditione Regis Lotharii in obſidione Papiæ civitatis obiit, & omnium parentum ſuorum.

Hujus Traditionis teſtes ſunt Idem Oudelſcalcus de Uffildorf, Gotefridus de Anedorf, Degenhardus de Seuelt, Bernhardus de VVilhaim, Ameltus de Lockuſin, Adelbertus de Starcholtishouin, Harſnidus de Stainbach, Lazarius de VVolfratehuſin, Hainricus de Schallechaim, Ortolfus de Anedorf, & frater ejus Oudalricus de eodem loco. Grammannus de VVolfratehuſin, qui & VVolfinus dicitur, Hainricus de Selwe, & frater ejus Sibandus de eodem loco, Luitfridus de Froutingen, Bernhardus de Kirichaim.

Oudalricus de Andehs, Oudalricus de Tagedinswanch, Theodoricus de Huſin, Oudalricus de Raiſtingen, Goteboldus & Bernhardus fratres de Raiſtingen, Geroldus de eodem loco, Ludewicus de Andehs, Berhtoldus de eodem loco.

Noverit omnium Chriſti fidelium tam futurorum quam præſentium diſcreta ſollertia, quod Comes Hainricus nec non miniſteriales ſui tradiderunt ſancte Marie & ſancto Stephano prothomartyri in Diezzen partes ſalis in Halle duo ſcilicet Achtail in loco, qui dicitur Ubereche, & tertiam partem unius nuintailis in loco, qui dicitur Houbtacehere, & dimidium locum patelle in loco, qui dicitur Chere domum locumque, in quo ſita eſt domus in loco, qui dicitur Dineſtat.

Additio, ſeu Supplementum unius Traditionis omiſſæ, in Codice Dieſſenſi fol. 57. contentæ, quæ ſic habet. *

* hanc denuò vigilantiſſimo tabularii Dieſſenſis Cuſtodi debet Lector.

Ludewicus Dei gratia Comes Palatinus Reni, Dux Bavariæ.

Noverint univerſi præſentis litteræ inſpectores, quod nos de æterna ſalute tractantes, ob remiſſionem peccaminum noſtrorum duas curias in Schondorf ad nos jure proprietatis pertinentes una cum hominibus ad easdem ſpectantibus & omnibus ipſarum pertinentiis, videlicet in agris, & ſylvis, pratis, & aquis, cultis & incultis Eccleſie Dieſſenſi liberaliter cum advocatia earundem dedimus ipſi in perpetuum ſerviendas. Dantes ſuper hoc dictæ Dieſſenſi Eccleſiæ in teſtimonium præſentem litteram ſigilli noſtri munimine roboratam.

Actum in Clauſtro Dieſen. Anno Domini M. CC. L. VIII. in die ſancti Benedicti. Primæ Indict. Hujus donationis teſtes ſunt Hadmarus liber de laber magiſter Dietricus Vicedominus, præpoſitus Illimunſter. Hainricus de Priſingen, Ludewicus de Andehſe, Hermannus & Ulricus de Phetin, Berchtoldus & Ortwinus Giſſones, Otto de VViderſperch, Griſo de Vendave. Otto de Sildilſtorf, Chunradus de Hochenwanch, & alii quam plures. Hec prædia fuerunt obligata *Griſonibus de Vendavve. Que ego Chounradus* Dieſſenſis Eccleſie Præpoſitus perſolvi pro XXXVI. libris Auguſtane monete.

V.

Breve Chronicon Dieſſenſe ex membranis vetuſtis Dieſſenſibus

Ab Anno Chriſti MCLI. ad A. C. MCCCCXXXII.

MCLI.

INdict. X. nonas Octobris conſecratum eſt altare in meridionali abſida. in honore S. Joan. Bapt. a venerabili Hartmanno Brixinenſi Epiſcopo rogatu Waltheri Auguſtenſis Epiſcopi in honore S. Mariæ perpetuæ Virginis. Hæ ſunt reliquiæ Altaris S. Joan. Baptiſtæ, SS. MM. Georii, Chriſanti, Exuperii, S. Oudalrici Epiſcopi & Confeſſ. SS. Virginum Anaſtaſiæ, Chriſtinæ, XI. Mil. Virginum.

MCLVIII.

Indict. III. in capite Kalendarum Novembrium dedicatum eſt altare ſummum hujus Eccleſiæ à venerabili Hartmanno Brixinenſis Eccleſiæ Epiſcopo, permittente Chuonrado Auguſtenſi Antiſtite in honore S. & individuæ Trinitatis & S. Mariæ perpetuæ Virginis. Hæ ſunt reliquiæ: S. Dei Genitricis Mariæ, de quinque panibus, S. Mathiæ Apoſtoli, S. Stephani protom. SS. Laurentii, Georgii, Sebaſtiani, Blaſii Epiſcopi, Viti, Dyoniſii Epiſcopi, Pangratii, Gordiani, Martini, Antonini, Lamperti Epiſcopi, Vigilii M. Oudalrici, Nycolai, Rouperti Epiſcoporum, Benedicti, Zenonis, Fortunati, Servatii Confeſſorum, & Rufi, SS. Virginum Mariæ Magdalenæ, Agnetis, Margaretæ, Afræ, Luciæ, Teclæ, Anaſtaſiæ, Columbæ, Eufemiæ, Juſtinæ, undecim mill. Virg. & aliorum plurimorum Sanctorum.

Eodem die dedicatum eſt altare S. Johannis Apoſtoli & Evang. ab eodem Hartmanno Epiſcopo.

MCCLXXIIII.

H. a. XVII. Kal. Aug. dedicatum eſt Altare propè januam in honore S. Jacobi Apoſt. majoris à venerabili Hartmanno Auguſtenſis Eccleſiæ Antiſtite. Hæc ſunt reliquiæ altarium: Bartholomei Apoſt. Marci Evang. Timothei Apoſt. Laurentii M. SS. Innocentum, Dyoniſii Epiſcopi & M. Albani M. Sylveſtri PP. Criſtofori M. Gorgonii M. undecim mill. Virg. Anaſtaſiæ V. & M. Walpurgis Virg.

MCLXXXII.

Anno Dominicæ Incarn. MCLXXXII. Indict. XII. IIII. ydus Octobris dedicatum eſt hoc monaſterium à venerabilibus Epiſcopis Hartwico Auguſtenſe Pontifice & Ottone Babenbergenſi Antiſtite, præſidente autem Kathedræ Romanorum Lucio Venerabili & Apoſtolico viro, anno Pontificatûs ejus II. in honore S. & individuæ Trinitatis & S. Crucis & S. Mariæ perpetuæ Virginis, & S. Joannis Baptiſtæ, & S. Petri Apoſtoli, & S. Joannis Ewangeliſtæ. Eodem die conſecratum eſt altare S. Crucis ab Auguſtenſe Epiſcopo Hartwico. Hæ ſunt reliquiæ altaris ipſius. De ligno S. Crucis, S. Joan. Evang. Dyoniſii Epiſc. & M. Gordiani M. Gereonis M. Oſwaldi M. Marini M. Maximini Epiſc. & Conf. SS. Innocentum. S. Mariæ Magdalenæ. Petronellæ V. De Virginibus ſanctis. Item ipſo die conſecratum eſt Altare S. Petri & Pauli Apoſtolorum. Wolfgangi & Vigilii Epiſcoporum ac MM. Exuperii M. Oudalrici Epiſcopi & Conf. Margaretæ Anaſtaſiæ Virg. & MM. XI. mil. SS. VV.

MCCLXXXVI.

H. a. IIII. Kal. Maij dedicata eſt capella prope Monaſterium in honore S. Thomæ Apoſtoli & S. Auguſtini Epiſcopi & Confeſſoris à venerabili Hartmanno Auguſtenſis Eccleſiæ antiſtite. Hæc ſunt reliquiæ altar. Bartholomei Apoſtoli, Mathei Apoſtoli, Stephani prothom. Laurentii M. Sebaſtiani M. Joannis & Pauli MM. Georii M. Martini Epiſcopi, Agnetis V. & M. Urſulæ V. undecim millium V. Affræ M. Luciæ V. & M. Eodem die conſectum eſt altare S. Mariæ Magd. & S. Margaretæ V. & M. Hæc ſunt reliquiæ altaris ipſius. De ſepulcro Domini, de ligno S. Crucis, S. Joh. Bapt. de veſtimentis S. Joannis Ew. S. Thomæ Apoſtoli, Laurentii M. Stephani Protom. Nicolai Epiſc. & Conf. XI. mil. Virg. Leonhardi Confeſſoris, Benedicti Abbatis, Georii M. de veſtimento S. Mariæ perpetuæ Virg.

MCCXI. *

II. Non. Octob. viſa eſt Enclypſis ſolis hora diei nona.

* vel XXI. veſtigia enim reciſi hoc loco folii utriq; epochæ locum dant.

MCCXXXVII.

XVI. Kalendas Octobris terre motus factus eſt.

MCCXCV.

III. Non. Septembris terre motus factus eſt magnus.

MCCCXXXV.

H. a. in feſto S. Jacobi Dominus Gerungus Oblayerius Presb. & Canonicus hujus Monaſterii, comparavit conventui in oblajum duos manipulos decimæ majoris in Nuelingen à Domino Henrico dicto Raeuzz presbitero & à quodam cive Weylhaimenſi dicto Perhtolt Guetaextel & ſuis hæredibus pro XXVI. libris denariorum Auguſtenſium. Tertius verò manipulus ejuſdem decimæ attinet Eccleſiæ in Drawbing. Nobis tamen

men attinet tertium manipulum de Huoba in Draubing, quæ propria eſt Canonicorum in Haebach.

MCCCXXXVI.

H. a. in die S. Georii M. contradidit Dominus Wernherus venerabilis Abbas in Wezzinsprunnen Conventui in Dyeſſen jus feodale cujusdam Huobæ ſitæ in Tannen & à Dn. Eberhardo Pflukdorfer in oblayum per nos comparatæ, quod ipſe Dominus Eberhardus à Domino Abbate tenuerat in beneficio feodali. Hoc autem tali conditione factum eſt, quod prædictus Dominus Eberhardus prædicto Dno Abbati aſſignavit in manum ejus ſub titulo beneficiali dimidiam curiam ſuam ſitam in Pirgen.

MCCCXXXVII.

Noverint univerſi Chriſti fideles, quod Dominus Oulricus de Witoltzhofen ob perpetuum animæ ſuæ remedium tradidit Eccleſiæ noſtræ curiam unam ſitam in Frueting cum omnibus attinentiis Anno gratiæ MCCCXXXVII.

MCCCXL.

Dominus Hainricus Presb. Capellanus ad S. Johannem juxta ſummum in Auguſta & Vicarius Eccleſie Majoris ibidem dedit ſingulariter conventui noſtro decem libras denariorum Auguſtenſium ea conditione ut infra octavam S. Georii Martyris & infra octavam omnium Sanctorum commemoratio omnium fidelium defunctorum cum vigilia, placebo & Miſſa pro defunctis tonaliter annuatim per nos perpetuo celebretur. Et in quolibet illarum commemorationum die LX. Denar. per Oblaierium per ſingulos fratres qui præſentes fuerint, diſtribuantur. p. 35.

Eodem anno Dns. Joannes de Ulma Presbyter Vicarius Eccleſiæ majoris Auguſtenſis dedit ſingulariter conventui V. libras denariorum conditione tali quod pro tempore vitæ tuæ annuatim infra adventum Domini per ſingulos noſtri collegii Presbyteros duas Miſſas unam pro pccis, alteram pro defunctis tenemur celebrare. Poſt obitum vero ejus in anniverſario ſuo, quod perpetuo promiſimus, cum vigilia placebo & Miſſa pro defunctis celebrare LX. den. pro univerſis congregationis noſtræ Sacerdotibus dividantur annexa Miſſa pro pccis perpetuo ſubſequenter celebranda.

MCCCXLV.

Notum ſit univerſis tam præſentibus quam futuris quod ego Hainricus Calciator in Dyſſen filius dicti Pierzapf de Rayſting cum conſenſu uxoris meæ Berthæ & omnium liberorum meorum tradidi ob remedium & ſalutem animæ meæ & progenitorum meorum S. Mariæ in Dyſſen ſpecialiter ad officium cuſtodiæ dimidiam libram ceræ annuatim perſolvendam in feſto S. Martini de quodam horto ſito in Rayſting juxta feodum quoddam quod nuncupatur Hofmayſtrin Lehen, & ex alia parte adjacet ſibi curia dicta Hafnershof. Et ad quascunque perſonas idem hortus quovis modo fuerit devolutus, tamen prædicta penſio annuatim perpetuo cedere debet officio cuſtodiæ eo modo, quo cætera cenſualia perſolvuntur. Actum Anno Dni MCCCXLV. in feſto Michahelis Archangeli.

MCCCLXXXIIII.

H. a. Indict. VII. XVIII. die Menſis Aprilis ſolutus eſt cenſus Romanæ Eccleſiæ de cœnobio S. Mariæ in Diezzen a retroactis annis retentus uſque ad ipſum annum per Dom. Ulricum dictum Slecher Presbyterum de Chuemſtorf eodem tempore proviſorem cœnobii præſcripti in manus Domini Ulrici Burkravii Decani Eccleſiæ Auguſtenſis & collectoris cameræ Apoſtolicæ in Diœces. Auguſtenſi a Rev. in Chriſto patre ac Domino Ekhardo Epiſcopo Wormatienſi ſpecialiter deputato. Sicut patet in pagina Quiditatis deſuper data per antedictum ſubcollectorem ſigillo ſuo pendenti roborata.

MCCCCXV.

VII. Idus * viſa eſt enclypſis ſolis hora diei VII. pag. 36.

*Menſis non exprimitur.

MCCCCXXV.

H. a. Indict. III. XV. Kal. April. ſolutus eſt cenſus Romanæ Eccleſiæ de cœnobio S. Mariæ in Dyſſen a retroactis annis retentus uſque ad ipſum annum per Dominum Jacobum Præpoſitum cœnobii præſcripti in manus domini Hainrici dicti Amman, Canonici & Scholaſtici Eccleſiæ Eychſtetenſis nec non ſubcollectoris Cameræ Apoſtolicæ in Dyoceſi Auguſtenſi a Reverendo in Chriſto Patre ac Dno. Theoderico dicto Bögel.

MCCCCXXXII.

Multi homines & arbores & frumenta perierunt pre nimio frigore & nive, & poſtmodum circa initium veris multiplicate ſunt aque, quod multe civitates & oppidi ex inundatione aquarum circa Danubium perierunt.

VI.

Anonymi Monachi Dieſſenſis Memoria ſepulchralis Comitum Dieſſenſium.

NOta : apud S. *Stephanum* in *Dieſſen* hæc corpora ſunt ſepulta , videlicet : *Kunniſſa* fundatrix.

Otto Comes de *Wolfhartbauſen* major domus & *Lupoldus* frater ſuus legitur de *Ottone*, quod obſeſſi a dæmonio in ſuo ſepulchro nullatenus ſe poſſunt ſuſtinere , etiam in tumulo clamant ab ipſo cremari , cujus uxor *Juſtitia* ſepulta eſt in *Danningen* in capella propria.

Corpora ſepulta in Capitulo.

Bertboldus Dux Meroniæ , *Agnes* uxor ſua.

Bertboldus Comes de *Andecbs* , *Sopbia* uxor ejus.

Marchio *Bertboldus* de *Andecbs* , *Hedwigis* uxor ejus.

Conradus Canonicus.

Heinricus Comes de *Wolfertbauſen.*

Otto Comes frater ſuus ſagitta confoſſus *Papiæ.*

Heinricus Marchio *Iſtriæ* , filius Ducis *Berchtoldi* obiit in *Graza.*

Corpora ſepulta in monaſterio.

B. *Mecbildis* filia *Berchtoldi* Comitis de Andechs Abbatiſſa in *Ottelſtetten* , ſepulta ante altare S. Joannis Baptiſtæ , quæ dum viveret, multis miraculis claruit, & ad ejus tumulum multa miracula claruerunt.

Eupbemia ſoror ejus Abbatiſſa de *Altenmünſter* ſepulta ante altare S. Joannis Baptiſtæ.

Nota : *bi Principes non babent ſepulturam in Dieſſen.*

Anno MCLV. *Hainricus Ratisponenſis* Epiſcopus obiit, ſepultus in *Ratiſpona* , & fuit filius *Ottonis* de *Wolfartbauſen* major domus , qui *Otto* habuit duas filias *Rickentzam Lotbarii* Imperatoris uxorem , & *Mariam* Imperatricem Græcorum.

Anno MCXCVI. *Otto Babenbergenſis* Epiſcopus obiit filius *Berchtoldi* Comitis de *Andecbs* & frater B. *Mecbildis.*

Anno MCCXXXIV. *Otto* Dux *Meraniæ* obiit , filius Ducis *Meraniæ Berchtoldi* , ſepultus in *Langbeim* fundator cum B. *Beatrice* uxore ſua.

Anno MCCXLVIII. *Otto* Dux *Meraniæ* , Comes Palantius *Burgundiæ* , filius *Ottonis* prædicti , a ſuis intoxicatus obiit & ibidem cum patre ſuo ſepultus.

Anno MCCXXXVII. *Erbertus Babenbergenſis* Epiſcopus obiit , filius *Berchtoldi* ducis *Meraniæ.*

Anno MCCLII. *Berchtoldus Aquilegienſis* Patriarcha obiit , filius etiam *Berchtoldi* Ducis *Meroniæ.*

Anno MCCXLV. *Poppo Babenbergenſis* Epiſcopus frater *Berchtoldi* Ducis *Meroniæ* obiit, & *Mechtildis* Comitiſſa *Goritiæ* ſoror *Berchtoldi* Ducis Meroniæ obiit.

Anno MCC. *Gertrudis* Regina *Ungariæ* occiſa eſt, quæ fuit mater S. *Elizabethæ* , filia *Berchtoldi* ducis *Meroniæ.*

Anno MCCL. *Agnes* Regina *Franciæ* filia *Berchtoldi* Ducis *Meroniæ* obiit.

Anno MCCXLI. *Hedwigis* Ducciſſa *Sleſiæ* ſoror *Gertrudis* obiit , filia *Berchtoldi* Ducis *Meroniæ* & ſepulta in *Trebenitz* & ibidem canonizata.

Anno MCCXXXII. Sancta *Elizabeth* obiit , filia *Gertrudis* Reginæ *Ungariæ* , quæ erat occiſa.

Notandum quod ſupra ſcriptum eſt Gertrudis Regina Ungariæ occiſa. Qualiter autem hoc evenit , ſciendum eſt quod in deſponſatione S. Elizabeth filiæ ſuæ & Ludovici Lantgravii Thuringiæ , quæ copulatio nuptiarum celebrabatur Ungariæ in civitate Ovena , quibus nuptiis intererat Berchtoldus Patriarcha Aquilegienſis , frater præſcriptæ Reginæ, qui videns Comitiſſam quandam Ungaricam valde formoſam quam circumvenit & invitam oppreſſit. Ipſa vero Comitiſſa hoc malum ſibi ingeſtum conqueſta fuit marito ſuo. Ipſe vero Patriarcha illam querimoniam vilipendit, & ad propria remeavit. Temporibus quoque paucis elapſis prædictus Comes ſuſpicionem ſiniſtram habuit , quod Regina conſcia fuerit & conſenſum præbuerit hujus mali , quod uxori ſuæ acciderat , & tempore ſibi congruo convenit quosdam maleficos pro pecunia , qui nocturno tempore intraverunt cameram Reginæ, & ipſam ſtrangulantes ſuſpenderunt , quo facto omnes ſimul & ſemel contractionem membrorum inciderunt , ita quod de mane familiaribus intrantibus inventi ſunt contracti & muti excepto viro , qui totum negotium confitebatur , qui propterea condignam mortis pœnam ſubierunt , & illa & alia ſigna apud Reginam claruerunt, quæ poſtmodum auctoritate Eccleſiæ ſolempniter fuit canonizata.

VITI
PRIORIS EBERSPERGENSIS
Ord. S. Benedicti
CRONICA BAVARORUM
Ab origine Gentis ad annum Chriſti MDIIII.

* * *

Nunc primum edidit è Cod. MS.
Bibliothecæ Bav.
ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Monitum prævium Editoris.

EN tibi tandem alterum quoque è Menæchmis Bojorum VITUM EBERSPERGENSEM, quem cum Homonymo ſuo VITO ARENPECKIO, longo & tradito ſibi per manus errore confuderunt, magni etiam in Rebus Hiſtoricis, nominis viri: quod alterutrum tantum, non ambos ſimul videre contigiſſet. Uterque cum nunc temporis extet typis excuſus, VITUS quidem ille ARENPECKIUS *Bernardi Pezii*, VITUS alter EBERSPERGENSIS *Prior*, meâ operâ editus, non eſt, quod jam aut mater aut nutrix (ut in Plauti Menæchmis illis) porrò fallatur. Cum autem uterque VITUS, uterque rerum Boicarum & eodem vix non tempore Scriptor extiterit, non mirum, ita gemina & communia utrique, viros etiam doctos in errorem induxiſſe, quos poſtea, ut fit, gregatim alii ſecuti ſunt. Simul autem inſpecti & juxta ſe poſiti, mirum quantum à ſe diſtant. Nihil enim ad *Landisbutanum* illum iſte noſter! ita ut mirer in rebus Boicis ad Principis inſtitutionem colligendis ad ſupinum iſtum monachum itum fuiſſe. Primus (a) errorem, quem aliquamdiu ſecutus fuerat, advertit BERNARDUS PEZIUS (a) cujus verba hic legi, tanquam ſuo loco, oportet: *Errorem hunc noſtrum*, inquit ille, *tanto ſerius advertimus*, *quanto confidentius* Lambecium *Neſſelium & Sandium*, *viros clariſſimos ac denique Perilluſtrem ac Cl. D. Benedictum Gentilotum ab Engelsbrunn*, *nunc Cæſareæ Vindobonenſis Bibliothecæ Præfectum ambo fratres ſecuti ſumus. Horum enim omnium hactenus opinio fuit Chronicum Bavariæ in Cæſarea Bibliotheca ſervatum, cujus auctor ſe fratrem Vitum Monaſterii Eberſperg Priorem immeritum vocat, idem prorſus eſſe, quod Vitus Arnpeckh Presbyter & Capellanus Epiſcopi Friſingenſis compoſuit*, *nec aliter inter ſe* (b) *differre, quam quod exemplar Monacenſe correctius* (b) *Vindobonenſe verò negligentius ac perturbatius exaratum ſit. Sed nobis jam nunc omnia penitus excutientibus dubium nullum ſupereſt*, *quin tam Vitus Arnpeckius Presbyter & Capellanus*, *à Vito*, *Priore Eberſpergenſi*, *quam alterius Chronicon Bojoariæ ab alterius Chronico Bojoarico diſtinctiſſimum quid ſint.* Hæc ille, qui ſimul, ne ulla jam dubitandi ratio ſupereſſet *Viti Eberſpergenſis* Epiſtolam nuncupatoriam ad *Guilielmum IV.* Bojorum Ducem tum adoleſcentem, nec non *Prologum*, cum totius operis diſpoſitione è Codice Vindobonenſi ad verbum refert, multa præterea diſputans adverſus eos, qui *Landisbutanum* illum Presbyterum,

---

(a) Diſſert. Iſagog. in Tom. III. anecdotorum ſuorum Theſ. p. XXII. & ſeq.
(b) Iſtud hodie in Bavarica non comparet.

demum Monachum induiſſe in *Eberſpergenſi* Aſceterio ſibi fortè perſuadeant. Quem modo ſcrupulum (ſi cui aliquando ſubortus) vel limis oculis inſpectus & collatus *Vitus* uterque facile diſpunget. Sed ſimul rem totam cum pulviſculo, quod ajunt, tollet producendum mox inferius *Viti* noſtri gentilitium nomen, ex ipſo opere erutum, quod ſi inſpicere non aſpicere tantum voluiſſent, qui hanc controverſiam moverunt, poterant totam illam criſin lucrifacere.

Laudat ab hac ingenua retractatione PEZIUM CHRISTIANUS SCHOETTGENIUS vir ipſe laudatiſſimus dignusque Illuſtrium *Wolffiorum* fratrum calculo & judicio, qui affectam ſummi viri JOANNIS ALBERTI FABRICII Reip. litterariæ Bibliothecarii perpetui, nec abſolutam *Bibliothecam Mediæ Latinitatis* ſuppleret, eique labori colophona adderet.

Cæterum *Vitus* noſter *Eberſpergenſis* Ord. S. Benedicti antiquiſſimi Monaſterii *Priorem* ſe gerit tam in Vindobonenſi, quam in Eberſpergenſi codice, qui poſterior una cum ipſo Monaſterio novis hoſpitibus ceſſit, & in eorum Collegio Monacenſi Num. LXIX. in charta regia exaratus extat, mihique ſemel iterumque ex plurimorum annorum intervallo conſpectus eſt.

In Bavarico verò Codice, ad quem noſtra expreſſimus, liturato valde ita ut autographum crederes, *Epiſtola nuncupatoria* unà cum nomine Auctoris deſideratur, opusque ipſum neſcio, cui *Andreæ*, alteri tamen ab illo Ratisponenſi ab ignota ſed recentiori manu adſcribitur. Codex ipſe ſemilacerus & hactenus certo numero non ſignatus, ex carioſo armario è rejectitiis chartis à me protractus eſt. Hinc *Peziorum* fratrum ſimilia inveſtigantium oculos, tanquam orci galeâ tectus, effugit.

In *Bavaria* ſe natum & forte ad *Fontem Weſſonis*, ipſe memorat Cap. XLIV. Libri quarti, Chronici ſui. Agit de bello, quod Ducibus *Monacenſibus* moverat *Ludovicus Ingolſtadienſis*, & prælio ad tertium ab urbe Monacenſi lapidem commiſſo, in quo Monacenſes Victores extitêre anno MCCCCXXXVIII. ita autem ibi Vitus: *In acie hujus belli in parte Ducis Alberti fuit Nobilis Torer de Eyreſpurg Præfectus in Landſperg, habens ſecum quemdam Equeſtrem ſui familiariſſimum* BARTHOLOMÆUM STOPFFER *nomine*, *virum audaciſſimum & furioſum*, *qui fuit* AVUS MEUS & PATER JOANNIS MURATORIS GENITORIS *mei de Weſſesprunnen.* Hæc ibi Vitus, quem STOPFFERUM dictum exinde diſcimus, non *Arenpeckium.*

Qui an idem ſit cum eo, qui poſt obitum *Leonardi I.* Abbatis *Eberſpergenſis* eidem Monaſterio anno MDVIIII. quinquennio poſt abſolutum Chronicon ſuum, præfectus fuit, (c) fateor mihi non ſatis liquere, conjicio (c) autem magis, quam aſſero: ſed conjicio non temerè; neque enim credibile duos homonymos eodem tempore eodem in Monaſterio (quod ferè vitant cœtus illi) ſimul extitiſſe. Deinde pronus eſt & proximus à dignitate *Decani* ad *Abbatialem* aſcenſus. Si verè conjicimus, annum mortis *Viti* noſtri tenemus, qui in annum MDXII. incidit. Diem verò, quem decretorium habuit, ſervârunt nobis Tabulæ Necrologicæ *Monaſterii* S. Mariæ Virginis *ad Scotos* Viennæ Auſtriæ (d) quæ commemorationem ejus ad XIIII. (d) Cal. Maij referunt.

De Chronico ipſo pauca reſtant dicenda. Ichnographiam ejus brevem exhibuit *Bernardus* PEZIUS è Codice Vindobonenſi: aliter in noſtro diſponuntur capita, quæ tamen pluribus diducere ſupervacaneum putamus, cum animus non ſit recoctam illam crambem denuò inferre. Poſt Principium igitur Libri primi exhibitum, ſtatim ad tertium progredimur, quod is propius inſtitutum noſtrum ANECDOTA BOICA edendi ſpectet. Quæ autem præcedunt non tam Bojorum ſingularia, quam illa Eccleſiaſticæ & prophanæ Hiſtoriæ proletaria continent ex *Bellovacenſi*, *Antonino*, *Rolwinckio* & communibus *Pontificalibus*, quò ferè hi Clitellarii aquatum accurrunt, corraſa. Ex ipſo *tertio Libro*, ferè Boica damus, etſi fabulis ſubinde inquinatiſſima, & neſcio cujus *Garibaldi*, toties auditi & nunquam viſi inaniis.

(c) Apud Hund. in Metrop. Saliſb. in catalogo Abbat. Eberſperg.
(d) Apud Hieron. Pezium Rer. Auſtriac. T. I. p. m. 700.

Quem ego geminum cum *Hunibaldo* illo Francorum olim ſuſpicor. Inter alia adoptat fabulam *Vitus* noſter Deſcenſûs Carolingici, dum *Arnulphum* (qui illi ſemper impius) *Bertholdumque* fratres *Arnulphi* Imperatoris filios fingit, quæ fabula me juvene in ima cavea ſpectante & ridente, dexteris & ſiniſtris Tibiis in aulicam ſcenam producta, acta, picta & ſcripta, ab Equite tamen & Senatu litterario exploſa, hodie ſolis quibus illita eſt telis hæret, monumentum poſteris nihil in ſinceram & genuinam Hiſtoriam neque parentium adulationibus neque Dominantium arbitrio diu juris eſſe.

Librum quartum eumque poſtremum operis, integrum dedimus, etſi ubique antiquum obtineat VITUS & rumuſculis plebeis nimium patens, parum verè & exactè multa referat. Sunt tamen (ut fere ſemper in hiſtorico argumento) quæ alibi non facilè reperias, utpote hauſta è monumentis, quibus hodie caremus. Cæterum quod apud ANTONIUM GUILIELMUM ERTELIUM Scriptorem Bojum, qui priusquam foro & litibus ſe daret, fortunæ periculum in Hiſtoriis fecerat (e), MAXIMILIANUM I. Bojorum Ducem VITI EBERSPERGENSIS & CHILIANI LEIBII *Prioris Rebdorfenſis* ſcripta familiarius & crebrius uſurpâſſe, de *Leibio* crediderim, quod is *Boicum*, *ruſticanum* & *Smalcaldicum* bellum, res ad *Maximilianum* propiùs pertinentes in ſcripta miſerit, quæ olim geſtimus edere: ſed non idem mihi perſuaſerit *Ertelius*, vulgaris homo ſaporis, de *Viti* hujus ſcriptis, ſi naſum fumantem principis illius rectè novimus *Burgundi*, *Gewoldi*, *Brunneri* & *Baldæi* ſcripta nauſeantis, nedum Monachi, vix dipondiariæ, ſi cum heroibus illis conferas, eruditionis.

Epiſtola fratris Viti Monaſterii Eberſperg
Prioris immeriti.

Dilecto Deo & hominibus Illuſtriſſimo Principi & Domino Domino Wilhelmo Dei gratia Comiti Palatini Reni ſuperioris inferiorisque Bavariæ Duci proſperitatem continuam cum ſalute & pace perpetua ac obedientia condigna. In anno præcedenti veſtræ Magnificentiæ præceptor venerandus ſcilicet Dominus Magiſter Johañes Müller (aliàs Landſperger (f)) juſſerat veſtra pro Serenitate declarationem conſcribi ſuper chronicam Noricæ gentis, jam dudum ad ejusdem veſtri præceptoris prænominati inſtantiam ex multis Hiſtoriarum libris excerptam ſed nondum completam. Ego quidem hæc audiens utpote ſacrarum Litterarum Hiſtoriarumque amator qualiscunque, gaviſus ſum valde, non enim parum advertens geſta videlicet antiquorum & præcipue de Domo Bavariæ Principum cum aliquali introductione quarundam Hiſtoriarum diligenter retexere, Romanorum etiam Imperatorum Summorumque Pontificum numerum - aſſignare. Et vos itaque Domine mi Princeps, cujus pius ab infantia ſenſus juxta morem doctorum virorum excellenter eruditus eſt, juſſis ac deſideriis, tam veſtræ Serenitatis quam & prælibati Magiſtri Johannis veſtri præceptoris, libens parui, unde & ego Serenitati veſtræ cum reverentia ſupplico quatenus, ſi ipſum opus aliquorum judicio forſan examinari cupitis, nequaquam certè vel inexpertis vel æmulis, ſed alicui ſi placet, vel aliquibus illorum, qui & multarum Hyſtoriarum libros diligenter inſpexerunt, atque ſæpius perlegerunt, & demum hunc librum & ordinem in Chriſto diligunt, exemplar tradi jubeatis.

Explicit Epiſtola, ſequitur Prologus.

Pro-

(e) *Relat. curioſ. Bav. relat.* 62. p. m. 89. opus ſupinum & ſola novitate placens, quod poſt excuſſum è manu plebis Aventinum nihil extaret vernaculè. Emendavit tamen plurimis in locis & cum auctario reconditæ eruditionis Boicæ recudi curavit, mihi dum viveret amiciſſimus AGNELLUS CANDLERUS Auguſtinianus.

(f) Eum Joannem illum Regiomontanum, Peurbachii noſtri Diſcipulum, fuiſſe autumat Eruditiſſimus Schoettgenius in ſupplementis Fabricianis modo citatis, & optem ſanè ut id ex vero, ſed Joannem Müllerum illum Kunigspergerum, non Laudſpergerum ſubinde cognominatum reperio.

Prologus in Bavarorum Chronicam fœliciter incipit.

CUm non ſine magna diligentia antiquorum noſtrorum ſtudia, temporum decurſus nec non & Geſta tam Regum quam aliorum antiquorum ſupputarunt non dubium, quin magna utilitas tam Eccleſiaſticis viris quam illis, qui Rempublicam gubernare habeant, inde proveniat. Decet nempe virtuoſos viros præcedentium facta ſæpius ad memoriam revocare, ut bonis exemplis diſcant bonis digniſque operibus inſiſtere, & in malis valeant perditionis ſcopulum declinare. Placuit ergò, juvante Deo Domino ex pluribus diverſarum Hyſtoriarum libris Nobiliſſimorum Bajoariæ Ducum colligere originem ejuſque Provinciæ ſitum Romanorumque Imperatorum geſta Summorumque Pontificum numerum aſſignare. Nec mihi in hoc conſcius ſum aliquid poſuiſſe, quod non in fide dignis habeatur Hiſtoriis, aut Libris Eccleſiaſticorum Doctorum, ſive quid nunc ex eorum dictis apertè habeatur, ubi verò dubium fuerit, an ſic vel aliter in quibus Hiſtoriarum libris, quid vel ubi inquirere Lector debeat. Hoc circa Hiſtoriam præſentis operis diligenter aſſignatum invenitur, ſicuti patebit intuenti vel legenti Hiſtoriam. Auctoritas verò danda eſt his, qui ante nos laboraverunt, & geſta temporum diligenter conſcripſerunt. Ubi vero quiſquam hunc librum in quatuor libros partiales diſtinctum, emendatione dignum perſpexerit, aut qualemcunque errorem invenerit, clementer ignoſcat & corrigat. Nam in computatione annorum facile erratur, & ſæpè negligenter diſtribuuntur & negligentius emendantur, ut dicit B. Auguſtinus quinto decimo Libro de Civitate Dei.

Explicit Prologus.

LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM

De ſitu Bavariæ, ſuperioris Germaniæ percelebri Provincia.

BAvaria quondam Regio nunc autem inter nominatiſſimas Superioris Germaniæ Provincias propter antiquitatis originem apud Hiſtoriographos primatum tenet; a primo ſiquidem Duce *Bavaro* ejusdem Provinciæ poſſeſſore nomen ſortita eſt. Eandem etiam regionem Norici quondam tenuerunt, cujus adhuc portio eſt Media inter Ratisponam & Nurembergam trans Danubium ſita, quam Noricum appellant. Anteceſſoris noſtri eandem Provinciam *Bajoariam*, moderni autem *Bavariam* uſitatiori vocabulo appellarunt. Bavaria igitur ad Ortum æſtivum ac meridiem partem Franconiæ proximat, hoc eſt ad Septentrionalem Plagam, & ad Meridiem Alpes Italiæ junguntur; Suevi ſeu Vindelici vel potius Rhætici ad Occidentem ejus ſolem recipiunt, Auſtrales ac Bohemi Orientem. Danubius autem totius Europæ atque Germaniæ fluviorum nominatiſſimus Mediam ferme perlabitur. Inter Auſtriam vero ac Bavariam alii Yſeram alii Ænum terminum poſuerunt. Suevos a Bavaris Lycus diſterminat amnis. Verum tamen noſtris temporibus Duces Bavariæ terminos iſtorum fluviorum aliorumq; ſuorum Dominiorum ampliaverunt, pluresque civitates ultra citraque Danubium tam in Suevia quam etiam in Auſtria poſſident. Utitur autem hic populus Theutonico ſermone & inter totius Alamaniæ ſuperioris provincias potentior a pluribus æſtimatur, neque deſerta regio eſt, ut Strabo ſcribit, quod ſuo fortaſſe tempore fuit, ſed nunc cultiſſima eſt, magnas atque ambitioſas civitates habens & oppida nobiliſſima, quorum ſplendorem neſcimus tota Europa, quæ vincere poſſint. Pontificales urbes in ea quinque ſunt, quarum una Metropolica eſt, quæ Salzburgum vocatur ex flumine Salza, cui adjacet; veteres eam Juvaviam vocabant, vulgariter Helffenburg. Romani ſiquidem eo tempore, quo Bavariam aliasque Germaniæ Provincias ſuorum Dominio ſubjugaſſent Juvaviam vocabant, & in eodem loco caſtrum ſive caſtellum conſtruentes milites ſuos illuc in præſidium conſtituerunt ut eis opportuno tempore ſubvenirent. Alias quatuor Eccleſias habet Cathedrales, Patavienſem videlicet, Ratiſponenſem, Ayſtetenſem & Friſingenſem. Sunt & plures aliæ civitates ea in Provincia, firmiſſimis atque ſplendidiſſimis conſtructæ ædificiis. Urbs videlicet Monacenſis in ſuperiori Bavaria admodum decora muris & ædificiis ſplendidiſſime conſtructis atque perornatis, Landshutam ſimiliter, Straubingam, Neuburgam, Ingolſtavium urbem celeberrimam, ubi nunc generale ſtudium multorum atque doctiſſimorum virorum Reſidentia floret. Habet & alia caſtella oppida atque caſtra munitiſſima, quorum nomina longum eſſet ſingulariter enarrare. Nunc igitur de primo Duce (quem Bavarum dicimus) & ejus ingreſſu atque potentia dicendum eſt.

LIBER TERTIUS

Viti Prioris Eberſbergenſis

CAPUT I.

De Arnulpho Imp.

DEfuncto igitur Carolomanno Almanorum Rege Arnulphus filius ejus in Regem anno Dom. DCCCXCI. ſublimatur Romanorum prout ſcribit Vincentius libro XXIIII. hiſtoriali. Secundum vero Urſpergenſem idem Arnolphus anno Dom. DCCCLXXXVIII. LXXVII. ab Auguſto regnum ſuſcepiſſe legitur, annis XII. regnavit, & V. imperavit. Et hic eſt ſeptimus Gallorum Imperator poſt Carolum Magnum. Hic Arnolpus duas habuit uxores. Prima fuit filia Ducis de

Merona, quæ ſibi genuit filium nomine Ludwicum, qui ei in Imperio ſucceſſit; quem Italici inter Imperatores non numerant ex eo, quod tantum in Almania regnaſſe dicitur & imperiali corona caruit. Secunda uxor Arnulphi Cæſaris, fuit Imperatoris Græcorum filia Agnes nomine, ex qua tres genuit filios Arnoldum de Scheyrn, quem impium dicunt, & Wernherum alterum filium Comitem de Scheyrn & Bertholdum nomine, qui Ottoni Primo ſive Magno valde charus (g) fuit. (g) De quibus in ſequentibus patebit.

CAPUT II.
De quibusdam Cæſaris Arnulphi geſtis.

Anno Regni Arnulphi Quinto Nortmanni ab eo vincuntur ex Bavaris & Francis exercitu magno collecto. Quæ ſequuntur ex Chron. Bavarorum: *His diebus Nortmanni atque Britanni Franciam ſive Galliam graviter devaſtabant & Carolum Regem Franciæ e Regno fugere compellebant. Quo audito Arnolphus Bavariæ Carintbiæque Dux (is enim nondum in Regem ſublimatus erat) magno ex Bavaria collecto exercitu adjunctisque ex Almania populis, Galliam, quam nos Franciam dicimus potenter intravit: Nortmanni vero eum deſpicientes minime a devaſtatione ceſſabant. Arnolphus autem, ut erat Dux Catholicus fortis & animoſus ſe ſuosque ſigno Crucis muniens, confortansque eos dixit, ut fortiter contra inimicos Crucis Chriſti pugnarent, initoque certamine multi ceciderunt parte ex utraque, Arnolphus autem Victor extitit glorioſus; multa enim millia Paganorum interfecti ſunt, Britanni vero videntes ſigna Chriſtianorum ſe ſe Arnulpho tradiderunt, & ſacrum Baptiſma fidemque Chriſti ſuſceperunt. Arnulphus autem ad tempus remanſit in Francia & Carolum Regem per Nortmannos fugatum in regem conſtituit primum.*

CAPUT III.
De Reverſione Arnulphi in Bavariam.

Arnulphus igitur ſuperatis Normannis & Carolo Gallo Rege reſtituto, ut prædictum eſt in Bavariam Carinthiamque reverſus multas ſanctorum reliquias conſentiente Carolo Rege ſuo conſanguineo, ſecum in Bavariam ad Ratisponenſem urbem aſportat & præcipue corpus S. Dionyſii Martyris, quod ipſe in monaſterio S. Emmerami Martyris in Ratisponenſi urbe honorifice locavit, ubi & ipſe Arnolphus Imperator ſepultus eſt.

Defuncto ſiquidem eodem tempore Ludwico Bavarorum Duce & ſine hæredibus decedente idem Arnolphus totam Provinciam hæreditario jure poſſedit, & non multo poſt in Regem eligitur Romanorum ſicuti in præcedentibus dictum eſt. Sequitur additio ex Urſpergenſi. &c.

CAPUT IIII.
De Coronatione Arnulphi & morte ejus.

Arnolphus igitur cum eſſet Germaniæ Rex, cum Formoſus Pontifex a perſequentibus injuriatus ad Italiam in ſui tutelam evocavit, indeque Romam petens Formoſum Pontificem in priſtinam dignitatem reſtituit, a quo deinde coronatus in Franciam rediit. Poſtea vero nimio ſucceſſu elatus ita contumax in omnes tum vel maxime in Eccleſiaſticos factus eſt, quem ferunt pediculos vermes, quos ſola caro humana gignit, ita totum invaſiſſe corpus ut nullo potuerit medicamine adjuvari, quod eo in faſtidio & cruciatu vitam apud Ottingen in Bajoaria amiſerit & corpus ejus ad Ratisponenſem urbem in monaſterium S. Emmerami deportatum illicque honorifice ſepultum eſt Anno DCCCCVI.

In iſto Arnulpho deſiit gens Francorum Imperii Romani culmine decorari. Ad annum circiter centeſimum poſtquam Carolus Magnus imperare cœperat.

CAPUT V.
De Formoſo Papa & quibusdam aliis.

Ex faſciculo temporum & Vitis Pontificum.

CAPUT VI.
De Ludovico III. Romanorum Rege.

CAPUT VII.
De Werengario Italorum Rege.

CAPUT VIII.
De Conrado Romanorum Rege.

CAPUT IX.
De Henrico hujus nominis primo.

CAPUT X.
De Arnoldo impio.

Poſt mortem Arnolphi Imperatoris, de quo ſupra dictum eſt capite quarto & ſeptimo filii ejus in ſuperbiam elati multa inter ſe ipſos bella geſſerunt. Arnoldus ſiquidem poſtquam Conrado Regi Romanorum rebellaverat & ab eodem in Ungariam fugere compulſus erat, & mortuo Conrado, ut prius dictum eſt, de Ungaria reverſus eſt tempore Henrici I, de quo in præcedenti capite dictum eſt, circa annum Domini DCCCCXXIIII. Et hic Arnoldus ſimiliter ſolus reſiſtebat Regi Henrico. Sed Henricus collecto exercitu Bavariam intravit & ſecundum quosdam in Suburbio Ratisponenſis urbis Arnoldum obſedit. Arnoldus autem videns ſe nihil proficere ſe & omnia ſua in poteſtatem Regis dedit, quem rex in gratiam ſuſcipiens amicus Regis appellatus eſt.

Hic eſt Arnoldus ille ſuper cujus denotatione S. Udalrico Epiſcopo, ut in libro geſtorum legitur, oſtenſus eſt gladius ſine capulo, qui Rex fieri fruſtra cupiens invaſor regni extitit & pro hac ambitione deſtructis Eccleſiis, earum redditus militibus ſuis in beneficium conceſſit. Hic Arnoldus habuit in uxorem filiam Regis Ungariæ Agnetem nomine, ſororem ſcilicet Beatricis, uxoris Wernheri fratris ſui & Comitis de Scheyrn. Agnes autem prædicta genuit Arnoldo filiam, Adelhaidis nomine, quæ poſtea Henrico Duci Saxoniæ copulata fuit, ex qua genuit filium, quem ſimiliter Henricum vocavit, & unicam filiam Baba nomine, quæ poſtea Alberto comiti copulatur, a qua mons Bambergenſis nomen accepit, ut in præcedenti capitulo dictum fuit.

(g) Ex his lacunis deſcenſum Carolingicum domûs regnatricis deducere placuit adulatoribus quibusdam, ſeriò nugas agentibus.

CAPUT XI.

De quibusdam geſtis Arnoldi & ejus morte.

Arnoldo igitur ex Ungaria revertente a ſuis perbenigne ſuſcipitur, ſed quia homo inquietus atque elationi deditus fuit, voluit, ut omnes Epiſcopi atque Prælati cæterique Eccleſiarum Rectores beneficia eccleſiaſtica ab eo peterent & acceptarent, atque jus patronatûs & collationis beneficiorum per totam Bavariam ſibi jure hæreditario uſurpabat. (h) Reclamantibus ſingulis, Arnoldus furore in indignatione repletus multa monaſteria Eccleſiasque aut comburi aut deſtrui fecit, quod & factum eſt. Sunt, qui dicant, S. Udalricum Auguſtenſem Epiſcopum eundem Arnoldum de ſacro fonte Baptiſmi levâſſe, eumque ſæpius ammonuiſſe atque increpâſſe, ut a ſua mala deſiſteret vita. Sed ille ſpreta ſancti viri exhortatione dixiſſe fertur: Ecce propheta, qui mihi futura prædicit; En morior hodie! mira res, eadem namque die cœpit eum diabolus vexare & poſt miſerabiles gemitus Arnoldus expiravit. Corpus vero ejus ad monaſterium S. Emmerami Ratisponam deportatum eſt. Horribilis autem clamor auditur, & tempeſtas magna quantocius oritur, ut corpus ejus nemo attingere neque accedere poterat. Diabolus autem (ut hiſtoriæ tradunt) per arva deferens ad quemdam lacum non longe a caſtro Scheyrn, ubi nunc monaſterium conſtructũ eſt, ibi quoque miſerabiliter projecit.

CAPUT XII.

De Wernhero Comite de Scheyrn.

Wernherus autem filius Arnolphi Imp. & frater prædicti Arnoldi habuit in uxorem filiam Regis Hungariæ, quæ Beatrix vocabatur, ſororque Agnetis uxoris Arnoldi. Duos filios genuit, Ottonem videlicet & Eckardum cognomento *Puntſchuch*. Accidit autem ut Arnoldus impius, dum adhuc in humanis eſſet, provinciam Norcaw, Henrico Duci Saxoniæ pleno jure appropriaret, ex eo quoque ſibi filiam Adelhaidam nomine in matrimonium copulaverat, contra voluntatem fratris ſui Wernheri, quod fuit occaſio multorum malorum, nam Wernherus congregatis undique copiis provinciam admodum devaſtabat, Hungaros enim in auxilium adduxerat, qui circumjacentes provincias plurimum vexabant. Sed victi ab Henrico & Ottone Rege ad propria redire cogitur, multis tamen ex eis occiſis, Wernherus autem ab Henrico Duce & ſuis ſuperatur, & non longe poſt ab Hungaris interficitur, cui in ducatu ſucceſſit Ekhardus cognomento *Puntſchuech*, de quo in ſequentibus patebit.

Iſte Wernherus dum ab Henrico Duce Saxoniæ Provinciam Norcaw extorquere vellet minime impetrare potuit. Henricus enim reſpondiſſe fertur: Ducatus Nortcaw jure mihi hæreditario præſentibus regni proceribus traditus eſt, illumque manu gladioque defendam. Sed Wernherus congregato exercitu, ut dictum eſt, adductisque Hungaris contra Henricum bellum movet, initoque certamine in confinibus Auguſtenſis urbis interfectis quam plurimis Hungari victi & in patibulum ſuſpenſi, cæteri ad propria redire compulſi ſunt.

CAPUT XIII.

De quibusdam ſummis Pontificibus, á Joanne X. ad Benedictum V.

CAPUT XIIII.

De quibusdam geſtis, iſtis temporibus.

Anno Domini DCCCCXIX. Udalbertus Archiepiſcopus Salzburgenſis eligitur & rexit annis novem. Poſt quem Egilolfus eligitur, qui Epiſcopatum tenuit annis ſex, & mortuus eſt.

Anno Domini DCCCCXL. Herolphus Archiep. Juvavienſis aſſumitur, qui præfuit Eccleſiæ annis XVI. & hic apud Myldorf ab Hainrico Bavarorum Duce excæcatur, & Dux eodem anno moritur.

Anno Domini DCCCCLI. Heroldus præfatus Epiſcopus Salzburgenſis per Papam & Cardinales ab officio deponitur, quia cæcus divina celebrare officia præſumpſerat. His temporibus videlicet Martini Papæ tertii ſanguineus fons in Genua urbe maritima in loco, qui dicitur Fontanella per diem integram largiſſime effluxit, quo anno Saraceni ex Africa ventitant.

Bohemia etiam ad Chriſti fidem convertitur & Spitineus Dux eorum filius Horziwogii primi Ducis Chriſtiani Principatum tenuit, Boleslaus autem filius Spitignei perverſus fuit, qui & fratrem ſuum S. Wenceslaum occidit Anno Ottonis Imperatoris primo, & ob hoc ab Ottone cum tota Bohemia ſuperatus fuit, & vaſtatur Bohemia annis pene XIIII.

S. Methodius Moravorum Archiepiſcopus Bohemos convertit Anno DCCCCV.

Bruno Archiepiſcopus Colonienſis frater Ottonis I. vir ſanctus monaſterium S. Panthaleonis in Colonia fundavit.

CAPUT XV.

De Ottone M. hujus nominis primo Romanorum Imperatorum potentiſſimo.

(h) Carolingico nimirum Principibus præcedentibus, regni & Eccleſiæ Gallicanæ moribus & primitivo jure utentibus.

CAPUT XVI.

De quibusdam geſtis, tempore hujus Ottonis.

A. 947. Anno Domini DCCCCXLVII. Berchtoldus Dux Bavariæ frater Arnoldi impii, de quo ſupra dictum eſt, moritur & Ducatus Henrico fratri Regis committitur. Mortuo enim Arnulpho Cæſare filii ejus in ſuperbiam elati, multa inter ſe bella & contentiones moverunt, & horum occaſione multa fecerunt mala ſicut in ſequentibus patebit.

Anno Domini DCCCCLV. Hungari Bavariam depopulantes juxta Auguſtam Almaniæ urbem ab Ottone Rege Romanorum pugna victi immenſa cæde necantur. In quo bello Dyepoldus Comes de Dillingen frater S. Ulrici Auguſtenſis Epiſcopi & Reginaldus filius ſororis ejus pluresque milites occubuerunt. Interfectus eſt quoque Cunradus gener Regis & Dux Wormatienſis tres Reguli Hungarorum capti & ad poteſtatem Ottonis vivi perducti ſunt, quos Germani laqueo in dedecus Hungarorum in patibulo ſuſpenderunt.

CAPUT XVII.

De quibusdam Ducibus, qui poſt Wernherum Comitem de Scheyrn Ducatum tenuerunt ad tempus. (i)

(i) Iſtis temporibus poſt Wernherum & Arnoldum impium Comitem de Scheyrn, plures in Ducatu Noricorum principabantur, & propterea ab Ekhardo filio Wernheri cognomento *Puntſchueb* hiſtoriæ multum diſſonæ videntur uſque ad Ottonem cognomento *Ruffum*, licet prædicti fratres & eorum ſucceſſores plures Ducatus in Bavaria tenuerunt: Scheyrn videlicet, Dachaw &c. Sed uſque ad tempora Ottonis de Wittelsbach & ejus ſucceſſores, de quibus in ſequentibus capitulis patebit. Nunc autem prætermiſſis cæteris de geſtis illorum ſcribere placuit, qui ſibi titulum & Ducatum Bavarici ſanguinis uſurpaverunt, prout in quadam cronica ſatis antiqua reperi, ut patebit intuenti hiſtoriam ſequentem. Arnoldus igitur impius cum ad Hungariam per Conradum Regem expulſus, fugeret, & illic uſque ad obitum Regis permanſiſſet, in ejus locum atque dominium Burchardus, quem alii Swevum, alii vero Saxonem nominant, ſuffectus eſt, qui tamen in primo anno ſui regiminis interfectus eſt. Poſt quem Chunradus Rex Franciæ orientalis Ducatum Bavariæ tenuit ad modicum tempus. Et paulo poſt Arnoldus impius ex Hungaria veniens Dominium ſibi potenter uſurpavit populumque flagello ferreo gubernavit & ille Ducatum Norcaw Henrico Duci Saxoniæ tradidit, nam Henricus filiam Arnoldi habuit in uxorem, ut ſuperius dictum eſt.

Poſt Arnoldum venit ad Ducatum Berchtoldus quintus frater Wernheri & Arnoldi & hic Bavariam decem annis laudabiliter gubernavit. Poſt ejus obitum Duces Saxoniæ ex cauſa ſupradicta uſurpaverunt ſibi Ducatum Norcaw; nam Henricus Dux Saxoniæ habuit in uxorem Adelhaidam filiam Arnoldi impii; poſt quem alter Henricus cognomento *Hetzel* Ducatum tenuit annis XXI. & hic Ottoni Cæſari rebellare cœperat, ſed ab Ottone iſto ſecundo expellitur, & regnavit Otto in Bavaria annis quinque.

Poſt obitum Ottonis II. Heinricus Hetzel Ducatum reaſſumpſit rexitque annis XIII. Poſt hunc Heinricum tenuit Ducatum Heinricus, qui poſtea ſanctus & Imperator Romanorum, quem beatum dicimus. Poſt S. Heinricum tenuit Ducatum ſororius ejus, frater ſcilicet S. Kunigundis nomine Henricus, Palatinus Rheni de antiquo ſanguine Bavarorum.

Poſt Henricum tenuit Ducatum filius ejus Henricus nomine cognomento *Superbus* & hic ex Provincia expulſus fuit.

Poſt quem Chunradus, alias Chuno Dux Bavariæ venit ad Ducatum.

Poſt illum accepit Ducatum Agnes Imperatrix rexitque annis ſeptem.

Poſtea Otto Dux Saxoniæ Ducatum aſſumens Henrico Regi rebellabat, ideo a Duce Welfone expellitur, qui Welfo Bavariam rexit ad tempus: ſed poſtea ultra mare tranſiens moritur in inſula Cypri. Poſtea venit ad Ducatum Dux Welfo filius prædicti rexitque annis XIII.

Poſt quem rexit Henricus frater ejus Dux Bavariæ, annis VII.

Poſt illum Heinricum Heinricus ſuperbus iterum venit ad Ducatum rexitque annis ſex, ſed iterum expellitur. Moritur in Saxonia in maxima paupertate & miſeria.

Poſtea Chunradus Rex Ducatum commiſit filio ſuo Leopoldo.

Poſt Leopoldum venit ad Ducatum frater ejus Heinricus nomine.

Poſtea Heinricus Dux Bavariæ, qui fuit filius Heinrici Superbi per Heinricum Imp. tertium reſtituitur; ſed non diu gubernavit Provinciam.

Poſt Henricum præfatum venit ad Ducatum Otto de Wittelsbach, poſt cujus obitum filius ejus Otto a latronibus circa caſtrum Dachaw * ut poſtea patebit.

* *deficit vox occiditur.*

Poſt Ottonem venit ad Ducatum Ludwicus filius fratris Ottonis hujus.

Poſt Ludovicum Otto filius ejus, qui & Elector Imperii efficitur.

Ex prædicta Cronica ſuperius dicta, hæc excerpta ſunt. Nunc ad Ottonem Imperatorem redeas.

CAPUT XVIII.

De Ottone I. & ejus obitu.

Otto igitur *Magnus*, Romanorum Imperator ex Alunda uxore ſua filium habuit, quem Ottonem II. dicimus, qui ei in imperio ſucceſſit; & adhuc alios duos filios habuit & unicam filiam , quos plures Hiſtoriographi omittunt , vel potius ignorant. Quorum primus Wilhelmus vocabatur, poſtea Epiſcopus Maguntinenſis , alter vero Rudolfus Dux Saxoniæ, filia quoque Richlindis vocabatur, quæ fuit Proava S. Richardis , uxoris ſcilicet Udalrici Comitis de Sempt, qui poſtea una cum Richarda Conthorali ſua tres Abbatias fundavit Eberſperg , Geiſenfeld & Chuebach prout in ſequentibus patebit. Otto vero poſt magnifica opera obiit ſepeliturque in Maydburga cathedrali eccleſia Anno Domini DCCCCLXXIIII , eodem anno mortuus eſt & S. Udalricus Auguſtenſis Epiſcopus ætatis ſuæ anno LXXXIIII. & poſt S. Wolfgangum Ratisponenſem Epiſcopum ſepulturæ traditus.

(i) Ad oram Codicis mei, ab ipſa Viti manu erat ſcriptum: *Additio notabilis ex quadam Cronica Bavarorum antiqua.*

CAPUT XIX.

De fundatione caſtri & monaſterii Eberſperg.

Sighardus igitur Comes de Sempt & nepos Arnulphi Imperatoris caſtrum Eberſperg in Superiori Bavaria ſitum contra inſultus Hungarorum primus conſtruxit. Hic Sighardus habuit uxorem Gotinam nomine, quæ ſibi genuit filium , quem Ratoldum vocavit , & hic caſtrum Eberſperg ampliavit. Uxor ejus fuit Engelmudis , quæ ſibi genuit duos filios & unam filiam Williburgin nomine, primogenitus ejus filius Eberhardus, alter vero Adalbero vocabatur. Eberhardus igitur caſtrum contra Hungaros multum fortificavit. Nam Hunni his diebus ſæpius Almannos vexabant & Eberhardus conſtructo Caſtro obiit nullum poſt ſe relinquens hæredem. Adalbero autem frater ejus ſucceſſit in Comitatu, habuitque uxorem Luitgardin nomine, quæ ſibi genuit octo filios. Septem ex his in florida ætate mortui ſunt , octavus autem Udalricus nomine , quem S. Udalricus Auguſtenſis Epiſcopus de ſacro fonte levans , ſuo nomine Ulricum vocavit. Udalricus autem poſtea duxit in uxorem Richardam Rudolphi Sweviæ Bavariæque Ducis filiam, de qua poſtea patebit.

Adalbero autem genitor Ulrici, unam filiam habuit Hademudis nomine , quæ in Paleſtinis partibus obiiſſe dicitur miraculis clarens poſt mortem ſcilicet mariti ſui Marchionis de Carinthia.

Udalricus vero tres filios habuit , qui pariter in juvenili ætate mortui ſunt, habuitque unicam filiam nomine Williburgam, quæ habitum religionis in monaſterio Geyſenfeld aſſumens, quod pater ejus fundaverat & ibi moritur bono fine. Habuit & adhuc unam filiam ex concubina natam Rotrudis nomine. Udalricus autem Comes Eberſperg Monaſterio conſtructo & conſummato excluſis Canonicis regularibus, qui ultra ſexaginta annos inhabitaſſe dicuntur, Ordinem S. Benedicti Abbatemq; & Monachos ex monaſterio S. Udalrici Auguſtanæ Civitatis introduxit circa Annum Domini MXX.

CAPUT XX.

De genealogia S. Richardis uxoris Comitis Udalrici.

Richardis autem nobiliſſima conjux Udalrici genealogiam ſive originem habuit ex parte matris de ſanguine Ottonis M. Romanor. Imp. Otto ſecundus primus ſive magnus habuit filiam Richlindis nomine prout in Cap. XVIII. dictum fuit, & hæc habuit in maritum Chunonem Comitem potentiſſimum, ex quo genuit filiam Ittam nomine ; & hæc fuit uxor Ducis Rudolphi, de quo genuit filiam Richardis nomine, quam dedit ſæpedicto Udalrico Comiti. Richardis habuit fratrem nomine Welffo, qui fuit Dux Sweviæ hujus nominis primus.

Udalricus autem & Richardis tres Abbatias conſtruxerunt , Geyſenfeld videlicet, Chubach & Eberſperg. In quo monaſterio ſcilicet Eberſperg corpora eorum magnifice ſepulta ſunt. Nunc ad hiſtoriam Imperatorum redeamus.

CAPUT XXI.

De conſtructione ſeu potius ampliatione civitatis Monacenſis.

Temporibus igitur Ottonis Imperatoris hujus nominis primi , civitas Monacenſis initium ſeu potius incrementum habuit. Monacum enim urbs ſuperioris Bavariæ caput, ad fluvium Yſaram ſita inter urbes Principum in Germania præclariſſima & in Bajoaria nominatiſſima , nobilibus ædificiis alias civitates plurimum excellens. Habet enim ædes pulcherrimas, plateas amplas. Hujus Ottonis temporibus initium ſumpſiſſe legitur, ſed à Ludovico IV. Romanorum Imp. ampliata & ædificiis ornata, & demum per Albertum Bavariæ Ducem, qui fuit gener Friderici III. Imp. plurimis atque fortiſſimis ædificiis perornata. Erneſtus autem filius Henrici Bavariæ Ducis, qui Ottoni Imperatori admodum charus erat (is enim vir ſtrenuiſſimus & Cæſari fidelis fuit) & huic Otto conceſſit , ut pons atque ſtrata publica , ultra & citra fluvium Yſaram fieret eo in loco, ubi nunc civitas conſtructa eſt , quamvis Albertus Epiſcopus Friſingenſis multum contradiceret propter Theloneum, quod ipſe Epiſcopus habuit in villa , quæ Veringa dicitur. Poſtea tamen in hunc modum concordati ſunt , ut deinceps perpetuis temporibus Duces Bavariæ Monacum poſſidentes quinquaginta talenta denariorum Monacenſium ad Eccleſiam Friſingenſem præſtarent, ſicuti hactenùs ſervatum eſt.

Anno Domini MCCLXX. Cunradus Epiſcopus Friſingenſis incrementum cernens præfatæ urbis Monacenſis, tam in ſtructuris quam populi multiplicatione de una Parrochia ſcilicet S. Petri Apoſtoli, duas fecit Eccleſias parochiales, quæ usque hodie in maximo habentur ornatu atque incremento. Anno verò MCCCCXCVII. Albertus Bavariæ Dux Gener Friderici Cæſaris collegiatam ibi ordinat Eccleſiam, Sixto Friſingenſi Antiſtite multum contradicente. cauſa hæc in Romana curia temporibus Alexandri Papæ ſexti diu agitata fuit.

CAPUT XXII.

De Imperio Ottonis II.

ANno Domini DCCCCLXXV. Otto filius Ottonis primi ſuſcepit imperium per omnia ſtrenuus & fidelis ſicut pater ejus, cum quo ad tempus regnavit, quo defuncto regnavit ſolus annis IX. Secundum verò Vincentium in ſpeculo hiſtoriali cœpit imperare anno DCCCCLXXIIII. habuit quoque in uxorem Theophaniam, Joannis Conſtantinopolitani Imperatoris ſororem. Hic etiam Otto rebellante ſibi Henrico Bavarorum Duce, eum compeſcuit & obedire compulit. Obiit tandem Otto decimo imperii ſui anno non completo, cui filius ejus ſucceſſit in imperio, quem Ottonem tertium dicimus, & unicam filiam Adeliſiam nomine quam Alarino Montisferrati Marchioni in matrimonium tradita fuit.

Hic Otto II. plurima bella geſſit contra infideles, ſed ultimo penè totum amiſit exercitum in Calabria. Ipſe tamen dum tota mente S. Petrum invocavit, mirabiliter liberatus fuit, coronatus autem Benedicto Papa ſeptimo (k) Otto autem obiit anno DCCCCLXXXIII. ſepultus Romæ.

Ungaria circa hæc tempora incipit ad fidem converti, ubi primo S. Adalbertus Epiſcopus Pragenſis verbum Dei prædicavit. Poſtea verò Stephanus Rex Ungariæ & Chriſtianus primus duxit in uxorem Gyſilam ſororem S. Hainrici Imperatoris & Ducis Bavariæ, quæ ipſum Regem multis monitis ad fidem Chriſti inclinavit. Poſtea Rex cum tota gente Hungarorum fidem Chriſti ſuſcepit, & hoc factum eſt tempore S. Hainrici Cæſaris anno Domini MXIII.

CAPUT XXIII.

De Imperio Ottonis III.

ANno Domini DCCCCLXXXIIII. Otto filius Ottonis II. ſuſcepit imperium, imperavitque annis XVIII. coronatusque à Gregorio Papa *Quinto*, qui ejus conſanguineus fuit. Nam idem Gregorius frater fuit Ottonis I. Bruno vocatus prius Epiſcopus Colonienſis vir ſanctus, poſtea fit Papa & Gregorius V. vocatur. Otto autem multos ſuſtinuit labores in imperio tandem pacata Italia, cum in Germaniam redire decreviſſet, Romæ veneno intoxicatus, obiit, ejus corpus in Germaniam reportari præcepit, ut majorum ſepulchro inferretur.

CAPUT XXIIII.

De Electoribus Imperii.

CAPUT XXVI.

Annotatio Suñorum Pontificum à Leone VIII. usque ad Benedictum VIII.

CAPUT XXVII.

Recapitulatio Ducum Noricorum & de geſtis eorundem.

WErnhero igitur Comite de Scheyrn, filio Arnulphi Cæſaris apud Ungaros interfecto ſucceſſit ei in Ducatu filius ejus Eckardus cognomine *Puntſchueb* & hic ſuperiorem partem Provinciæ Bavariæ comitatumque Schyrenſem tenuit. Nam erat vir bellicoſiſſimus ſuo tempore & prudens. Hic injurias ſui genitoris vindicare nitebatur congregatoque populo ſatis copioſo, ſecundum concordaa tamen pacificè reſtituitur, annuente Henrico Rege *ſecundo*, eo modo: videlicet ut arma contra infideles aſſumeret, & pro recuperanda Terra ſancta ultra mare cum cæteris Germanorum Principibus iret, quod & libens fecit. Nam hic Eckhardus pro ſigno ſpeciali ſeu vexillo duos calceos ſive ſoculares parvos ſecum ferens nigros rubris ligis, propriè loquendo *zwen groß Puntſchueb mit roten Remen zugebundten*, ad quod ſignum multi fideles, dum in caſtris ſive in campo videbatur, ſtatim conveniebant in unum. Quo facto Eckhardus Comes inclytus magnificè Saracenos debellans, honorem atque triumphum reportat. Nam eo tempore ſancta urbs Hieroſolyma capta eſt per Chriſtianos; ſed parum profuit: nam recedentibus Chriſtianis Saraceni terram illam iterum ſibi ſubjugabant, cunctosque Chriſtianos illic inventos trucidantes interfecerunt. Sunt, qui ſcribunt Alexium Imperatorem Græcorum, hoc malum procurâſſe. Poſtea verò per Gotfridum de Bulion Lotharingiæ Ducem adjuvantibus ſibi fidelibus ſuis terram ſanctam urbemque Hieroſolymorum recuperâſſe hiſtoriæ veriſſimæ tradunt, eamque longo tempore poſſederunt, ut ponitur in multis Chronicis.

CAPUT XXVIII.

De Ottone ſeniore, Comite de Witelſpach.

WErnherus autem duos poſt ſe reliquit filios, Eckardum, de quo jam dictum eſt, & Ottonem de Wittelſpach. Hic Otto habuit in uxorem filiam Ducis Saxoniæ, qui ſibi genuit quatuor filios: Ottonem ſeniorem, Ottonem juniorem, Conradum, qui poſtea factus eſt Epiſcopus Moguntinenſis, Seifridum (alias Fridericum) qui cum Philippo Rege Francorum & Gotfrido Duce ultra mare pergens contra Saracenos arma ſumpſit. Otto autem ſenior caſtrum Dachaw conſtruxit, & comitatum fecit. Hic habuit in uxorem filiam Ducis Lotharingiæ Agnetem nomine. Hic Otto Paſcali Papæ contrarius fuiſſe legitur, & Paſcali Gelaſius Papa ſecundus ſucceſſit; ideo ab eo excommunicatus fuit. Sed mortuo Paſcali Otto à Calixto abſolutionem petit, cui pro pœnitentia injungitur, ut Monaſterium conſtrui vellet, quod & fecit, nam in Ra-

---

(k) Vitus in marg. *In Cronica verò Urſpergenſis legitur, quod Otto coronatus ſit à Papa Joanne quarto, qui ſucceſſit Benedicto VII.*

tiſponenſi Dyoceſi Monaſterium Obermünſter honorificè conſtruxit.

CAPUT XXIX.

De Ottone Comite miſerabiliter interfecto.

OTto Comes de Dachaw, de quo jam dictum eſt, habuit filium Ottonem nomine, qui quadam die venationi operam dabat. Accidit autem, ut hic inde vagabundus ſolusque in ſylva equitaret, inter caſtrum Dachaw & Underſtorf, relictusque à familiaribus ſuis à latronibus interficitur. Poſtea caniculus ejus, qui more ſolito Dominum ſequebatur, venit, manum Ottonis dexteram invenit jacentem circa corpus, in ore ſecum usque caſtrum portavit. Quod uxor Ottonis cernens & accurrens caniculo, cognovit manum eſſe Ottonis mariti ſui; nam adhuc annulum in digito habebat, ſicque perterrita corruens non longo tempore ſupervixit, mittebat quoque familiares totius curiæ ſuæ ad inquirendum cadaver, quod poſtmodum inventum eſt; ubi in eodem loco capella in honorem beatæ Mariæ Virginis conſtrui fecit, & poſt hoc monaſterium ibi conſtrui fecit, quod Underſtorf vocari juſſit, ubi & ipſe cum cæteris Comitibus de Dachau ſepultus extitit.

CAPUT XXX.

De filiis Eckhardi & eorum geſtis.

ECkhardus igitur, de quo dictum eſt, accepit in uxorem ſororem Welfonis Ducis Sueviæ, qui & ipſe titulum & dominium habebat Ducum Bavariæ. Genuitque Eckhardus ex eadem uxore ſua tres filios, Chunradum de Valay & Ottonem atque Arnoldum de Dachaw. Defuncto autem Eckhardo Chunradus tenuit caſtrum Valay, nunc Ahamſtain vocatum in ſuperiori Bavaria ſitum. Hic Chunradus duos habuit filios, Ottonem & Waltherum & unicam filiam Machtildis nomine. Waltherus autem fit poſtea Epiſcopus Trevereuſis. Sunt qui dicunt eum habitum Canonicorum Regularium aſſumpſiſſe in Monaſterio Bernried, quod ipſe cum fratre ſuo fundaverat. Soror verò ejus Machtildis cuidam Comiti de Greyffenſtain cis Atheſin in matrimonium copulatur, quæ poſtmodum conſentiente marito ſuo & annuente fratre ſuo Ottone fundavit Monaſterium Canonicorum Regularium in Gries propè Bozanum, quod etiam honoribus prædiis atque privilegiis plurimis decoravit, in quo Monaſterio quoque ſepulta eſſe dicitur.

CAPUT XXXI.

De Ottone Comite de Valay.

OTto igitur filius Chonradi de Valay, ut erat vir ſtrenuus, veniens ad curiam Regis Franciæ & non longè poſt propter ejus opera virtuoſa eligitur in Capitaneum Regis. His enim diebus Rex idem Regi Siciliæ bellum parabat. Aſſumpto igitur atque in Gallia magno parato exercitu Otto regnum Siciliæ manu forti & populo copioſo intravit, devaſtavit, Regem debellavit & captivavit, interfectis prius ex utroque exercitu plurimis. Rex autem Siciliæ poſtea ſacrum Baptiſma & fidem Chriſti ſuſcipiens baptizatus eſt, habebat idem Rex Siciliæ filiam Adelhaidam nomine, quæ ſimiliter baptizatur, & per Ottonem in Franciam ducta & Ottoni per Regem Franciæ in matrimonio copulatur. Otto verò Illuſtris Comes in Francia permanſit, in maximo pretio & honore habitus eſt, atque ab eodem Rege plurimum honoratus. Nam ſubjugato Rege Siciliæ pacatoque regno Otto petiit à Francorum Rege ſibi dari Reliquias S. Martini Confeſſoris atque Pontificis. Ipſe enim intendebat ſua in Patria conſtruere Monaſterium in honorem ſancti Martini Epiſcopi, quod & factum eſt. Audiens hæc Rex Franciæ gaviſus eſt valdè atque liberaliter tradit Ottoni brachium S. Martini Epiſcopi cum aliis plurimis reliquiis. Hos ſecum reverenter portans in Bavariam conſtruxit Monaſterium Bernried in Dyoceſi Auguſtenſi ſitum, ordinavitque Canonicos Regulares ex Ordine S. Auguſtini Epiſcopi perpetuis temporibus illic Deo æterno ſervituros, in quo Monaſterio idem Otto cum uxore Adelhaide ſepultus eſt in pace circa annum Domini MCXXIII.

CAPUT XXXII.

De duobus filiis Eckhardi Comitis.

REliquerat inſuper Eckhardus tres filios Chunradum videlicet de Valay, de quo dictum eſt, Ottonem quoque & Arnoldum de Dachaw. Otto habuit filium nomine Wernherum Saxoniæ Ducem. Arnoldus autem Comitem de Dachau, quem poſt ſe ſucceſſorem Hiſtoriæ tradunt. Licet aliqui Ottonem ponant pro Arnoldo, ſed minus benè ſentiunt. Ideoque neceſſarium eſt Lectori attendere ab Eckhardo usque ad Othonem cognomento Ruffum, quia Hiſtoriæ ſatis diſcordare videntur. Nam Duces Saxoniæ ac Welfones cæterique, de quibus in Capitulo XVII. dictum eſt, uſurpaverunt ſibi Dominium Provinciæ, ſimiliter Comites de Andex, Wolfhartzhauſen, Dachaw, Valay, Sempt ſive Eberſperg, Voburg admodum potentes fuerunt, licet non longo tempore ut patet legenti Hiſtorias.

Poſt Arnoldum de Dachaw ſucceſſit filius ejus Chunradus nomine, vir ſtrenuus, prudens & religioſæ vitæ relinquens poſt ſe filium Arnoldum nomine virum Chriſtianiſſimum, qui Provinciam Bavariæ per gladium recuperat. Poſt eum ſucceſſit ei Henricus filius ejus Dux Bavariæ, & huic ſucceſſit Otto, poſt quem tenuit Ducatum Ludovicus, de quibus in ſequentibus patebit, Conradus autem relicto ſeculo Monachus efficitur, dormivitque in pace.

CAPUT XXXIII.

De S. Henrico II. Rom. Imp.

DEfuncto igitur, ut dictum eſt, Ottone III. Romanorum Imperatore, Electores imperii concorditer elegerunt Heinricum Ducem Bavariæ, virum juſtum, providum & honeſtiſſimæ vitæ, & hic fuit hujus nominis Henricus II. Imperator Romanorum anno Domini MI. vel ut alii volunt, anno MIII. imperavit juxta *Vincentium in ſpeculo* per annos XXII. ſed ſecundum alios tantum XX. Hic in Regem inungitur à Willigiſo Maguntinenſi Archiepiſcopo.

CAPUT XXXIIII.

De quibusdam geſtis Henrici Cæſaris.

ANno Domini MI. juxta Urſpergenſem Henricus II. in Regem eligitur poſt Ottonem III. rexit annis XXIII. menſibus V. regio nomine XII. Imperatorio honore XI. regnavit.

Sexto anno regni ſui Eccleſia Bambergenſis in honore S. Petri & S. Georgii ſublimatur. Eam multis divitiis ac privilegiis ditavit, & ibidem Monaſterium S. Stephani ſub Ordine Canonico conſtruxit, & Monaſterium aliud in honorem S. Michaelis Archangeli ſub Ordine S. Benedicti conſtrui fecit.

Hic Boleslaum Bohemorum Ducem cum omni populo Slavorum ſubjugavit, & anno Domini MXIII. Romæ Imperator efficitur, & à Benedicto Papa VIII. coronatur; Saracenos quoque ſuperat eosque ex Capua fugat. Trojam quoque Apuliæ regni urbem cepit. Hic Heinricus fuit filius Heinrici Hetzl, & habuit in uxorem filiam Seyfridi Comitis Palatini Reni Bavariæque Ducis, nomine Kunigundam, ſororem Theoderici Metenſis Epiſcopi, amboque tam Henricus quam Kunegundis virginitate perpetua vixerunt, ſepulti in Eccleſia Cathedrali in Bamberga. Hic Henricus ſororem nomine Gyſilam, ſancto Stephano Ungarorum Regi matrimonio dedit, à qua poſtea tam Rex quam populus ad Chriſti fidem converſi ſunt, & ſacrum Baptiſma receperunt.

Habuit quoque Henricus Cæſar fratrem virtute & ſcientia præclarum Brunonem nomine, qui poſtea factus eſt Epiſcopus Auguſtenſis & Eccleſiæ ibidem multa bona tradidit. Obiit autem idem Heinricus anno Domini MCCXXIIII. ætatis verò ſuæ anno LII. ſepultus Bambergæ.

CAPUT XXXV.

De Imperio Chunradi II. & Succeſſorum.

CAPUT XXXVI.

De Imperio Henrici V. Imp.

CAPUT XXXVII.

De Recuperatione Terræ ſanctæ.

CAPUT XXXVIII.

De ultima & noviſſima Recuperatione Terræ ſancta.

CAPUT XXXIX.

Annotatio Summorum Pontificum à Benedicto VIII. usque ad Adrianum IV.

CAPUT XXXX.

De Imperio Friderici I. Imp.

CAPUT XXXXI.

Añotatio Summorum Pontificum ab Adriano IV. usque ad Cæleſtinum III.

CAPUT XXXXII.

De Imperio Regis Philippi.

CAPUT XXXXIII.

De Ottone juniore Comite de Wittelſpach, qui Philippum Regem interfecit.

ANno Domini MCCVIII. Philippus Rex cum ſtatuerat venire in Saxoniam quosdam, qui adhuc rebelles erant, domare, Bambergam venit. Advenerat quoque illuc nepharius ille Otto Palatinus de Wittelſpach. Rex vero minutionem ſanguinis fecit: tunc ſceleratus Otto aſſumptis militibus Epiſcopi Eggiperti & Marchionis de Andechſe Henrici, fratris prædicti Epiſcopi venit in palatium. Ille vero impius acceſſit ad oſtium cameræ, in qua Rex conquieſcebat, pulſabat, ut intromitteretur, quem Rex juſſit intromitti nihil mali ſuſpicatus, cumque cerneret neminem eſſe in camera præter Regem & Cancellarium & H. Dapiferum de Walpurck, qui erant in conſilio, rediens aperuit januam cameræ, accipiens gladium a ſerviente & Regem in collo vulnerans, ſed Dapifero exclamante territus, vix plagam perfert, vulnerans Regem in collo & venam unam organicam amputavit. Cumque dapifer exitum januæ intercludere vellet, Otto eum in maxilla vulnerans exiit, & dapifer illud laudabile vulnus uſque ad mortem ſervavit ſeu habuit. Oritur undique tumultus, Rexque paululum procedens expiravit. * X. Kal. Julii. Corpus Bambergæ, inde Spiræ juſſu Friderici ſepultum. Fuit autem Philippus Benignus & largus, debili corpore attamen virili, facie venuſta, capillo flavo, ſtatura mediocri decorus. Hac ſola de cauſa factum eſt, quod cum deſponſaſſet unam de filiabus ſuis præfato ſceleroſo idem quemdam liberum familiarem Ducis Bavariæ perfide interfeceris, de qua perfidia coram judicibus notatus fuit. Et ideo Rex filiam ſuam ſibi tradere denegavit, & brevi interpoſito tempore Otto idem facinoroſus a Henrico de Kallindin præfato Marſchalco ob vindictam Domini ſui glorioſè fuit interfectus in quadam Grangia non longe a Ratispona.

* in marg. Autographi eſt: *Ex Cron. noſtro.*

Poſt interfectionem vero inclyti Regis Philippi uxor ejus præ dolore ſtatim moritur. Principes vero caſtrum Witelspach penitus deſtruxerunt. Et ex poſt ablatus eſt titulus Palatinæ dignitatis a Ducibus Bavariæ ſeu Electionis Imperii uſque Ottonem cognomento Ruffum, qui recuperavit titulum, ut patebit loco ſuo. Otto autem ſceleroſus jam ſepultura atque obſequiis diu caruit. Sepultus fuit in Monaſterio Underſtorf.

CAPUT XXXXIIII.

De Ludwico Bavarorum Duce, qui poſt prædictum Ottonem in humanis fuit.

ANno Domini MCCXVII. regnante Friderico Rege Apuliæ Ludovicus Dux Bavariæ curiam in Wittelſpach fratribus in Underſtorf contulit & in propria perſona ſuper Altare Beatæ Mariæ Virginis delegavit pro remedio tam ſui quam parentum ſuorum in ſepulturam quondam Ottonis Palatini, qui quoque reus læſæ Majeſtatis auſu videlicet temerario manus in Philippum Regem mittere præſumpſit, diu agreſti ſepulturæ deputatus, multo tandem labore fratrum in Underſtorf Divino annuente ſuffragio Eccleſiaſticam Innocentio ſedem gubernante Romanam invenit ſepulturam anno Domini MCCXXII. Et annis ſequentibus multi Principes Alemanniæ Terram ſanctam occupantes, inter quos advenit & Ludovicus Bavarorum Dux, qui jam dudum fuerat cruce ſignatus, ubi capta Damiata a Chriſtianis, & poſtmodum Soldano Saracenorum Rege procurante, ut per excreſcentiam Nili populus Chriſtianorum dampna pertuliſſet, coacti ſunt Damiatam reddere & terra ſancta in manibus hoſtium permanſit, & anno MCCXXIIII. perdita fuit Damiata.

CAPUT XXXXV.

Continuatio Imperatorum uſque ad Ludovicum IV. Bavariæ Ducem & Rom. Imperatorem.

CAPUT XXXXVI.

De Imperio Alphonſi & Richardi Reg. Rom.

CAPUT XXXXVII.

De Imperio Alberti & Henrici VIII.

ALbertus hujus nominis primus Dux Auſtriæ Rudolphi quondam Imperatoris filius. Eligitur anno Domini MCCXCVIII. imperavit annis X. Vir ſtrenuus & in rebus bellicis exercitatus. Tandem interficitur a Joanne Nepote ſuo filio Regis Wenceslai Regis Bohemiæ prope oppidum Reinfeld, qui juſſus eſt pro pœnitentia ab Henrico VIII. intrare monaſterium ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium tempore Clementis Papæ V.

Henricus VIII. ſecundum alios dicitur VII. qui Henricum Lantgravium Thuringiæ in numero Imperatorum non ponunt. Et hic Henricus Comes fuit Lutzelburgenſis, omnium voto apud Franckenfurtum eligitur anno Dom. MCCCVIII. Poſtea Aquisgrani coronatur. Vir Strenuus, in armis exercitatus atque pacificus, & demum coronam imperialem a Clemente Papa quarto accepit, ſunt, qui dicant eum ex induſtria Florentinorum a quodam fratre ordinis Prædicatorum veneno in calice dato intoxicatum fuiſſe, cujus corpus in Pyſa Italicorum urbe in Templo & in ſublimiore loco amici conſiderunt. Imperavit annis V. & menſibus VIII. quo mortuo vacat imperium anno uno.

CAPUT XXXXVIII.

Continuatio Summorum Pontificum ab Henrico VI. uſque ad Ludovicum Imperatorem quartum.

POſt Cœleſtinum III. de quo dictum eſt cap. XLI. venit ad Papatum Innocentius III vir probatiſſimus atque doctiſſimus, ſedit in ſede Petri annos XVIII. M. IV. D. XXIIII. Honorius III. Papa Romanus ſedit annis X. ſecundum alios VIII. mens. VII. Dies XIII. ſepultus in Eccleſia B. Mariæ Majoris ad præſepe.

Gregorius IX. Innocentii III. Nepos ſedit annis XIIII. Menſ. III. Hic Paſſagium ordinavit temporibus Friderici II. a quo multum gravabatur. Moritur tandem Gregorius anno Domini MCCXLI. Cœleſtinus IIII. Patria Mediolanenſis ſedit dies XXII. & mortuus eſt, hic plurimum a Friderico premebatur.

Innocentius IV. natione Genuenſis, ſedit annis XI. M. VI.

Alexander IIII. eligitur anno Domini MCCLIIII. in menſe Januario ſedit annis VII. & vacat ſedes menſibus tribus vel quatuor.

Urbanus IV. ſedit annis III. menſe uno, D. IIII. natione Gallicus.

Clemens IIII. ſedit annis III. M. IX.

Innocentius IIII. Patria Lombardus ſedit menſes IX. D. II.

Adrianus V. natione Genuenſis ſedit anno uno. D. IX.

Martinus IV. Patria Gallicus ſedit annis VIII. M. I.

Honorius IV. Natione Romanus, ſedit annis duobus.

Nicolaus IV. Patria Lombardus præfuit Eccleſiæ annis IIII. Menſ. I.

Cœleſtinus quartus ſedit menſes V. dies V.

Bonifacius VIII. patria Hiſpanus, creatur in Pontificem anno Domini MCCXCIIII. utiliter præfuit, vir doctrina & rerum experientia inſignis, temporibus Alberti I. Romanorum Regis, præfuit Eccleſiæ annis VIII. menſ. IX. D. XVII.

Benedictus XI. natione Tarriſinus. Kal. nov. Pontifex creatur. Sedit M. VIII. D. XVII. anno Domini MCCCIII.

Clemens V. poſt vacationem Papatus XI. M. Pontifex creatur. Sedit annis VIII. M. X. D. XV. & vacat ſedes annis II. M. III. diebus XVII. eo tempore quo diſcordia inter Electores imperii fuit, quando videlicet Ludovicus Dux Bavariæ & Fridericus Dux Auſtriæ electi ſunt, ut in ſequentibus patebit. Nunc ad Hiſtoriam Bavarorum redeo.

CAPUT XXXXIX.

De Ottone Duce Bavariæ.

OTto igitur Dux Bavariæ & Comes de Scheyrn filius Heinrici accepit in uxorem Agnetem filiam Palatini Rheni, ſed prius habuit uxorem alteram, ſororem videlicet Belæ Regis Hungariæ, de qua genuit filiam Eliſabeth nomine & unicum filium Henricum, quem juniorem dicimus, qui poſtea Patriam recuperavit. Sed hic Otto ex ſecunda uxore, Agnete ſcilicet prædicta, titulum Palatinæ dignitatis obtinuit, & recuperavit, qui a Ducibus Bavariæ propter homicidium Comitis de Witelſpach ablatus fuit, habuitque adhuc filium Ludwicum nomine, qui ei ſucceſſit in Ducatu, de quo poſtea patebit.

CAPUT L.

De quibusdam Archiepiſcopis Salisburgenſibus, & quibusdam his temporibus, geſtis.

Anno Domini MXCIX. Welffo Dux Bavariæ ad Paſſagium iter arripuit, ſed poſt plurima egregia facinora in Cypro obiit, cujus oſſa ad Altendorf ſunt delata.

Anno Domini MCVI. Salzburgenſis Archiepiſcopus XXIX. Conradus de Abenſperg præfuit Eccleſiæ annis XLII. & hic in Eccleſia Salzburgenſi ex Canonicis Secularibus fecit Regulares.

Anno Domini MCXXVII. Eccleſia S. Ruperti exuſta eſt, III. Nonas Maij.

Anno Dom. MCXXXVIII. monaſterium Cæſarienſe (Kayshaim) fundatur, & eodem tempore monaſterium Raitnhaslach a Cunrado Salzburgenſi Epiſcopo fundatur, & dotatur de ordine Ciſtercienſium cum prius eſſet Eccleſia Parrochialis.

Anno MCXLVII. Salzburgenſis Archiep. XXX. Eberhardus annis XVIII. præfuit, Abbas Pyburgenſis, pater pauperum dictus.

Anno MCLXIIII. Archiep. XXXI. Chunradus præfuit XIIII. annis, prius Epiſcopus Patavienſis, Patruus Imperatoris Friderici. Obiit MCLXXVIII. Sepultus in Admunt monaſterio O S. Benedicti.

Anno MCLXXVIII. Archiepiſcopus XXXII. Adalbertus præfuit annis XXVIII. filius Regis Bohemiæ, multas habuit adverſitates ſed Eccleſiæ multa bona fecit.

Anno MCLXXX. Marchionatus Styriæ mutatur in Ducatum.

Eodem anno Heinricus Dux Bavariæ a Friderico deponitur & Otto ac Comites de Scheyrn in Bavaria Duces creantur, a quibus Ludovicus quartus cæterique deſcenderunt, licet ejusdem generis fuerint. Sed Comites prædicti Palatini Rheni, & Comites de Scheyrn dicebantur, quia, ut ſuperius dictum fuit, Provinciam plures Duces & Comites ad longum tempus diviſim rexerunt.

Anno MCC . . . Eberhardus Magnus, XXXIII. Archiepiſcopus ſedit annis XLVI. prius Epiſcopus Brixinenſis. Hic fuit Romæ in Concilio generali tempore Innocentii Papæ pro recuperanda terra ſancta.

Anno MCCVIII. Philippus Rex a Comite de Witelſpach doloſe interficitur.

Anno Domini DCCXIII. Straubing conſtruitur.

CAPUT LI.

De Ludwico Bavarorum Duce & geſtis ejusdem.

Ludovicus igitur filius Ottonis (cognomento *Ruffi*) Ducatum Bavariæ longo tempore tenuit, habuit quoque in uxorem filiam Regis Bohemiæ Ludmillam nomine, quæ prius habuerat Albertum Comitem de Pogen & ſic comitatus iterum devenit ad manus Ducum Bavarorum. Hæc autem Ludmilla primo conſtruxiſſe legitur monaſterium in Seldental prope Landshuet, ubi & ipſa ſepulta circa annum Domini MCC XII. Ludwicus autem caſtrum Landshut anno Domini MCC. conſtruxit, poſtea ſecundo anno caſtrum Abach.

Hic Ludwicus & Leopoldus Dux Auſtriæ juſſu Innocentii Papæ III. cum cæteris Principibus terram ſanctam occupavit, & poſtea Honorius Papa crucem prædicari fecit in favorem terræ ſanctæ, Damiataque civitas Saracenorum a Chriſtianis obſeſſa atque capta eſt, & LXX. millia Saracenorum interfecta ſunt.

Iſtis temporibus S. Ludwicus Rex Franciæ terram ſanctam occupavit, ſed ab infidelibus capitur, tandem liberatus, ut patuit in præcedentibus capitulis.

CAPUT LII.

De interfectione hujus Ludwici.

Anno Domini MCCXXXI. Iſte Ludwicus Dux Bavariæ præſente omni familia ſua hora veſperarum in Oppido Kellhaim cis Danubium a quodam joculatore, ſive ut alii volunt, homine ignoto, vel juxta quorundam opinionem a quodam Pagano cultello in collo percuſſus interficitur. Et hic cum quibusdam Epiſcopis & ſpiritualibus viris Controverſiam habuit, quibus ipſe moleſtus extitit, ideoque obſequiis per plures dies caruit. Poſtea tamen impetrante filio ſuo Ottone ſeu ad petitionem quorumdam ſepulturæ traditur præſentibus Salisburgenſi, Patavienſi, Friſingenſi, Ratisponenſi Epiſcopis. Et Otto filius ejus eodem die multis monaſteriis aliisque eccleſiis multa donaria retribuit. Et iſte Otto avus Ludwici Imperatoris, Palatinus Electorque imperii extitit.

CAPUT LIII.

De Ducatu Ottonis, qui fuit avus Ludovici Imperatoris.

Anno Domini MCCXXXI. Interfecto Ludwico ſucceſſit ei in Ducatu Otto filius ejus vir ſtrenuus & audax Comesque Palatinus Rheni. Hic quadam die quinquaginta Raptores juſſit decapitari propter latrocinia & rapinas, qui omnes homines generaliter deprædabantur. Fuit autem Otto vir auſterus, qui cum certos Epiſcopos & Prælatos gravaret nimisque quæreret proprium commodum excommunicatus eſt. Ultimo quadam die cum ſero factus eſſet hilarior cum familiaribus in Vigilia S. Andreæ cecidit moriturque morte inopinata abſque confeſſione & Sacramentis anno Domini MCCXLVIII. relinquens poſt ſe duos filios Ludwicum & Heinricum & unicam filiam Eliſabeth nomine. Heinricus autem Ducatum Noricaw & Landshut, Ludwicus vero Monacum & ſuperiorem tenuit Provinciam.

Eodē anno MCCXLVIII. Dux Ludovicus iſte junior obtinuit omnes munitiones Comitis de Waſſerburga, eumque e terra expulit.

Anno Dom. MCCLXXXI. Cunradus Comes de Mosburg ſine hæredibus obiit & Henricus Dux Bavariæ in ſuam poteſtatem comitatum accepit.

CAPUT LIIII.

De Henrico filio Ottonis prædicti, qui inferiorem Bavariam & Landshuet tenuit, & filiis ejus.

HEnricus filius Ottonis, habuit in uxorem Annam filiam Ducis Auſtriæ, qui tunc Norcaw & Landshuet inferioremque tenuit Bavariam. Tres habuit filios, Ottonem, Ludwicum & Stephanum. Otto cum ad ætatem pervenerat profectam, factus eſt vir ſtrenuus & bellicoſus & ſuo tempore obiit Bela Rex Ungariæ; ideo Hungari poſtularunt, & elegerunt Ottonem prædicti Heinrici Ducis Bavariæ filium, qui aſſumptis ſibi nobilioribus & potentioribus terræ ſuæ venit ad Ungariam, obviantibus Ungaris maximo cum honore; multa ſibi promittentes, qui tamen poſt breve tempus per Ungaros e regno abjicitur, nam iter arripiens quadam die verſus Budam civitatem, quam Ofen vocant, a quibusdam optimatibus ſuis capitur, ea de cauſa ut filiam cujusdam Principis eorum acciperet in uxorem, quam Otto renuens abnegavit petitionem eorum, ideo ab eo incarceratus & poſt aliquot dies a quodam famulo liberatur & occulte per eundem e manibus Hungarorum auffugit. Tandem pedeſter venit per Poloniam & Pruſſiam velut Hyſtrio incognitus vagabatur, & demum a Duce Poloniæ capitur, qui ſibi filiam ſuam tradidit in uxorem Machtildam nomine, quæ ſibi duos genuit filios Heinricum & Ottonem, de quibus poſtea dicetur. Electus fuit hic Otto in Regem Ungariæ anno Domini MCCCV. & demum a Bavaris perbenigne ſuſcipitur; cum autem diem & tempus mortis inſtare ſentiret, vocat cives & potentiores civitatum Straubing & Landshut, quibus duos filios ſuos in tutelam, ſub fidelitatis juramento ad nutriendum commiſit.

Huic Ottoni Wenzeslaus Rex Bohemiæ tradidit inſignia Regalia contra Albertum Regem Romanorum.

CAPUT LV.

De Elizabeth filia præfati Henrici ſuperioris. *

CAPUT LVI.

De bello Bavarico.

MOrtuo denique Ottone Proavo Ludovici Imperatoris Ottoneque Rege Ungarorum nobiliores & potentiores provinciæ Bavariæ duos filios Ottonis quondam Regis Ungariæ, reddere ſeu potius commendare Duci Auſtriæ volentes, ut eos ducali more & honore educaret. In contrarium vero cives dicebant, volentes Ottoni ſervare juramentum. Nam ut dictum eſt, Conſules de Straubing & Landshuet promittebant, ſe ſervare filios, pro ut jam dictum eſt. Henricus autem octo annorum alter vero junior erat. Creſcente autem diſcordia inter Civitates & nobiles multa mala ſequuntur, fiuntque bella inteſtina & diſſenſiones ac rapinas.

Ludovicus autem Dux ſuperioris Bavariæ Equeſtres poſuit milites ad civitatum cuſtodias, caſtra & oppida admodum muniens. Nobiliores autem in contrarium Ducem Auſtriæ ſolicitantes, collecto ex Auſtria maximo exercitu adjunctis Bavaris inferioribus.

Ludovicus autem prævenit eos, obviam venit hoſti, factoque prælio apud Gamelſtorf interfectisque ex utroque plurimis, fit Ludovicus ſuperior, pluresque nobiliores capti, plures interfecti ſunt, circa annum Domini MCCC & Decimum.

CAPUT LVII.

De quibusdam Archiepiſcopis Eccleſiæ Salzburgenſis.

ANno Domini MCCXLVII. Philippus filius Ducis Carinthiæ per Canonicos concorditer eligitur, & eſt in numero XX XIIII. Hic fit poſtea Patriarcha Aquilegienſis. Rexit Epiſcopatum annis X.

Anno MCCLVII. Ulricus Secovienſis, XXXV. Archiepiſcopus. Hic anno tertio apud Admund ab hominibus Ducis Auſtriæ capitur & diu in Caſtro Wolckenſtain detinetur, poſt relaxatus ceſſit Epiſcopatui.

Wodislaus de genere Polonorum anno Domini MCCLXV. eligitur per Papam, rexit annis V.

Anno Domini MCCLXVIII. Ludovicus Dux Bavariæ Mariam conjugem ſuam juſſit interfici.

Anno Domini MCCLXX. Fridericus XXXVII. Archiepiſcopus eligitur. Rexit annis XIIII.

Anno MCCLXXXIIII. Rudolphus Cancellarius Imperialis eligitur, rexit annis V.

Anno MCCXC. Cunradus de Praitenfurt eligitur Epiſcopus Laventinus, rexit annis XXII.

Anno MCCXCIIII. obiit Ludovicus Dux Bavariæ, qui uxorem interfici juſſerat.

Anno Domini MCCCXIII. Weyckardus de Polhaim eligitur in Archiepiſcopum. Confirmatur a Papa Clemente V. Rexit annis quatuor.

CAPUT LVIII.

De Ludovico genitore Cæſaris Ludwici.

LUdovicus igitur filius Ottonis Bavariæ Ducis, de quo dictum eſt cap. LIII. accepit in uxorem Mariam filiam Ducis Brabantiæ, & hic Ludovicus curiam ſeu Reſidentiam ſuam habuit in Werdea cis Danubium. Accidit autem Diabolo, ut creditur inſtigante, ut idem Ludovicus eam ſuſpectam haberet (licet injuſte) cum quodam milite honeſto atque ſtrenuo viro. Cum enim in quodam bello eſſet congregaſſetque exercitum copioſum non longe ab

---

* §. iſte totus mendoſiſſimus.

Auguſta. Idem Ludwicus relictis ſuis ad uxorem ſuam utique nobiliſſimam venit & eandem ex vehementi paſſione juſſit decapitari anno Domini MCCLVI. ſecundum alios MCCLXVIII. Miles autem hoc audiens in aliena fugiens loca Ludwico litteras & nuntios mittens excuſans ſe, & uxorem Ludwici non juſte, ſed doloſe & malicioſe fuiſſe interfectam. Poſtea vero in ſatisfactionem hujus homicidii Ludwicus conſtrui juſſus eſt monaſterium Fürſtenveld ordinis Ciſtercienſis, in quo poſtea Maria ſepulta eſt, nullum poſt ſe relinquens hæredem.

CAPUT LIX.

De aliis duabus uxoribus & Hæredibus Ludwici præfati.

DEfuncta igitur & interfecta nobiliſſima Ducissa Maria de Brabantia, Ludwicus accepit ſecundam uxorem de Polonia ortam Annam nomine & ex ea habuit filium unicum Ludwicum nomine & unam filiam nomine Agnetem. Ludwicus autem iſte filius videlicet Ludovici ſenioris cum quodam tempore eſſet in Nurnberga, ubi cæteri Principes & nobiliores conveniſſent, accepit lethale vulnus in Haſtiludio a quodam nobili viro de Hohenloh, quo vulnere Ludwicus ſtatim moritur nullum poſt ſe relinquens hæredem. Mortua vero uxore illa prædicta Ludwicus ſenior tertiam duxit uxorem, filiam ſcilicet Rudolphi Imperatoris Romanorum, quæ Mechtildis vocabatur, quæ ſibi genuit duos filios, Rudolphum Palatinum, de quo Palatini deſcenderunt usque hodie anno Domini MDIII. alterum vero filium habuit de ea Ludwicum nomine, qui poſtea factus eſt Romanorum Imperator, de quo in quarto Libro hujus Chronici plenius habetur. Ludovicus autem iſte, de quo ſupra dictum eſt, obiit anno Domini MCCXCV. Sepultus in monaſterio Fürſtenfeld, quod ipſe conſtruxerat.

LIBER QUARTUS & ULTIMUS

Viti Prioris Eberſpergenſis.

CAPUT I.

De imperio Ludovici IV. Rom. Imp. Bavariæ Ducis.

LUdovicus igitur Romanorum Imperator Quartus, Ludovici Ducis Bavariæ filius anno Domini MCCCXV. a quibusdam Electoribus in contentione electus imperavit annis XXXVI. vir in armis ſtrenuus & ad imperium dignus & idoneus, latinam tamen linguam ſuo damno non intellexit. Electores autem imperii Aquisgrani convenientes, duos in controverſia ad imperium elegerunt inter ſe conſobrinos, Ludwicum Bavariæ & Fridericum Auſtriæ Duces, belloque inter eos orto id duravit annis VIII. Tandem copiis repente contractis prælio [illegible] Muldorf & Oettingen in quodam prato concurrunt. Fridericus Auſtriæ Dux capitur & incarceratur, prout in ſequenti capitulo patebit.

In hac electione ſive controverſia Epiſcopus Maguntinenſis, Epiſcopus Treverenſis, Marchio Brandenburgenſis & Rex Bohemiæ prædictum elegerunt Ludwicum Bavariæ Ducem. Epiſcopus autem Colonienſis, Rudolphus Palentinus frater Ludovici Imperatoris & Dux Albertus Saxoniæ elegerunt Fridericum Auſtriæ Ducem anno MCCXIIII. vel ut aliis placet MCCCXV. Sic unusquisque ſuum electum defendere nitebatur, & fecerunt mala longo tempore.

CAPUT II

De bello Cæſaris Ludwici & captione Friderici Ducis Auſtriæ.

ANno autem Domini MCCCXXII. circa feſtum beati Mathæi Fridericus Dux Auſtriæ contra Ludwicum Bavarum electus & Dux Leopoldus frater ejus, Fridericus de Leybnitz Archiepiſcopus Salzburgenſis, Albertus Dux Saxoniæ, Epiſcopus Patavienſis, Dietricus Epiſcopus Laventinenſis cum exercitu valido Bavariam intrant contra Ludwicum. Quibus Ludwicus Dux Bavariæ, Johannes Rex Bohemiæ & Heinricus Dux inferioris Bavariæ . . . * & in vigilia S. Michaelis inito certamine, interfectisque ex Auſtralibus multis, Ludwicus victor evaſit captis omnibus quaſi nobilioribus & potentioribus de parte Friderici Ducis Auſtriæ. Captus eſt etiam Fridericus Dux & in caſtro Traunfurt ad cuſtodiam honeſtam poſitus, quem tamen poſtea Ludwicus certis cum conditionibus liberum ire juſſit. Huic Ludwico Joannes Rex Bohemiæ mille quingentos milites Equeſtres miſit in auxilium, alii dicunt multa hominum peditum * ex Bohemia Ludovico in auxilium adveniſſe.

CAPUT III.

De liberatione Friderici Ducis Auſtriæ & geſtis Ludwici Imperatoris.

FRiderico igitur ut prædictum eſt in cuſtodia detento Leopoldus frater ejus Dux Auſtriæ cum ſuis in Auſtriam deceſſit gemebundus & triſtis. Hic enim vir erat prudens & honeſtus, nam Fridericus ejus adventum atque præſentiam expectare noluit ante initium belli, nimia ex præſumptione. Capitanei enim Friderici dicebant bellum fore protrahendum uſque ad adventum Leopoldi fratris ſui, quorum Fridericus ſpreto conſilio certamen præcipitanter iniit, & demum ſuperatur. Medio intervallo de pace fienda & liberatione Friderici tractatum eſt per Provinciales & Potentiores provinciarum. In hunc igitur modum Fridericus liberatus fuit, ut nec ipſe neque ſui ſucceſſores de domo Auſtriæ contra Duces Bavariæ pro tempore exiſtentes aut tractarent, neque ſolicitarent pro Romano Imperio aut ejus titulo adipiſcendo, prout in quibusdam litteris deſuper confectis latius continetur. Per ſucceſſum vero temporis Fridericus immemor

* ſupple *occurrunt*

* puto *millia*, hæc enim vox in autographo liturato elapſa.

memor ſuæ promiſſionis a titulo Regni non abſtinuit. Ludovicus autem ea elatus victoria pro Imperatore ſe illico geſſit multa diſponens concedensque, quæ confirmatum coronatum decebant Rom. Imperatorem. Nam dudum (ut alii ſcribunt) coronari a ſanctiſſimo contempſit. Poſtea tamen Mediolanenſium urbem manu armata intrat, coronam ferream ibidem accepit, demum Romam venit, & per aliquot tempus ibi permanſit. Poſtea iterum venit ad Almaniam iterato colligens exercitum copioſum valde, iterum Romam petiit & adjunctis ſibi quibusdam Romanis a quodam Antipapa (ut Hiſtorici ſcribunt) quem ipſe Ludwicus contra Joannem Papam XXII. ſublimaverat, Petrum videlicet Corbarienſem de Ordine Minorum, coronam imperialem accepit.

CAPUT IIII.

De quibusdam Ducibus Bavariæ & eorum morte.

PEr idem tempus anno videlicet Domini MCCC. Otto & Stephanus Duces Bavariæ cum ducentis militibus nobilibus terræ ſuæ apud Landshutam gladiis militaribus accinguntur.

Anno Domini MCCCX. in die S. Thomæ Apoſtoli obiit Stephanus Dux Bavariæ junior & anno ſequenti obiit Otto Dux ejusdem provinciæ.

Anno Domini MCCXCIIII. obiit Ludwicus Dux Bavariæ pater Ludovici Imperatoris.

CAPUT V.

De quibusdam geſtis Ludovici Cæſaris & filiis ejus atque uxoribus.

LUdovicus igitur Imperator duas habuit uxores. Prima vocabatur Anna * de Polonia orta, quæ ſibi genuit filium Ludwicum nomine, quem *Romanum* vocant Hiſtorici eo quod ipſe in urbe Roma natus ſit, Imperatore prima vice illuc eunte. Aliosque duos ex ea habuit, Wilhelmum de Holland, qui poſtea veneno ſibi dato extinctus eſt, Ottonem quoque tertium filium, qui ſatis liberalis fuit, ſua cum mulieribus conſumens, pauca laude digna faciens, mortuus eſt ſine prole.

* *Beatricis* nomen, neſcio quem ſecutus ducem parum fidum, deleverat.

Ludwicus autem Imperator alteram accepit uxorem, Beatricem nomine * quæ ſibi genuit tres filios Stephanum videlicet, ſucceſſorem in Ducatu Bavariæ; Albertum, qui Straubingam & Nortcaw tenuit, Ludwicum quoque Marchionem Tyrolenſem, de quibus in ſequentibus patebit.

* *Margarethbam* dicere debuit, homo ut videtur, domeſticis ſubſidiis ad ſcribendam Hiſtoriam malè accinctus.

CAPUT VI.

De Ludwico Imperatore & conſtructione Monaſterii Etal.

LUdwico autem Cæſare iterato Romam exiſtente, & pene omnibus neceſſariis pecuniisque conſumptis, ipſe beatam Virginem ſuppliciter & devotè invocavit, ut ſibi in tot ac tantis penuriis & anxietatibus ſubveniret. Quadam igitur nocte apparuit ſibi quidam Monachus dicens: ſi in honore Dei Genitricis Mariæ Monaſterium & Eccleſiam in tuo Ducatu ædificare volueris in loco, quem *Ampbrang* vulgariter nominant, & Ordinem S. Benedicti introducere ad ſerviendum Deo & beatæ Mariæ, tunc veniet tibi auxilium ut cum honore ad tuam pervenias Provinciam, & in ſignum trado tibi hanc beatæ Virginis imaginem, quam tecum deferes ad locum tibi nominatum. Evigilanti Ludwico venit quidam potentiſſimus Princeps Ludwico incognitus pro impetrandis certis privilegiis. Imperator ergo conceſſit petenti. Quo facto ille Princeps dicebat: Sereniſſime Cæſar quicquid veſtra Majeſtas poſtulaverit, tribuam; at Imperator petiit centum millia florenorum, exiitque Proverbium illud: Bavarus neſcit plus poſtulare quam centum millia florenorum. Dedit ergo idem Princeps Imperatori centum mille florenorum, Imperatrici quinquaginta, ad cancellariam duo millia. Demum Imperator venit ad Almaniam. Cœpit ædificare Monaſterium in loco ſibi nominato in ſuo Ducatu & in Friſingenſi Diœceſi conſtituto, & primum Abbatem ex Monaſterio Reichenbach Ratiſponenſis Diœceſis, Monachosque Ordinis S. Benedicti inſtituit, & Monaſterium Ettal multis privilegiis dotavit.

CAPUT VII.

De quadam controverſia inter Ludwicum Cæſarem & Papam.

LUdovicus Imp. cum jam dudum à Papa Joanne XXII. coronari diſtuliſſet, multaque, ut ſupra dictum eſt, ordinaſſet, quæ coronatum decent Imperatorem facere, Joannes Papa XXII. (ut aliqui volunt) eum multis contumeliis vexare cœpit, quapropter Ludwicus Romam veniens Petrum Corbarienſem Ordinis Minorum virum ſatis ſimplicem & indoctum in Antipapam erigens, ipſum debita Romano Pontifici Reverentia adoravit. Ideo quidam Romani Hiſtorici inter Imperatores non numerant. Joannes autem Pontifex à Comunione Eccleſiæ interdixit. Ferunt autem hujus diſcordiæ inter Papam & Imperatorem cauſam Ulricum de Auguſta ſecretarium ſuum extitiſſe, is ſiquidem ob diffamationem Nurmbergæ per XV. Prælatos ſe inſontem reddens, in vindictam literis regiis inſeruit Summum Pontificem beſtiam ortam à mari & alia convitia eo ignorante ſcripſit, quæ in ultima ætate fatebatur: de qua re Imperator Ludwicus admodum doluit, ſic quoque injurias ſibi à Summo Pontifice illatas occaſione Secretarii ſui patienter ſufferens non ſe vindicando cauſam ſuam Deo commendavit.

CAPUT VIII.

De obitu Ludwici Imperatoris & ejus hæredibus & diviſione hæreditatis.

CUm autem Ludovicus Imperator XXXIII. annos imperâſſet, & jam ſenio confectus eſſet, mortuus eſt anno Domini MCCCXLIII. (ſecundum alios MCCCXLVII. quod verius eſt) ipſo die S. Gereonis, ſepultusque Monaci in Eccleſia B. Mariæ Virginis. Hic Ludwicus Cæſar cum quadam die venationi operam daret non longè à Monaſterio Fürſtenveld venit ad eum Joanna

Ducissa Auſtriæ * admodum deforma, quæ his diebus de partibus Rheni venerat, ex vaſculo in quo duplex potus erat Imperatori porrexit, quo hauſtu guſtato ſtatim moritur, ſex poſt ſe relinquens filios, Steffanum videlicet, Ottonem, Albertum, Ludwicum ſeniorem, Wilhelmum & Ludwicum juniorem cognomento Romanum, eo quod eum Romæ genuerat. Deinde filii præfati in Landſperga diviſerunt Regiones ſive Provincias, Ludwicus ſenior & Ludwicus Romanus in Roma natus & Dux Otto junior Bojoariam cum omnibus attinentiis obtinuerat, Stephanus & Wilhelmus & Albertus Bajoariam inferiorem poſſederunt & Hannoniam, Hollandiam, Selandiam & Friſiam. Habuit quoque Imperator Ludwicus fratrem Rudolphum Comitem Palatinum. Is Elector Imperii in electione Friderico Duci Auſtriæ adhæſit. Repulſus deinde à ſuo dominio in Anglia vitam finivit, relinquens tres filios Rupertum, Rudolfum & Albertum, quos Ludovicus Imperator ſumma benevolentia fovit, & terram æqua portione diviſit. Ab his Principes Palatini & Duces Bayoariæ eorum deinceps originem habuerunt.

* mirabar, ſi non & hunc floſculum in triviis & angiportis decerptum in areolas ſuas deferebat Vitus.

CAPUT IX.

De Imperio Karoli Quarti Romanorum Imperatoris.

Ludovico præfato adhuc in humanis exiſtente ex ordinatione Clementis Papæ Sexti Karolus ejus nominis Quartus, Johannis Regis Bohemiæ filius & Heinrici Imperatoris nepos anno Domini MCCCXLVII. ſecundum alios XLIII. ab Electoribus Franckfordiæ exiſtentibus concorditer eligitur, imperavitque annis XXXII. vir multarum linguarum & litterarum peritiſſimus, juſtus, rectus, ac timens Deum, multas leges condidit, quæ Karolinæ vocantur. Hic vivente patre adverſus Tartaros feliciter dimicavit, civitates Lombardiæ à patre acceptas armis tutatus eſt. Pugnavit adoleſcens cum Veronenſibus, eosque prælio fudit. In ea pugna bis equo dejectus, non dubitavit tertio conſcendere, facinoraque fortiſſimi militis edere. Sunt, qui dicunt hunc Karolum regnum Bohemiæ magis dilexiſſe & plus augmentâſſe quam imperium Romanum. Moritur tandem & ſepultus Pragæ anno Domini MCCCLXXVIII. prius tamen anno Domini MCCCLXX. Wenzeslaum filium imperii ſucceſſorem ſibi delegit, ſicque pater cum filio rexit annis VIII. poſt mortuus eſt anno MCCCLXXVIII.

His temporibus Guntherus Comes de Schwarzburg, vir magnanimus, favore quorundam electorum vel electionis principum Karolo quarto ſe ſe oppoſuit, nominansque ſe Romanorum Imperatorem Karoloque bella indicens, nec prece nec terroribus flecti potuit, tandem veneno ſumpto moritur. In qua re ſuſpectum Karolum per quendam Phyſicum habuerunt.

CAPUT X.

De Imperio Wenzeslai

Wenceslaus Karoli Imp. prædicti filius cum prius octo annis cum patre imperaſſet, poſtea anno Domini MCCCLXXIX. cœpit imperare ſolus, imperavitque annis XXII. quamvis imperialem benedictionem à Papa nunquam obtinuit. Hic duas habuit uxores. Prima fuit Johanna, cum qua Aquisgrani coronatus fuit in Regem, quæ poſtea ſexto anno regni moritur. Secunda fuit Sophia de Domo Bavariæ filia Ducis Joannis, de qua poſtea dicetur. Hic Wenceslaus patri in omnibus diſſimilis fuit, voluptatum ſequax, vini prorſus quam regni curioſior, qui totum tempus vitæ ſuæ in extrema Germania otio & libidinibus conſumpſit, ob quæ idem à Baronibus captus XVII. Hebdomad. in cuſtodia habitus eſt. Poſtea regno potitus vitam mutavit minimè, quapropter ab Electoribus ejectus & reprobatus, cui Rupertus Comes palatinus Rheni & Dux Bavariæ ſucceſſit, de quo patebit in ſequentibus.

CAPUT XI.

De filiis Ludovici Imperatoris & de Ludovico Primogenito ejus.

Ludovicus igitur ſenior Ludovici Cæſaris filius, quem Marchionem Brandenburgenſem Hyſtorici nominant, habuit in uxorem Comitis Tyrolis filiam, quæ comitatum domui Bavaricæ addidit & appropriavit. Et hæc deformis erat valde, ideo cognominabatur *Maultaſch*, de qua Ludovicus genuit filium, quem Menchardum vocavit, cui & comitatum Tyrolenſem tradidit, ſed quia adhuc puerilis erat, nobiliores pro eo comitatum regebant, Dominus videlicet de Abenſperg, & quidam de Stain, cui Steffanus Bavariæ Dux frater videlicet prædicti Ludwici multum contra ibat, ſimiliter Albertus Bavariæ Dux, qui Straubingam poſſidebat. Steffanus autem, qui in Landshuta curiam & reſidentiam habebat, tres habuit filios, Steffanum videlicet Fridericum & Joannem. Steffanus autem & Fridericus civitatem Myldorf occupabant & obſidebant contra Archiepiſcopum Salzburgenſem, ſed Epiſcopus Rudolphum Auſtriæ Ducem in auxilium vocans, qui magno collecto exercitu venit ad dominium Archiepiſcopi Salzburgenſis, & nihilominus præfati Duces Bavariæ, multitudine populi congregata, illi obviam venerunt, nihilque pugnatum fuit. Nam Rudolphus Auſtriæ Dux dixiſſe fertur: ſufficit, nos vidiſſe civitatem Müldorf, & eam ab obſidione liberaſſe, ſicque uterque exercitus ad ſua rediit obſidione ſoluta & civitate libera reddita.

Obiit iſte Ludwicus anno Domini MCCCLXI ſepultus Monaci.

Hujus temporibus quidam Straubingenſis oppidi Stainhauf nominatus, proprio in fundo cœpit ædificare monaſterium fratrum Carmelitarum infra muros ejusdem urbis

Straubingenſis concedente & aſſenſum præbente Alberto Bavarorum Duce, qui eo tempore reſidebat in Straubing.

CAPUT XII.

De Mainhardo Duce filio Ludovici ſenioris.

MAinhardus autem filius Marchionis ſupradicti ex Monaco recedens ea de cauſa, quia Duci Steffano multum . . . . ſororem Rudolphi Ducis Auſtriæ accepit in uxorem, ob cujus complacentiam comitatum Tyrolenſem Ducibus Auſtriæ dedit & appropriavit cum conſilio Epiſcopi Salzburgenſis, & hic Mainhardus nullum poſt ſe relinquens hæredem mortuus eſt anno Domini MCCCLXIIII. Poſtea inter Duces Bavariæ & Domum Auſtriæ multa ſecuta ſunt mala occaſione hujus rei ſive comitatus Tyrolenſis, ex eo quod idem Mainhardus comitatum Ducibus Auſtriæ appropriaverat.

CAPUT XIII.

De Wilhelmo Duce Hollandiæ filio Ludovici Imp. & Ottone fratre ejus.

WIlhelmus igitur filius Ludwici Imperatoris poſtquam Hollandiam provinciam cum ſuis attinentiis uno tantum anno poſſediſſet, veneno ſibi doloſe dato mortuus eſt, nullum poſt ſe relinquens hæredem anno MCCCLXXIX.

Anno MCCCLXXV. Otto filius Ludwici Imp. Marchionatum Brandenburgenſem Karolo Regi Bohemiæ vendidiſſe legitur pro ducentis mille millibus flor. exceptis caſtris Härſpurg, Sulzbach, Hyrſchaw, Lauff & Roſenberg.

Rupertus Palatinus Dux Bavariæ poſtea Romanorum Rex, illa caſtra Domui Bavariæ iterato appropriavit & emit certa pro pecunia. Otto autem filius Ludwici Imp. vitam ducens inhoneſtam & mulieribus ſe oblectans reſidentiam habuit in caſtro Wolfſtain cis Iſaram & cum cujusdam molitoris uxore dies inutiliter conſumpſit. Obiit anno Domini MCCCLXXIX.

CAPUT XIIII.

De Duce Alberto filio Cæſaris Ludwici & ejus filiis.

ALbertus filius Ludovici Imperatoris, vir utique perbenignus prudens & juſtus, hunc titulum habuit: Albertus Dei gratia Palatinus Rheni, Dux Bavariæ, Comes Hañoniæ, Hollandiæ, Selandiæ Friſiæque Dominus. Hic habuit in uxorem Margaretham de Polonia, quæ ſibi tres filios genuit, Albertum, Wilhelmum & Joannem. Albertus Straubingam cum adjacentibus locis tenuit. Albertus pater ejus obiit in Hollandia, cui filius ejus Joannes ſucceſſit in principatu Hollandiæ. Albertus autem junior, qui Straubingam tenebat, moritur, ſepeliturque in Monaſterio Carmelitarum in Straubinga. Sicque Ducatus ad manus Joannis pervenit, qui eo tempore in Lüttich (aliàs Leodio) fuit, & provinciam per officiales & nobiliores provinciæ regebat.

Albertus autem de Hollandia ſenior, de quo jam dictum eſt, duas reliquit filias, Joannam videlicet, quæ Duci Auſtriæ copulata fuit, ſed non longe poſt moritur; Margaretham vero alteram filiam Joanni Duci Burgundiæ in matrimonium dedit, qui Joannes Dux nobiliſſimus in bello, quod contra Thurcos geſſit mortem pro Chriſti fide ſuſtinuit. Albertus autem Dux Auſtriæ poſtea accepit in uxorem Elizabeth filiam Sigiſmundi Imperatoris, quæ ſibi genuit Ladislaum nobiliſſimum Principem, qui proh dolor! anno ætatis ſuæ XVIII. veneno extinguitur in Praga Bohemorum urbe temporibus Friderici Romanorum Imperatoris.

Anno MCCCXCII. obiit Albertus Dux Bavariæ in Straubinga.

Anno MCCCCXXIIII. obiit Joannes filius prædicti Ducis Alberti (ſenioris) intoxicatus (1) in Hollandia in die Epiphaniæ Domini. (1)

CAPUT XV.

De Alberto Duce Hollandiæ & ſuis hæredibus.

ALbertus autem Dux Hollandiæ unum poſt ſe reliquit filium Wilhelmum nomine, qui ei ſucceſſit in ducatu, & hic habuit filiam Jacobam nomine, quæ poſtea Delphino Franciæ traditur in uxorem, quo mortuo ipſa accepit alterum, Joannem Ducem videlicet Brabantiæ, quo relicto Hunfridum fratrem Regis Angliæ plurimum adamavit, quod Henrico Regi Angliæ diſplicuit valde, ex qua re multa ſecuta ſunt mala longo tempore. Hunfridus autem poſtea accepit eam in uxorem. Sed ipſa expellitur, & eum coacta eſt relinquere, & omnes ducatus atque provincias, quas ipſa poſſederat, & poſtea in maxima paupertate & tribulatione obiit in Hollandia, ſicque omnes provinciæ, quas Jacoba habuerat, in poteſtatem Ducis Burgundiæ devenerunt, nec uſque hodie ad ducatum Bavarorum pervenerunt.

Titulus Jacobæ Duciſſæ: Jacoba Duciſſa Bavariæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Lymburgiæ, Palatina Rheni Comitiſſa, Hannoniæ, Hollandiæ, Selandiæ, Marchioniſſa ſacri Imperii, Dominaque Friſiæ. Obiit in Hollandia in caſtro de Teylinghe ſine prole anno MCCCCXXXVI. in feſto S. Dionyſii Areopagitæ. Sepulta in palatio Hollandiæ in Eccleſia Collegiata ejusdem palatii penes avum ſuum Albertum Bavariæ Ducem, de quo ſuperius dictum eſt.

CA-

---

(1) Modo dixerat in bello contra Thurcos obiiſſe, & parum abfuit, quin Martyrem Chriſti faceret hunc virum ſanguinum.

CAPUT XVI.

Annotatio Pontificum a Joanne XXII. uſque ad Eugenium IIII.

JOannes Papa XXII. eligitur anno Domini MCCCXVI. ſedit annis XIX. M. IIII., ſecundum *Faſciculum* annis XVIII. Hic conſtitutiones Clementinas publicavit, Epiſcopatus pingues diviſit & Ludovicum Imp. hujus nominis quartum, Bavariæ Ducem ſibi rebellem cenſuris compeſcuit. Moritur tandem Joannes ætatis ſuæ anno XC. Benedictus XII. Ordinis Ciſtercienſis, Magiſter Theologiæ eligitur poſt mortem Joannis. Sedit annis VII. M. III. D. VIII. in largiendis beneficiis durus fuit.

Clemens VI. ſedit annis X. M. VI. D. XVI. electus eſt anno Domini MCCCXLIII. vir utique virtuoſus & diſcretus.

Innocentius VI. ſedit annis X. amator Religioſorum Ordini Carthuſienſi multa privilegia dedit.

Urbanus V. Abbas Maſſilienſis Ord. S. Benedicti Doctorum Doctor. Sedit annis VIII. fecit crucem prædicari contra Thurcos, paſſagiumque ordinavit.

Gregorius II. Patria Lemovicenſis ſedit annis VIII. moritur Romæ anno Domini MCCCLXXVIII. & ſequitur poſt eum tribulatio, quam Deus beatæ Brigidæ revelaſſe dicitur & ſequitur ſchiſma longo tempore.

Hic oritur ſchiſma, quod uſque ad Concilium Conſtantiæ duravit annis XL.

Urbanus Sextus fuit electus in urbe propter vim Romanorum & hoc Cardinales metu non ex animo fecerunt. Et hic oritur ſchiſma. Sedit autem Urbanus annis XI.

Clemens VII. à Cardinalibus electus ſedit annis XV.

Bonifacius IX. eligitur Romæ loco Urbani, ſedit annis XV.

Benedictus XIII. ſedit annis XXIII. electus Avenione in locum Clementis.

Innocentius VII. electus eſt Romæ in locum Bonifacii, ſedit annis II.

Gregorius XII. fuit electus Romæ loco Innocentii, ſedit annis XII. Et hic ceſſit in Concilio Conſtantienſi.

Alexander V. electus in Concilio Piſano, natione Græcus, anno I.

Joannes XXIII. ſucceſſit Alexandro ceſſit coactus in Concilio Conſtantienſi, factus Cardinalis, iterum ſepultus & mortuus eſt Florentiæ.

Martinus V. patria Romanus electus per Concilium Conſtantienſe. Prius Otto de Columna vocatus fuit, Papa potentiſſimus, dives & juſtitiarius magnus. Moritur Romæ ætatis ſuæ LXIII.

Poſt quem Eugenius Quartus eligitur, de quo poſtea dicetur.

CAPUT XVII.

Annotationes quorumdam Archiepiſcoporum Salisburgenſium.

ANno Domini MCCCXVII. Saltzburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus XLI. Fridericus de Leibnitz eligitur. Præfuit annis XXII.

Anno Domini MCCCXXVII. caſtrum Ditmaning dolo traditum eſt ad manus Ducum Bavariæ & anno ſequenti poſt magnam devaſtationem Eccleſiæ reſtitutum eſt.

Anno MCCCXXXIX. Salzburgenſis Archiepiſcopus XLII. Heinricus Pyrnprunner ſedit annis V.

Anno MCCCXLIV. Salzburg. Archiepiſc. XLIII. Ortolphus Weiſſenecker ſedit annis XXII.

Anno MCCCLXVI. Salzburgenſis Archiep. Pilgrimus ſedit annos XXXII.

Anno MCCCLXXIIII. Marchionatus Brandenburgenſis à Ducibus Bavariæ venditur.

Anno MCCCXCIII. Straubing incendio periit, & S. Petri imago, quam quidam civis ſemper venerabatur, in medio ignis ſuam domum protexit.

Anno MCCCXCVII. Salzburgenſis Epiſcopus XLVI. Georgius Schenck de Oſterwitz eligitur poſt Eberhardum, præfuit annis VII.

Anno MCCCCIIII. Salzburg. Archiep. XLV. Eberhardus de Neuhaus eligitur, vir prudens & doctus, præfuit annis XXIIII.

Anno MCCCCXXVIII. Salzburgenſis Archiepiſcopus XLVII. Eberhardus IV. de Starckenberg, vir pudicus, prudens & magnanimus eligitur. Præfuit annis II.

CAPUT XVIII.

De Rudolfo Palatino fratre Cæſaris Ludwici & de Palatinis eorum Succeſſoribus.

RUdolphus igitur Palatinus frater Ludwici Imperatoris cum in electione (ut ſuperius dictum eſt) Fridericum Ducem Auſtriæ elegiſſet, per eundem Ludwicum Imperatorem poſt multa prælia & devaſtationes ex Provincia fugere compulſus eſt, & in Anglia ad tempus permanens, ubi & mortuus eſt. Habuit autem hic Rudolfus in uxorem Machtildem filiam Adolphi Imperatoris Romanorum, quæ ſibi tres filios genuit, Rupertum, quem Rufum nominabant, qui obiit ſine hæredibus, Rudolphum, qui habuit unicam filiam, quam Karolo Quarto Regi Bohemiæ & Romanorum Imperatori tradidit in uxorem; Adolfum tertium filium, qui ei in principatu ſucceſſit. Et hic habuit filium Adolfum Primum nomine (& binomius fuit) habuit hic Adolfus in uxorem filiam Regis Siciliæ, quæ ſibi genuit filium Rupertum nomine, qui poſtea factus eſt Rex Romanorum, rexitque imperium annis X. Vir utique fidelis & juſtus, de quo in ſequentibus patebit.

CAPUT XIX.

De Imperio Regis Ruperti Palatini Bavariaque Ducis.

RUpertus igitur Palatinus & Dux Bavariæ depoſito & abjecto Wenzeslao Rom. Rege, ut ſuperius dictum eſt, eligitur in Regem Romanorum Anno MCCCC. & à Colonienſi Archiepiſcopo coronatur, vir fidelis, juſtus & benignus, rexitque imperium annis X. & mortuus eſt in Oppenhaim, ſepeliturque in Haydelberga in Eccleſia ad S. Spiritum anno Domini DCCCCX. Hic Rupertus cum grandi exercitu Germanorum in Italiam intravit contra Joannem Galeacium Mediolanenſium Ducem, ſed cum gravi jactura rediit. Nam Rupertus à Florentinis rogatus, magnis promiſſis pecuniis, ſi contra Ducem Galeatium in Italiam veniret, venerat Rupertus extremo Autumni tempore Brixianum ad Benaci Garde lacûs oram, parte aliquali pecuniarum percepta, Galeacii copiis congreſſus fractusque Tridentum rediit. Colonienſis Præſul & Leopoldus Dux Auſtriæ cum maxima copiarum parte ab Imperatore receſſerunt. Rex autem evocatus à Venetis per dies complures illic perſeverans, ab eis maximis honoribus eſt habitus. Poſtea in Germaniam rediit.

CAPUT XX.

De uxore & filiis Ruperti Regis.

HAbuit hic Rupertus in uxorem nobiliſſimam filiam Burgravii Nurmbergenſis Elizabeth nomine, de quo ſex genuit filios & tres filias, Rupertum videlicet, Fridericum, Joannem, Ludwicum, Stefanum & Ottonem. Rupertus autem & Fridericus ante patrem obierunt, nullum poſt ſe reliquerunt hæredem. Joannes autem tenuit civitatem Ambergam cum attinentiis, & hic habuit in uxorem filiam Regis Dennemarchiæ, quæ ſibi genuit unicum filium Chriſtoferum nomine, qui poſtea fit Rex Dennemarchiæ & in Concilio Conſtantienſi perſonaliter fuit.

De Steffano, Ottone & Ludwico in ſequenti Capitulo dicetur. Adhuc tres reliquerat filias Rupertus Rex, quarum una copulata fuit Duci Auſtriæ Friderico de Atheſi, alia Comiti Cliviæ, quem Sigiſmundus Imperator Ducem fecit. Tertia Margarethæ Duci Lotharingiæ matrimonio conjuncta fuit.

CAPUT XXI.

De Steffano Duce de Weſterreich filio Regis Ruperti.

STeffanus filius Ruperti Regis Palatinique filius, cui in ſorte ſeu jure hæreditario poſt patrem Weſterreich data fuit. Quinque filios habuit, Ludovicum videlicet Comitem de Veldentz (quem *Nigrum* Ducem vocant) Fridericum Comitem de Sponheim, Rupertum Epiſcopum Argentinenſem, Joannem Epiſcopum Monaſterienſem & Stefanum Canonicum Eccleſiæ Argentinenſis, qui poſtea factus eſt Epiſcopus Maydburgenſis.

CAPUT XXII.

De Joanne filio Regis Ruperti; qui civitatem Amberg tenuit.

JOannes filius Ruperti Regis Dux Bavariæ frater Stefani prædicti, Princeps devotus valdè habuit in uxorem filiam Regis Dennemarchiæ Katherinam nomine, de qua genuit filium, quem Chriſtoferum vocavit, qui defuncto Rege ſeniore ab eodem populo in Regem aſſumptus eſt, qui in Concilio Conſtantienſi cum maximo apparatu, equitibusque multis fuit. Hic Joannes Dux de Amberg multa prælia geſſit cum Bohemis, eisque multa intulit damna. Fuit enim Princeps juſtus, ſed vehemens valdè.

CAPUT XXIII.

De Ottone de Moſbach, filio Regis Ruperti.

OTto filius Ruperti Regis habuit in uxorem filiam Hainrici Bavariæ Ducis, qui reſidebat in Landshut, ex qua habuit filios quatuor, Ottonem videlicet, Rupertum, Albertum & Joannem. Otto tenuit oppidum Newmarckt cum quibusdam adjacentibus caſtris & oppidis, & ſic nullum poſt ſe reliquit hæredem; ſed eo adhuc vivente annuente & petente Philippo Palatino Rheni, terram & omnem poſſeſſionem ſuam filio Philippi præfati reſignavit, conſentiente ut aſſerunt Georio Bavarorum Duce. Rupertus autem filius Ottonis ſenioris de Mosbach, factus eſt Epiſcopus Ratiſponenſis. Albertus Canonicus Colonienſis, poſtea fit Epiſcopus Argentinenſis, Joannes fit Præpoſitus Auguſtenſis, vir admodum humanus. Hic anno Domini DCCCCLXXXVI. Terram ſanctam viſitans cum aliquibus militibus, & poſt aliquot dies gravi infirmitate detentus ibidem diem clauſit extremum, ſepultusque in Terra ſancta extra Templum Divini Sepulchri.

CAPUT XXIIII.

De Ludwico filio Regis Ruperti & ejus filiis.

LUdwicus autem filius Regis Ruperti poſt obitum patris ſucceſſit ei in Principatu, fitque Elector imperii, ſed parum ſupervixit, relinquens poſt tres filios Ludwicum, Rupertum & Fridericum. Quorum primus ſucceſſit Patri in Principatu. Rupertus autem factus eſt Archiepiſcopus Colonienſis & propter eundem Epiſcopatum graviſſimâ exorta ſunt bella inter Karolum Burgundiæ Ducem & Romanum Imperium, ut in ſequentibus patebit. Habuit hic Ludwicus, filius Ludwici filii Regis, in uxorem filiam Regis Siciliæ, quæ ſibi genuit Philippum. Ipſe autem non longè poſt moritur ſepultus Haydelbergæ. Fridericus autem frater ejus vir erat bellicoſus, aſtutus atque præſumptuoſus, defuncto Ludwico fratre ſuo dominatum principatumque ſibi uſurpat; ea de cauſa quia Philippus filius Ludwici fratris ſui adhuc puerilis erat, & ac ſibi detraheret dominium patris nullam accepit uxorem. Cum autem Philippus ad perfectam ætatem veniſſet, duxit in uxorem filiam Georii Bavariæ Ducis, de qua in ſequentibus patebit. Iſte etiam Fridericus Palatinus Rheni Friderico III. Romanorum Imperatori ſemper contrarius fuit, eique frequenter rebellabat, a quo etiam nec veniam nec feoda more Principum accipere meruit. Quodam etiam tempore Epiſcopum Metenſem & Carolum Marchionem

nem de Baden fratrem ejus, Udalricumque Comitem de Württemberg in bello, quod contra eum geſtabat, cepit, licet improviſè, eosque Haidelbergæ in cuſtodia honeſta retinens, & data multa pecunia liberos reddidit, defuncto autem Friderico, Philippus ſucceſſit ei in principatu, ut poſtea patebit.

Anno MCCCCLXII. quartâ feria ante viſitationem Mariæ in campo prope Seckenveld capti ſunt Margravius de Padna, Georius Epiſcopus Metenſis, Ulricus Comes Würtembergenſis & plures de nobilioribus eorundem Dominorum.

Hic Fridericus Palatinus Eccleſiæ Maguntinenſi multa abſtulit, & per Papam Pium ſecundum ammonitus, & correptus plurima reſtituit. Contra Fridericum Imperatorem tertium præſumptuosè ſe egit, ſibique parum obedivit.

CAPUT XXV.

De Steffano filio Ludwici Cæſaris.

NUnc ad hiſtoriam Ducum Bavarorum redeo. Steffanus igitur filius Ludwici Imperatoris & in numero fratrum quintus, poſt obitum Ludovici Cæſaris patris ſui ducatum Bavarorum obtinuit, & hic habuit in uxorem filiam Regis Siciliæ, quæ ſibi tres genuit filios: Steffanum, Fridericum & Joannem, qui per aliquot annos ſuperiorem & inferiorem Bavariam indiviſe tenuerunt. Sed poſtea in urbe Monacenſi fit diſſenſio inter eos, qua de cauſa diviſerunt inter ſe provinciam prout in ſequenti patebit capitulo. Hic Steffanus defunctis fratribus & nepotibus ſuperiorem atque inferiorem obtinuit ſolus principatum. Vir enim erat potens & juſtus. Anno autem Domini MCCCLXXXIX. Bonifacius Papa nonus eligitur, vir doctus & juvenis, ætate videlicet XXX. annorum, ſed caſtus ſanctusque reputatus eſt. Et his temporibus Joannes Galeacius Mediolanenſium Dux, contra Florentinos, & Bononienſes bellum geſſit permaximum, & hi Stephanum Bavariæ Ducem in auxilium vocaverunt, precibus, & pecuniis eum ſollicitantes. Qui tandem eorum promiſſionibus acquieſcentes maximum collegit exercitum, Italiam armata potentique manu intravit, aliquas civitates, & oppida caſtraque occupare cœpit. Sed ſtatim intelligens fraudem Florentinorum, Italiam relinquens ad propria rediit pacifice. Quo audito Joannes Galeacius Veronenſem, Vincentiam, Italicorum urbes, ſuam in poteſtatem accepit, ſibique ſubjicit. Poſtea Senenſes, Peruſini, atque Bononienſes ſe ſe in poteſtatem Galeatii dederunt.

CAPUT XXVI.

De diviſione Ducatus Bavariæ.

JOannes igitur, Steffanus, & Fridericus, tres fratres, & filii Steffani ſenioris diviſerunt ſibi Ducatum Bavariæ. Convenerunt autem in civitate Lanſperga. Friderico igitur pro ſua parte cedit Bavaria inferior, Landshuet cum adjacentibus civitatibus, oppidis, caſtris, & villis. Sunt, qui dicant in hac diviſione pro parte Friderici nobiliores fraudulenter egiſſe. Joanni autem ſuperior Bavaria, Monachium, Landſperga cum aliis adjacentibus caſtris & oppidis, Steffano vero Ingolſtatt cum cæteris civitatibus in ſortem venit.

Anno Domini MCCCLXXXII. vel paulo ante diviſionem prælibatam quinta feria in Angaria ante feſtum S. Michaelis Joannes Dux Bavariæ cepit novum caſtrum in Monaco contra voluntatem fratris ſui Stephani. Ex qua occaſione inter cives & communitatem facta eſt diſſenſio maxima. Sed diviſo ducatu ea per Johannem Ducem eorum concordata fuit.

CAPUT XXVII.

De Friderico Bavarorum Duce.

FRidericus & Steffanus duas habuerunt ſorores matrimonio ſibi conjunctas, filias ſcilicet Joannis Galeacii (m) Ducis (m) Mediolanenſis, Fridericus autem ex ſua uxore habuit filium Heinricum nomine, ſucceſſoremque in Ducatu inferioris Bavariæ, reſidebatque in civitate Landshuta. Heinricus genuit Ludwicum; Ludwicus Georium, Georius autem nullum filium habuit ſed duas filias, quarum una monaſterium in Alten Hohenau prope Waſſerburgam intravit & habitum religionis Ordinemque Fratrum Prædicatorum induit; altera vero Ruperto, Palatino Rheni, filio ſororis Ducis Georii per diſpenſationem Papalem copulata fuit. Propter quod multa ſecuta ſunt mala, ut patebit in ſequentibus capitulis.

Fuit autem Fridericus Dux ſtrenuus & juſtus, habuit quoque filiam idem Fridericus Elizabeth nomine, quam Friderico Marchioni Brandenburgenſi (qui & Burgravius Norimbergenſis dicitur) tradidit in uxorem, & hunc Fridericum Sigiſmundus Romanorum Imperator fecit Marggrafium Brandenburgenſem & Privilegiis inſignivit.

Steffanus autem de Ingolſtat frater prædicti Friderici, duas uxores habuit. Prima fuit filia Joannis Galeacii (n) Ducis (n) Mediolanenſis, prout ſuperius patuit: quæ ſibi genuit filium nomine Ludwicum, quem barbatum dicimus, & unicam filiam Margaretham nomine (o) quæ Regi Fran- (o) ciæ Ludwico in matrimonium data fuit.

(m) Non Galeacii, ſed Patrui ejus Barnabovis filias, uxores habuerunt, Thadæam & Magdalenam.

(n) Hunc perpetuò cum Barnabove confundit noſter.

(o) Mira eſt hujus Monachi in nominibus confuſio, qui ſua, puto, è memoria in chartam projecit. Si enim monumenta ſcripta conſuluiſſet, ubique Iſabellam obviam habuiſſet, Caroli VI. Regis Franciæ uxorem, ductam MCCCLXXXV. XVII. Jul.

Defuncta autem uxore prima , Steffanus ſecundam accepit filiam ſcilicet Ducis de Clef *, quæ caruit prole. Hic Steffanus admodum pompoſus fuiſſe dicitur , hinc inde equitando, parvæque ſtaturæ fuit, ideo cognominabatur *Herzog Kneuſſel* prout in Capitulo XXXV. patebit.

* Adolfi Margaretham nomine.

CAPUT XXVIII.
De Imperio Sigiſmundi Imp.

ANno Domini MCCCCX. Sigiſmundus Caroli IIII. Romanorum Imperatoris filius natione Bohemus , origine Theotonicus Hungariæ & Bohemiæ Rex , defuncto Ruperto vero Rege , anno quo ſupra Franckfordii ab electoribus Cæſar electus eſt, vir ſtrenuus , princeps ſingulari prudentia liberalitateque inſignis. Primo ab Eugenio Papa coronam imperii accepit, & ex poſt in concilio Conſtantienſi depoſitis tribus ſummis Pontificibus , quartus electus , quem Martinum V. dicimus ; ipſe Sigiſmundus Imperator & Auguſtus ſalutatus eſt. Hic cum in Hungaria XXIII. annis , ut aliqui volunt , regnaſſet , & in imperio quatuor , ſicque in toto XXVII. annis imperavit IX. Kal. Septembris anno MCCCCXXXVI. Pragam venit , poſtea Moraviam ſe contulit & ægrotare cœpit Sigiſmundus Albertum Auſtriæ Ducem ſucceſſorem in regno nominat , nam Albertus filiam Sigiſmundi habuit in uxorem. Tandem Cæſar non longe poſt moritur , & corpus ejus in Varadino ſepultum eſt.

CAPUT XXIX.
De Generali Concilio Conſtantienſi.

COncilium Generale apud Conſtantiam ad tollendum ſchiſma Eccleſiæ, quod XXXIX. annis perduraverat, Sigiſmundo Imperatore idem procurante ejusque induſtria anno Domini MCCCCXIIII. celebratum eſt. In quo quinque erant nationes: Italica , Gallica , Germanica , Hiſpanica & Anglica. In eo concilio multæ ordinationes conſtitutionesque perutiles factæ & concluſæ ſunt. Novellæ etiam hæreſes damnatæ, & condemnata hæreſis Joannis Wickleff, & duo ex ſectatoribus ejus combuſti ſunt Joannes Hus & Hieronymus diſcipulus ejus tanquam Hæreſiarchæ. Duravit id concilium quatuor fere annis tandem autem 1417. ſexto Idus Novembris Otto de Columna Romanus Diaconus Cardinalis Pontifex creatur. Poſtea anno Domini MCCCCXVIII. Concilium Pontificis Imperatorisque juſſu diſſolutum fuit & feliciter determinatum. Cuncti in pace abierunt. Fuerunt autem in præfato concilio Joannes Papa XXIII. Sigiſmundus Cæſar, quinque Epiſcopi Cardinales , XVI. Presbyteri Cardinales, VII. Diaconi Cardinales, Patriarchæ VII. Archiepiſcopi XXXIIII. Epiſcopi CIIII. Abbates inſignes LX , Generales quatuor ordinum , Duces XXIIII. Comites CXL. nobilium quoque & communitatum urbium, ſingularum quoque univerſitatum , ſtudiorum generalium , provinciarum nationumque pene innumerabilis multitudo. Omnes peroptime proviſi pacificéque in Concilio congregati uſque in finem perſtiterunt.

CAPUT XXX.
De Imperio Regis Alberti.

ANno Domini MCCCCXXXVIII. XIII. Kal. Aprilis, Albertus Auſtriæ Dux & Sigiſmundi Cæſaris gener , Bohemiæ Hungariæque Rex , Imperator poſt Sigiſmundum creatus imperavit annis duobus. Vir optimus & in omni virtute decoratus , religioſus Princeps , in bellis audax & manu promptus. Uxor ejus Elizabeth vocabatur , filia Sigiſmundi Imperatoris , ex qua genuit ſobolem utique nobiliſſimam , unicumque filium Ladislaum nomine , qui , ut ferunt XVIII. anno ætatis ſuæ in Praga , intoxicatus obiit. Alii dicunt , quod Albertus profluvio ventris obierit , ſepultus in Alba regali.

Anno autem ſupradicto Concilium Baſileæ tranſacto decennio poſt Concilium Conſtantienſe ex Martini Pontificis decreto congregatur. Habuit initium glorioſum ſed finem humilem & tribulationis plenum propter ſchiſma , quod annis XVI. inter Eugenium & Felicem duravit. Sequuntur adverſitates & neutralitas. Tandem Nicolao V. aſſumpto ad pontificatum concordia facta eſt , & Fridericus Romanorum Imperator ab eodem Papa coronatus imperium accepit , de quo poſtea dicetur.

CAPUT XXXI.
De adventu Delphini in Alſatia tempore concilii Baſilienſis.

IStis diebus Ludwicus Delphinius Vienenſis primogenitus Regis Franciæ cum magno exercitu oppidum, cui nomen eſt Belligradi obſidione cinxit, illudque ab imperio comites (nunc Duces) de Wirttenberg habent in feudum. Poſtea Delphinus conſentientibus oppidanis oppido Belligradi potitus. Fama adventum ſuum publicat ſed non uno modo vel æqualiter apud omnes. Apud aliquos prædicabatur propter nobilitatem quorundam adveniſſe: apud alios vocatum ſe dicebat per Romanorum Regem contra Swicenſes ; nonnullis autem urbem Argentinam obſeſſurum ſe affirmabat, dicebat & propter Sigiſmundum Auſtriæ Ducem ſe veniſſe. Hos rumores ubique publicare ſtudebat. Habuit autem in exercitu ſuo Delphinus XXV. millia hominum. Veniebant igitur Delphino in auxilium gentes , quæ vulgo vocantur Armeniaci , in ſubſidium cujusdam caſtelli, quod Switenſes prope Baſileam obſidebant. Audientes autem Switenſes , non expectatis hoſtibus obviam pergunt ; Armeniaci autem retro cedentes ad majorem exercitum ſe recipiunt , ventumque eſt ad hoſpitale S. Jacobi , quod vix ſtadiis quatuor à Baſilea diſtat , ibi univerſa multitudo Armeniacorum in Suicenſes irruit: committitur horribile prælium , cadunt ex utraque parte plurimi , prælium quoque a primitia diei uſque ad finem tractum eſt , ad. extremum non victi Suicenſes, ſed vincendo fatigati victoria lugubris Armeniacorum fuit, plures tamen ex Armeniacis proſtracti ſunt quam ex Swicenſibus. Magna cædes equorum fuit. Plures Theutoni dum Suicenſes ulciſci volunt, vitam amiſerunt. Tandem poſt aliquot dies Delphinus ad propria rediit anno Domini MCCCCXLIIII.

CAPUT XXXII.

Annotatio quorundam Sum̃orum Pontificum.

DEfuncto igitur, ut dictum eſt, Martino Papa quinto , Eugenius quartus patria Venetus pontificatum accepit. Vir ingenio & geſtis rebus inſignis , & cum ſediſſet in ſede Petri annis XVI. moritur , VII. Kal. Martii anno Domini MCCCCXLVI. ætatis vero LXIIII. ſchiſma XXIII. inter Eugenium & Felicem uſque ad Nicolaum V. ob varias diſceptationes, an Pontifex eſſet ſupra Concilium, perduravit non ſine ſcandalo Reipublicæ Chriſtianæ.

Anno autem Domini MCCCCXXXVIII. Felix V. die XVII. Novembris, Eugenio Pontifice à Baſilienſi Concilio Philippi Ducis procuratione depoſito , & in ſchiſmate Pontifex ſedit annis IX. Fuit autem Felix iſte Dux Sabaudiæ, vir ſenex, mortuoque Eugenio Pontifice, ipſe ceſſit Nicolao propter unionem Eccleſiæ.

Nicolaus V. conſenſu omnium Pontifex creatur anno Domini MCCCCXLVII. vir prudens & liberalis, ab eo Fridericus III. Imperator creatus, unà cum Leonora conjuge pro corona accipienda Romam venit, & ab ipſo coronam & benedictionem acceperunt. Moritur tandem Pontificatus ſui anno VIII. anno Domini MCCCCLV.

Calixtus III. natione Hiſpanus ſexto Idus Aprilis hoc anno jam decrepitus omnium conſenſu Pontifex creatur. Vir magni conſilii & utriusque Juris Doctor peracutus , & Alphonſi Regis Secretarius fuit , moritur tandem anno Pontificatus ſui tertio , menſe tertio die decimo ſexto. Magnum poſt ſe relinquens theſaurum , quem contra Thurcos comparaverat , poſt quem Pius II. electus, de quo poſtea patebit.

CAPUT XXXIII.

De quibusdam Salzburgenſis Eccleſiæ Archiepiſcopis.

ANno Domini MCCCCXXX. Salzburburgenſis Archiepiſcopus XLVIII. Joannes Reyſperger præfuit per annos XII. vir devotus & humilis , & apud omnes veneratione dignus.

Anno Dom. MCCCCXLII. Archiepiſcopus XLIX. Fridericus IV. Drugſæs natus de Emerberg præfuit annis X. vir populo ſuo multum dilectus.

Anno MCCCCLII. Archiepiſcopus Salzburgenſis L. Sigiſmundus de Volckenſtorf, præfuit annis X. vir doctus & humilis admodum , pauperumque amator,

Anno Domini MCCCCLXI. Archiepiſcopus LI. Burchardus de Weyſpriach , præfuit annis IIII. Hic primus à Papa Pio inter omnes Archiepiſcopos Salisburgenſes ſolus Cardinalatus dignitate inſignitus fuit. Nunc ceſſat annotatio cronicæ Salzburgenſis.

CAPUT XXXIIII.

Annotatio geſtorum quorundam Bavariæ Ducum.

ANno Domini MCCCCLX. inter Ludwicum inferioris Bavariæ Ducem & Albertum Marchionen Brandenburgenſem bella & obſidiones devaſtationesque multæ fuerunt. In fine tamen Ludwicus victoriam obtinuit, demum concordati ſunt, ſed concordia diſſimulata , non enim fuit ſervata. Anno Domini MCCCCXI. in diviſione Apoſtolorum Domini Theothonici in Pruſſia & Rex Poloniæ maximo bello inter ſe habito , interfectis plurimis parte ex utraque. Demum Rex victor exſtitit.

Anno Domini MCCCCXXVIII. Fridericus Marchio Brandenburgenſis, Nurembergenſibus caſtrum vendidit.

Anno Domini MCCCCLXI. Fridericus Comes Palatinus Rheni Udalricum Comitem de Wirttenberg , Marchionem Carolum de Badua & fratrem ejus , Epiſcopum Metenſis Eccleſiæ capit, & ſecum in Haidelbergam ad cuſtodiam duxit & in carcerem honeſtum miſit. Poſtea eos pro magna pecunia liberare fecit.

Anno Domini MCCCCLXII. vel quaſi , Fridericus tertius Auſtriæ Dux & Romanorum Imp. in caſtro Wiennenſi à civibus ibidem & Alberto ejus fratre Archiduce Auſtriæ cum conthorali ac filiis ac filia ad multos dies obſeſſus fuit ; penuria eos multum affligente , poſtea tamen per provinciales liberatus , ad novam civitatem abierunt.

CAPUT XXXV.

Proſecutio Hiſtoriæ Bavarorum & de Ludwico Barbato.

STephanus ſecundus hujus nominis filius Stephani I. Bavariæ Ducis, cognomento *Kneuſſel* (de quo dictum eſt in Capitulo XXVII.) Reſidentiam ſuam habuit in Ingolſtat. Unicum poſt ſe reliquit filium nomine Ludwicum , quem Barbatum dicimus , unamque filiam , quam Rex Franciæ acceperat in uxorem , ideo Ludwicus ad curiamRegis Franciæ venit ob ſororis amicitiam , ubi honorifice habitus honoratusque ab omnibus in curia Regis ; nam ſe affabilem humanumque exhibebat , quare à ſorore ſua Regina Franciæ tam in auro & argento cæteriſque pretioſis ornamentis remuneratus eſt , omniaque illa ad Bavariam remittebat. Iſte Ludwicus Rex Franciæ duas habebat in curia ſua virgines nobiles & ſpecioſas , quarum una *Scharlach* vocabatur , quæ & Regi Siciliæ in matrimonium tradita fuit. Altera vero Katherina dicebatur, quam Ludwico præfato Duci videlicet Bavariæ tradebat in uxorem cum comitatu Mortein, ex qua Ludovicus filium genuit, quem *Gibboſum* dicimus. Rex autem Franciæ iſtis temporibus graviſſimo capitis dolore torquebatur, ita ut quaſi amens efficiebatur. Orta eſt etiam ſeditio inter Joannem Burgundiæ & Orlienciæ Duces permaxima propter uxorem cujusdam militis, quam Dux de Orlienz contra ejus voluntatem oppreſſiſſe dicebatur. Dux autem Burgundiæ ſe huic rei intromiſit, & præfatum Ducem de Orlienz quadam nocte de curia Regis Franciæ egredientem aggreſſus interfecit cunctis ignorantibus, ſuſpectus tamen fuit idem Dux Burgundiæ, qui poſtea ad Regem Angliæ pergens, bellum movit, ſicque Rex Angliæ & Dux Burgundiæ inter ſe amicitiam ligamque facientes, ex qua re ſecuta multa mala longo tempore.

CAPUT XXXVI.

De interfectione Joannis Burgundiæ Ducis.

JOannes autem Burgundiæ Dux, non longè poſt ad Regem Franciæ venit ſalvo ſibi conductu dato præſtitaque ſecuritate, ſed fefellit eum opinio & promiſſio ſibi facta. Cum enim quadam die a Rege ad conſilium (ut dicitur) fuiſſet vocatus. Ipſe Dux in conceptu Regis atrociter interficitur (p) poſt treugas initas & cum ambo Rex & Dux Sacramentum diviſim ſumpſiſſent. Ex quo ſequuntur multa mala longo tempore, regnum etiam florentiſſimum miſerabiliter vaſtatum fuit per Heinricum Regem Angliæ, qui tamen poſtmodum miſerabiliter vitam ſuam cum morte mutavit.

CAPUT XXXVII.

De captione & liberatione Ludwici Bavariæ Ducis.

LUdwicus igitur Dux Bavariæ, de quo dictum eſt ſupra Cap. XXV. cum ex favore & amicitia Reginæ Franciæ ſororis ſuæ plurimum ditatus & locupletatus fuiſſet a nobilioribus & potentioribus regni Franciæ capitur, & in cuſtodiam honeſtam traditur. Superveniens autem quidam vir potentiſſimus, Pariſienſis urbis civis (& aliqui æſtimant ex ſuggeſtione aut permiſſione Reginæ Franciæ hoc fecerit) qui vocatis nobilioribus Reginæ magnatibus atque proceribus, quibus propoſuerat intentum ſuum dicens, cur tam nobilis vir & Princeps Ludwicus Bavariæ Dux fraterque Reginæ Franciæ tam diu detinetur in vinculis, qui adeo Regi Reginæque familiariſſimus obſequioſusque fuiſſet, non tantum ut gratiam, ſed ut honorem laudem meritumque aquireret, & tam nobilem Principem his muneribus fore dignum, ſcandaloſum quoque fore regnicolis iſtum virum Reginæque fratrem incarcerari, & quodammodo honoribus rebus famaque deſtitutum. His & conſimilibus perſuaſionibus præfati civis Princeps Ludwicus Bavariæ Dux è carcere liberatur. Sunt, qui dicunt Reginam Franciæ ſororem Ludwici Ducis propria in perſona Bavariam viſitaſſe illicque dies vitæ ſuæ conſummaſſe ea de cauſa, quod maritus ejus Francorum Rex quodammodo viribus & prudentia deſtitutus fuiſſet. (q)

CAPUT XXXVIII.

De reditu Ludwici in Bavariam.

PRæterea Ludwicus aſſumpto ſecum maximo theſauro in Francia collecto, ut jam dictum eſt, ex Francia diſcedens, venit in Bavariam, omniaque debita Stephani genitoris ſui cognomento Kneüſſel (de quo dictum eſt ſupra capite XXVII. & XXVIII.) cunctaque perſolvebat. Plures enim nobiles contra Stephanum genitorem Ludwici propter debita inſurgebant. Hujus enim temporibus inter Fridericum in Landshut & Heinricum filium ejus Bavarorum Duces, altercatio magna fuit. Propter quod multa ſecuta mala in inferiori Bavaria. Accidit autem, ut Sigiſmundus Romanorum Imperator Concilium generale in Conſtantia celebraret, illicque multis Chriſtianæ fidei principibus congregatis Epiſcopus Patavienſis de Hohenloh vocitatus, Sigiſmundum Imperatorem & plures alios principes ſuam ad menſam invitaſſet; veniebat & Heinricus Dux inferioris Bavariæ de Landshuet cæteris cum invitatis, ubi & Ludwicus de Ingolſtat præſens interfuit. Congregratis itaque omnibus invitatis præſente Rege Sigiſmundo, Ludwicus Bavariæ Dux ſæpe dictum Henricum de Landshuet pro publico hoſte & raptore, favente & detinente inimicos ſuos proclamavit, dicensque, quod capitales inimicos foveret & manuteneret, Georgio quoque de Gundelfing caſtrum Wolfſtain cis Yſaram fluvium, ad rapiendum res alienas appropriaſſet. His auditis Heinricus reſpondit: Domine Rex audiviſtis modo verba vituperia & inconvenientia Ducis Ludwici, ſtatimque completis verbis Heinricus ab iis ad hoſpitium ſuum, octo equites ſuos peroptimos ſibi juſſit præparari, & Ludwico ad hoſpitium de convivio venientе, obviam venit Heinricus de Landshuet furore plenus extractoque gladio ipſum interficere volens, ſed Ludwicus ſe ſeorſum vertens in caput tantum, licet lethale vulnus accepit; quo facto Hainricus feſtinantiſſime relicta Conſtantia venit in Bavariam, Ludwico vulnerato relicto ibidem. Audiens hæc Sigiſmundus Imperator ira commotus Comitem de Schwarzburg ad ſe vocavit, juſſitque proſequi Henricum. Rex autem pro tribunali ſedens ſæpe dictum Heinricum Bavariæ Ducem propter exceſſum enormem perpetratum ipſum ab omni jurisdictione & Privilegiis, tam provincialium, quam aliorum abſolvi privarique decernens. Audiens hæc Fridericus Burgravius Nurembergenſis, poſtea Marchio Brandenburgenſis genibus flexis ante Regem Sigiſmundum veniam petens pro Henrico cauſamque ſuſpendi perſuadens atque judicium habendi, quouſque Ludwicus vulneratus convaluiſſet, quod & factum eſt.

(p) Ingens, quo laborabat ἀνιστορησίας vitium hîc & alibi prodit Vitus, juvat tamen rumores illorum temporum noſſe, quos noſter avida aure hauſiſſe videtur.

(q) Hoc nemo dixit Scriptorum; quin conſtat potius inter omnes infelicem Iſabellam, regno exoſam Pariſiis in palatio ſuo S. Pauli in mediis turbis obiiſſe A. MCCCCXXXV. XXX. Sept. & tumulo Regum, adeoque mariti ſui Caroli VI. in Fano San-Dionyſiano plebeio & humili funere illatam; etſi monumentum poſtea regium cum ipſius & mariti effigie è marmore candido nigroque ibidem extructum, quod præſens vidi Anno MDCCXXXIII.

CAPUT XXXIX.

De bello inter præfatos Principes peracto.

LUdwicus autem præfatus dum poſt aliquot dies convaleſceret, Conſtantia relicta venit in Bavariam, de injuriis ſibi ab Heinrico illatis vindicare volens, congregatisque nobilioribus & potentioribus ſuis cum adjunctis plurimis aliis Henricum debellare cupiens. Joannes autem ſuperioris Bavariæ Dux, qui Monacum tenebat, Erneſtusque filius ejus & Dux Wilhelmus, Henricus etiam ſæpe dictus inferioris Bavariæ Princeps & Fridericus Burggravius Nurembergenſis, Epiſcopus quoque Euſtetenſis & Patavienſis Pontifex & quam plures de Nobilioribus Provinciæ bellum moverunt contra Ludwicum de Ingolſtat, plurima oppida & caſtra vi oppugnantes obtinuerunt, & provinciam plurimum devaſtaverunt. Ludovicus etiam filius ejus cognomento Gibboſus, indignationem patris incidens, civitates & caſtra patris oppugnavit, & obtinuit, Alberto Marchione Brandenburgenſe ſibi adjutorium præſtante, cujus ſororem ipſe Ludovicus Gibboſus ſive junior habebat in uxorem. Ludovicus igitur junior ſeu Gibboſus civitatem & caſtrum in Neuburg ſuper Danubium ſitum, ubi pater ejus Ludwicus reſidebat, obſedit XVIII. ſeptimanis tandem oppugnando viriliter vi cœpit, patrem cepit, & incarceravit. Ipſe tamen Ludovicus junior ſive Gibboſus non longe poſt moritur ante patrem, juſto (ut dicitur Dei judicio circa annum Domini MCCCCXLV. * ſepultus Ingolſtaviæ in Eccleſia B. Mariæ Virginis.

*MCCCCXLVII.

CAPUT XL.

De captione Ludwici Barbati & ejus morte.

AUdiens autem Albertus Marchio Brandenburgenſis mortem Ludwici junioris, ſive Gibboſi, doloſe cepit Ludwicum cognomento Barbatum, quem ſecum ducens in oppipum Anſpach (illic enim Marchiones Brandenburgenſes Reſidentiam communiter habent) cupiens extorquere maximam pecuniæ ſummam a Ludwico, ſed non potuit, Ludovicus enim vir erat animoſus, prudens ſed inquietus; ſemper enim & quoad vixit, litteras & controverſias habuiſſe legitur. Nec ipſe per provinciales neque per judices inclinari potuit neque minis aut blandimentis ut Marchioni Alberto pro liberatione daret quidquam. Heinricus autem de Landshuet annuentibus & conſentientibus Provincialibus ſuis Ludwicum XXXII. millibus florenorum Rh. liberavit; quem tamen ſtatim captivum duxit Burghauſen ponens eum in cuſtodiam honeſtam, in qua non longe poſt moritur venerandus Princeps Sacramentis Eccleſiaſticis minime proviſus ſepultusque in monaſterio Rotenhaslach circa annum Domini MCCCCXLVII. circa feſtum S. Johannis Baptiſtæ.

Hunc Ludwicum in rebus bellicis infortunatum ſemper fuiſſe dicunt, ſemper lites habuiſſe atque tribulationes adverſitatesque in quibus & mortuus eſt.

Heinricus inferioris Bavariæ Dux audita morte in carcere, civitatem Ingolſtatenſem cum omnibus pertinentiis, villis, oppidis & caſtris ſibi uſurpavit, poſt cujus mortem Ludovicus filius ejus, & poſt Ludovicum Georius filius Ludovici ducatus Landshuet & Ingolſtat poſſederunt uſque ad annum MDIII. circa adventum Domini, quando ſcilicet Georius Dux inferioris Bavariæ ſine prole virili obiit, de quo in ſequentibus patebit.

Nunc ad lineam ſuperioris Bavariæ redeo.

CAPUT XLI.

De Joanne Duce Bavariæ.

JOannes igitur ſuperioris Bavariæ Dux & filius Stephani ſenioris, fraterque Friderici de Landshuet, & Stephani de Ingolſtat, Monacenſem urbem, Landſpergam, Schongaw, Weilhaim cum adjacentibus oppidis & villis tenuit atque poſſedit, habuit quoque in uxorem filiam Comitis Goritiæ (alias de Görtz) Katherinam nomine, quæ ſibi genuit duos filios & unicam filiam. Primus filius Erneſtus, alter Wilhelmus vocabatur, filia autem Sophia nomine, Wenzeslao Regi Bohemiæ traditur in uxorem. Defuncto autem Wenzeslao præfato marito Sophiæ ejusque temporibus cœpit pullulare hæreſis Huſſitarum in Bohemia tempore Sigiſmundi Romanorum Imperatoris. Accidit quoque quodam tempore, ut Erneſtus Bavariæ Dux filius Joannis prædicti fraterque Sophiæ Reginæ Bohemiæ conſolationis gratia ſororem viſitaſſet, & eo veniente in Bohemiam, intellexit ſororem ſuam hæreſi Huſſitarum fore involutam depravatamque; ita ut hanc hæreſim defendere vellet, quam Erneſtus inclytus Dux frater ejus duriſſime increpans, cur relicta vera Catholica fide hæreſim ſequeretur; ſed cum illa ſe in hac hæreſi ſeu fide mori velle diceret, quam Joannes Huſs ejusque diſcipuli docuiſſent atque prædicaſſent, Erneſtus ira commotus, extenſa manu Sophiæ Reginæ, ſorori ſuæ alapam dans, dixit: ſi in tali propoſito morieris, pœnas cum diabolo in inferno in perpetuum lugebis, patierisque pœnas cum damnatis æternas ſicque indignatus receſſit. Sunt, qui dicunt, ſi Erneſtus diutius in Bohemia moram traxiſſet, vivus in Bavariam nunquam perveniſſet.

Joannes Bavariæ Dux & frater Erneſti prædicti, aſſumptis ſecum duobus filiis Erneſto, & Wilhelmo, Friſingam civitatem occupat & obſedit ac demum in deditionem accepit ea de cauſa, quia intellexerat Ludwicum de Ingolſtat Friſingam in deditionem accipere, & provinciæ ſuperiori damna inferre. Erneſtus autem collectis militibus oppidum Aichach cepit, & Fridberg, combuſtis prius villis quam plurimis. Poſtea torum Schwabn dempto caſtro cepit. Duravit hoc bellum per annum integrum.

CAPUT XLII.

De Erneſto ſuperioris Bavariæ Duce.

JOanne igitur mortuo ſucceſſit ei in ducatu Erneſtus filius, vir utique juſtus, prudens, & animoſus. Habuit in uxorem Katherinam (r) Ducis Mediolanenſis, quæ ſibi maximam pecuniæ ſummam obtulit, quæ & ſibi progenuit duas filias & unicum filium Albertum cognomento Pium. Prima filia Margareta, altera Eliſabeth vocabatur, quæ & Duci de Monte (aliàs vom Perg) copulata fuit. De Alberto in ſequentibus patebit. Fuit autem Erneſtus Dux admodum robuſtus & fortis corpore, audax & prudens. Hic contra Ludwicum Barbatum de Ingolſtat, de quo ſupra dictum eſt, multa geſſit prælia.

CAPUT XLIII.

De quibuſdam geſtis Erneſti.

QUodam igitur tempore Ludwicus Bavariæ Dux, qui Ingolſtadium tenebat, magnum collegit exercitum equeſtrem & ſuperioris partem provinciæ duabus vel quaſi tribus milliaribus a Monaco, verſus oppidum Prugg devaſtare cœperat in igne & ferro, villas quoque Päſſing, Germaning, Alling cæteraque loca confinia cum adjacentibus. Clamor itaque & rumor pervenit ad aures præfati Ducis Erneſti, qui ea die Monaci erat, congregatis velociſſime plurimis Erneſtus Wilhelmusque frater ejus & Albertus filius Erneſti adhuc juvenis & adoleſcens, maximo cum impetu armataque manu contra hoſtem veniunt, fitque repentinum bellum, fitque Dux Erneſtus ſuperior, captisque ducentis militibus equeſtribus, eos ſecum duxit ad Monacum. In acie hujus belli in parte Ducis Alberti fuit nobilis Torer de Eyreſpurg præfectus in Landſperg, habens ſecum quemdam equeſtrem ſui familiariſſimum Bartholomæum Stopffer nomine, virum audaciſſimum & furioſum, qui fuit avus meus, & pater Joannis Muratoris genitoris mei de Weſſesbrunnen. Acta ſunt hæc in Angaria ſabbato ante Michaelis circa annum Domini MCCCCXXII. obiit autem Erneſtus in vigilia Viſitationis Mariæ Virginis ſepultusque Monaci anno Domini MCCCCXXXVIII.

CAPUT XLIIII.

De Duce Wilhelmo primo.

WIlhelmus autem Frater Alberti Ducis vir erat prudens, humanus, audax atque temperatus habuit uxorem Ducis Clivenſis filiam, quæ ſibi unicum genuit filium Adolphum nomine, qui tamen in puerili ac florida ætate defunctus eſt. Erat hic Wilhelmus Sigiſmundo Cæſari admodum acceptus eique in Conſtantienſi Concilio familiariter adhæſit, aſſiſtens continue in conſpectu Imperatoris. Huic igitur nobiliſſimo Bavariæ Duci (ſi ſupervixiſſet) quamplures regalem aſcribebant dignitatem. Fuit enim admodum diſcretus, virtuoſus, omnium virtutum honore præclarus. Obiit tandem anno Domini MCCCCXXXVI. ſepultus Monaci in Eccleſia B. Mariæ Virginis.

CAPUT XLV.

De Alberto ſuperioris Bavariæ Duce.

DEfunctis vero duobus fratribus Erneſto videlicet & Wilhelmo Albertus filius Erneſti cognomento Pius patri ſucceſſit in ducatu, vir admodum largus, humanus, nec odiens clerum & muſicæ artis amator. Venationi tamen plurimum operam dabat. Hic poſtquam matronam ignobilem ſed admodum ſpecioſam carnali amore dilexerat eique ut alii volunt, caſtrum in Straubing ad habitandum tradidiſſet, eandem vero Erneſtus pater ejus ex indignatione (Alberto ignorante) apud Straubingam morti tradidiſſet, cujus etiam ſepultura ibidem in quadam capella adhuc cernitur; accepit ipſe Albertus poſt uxorem de Domo Brunſvicenſi filiam elegantis formæ Annam nomine, quæ ſibi genuit ſeptem filios & tres filias, quarum una Margaretha nomine Marchioni de Mantua, altera Elizabeth nomine Erneſto Saxoniæ Duci ſacrique imperii Electori traditur in matrimonium, tertia autem, quam Barbaram vocabant, Religionem & Ordinem S. Claræ in monaſterio urbis Monacenſis intravit, ubi & vitam religioſe finiit (s). Obiit Albertus Pius anno Domini MCCCCLX. ſexta feria ante Invocavit, ſepultus in Andex.

CAPUT XLVI.

De filiis Alberti prædicti.

JOannes Primogenitus Alberti, vir erat providus, uxore legitima carens, ſed juſtus & juſtitiæ amator, verax & ſerioſus: valde magna ſpes fuit de eo, ſi non morte præventus fuiſſet. Sunt, qui dicunt eum morte peſtilentiali, quo ab amaſia intoxicatus poſt concubitum fuiſſet, intoxicatum (t). Obiit tandem dolentibus cunctis anno Domini MCCCCLXIII. ſepultus in monaſterio Andex cum parentibus ſuis. Albertus enim ejus genitor monaſterium præfatum à fundamento conſtrui fecit & Monachos Ord. S. Benedicti ad Deo ſerviendum ibi inſtituit & multis decoravit Privilegiis.

(r) Imò Eliſabetham Barnabovis filiam nuptam MCCCXCIV.

(s) Ejus vitam Raderus in Bavaria Pia & Kirchhueberus in Chron. illius Parthenonis prolixè proſecuti ſunt.

Erneſtus ſecundo genitus moritur in puerili ætate (u).

Sigiſmundus Princeps liberalis, benignus, miſericors, Religioſorum Clericorumque pater & amator. Hic poſt obitum patris ducatum ad tempus cum Alberto germano ſuo rexit, ſed per provinciales Albertus inſtituitur, & ducatum ſolus tenuit, Sigiſmundus vero caſtra tenuit certaque loca, Grönwald, Menzing & Nenhofen, Cantores & Presbyteros ſemper ſecum habens. Obiit autem Sigiſmundus anno Domini MDI. indutus ante paucos dies habitu S. Franciſci, ſepeliturque Monaci in Eccleſia B. Mariæ Virginis (x). Hic Monaſteriis & Eccleſiis multa donaria dedit. Paucis diebus ante obitum ſuum caſulam admodum pretioſam miſit, & dedit Monaſterio S. Sebaſtiani in Eberſperg.

Albertus obiit in florida ætate, nil memoriæ dignum relinquens (y).

CAPUT XLVII.

De Duce Chriſtoffero filio Alberti Pii.

CHriſtofferus filius Alberti Pii Princeps virilis & in rebus militaribus ita exercitatus, ut vix in tota Germania ſecundum habuiſſe dicitur. Fuit autem omninò liberalis & quodammodo ultra quam decuit & profuit, nihil reſervans in craſtinum. Fuit & prudens, aſtutus, eloquens & animoſiſſimus, rem difficilem ſæpiùs aggrediens & attemptans. Cum Alberto germano ſuo (de quo in ſequentibus patebit) multas habuit controverſias, adjuvantibus ſibi quibuſdam nobilibus, quos tamen Albertus poſtea compeſcuit, & aliquorum caſtra deſtruens Chriſtofferum fratrem ſuum in quodam balneo Monaci exiſtente cautiſſimè cepit, & ad cuſtodiam honeſtam poſuit, qui tamen per Provinciales poſt longam cuſtodiam liberatus fuit.

Huic Chriſtoffero per modum concordiæ aſſignata fuit Landſperg, Weylhaim, Päl. Sed finitis annis Albertus manu armata Landſpergam cepit, Chriſtophoro in urbe Auguſtenſi degente. Hæc audiens Chriſtofferus ira commotus, congregatis & collectis quibuſdam Nobilibus Alberto Monaci exiſtente ipſe non longè a Friſinga circa Monaſterium Weyhenſteven ubi redeuntes de Monaco proſpicere poterat, expectavit. Nam Nicolaus de Abmſperg vir potens & nobilis & N. Rorbeck, Laurentius Pogner de Monaco revertentes, qui & in obſidione Landſperg in parte Alberti & contra Chriſtophorum principaliores erant, quibus Albertus quosdam de ſuis Equeſtres ad prælium aptos adduxerat. Videns eos Chriſtofferus velut Leo furibundus eis obviavit & inito prælio certamineque acutiſſimo vulneratis ex utraque parte multis, Chriſtofferus fit Superior, & in primo congreſſu Dominus de Abenſperg de equo dejectus interficitur, ſimiliter Rorbeck nobilis vir, poſtea Laurentius Pogner. Hi tres occubuerunt. Acta ſunt hæc in quadrageſima circa annum Domini MCCCCLXXXIIII. vel ante (z).

Hic Chriſtofferus cum Mathia Ungarorum Rege ad tempus non modicum militans contra Thurcos & alios regni Hungariæ Adverſarios ſæpiùs glorioſè triumphat; ſed poſtea ad Bavariam rediens magnis cum muneribus. Hunc dicunt Reginam Ungariæ plurimum honoràſſe, & eum multis pretioſis muneribus etiam ut alii volunt (a) Rege ignorante honoràſſe. Poſtea cum Maximilianus Romanorum Rex à civibus Bruggis in Flandria doloſè in cuſtodiam honeſtam traditus fuiſſet, Chriſtofferus inclytus Bavariæ Dux inter cæteros Germaniæ Principes laudem obtinuit, erat enim audaciſſimus Princeps. Regem liberat adjunctis ſibi plurimis ex Almania proceribus, devaſtata prius & poſtea ubicunque Flandria. Poſtea defuncto Rege Ungarorum Mathia, qui Wyennam ceperat per traditionem civium, Maximilianus Romanorum Rex eandem urbem in ſuam recepit poteſtatem, cum quo Chriſtofferus inter alios interfuit. Poſt Albam regni Ungariæ urbem fortiſſimam Rex Maximilianus cepit, interfectis admodum plurimis ex Hungaris. Anno autem Domini MCCCCXCIII. Chriſtofferus Terram ſanctam cum Friderico Saxonum Duce imperii Electore transfretavit, & in reverſione in urbe Rodenſium mortuus eſt ſepultusque honorificè ibidem. Princeps utique inter alios nominatiſſimus, omnibus affabilis, Religioſorum amator. Ejus laudes & geſta plurimum commendanda ſunt.

CAPUT

(t) Joannes in Prædio Haidhuſiano propè urbem Monacenſem dum ruſticaretur epidemico malo afflatus obiit.

(u) Natus is fuerat A. MCCCCXXXVIII. M. Aug.

(x) A ſe magnifico opere & hodie admirando conditâ, quod miror ſupinum Monachum prætermittere potuiſſe in hac vicinia & ſtructuræ novitate.

(y) Obiit in cunis MCCCCXLV.

(z) Denuò liquet bonum Vitum pleraque ſua de memoria in chartam conjeciſſe. Occubuit Nicolaus de Abenſperg cum ſociis ſuis A. MCCCCLXXXV. XXVIII. Februarii. Extat hodie monumentum marmoreum ferè collapſum & vepribus obſitum, in via publica propè Friſingam, cum hac Epigraphe: *Der Edle Niclas Herr zu Abenſperg der lezt dis Namens iſt alhier nidergelegen und Tods abgangen den 28. Februar. 1485. Gott Genad.*

(a) Qui alii? poterat naſus obtuſus Monachi his rumuſculis abſtinere, qui certa & graviora tam oſcitanter transmiſit.

CAPUT XLVIII.

De Duce Wolfgango filio Alberti Pii.

Wolfgangus autem ultimus ſeu junior filius Alberti Pii Reſidentiam habuit in caſtro Liechtenberg, cui & duo alia caſtra Greiffenberg & Hägneberg deputata ſunt. Obtinuit autem idem Princeps Wolfgangus comitatum Schwabeck, ſive Dürckaim in Suevia ſitum, quem nobiles de Riethaim multis annis pro certa pecunia per modum pignoris tenebant. Fuit autem idem Dux admodum pacificus & devotus & cum germano Chriſtoffero Duce terram Flandrenſem occupat pro liberatione Regis Maximiliani, ubi Wolfgangus plurima conſcripſiſſe dicitur poſtea reverſus in Bavariam quiete vivendo (b). (b)

De Alberto ejus fratre, qui Ducatum Bavariæ ſolus poſt patris obitum tenuit, poſtea dicetur loco ſuo; nunc ad inferioris Bavariæ Duces redeo.

CAPUT XLIX.

De Friderico de Landshut inferioris Bavariæ Principe.

Fridericus igitur Steffani primi ſive magni filius, frater Steffani de Ingolſtat & Joannis de Monaco, curiam ſuam habuit in Landshut. Hæc enim cum adjacentibus in diviſione ducatûs ſibi in ſortem venerat. Hic quodam tempore Bohemiæ Regem accedere volens, in eodem itinere moritur. Cui Henricus filius ejus ſucceſſit in ducatu, qui cum adhuc juvenis eſſet, multa præcipitanter & præſumptuosè feciſſe dicitur. Cum enim genitor ſuus Fridericus Bavariæ Dux, civibus communitatique civitatis Landshut multa honeſta & perutilia conceſſiſſet privilegia, quæ Henricus poſt patris obitum conſervare & roborare nolebat, neque ſibi ut rata ſervare aſſerebat, contradicentibus civibus, per viam juris procedere rogabant & poſtulabant, cauſamque coram Sigiſmundo Cæſare determinare aut diffinire cupiebant. Quæ petitio Heinrico Duci eorum diſplicuit valdè. Quatuor igitur cives de Potentioribus civitatis capiuntur & cuſtodiæ deputantur, N. videlicet Pelchinger, Martinus de Aſch, Leonhardus Kettner & Joannes Mosburger. Erant viri providi & conſulares civitatis præfatæ. Hos quatuor cives Henricus extra civitatem & provinciam fugere compulit, eisque dominium interdicitur, res quoque eorum rapiebantur, & fit prædatio magna & ſuſpecta valde, uxores quoque eorum filiique & liberi projiciebantur & deprædabantur velut canes. Hæc violentia civibus diſplicuit, qui poſtea quemdam locum ſatis occultum in civitate Landshut propè Iſaram fluvium eligentes, expulſisque civibus locum eundem demonſtrantes, ubi nocturno tempore ad eos ingredi & regredi poſſent, veneruntque quatuor expulſi cives, ut eis deſignatum fuerat, ad murum civitatis, ubi Dietricus Röggl concivis eorum eos per murum introduxerat in domum ſuam, ubi majores civitatis convenerant, de eorum injuria & oppreſſione Heinrici Ducis tractanda. Sed heu! in ruinam eorum cauſa devenit.

CAPUT L.

De horrenda civium in Landshut captione per Henricum Ducem.

Congregatis igitur civibus loco prænominato domûs ſcilicet Dieterici Röggl cauſa & conventio eorundem ad aures pervenit uxoris ejus, quæ quemdam nobilem in curia Ducis Heinrici carnali adamabat amore, cum quo adulterabat. Quæ adultera præfato nobili rem & conſilium patefacit, at ille quantocius occultè acceſſit Magiſtrum curiæ, Georium Ahaimer nobilem virum, & Sigiſmundum Apffeltaler, ſignificans eis conventionem civium tali loco. At illi concito gradu Henrico Duci in caſtro degenti rem ſignificant; qui mox collectis omnibus ſuis & quoscunque habere poterat, domum Dietrici Röggl per vim occupat, cives cepit & in carcerem truſit, interfectis plurimis cæteriſque per murum evaſis, plures excœcati, plures effugati. Henricus autem, ut erat vir furioſus bona eorum deprædando cuncta in ſuam poteſtatem accepit, ſicque cives perpetuis temporibus ex provincia ſunt expulſi, qui auctores hujus rei extiterunt.

Poſtea Heinricus quietè vixit, latrones & deprædatores cepit eosque quos ceperat decapitari juſſit. Fuit autem Heinricus pecuniarum amator, ſed beatæ Virgini devotus. Et tandem anno Domini MCCCCXLIX. obiit, quo anno multæ controverſiæ exortæ ſunt inter nobiles & imperii civitates.

CAPUT LI.

De Ludwico filio Ducis Heinrici.

Mortuo denique Heinrico ſucceſſit ei in ducatu filius ejus Ludwicus, vir potens, dives & prudens. In rebus bellicis glorioſus & fortunatus, huic quodam tempore Albertus Marchio Brandenburgenſis bellum indixit, cui Ludwicus maximo collecto exercitu ex Bohemia & Bavaria ſuperiori & inferiori occurrens, plura caſtra, villas aliaque loca occupat, obſedit, comburit atque devaſtat & demum maximam villam, quam *Aw* vocant propè Ulmam vi cepit devaſtavitque, tentoria caſtraque Alberti propè imperii civitatem quam Giengen vocant in Suevia ſitam dirupit, cepit, plures cepit, alios interfecit, Albertum Marchionem fugere compulit. Poſtea iſti duo potentiſſimi concordati ſunt, paucis Rheni contradicentibus. Habebant enim duas ſorores in uxores filias videlicet Ducis Saxoniæ. Finito bello, quædam civitates imperiales bella moverunt contra Ludovicum, fitque præfatus Albertus Marchio Brandenburgenſis eorum Princeps & Capitaneus. Sunt, qui dicunt hoc ex permiſſione vel diſſimulatione Friderici Imperatoris factum fuiſſe. Sed Ludwicus ut erat vir potentiſſimus & prudens, magno collecto exercitu agrum imperii civitatesque occupare cœpit; ſtatim tamen bellum hoc concordatum fuit. Uxor hujus Ludwici Ameleya vocabatur, filia Ducis Saxoniæ, quæ ſibi genuit filium Georgium nomine, unicamque filiam Margaretham nomine, quam Philippo Palatino Rheni in matrimonium dedit. Georgius autem filius ejus ſucceſſit in ducatu. Obiit tandem Ludwicus anno Domini MCCCCLXXIX. Sepultus in Monaſterio Vallis felicis propè Landshuet.

(b) Hoc loco autor in autographo ſubſtitit, Wolfgango etiamnum ſuperſtite, ut qui anno demum MDXIIII. XXV. Maij diem ſuum Landſpergæ obiit, in Monaſt. Andecenſi paterno monumento illatus, quod poſtea ferale incendium abſumpſit.

CAPUT LII.
De Duce Georgio.

GEorius iſte filius Ludwici accepit ſibi in uxorem adhuc patre vivente, Hedwigem filiam Regis Poloniæ virginem ſpecioſam valde. Celebratæ ſunt nuptiæ in Landshuet maximo cum apparatu, ſumptuque abundantiſſimo. Conveniebant ad has nuptias Fridericus Romanorum Imperator & plures Principes & Duces, quos Ludwicus Dux honorificentiſſimè fovit. Georius autem defuncto patre inclyto Duce, liberarior diſſolutiorque factus poſt aliquot annos uxorem ſuam honeſtiſſimam rarus acceſſit. Habuit tamen ex ea duas filias, quarum una Elizabeth nomine Ruperto Palatino filio ſororis ſuæ per diſpenſationem Papalem in matrimonium dedit circa annum Domini MCCCCXCIX. vel quaſi *, de quo matrimonio & controverſiis ſecutis poſtea dicetur circa Alberti ſuperioris Bavariæ Ducis geſta. Alteram vero Margaretham nomine in monaſterium monialium in Altenhohenaw intrare Ordinemque Prædicatorum fratrum aſſumere permiſit.

* Imò eo ipſo anno, X. Februarii.

Hic Georius civitatem imperii Nordlingam in Rhætia ſitam tempore meſſis obſedit populoque villano cum ſegetibus damna intulit plurima. Cauſa obſeſſionis fuit, quod cives de Nordlingen quemdam hoſtem eorum, qui eos vexabat, hominesque deprædabatur, in quodam loco dominii Ducis ceperant. Res tamen fuit poſtmodum concordata, & Georius ab obſidione cogitur abſtinere, ſicque ad propria receſſit.

Eo tempore quo Maximilianus Rex poſt obitum Friderici Imperatoris patris, circa annum Domini MCCCCXCI. vel paulo poſt Wiennam ceperat, præfatus Georius multa conſumpſiſſe in obſequio Regis dicitur. Poſt Gelriæ terram, Brabantiam cum eodem Rex potenter intravit, ſed parum cum hoſte dimicavit. Vivente adhuc uxore matronas ſecum retinuiſſe dicitur. Erat tamen vir ſtrenuus, ſerioſus, pecuniæ cupidus, ſexum fœmineum admodum diligens. Sed S. Sebaſtiano valdè devotus extitit. Singulis quodammodo annis Eccleſiam Sebaſtiani in Eberſperg devote viſitat, eundemque locum multum honoravit.

Hic anno Domini MDIII. circa feſtum S. Michaelis. *

* Hoc loco hiat MS. Cod.

CAPUT LIII.
De Friderico III. Rom. Imp.

ANno Domini MCCCCXL. Fridericus ejus nominis tertius Erneſti Ducis Auſtriæ filius communi voto Electorum Imperator effectus coronam regni Germaniæ apud civitatem Aquenſem ſuſcepit. Imperavit rexitque imperium annis LIII. Hic defunctis parentibus adhuc adoleſcens trans mare navigavit, ut locum videret, ubi Salvator noſter JEſus Chriſtus natus, baptizatus, paſſus & cœlos aſcendit. Fuit enim hic Fridericus Princeps Catholicus, pius, ſapiens & admodum patiens in adverſis. Coronam imperialem a Papa Nicolao V. ſuſcepit, quam diu diſtulerat propter ſchiſma, tandem in tota Italia & ab omnibus civitatibus honorificentiſſimè ſuſceptus eſt, & cum Senis eſſet Leonora filia Regis Luſitaniæ Heduardi Alphonſi neptis, ſibi deſponſata Pyſas venit, ſtatura mediocri virgo, annos natu ſedecim læta fronte, nigerrimis atque illuſtribus oculis, ore parvo. Imperatrix igitur Senas deducta eſt, Junii ſecunda die. Erant ibi Ladislaus & Albertus ex Auſtria ſecum venientes, Fridericus cum Legatis Apoſtolicis extra duas urbis portas ſponſæ adventum expectabat, quâ viſa in amplexus ambo venêre. Ubi hæc facta ſunt Senenſes marmoreum lapidem erexerunt, qui adhuc cernitur à cunctis. Demum Romam ubi à Nicolao Papa quinto maximo cum honore ſuſceptus & coronatus eſt anno Domini MCCCCLII. die XVIII. menſis Martii. Habuit Fridericus ex præfata conjuge liberos, primo Chriſtofforum, quem in matura ætate mors abſtulit, & Maximilianum Ducem Burgundiæ cum filia Kunigunda (c) uxore Ducis Alberti in Bajoaria, de quo in ſequentibus patebit. (c)

CAPUT LIIII.
De quibusdam illius tempore geſtis.

ANno Dom. MCCCCL. tempore Nicolai V. jubileus cum magna devotione per totam Chriſtianitatem celebratur & ingens multitudo ad limina Apoſtolorum confluit, & ſanctiſſimus Pontifex Roſam in Dominica Lætare conſecratam, inclyto Principi Landgravio Haſſiæ tranſmiſit multis virtutitutibus redimito, qui ab Elizabeth ſancta matre ſua fuit proles ſexta.

(c) Extant in Bibliotheca Bavarica gemini codices membranei, qui precum familiarium formulas ad uſum Cunigundæ hujus continent, auro & picturis ſcitiſſimè ornati, in horum priori ex una parte Friderici Cæſaris, triumque filiorum ejus adhuc puerorum Chriſtopheri, Maximiliani & Joannis, ex altera Leonoræ Auguſtæ duarumque filiarum ejus Helenæ & Cunigundæ imagines exhibentur.

Bella etiam permaxima in diverſis partibus diu etiam continuata ſurrexerunt. In Anglia enim & Germania, in Gallia, Flandria, Pannonia, Pruſſia, in Swevia, in Apulia, cædes, rapinæ, direptiones, incendia, devaſtationes ſecutæ ſunt. Nam anno Domini MCCCCXLVIII. IV. Kal. Sept. hora ſexta factus eſt ſolis defectus, & poſt anno MCCCCLXI. Maguntia capitur.

Anno Domini MCCCCLXXI Fridericus Imp. magnam fecit convocationem Principum in Ratispona propter incurſum Thurcorum proponens eis, quia jam infra XX. annos Chriſtianitas diminuta eſſet ad centum leucas vel quaſi, monuitque cunctos, ut ad reſiſtendum pararent.

CAPUT LV.

De expugnatione Conſtantinopolitanæ urbis.

ANno Domini MCCCCLIII. temporibus Friderici III. Romanorum Imp. CPlis urbs fortiſſima Orientisque imperii ſedes, hoc anno, IV. Kal. Junii a Machumeto Turcarum Imperatore per L. dies obſeſſa vi & armis expugnatur, diripitur & fœdatur anno regni Machumeti tertio; qui coactis undique copiis eandem urbem terra marique aggreſſus. Capta urbe & in ingreſſu portæ octingenti milites ex Latinis Græcisque perierunt, & Turci jam ſuperiorem murum tenebant, ſaxa in cives devolvunt, & cæſis omnibus in rapinas itum eſt. In hujus urbis captione Conſtantinus Paleologus, & ipſe matre Helena genitus Orientis Imperator capite truncatur. Edictum eſt quoque à Turcorum Principe ut a ſex annis ſupra omnes utriusque ſexus perſonæ necarentur, Sacerdotes & univerſi Religioſi & Monachi diverſis tormentorum generibus necati ſunt. Reliquum omne vulgus gladio datum. Tanta ſanguinis effuſio ut rivi cruoris per urbem currerent. Sic nobiliſſima urbs per Conſtantinum primum condita in manus infidelium venit, ab ejus conditione MCXXX. vel circa. Quibus geſtis omnia in prædam dedit, ſacra templa fœdavit. Poſtmodo Thurci varia & inexcogitata nefanda peregerunt. Et fit planctus in tota Chriſtianitate & timor maximus. Imperatoris etiam corpus jam mortuum decapitatum fuit ex livore Thurci. Multi interfecti, innumerabiles etiam venditi. Periit pro majori parte fidès in Græcia.

CAPUT LVI.

De quibusdam victoriis Chriſtianorum contra Thurcos.

ANno Dom. MCCCCXLIIII. Julianus Cæſarinus Cardinalis Diaconus Chriſtianæ Religionis ferventiſſimus amator zelatorque fidei, Legatus ab Eugenio ſummo Pontifice ad Ungariam pro componenda pace inter Ladislaum Poloniæ Regem (quem Hungari mortuo Alberto *) & uxorem Alberti Regis defuncti miſſus, apud Budam (aliàs Ofn) regni Ungariæ caput, inter ipſos optimum pacis fœdus compoſuit, Regemque præfatum Ladislaum omnesque Ungaros deduxit, ut magno comparato exercitu contra Thurcos Europam occupare volentes proficiſcerentur. Qui Thurcorum fines cum exercitu ingreſſi inter Danubium flumen & Adrianopolim a ſolis ortu uſque ad occaſum cum hoſtibus pugnantes, ad quadraginta Thurcorum millia eo in conflictu occiderunt, inter quos decem & octo ex primoribus eorum Principibus cecidere Sed proh dolor! Rex Ladislaus in eodem bello ſagitta ſaucius interiit. Sunt, qui aſſerunt, caput ejus in haſta appenſum ſive affixum & in ſignum victoriæ per Thurcos in omnibus Aſiæ civitatibus per Thurcorum Cæſarem oſtenſum miſſumque in Chriſtianorum opprobrium. Julianus autem Cardinalis mortuo Rege Ladislao cæteros exhortans, dum Chriſtiani quidam ex multitudine Thurcorum novo exercitu, ut dicunt, obveniente, terga verterent, pro Chriſti nomine occubuit; Thurcorum autem Cæſar tremebundus ad ſua rediit; dixiſſe fertur, talem victoriam nunquam optare.

* laborat ſenſus, ut ſæpè alias.

CAPUT LVII.

De bellis Thurcorum & eorum fuga atque victoria.

ANno Domini MCCCCLVII. Maumethes Thurcorum Imperator ad Thaurum oppidum, quod nunc Albam dicunt, ad Savum Danubiumque ſitum a paucis Chriſtianis cruce ſignatis fugatus, & caſtris exutus eſt. Joannes Cardinalis genere Hiſpanus, Cardinalis S. Angeli magnas illic copias comparans, quocum erat Joannes Capiſtranus, populum exhortans maximam ſtragem Thurcorum parvo cum exercitu dederunt.

Bellum hoc geſtum eſt in die S. Sixti, qui eſt VIII. Idus Auguſti, ideo Calixtus Papa tertius eo die transfigurationem Domini inſtituit celebrari.

Circa idem tempus Turci confinia Fori Julii aliaque flumina tranſierunt, plures Chriſtianos utriusque ſexûs & ætatis, captivos abduxerunt cum multorum ſanguinis effuſione.

Anno Domini MCCCCLXX. venit ipſe Thurcus Imperator perſonaliter ad expugnandumEboyam civitatem ſeu alias dictam Nigroponte, eò maximo cum exercitu maritimo & equeſtri, & cum maxima ſanguinis effuſione obtinuit eam poſſeditque uſque MDIIII. venit eò cum CCCC. navium claſſe, inter quas triremes CC. erant & equitum centum millia. His Eubæam aggreſſus Chalcidem expugnavit ſubvertitque magna tamen ſuorum cæde.

Sunt, qui dicunt eandem nobiliſſimam urbem terra marique fortiſſimam per quemdam præfectum fuiſſe traditam Thomam videlicet Liburin cognominatum. Veneti inſuper claſſem peroptime ornatam atque fortem in ſubſidium & tutelam urbis & civium miſerant, ſed negligenter in mari hinc inde vagantes, fideliſſimos cives ſe viriliter defendentes de eorumq; adventu & aſpectu multum gaudentes opprimi permiſerunt; patrono navium ex formidine (vel diſſimulatione ut aliqui dicunt) immobili uno in mari loco perſiſtente. Cives autem dum ſe undique derelictos auxilioque humano deſtitutos viderent, proditorem ſuperius nominatum dignis ſuppliciis crudeliter interemerunt. Demum capta urbe omnes Italici generis puberes palis acutiſſimis fecit affigi, alios ſaxis eliſit, alios ſectos per medium diviſit, aliis variis pœnis, horrendisque cruciatibus interfecit, Græcanicam tantummodo gentem ſub haſta vendidit. Patrono autem Venetorum ad ſua redeunte, per Venetos in exilium relegatus & cum omnibus ſuis perpetuo profligatus a civitate Venetiarum in oppidum, cui eſt nomen Utinum.

Anno Dom. MCCCCLXXII. per menſem Januarium circa feſtum S. Agnetis cometa apparuit viſusque per multos dies. Duravit enim diebus LXXX. & ſequenti anno ſiccitas incomparabilis ſubſecuta eſt, & peſtilentiæ bellaque cruentiſſima pluribus in locis evenêre. Eodem anno urbs Erfordienſis Thuringorum capitur & majori ex parte combuſta eſt. Inſuper Eccleſia Kathedralis glorioſæ Virginis, S. Severi, Martini in Bruleto ſacri fontis exuſta eſt.

CAPUT LVIII.

De Rhodis obſidione per Thurcos.

ANno Domini MCCCCLXXX. Thurci Rhodenſium urbem poſt Conſtantinopolim expugnantes, terra marique obſederunt. Mahumetes enim Thurcorum Imperator cum ingenti claſſe maximaque bellatorum vi Rhodum petens, velorum centum urbem applicuit decimo Kal. Junii anno prænotato. Militibus enim in vertice montis S. Stephani primum poſitis, circa eundem montem caſtra metatus eſt, & per tres menſes urbem bombardis aliisque miſſilibus inceſſanter per Duces ſuos oppugnavit. Sed Petrus Dabuſon magnus Rhodiorum militum Magiſter Chriſtianæ Religionis amantiſſimus prudentiſſimusque zelator divina etiam favente gratia ſuorumque auxilio Turcas fudit, fugavit, plures interfecit, tantoque impetu eos terruit, ut etiam Thurci ſibi ipſis necem inferrent. Fama ſatis conſtat Thurcos viſione miraculoſa exterritos fuiſſe, majorem enim exercitûs ſui partem amiſit. Fatendum eſt hanc victoriam cœlo dimiſſam eſſe, cum tam parva militum copia hoſti potentiſſimo jam muris potito reſtitit. Exactis enim LXXXIX. diebus Thurcorum Imperator cum clade & ignominia ad ſua revertitur. Petrus autem Magiſter militum natione Hiſpanus, de quo dictum eſt, à Papa Sixto IIII. & cæteris omnibus Europæ Chriſticolis pecuniis adjutam laceratam inſulam diligentiſſima cura reſtituit, & celebriorem fecit.

His diebus Thurcus inferiorem ingreſſi Myſiam magna cæde ſternuntur, deinde magnam Genuenſium urbem Capham, quam ad Mæothidem adhuc poſſidebant Genuenſes, expugnant. Civitas populoſa & mercationibus plurimum apta hoc anno a cive quodam Genuenſi (ut aſſerunt) eam prodente in manus Thurcorum devenit, in littore Euxini maris poſita.

CAPUT LIX.

De captione civitatis Ydruntinæ.

THurcorum autem Imperator poſtquam urbem Rhodenſium inſulam ignominioſe relinquere cogebatur, arbitrans ignominiam illam, quam à Rhodianis accepiſſet in cæteros Chriſti cultores poſſe retorquere. Inſtaurat igitur denuo claſſem validiſſimam, magnoque collecto exercitu civitatem Ydruntinam obſidet. Eſt enim in Apulia provincia civitas quædam Archiepiſcopali ſede inſignis valde, populoque, multitudine & rerum omnium opulentia non minime præſtans, Ydruntum appellata, unius noctis navigatione a civitate Velona, quæ in Thurcorum eſt poteſtate, diſtans. Hanc ipſam Thurci poſt aliquot dierum obſidionem & murorum ejusdem everſionem bello cruentiſſimo vi & armis ceperunt, expugnaverunt, ſpoliaverunt viris partim cæſis partim acerbiſſimo ſervitutis jugo ſubjectis, matronis ſtupratis, virginibus raptis, ſanctimonialibus fœdatis, adoleſcentibus horribiliter trucidatis, ſenibus boum & equorum calcibus conculcatis, Sacerdotibus etiam in Eccleſia pro defenſione fidei humiles preces inſtanter Altiſſimo porrigentibus, ferarum more jugulatis, & ipſo Archiepiſcopo Moguntino ſene & annoſo pontificalibus induto, ſanctiſſimam Crucem tremulis manibus tenente, ſera lignea crudeliter in fruſta diviſo, prægnantibus quoque cum ſemivivis corpuſculis inaudita crudelitate dilaniatis atque dilaceratis, & demum civitatem Ydruntinam in eorum ditionem redactam ad libitum muris & aliis defenſionibus multitudineque populi munierunt. Tandem ipſo Turcorum Imperatore non longe poſt hoc ex hac luce ſubtracto ſcilicet Mahumeto filius ejus in regno ſucceſſit, præfatam civitatem Regi reddidit Neapolitano, unde uſque in præſens poſt illam horribilem Thurcorum devaſtationem civitas Ydruntina Chriſtianis inhabitatur.

CAPUT LX.

De morte Mahumeti præfati & ejus ſucceſſoribus.

ANno igitur Domini MCCCCLXXXI. quinto nonas Maij Mahumeth octavus ex clariſſima Ottomanorum familia Thurcorum Imperator Amurathi Principis filius, moritur ad inferos deſcendens poſtquam in Aſia & Græcia XXXII. regnaſſet annis, anno ætatis ſuæ LVIII. dum in expeditionem contra Hungaros proficiſceretur non ſine veneni ſuſpicione extinctus, CPolin delatus ſepelitur. Hic tyrannus atrociſſimus ſanguinem Chriſtianorum ſitiens, multa prælia geſſit, patrem ſuum in bellicis rebus ſuperans multas Græcorum urbes in Europa ſitas occupavit, & cepit, Cpolin cepit, & ſpoliavit poſſeditque uſque in præſens, Peloponeſum devaſtavit ſubjugavitque, Achaiam quoque, Achraniam, Epyrum & majorem Macedoniæ partem atque Bulgariam cum Raſcia & Servia Walachiam etiam & Boſniam devaſtans. Demum & Mitilenem nobilem Genuenſium urbem cepit, dehinc Synopem & Trapezundam diripuit, Eboiam Venetorum inſulam invaſit. In Aſia minore duodecim regna obtinuit, Pontum videlicet, Bithiniam, Capadociam, Paphlagoniam, Ciliciam, Pamphiliam, Liciam, Cariam, Lydiam, Phrygiam, omnemque Moream occupavit. Duos legitimos poſt ſe relinquens Bajacethum regnorum ſucceſſorem Zaliabumque, alios verò innumerabiles quodammodo a latere filios habuit.

Bajacetus vero poſt patrem ſtrenue ſatis ſe habuit. Zaliabus vero in cuſtodiam Innocentii Papæ Octavi Summi Pontificis traditus poſtea poſt aliquot annos moritur, temporibus Maximiliani Romanorum Regis.

Anno Domini MCCCCLXIII. Steffanus ſuperioris Myſiæ Rex doloſe a Thurcorum Rege vocatus, captus, decoriatusque vitam regnumque amiſit.

Anno Domini MCCCCLXVII. Mahumethes Turcorum Imperator Syrios Ægyptiosque magno prælio ſuperat anno regni ſui XIII. Annò Dom. MCCCCLXX. idem Imperator CCCC. navium claſſe inter quas erant CCC. triremes & equitum centum millia Eboiam adortus Calcide trigeſimo die expugnat ſubvertitque magna ſuorum cæde.

CAPUT LXI.

De quadam victoria Mathiæ Regis Ungariæ contra Thurcos.

ANno Domini MCCCCLXIIII. Mathias Rex Ungariæ anno regni ſui VI. coronam regni e manibus Friderici Romanorum Imperatoris magna cum difficultate obtinuit, atque in Cœna Domini magna cum ſolennitate coronatus eſt apud Albam Regalem. Poſt hæc Mahumetem Turcarum Imperatorem in expugnatione Caſtri Jaytza in fugam vertit relictis machinis, & tormentorum generibus inglorius in Thurchiam rediit.

Poſtea anno MCCCCLXXVI. idem Rex Mathias caſtellum Thurcorum fortiſſimum Sabatz nominatum ad litus fluminis Saue vel Savi tempore hyemis ſub rigore obſedit, & dum Rex Mathias acrius bello inſiſteret, Thurci rapto comite Joanne de Witibitz ab exercitu Regis ad caſtellum præfatum munitiſſimum eo interfecto caput ejus abſciderunt cum flaveſcente copioſaque coma haſtæ ſuffixum ad terrorem exponi juſſerunt, Mathias autem Rex indignatus vi aggreſſus deditione cepit ac expugnavit ingenti gloria.

Noviſſimè Thurci anno Domini MCCCCXCII. iterato caſtellum invaſerunt, ſed ab Hungaris viriliter repulſi ad propria redierunt.

Leodium Galliarum clariſſima & potentiſſima civitas anno Domini MCCCCLXVIII. deſtruitur per Karolum Ducem Burgundiæ, præſente & favente Ludwico Francorum Rege, eo quod Leodienſes Epiſcopum eorum e ſede ſua expuliſſent minus juſtè.

CAPUT LXII.

De Karolo Duce Burgundiæ.

IStis temporibus circa annum Domini MCCCCLXX. vel paulo poſt Karolus Dux Burgundiæ Nuſſiam Colonienſis agri civitatem ad Rheni flumen quatuor milliaribus a Colonia diſtantem obſedit per annum quaſi integrum, ſed Fridericus Romanorum Imperator maximo cum Alemannorum exercitu adveniens obſeſſis auxilium præſtans, & poſt aliquot dies inito fœdere Karolus diſceſſit in Belgas. Fuit autem Karolus iſte in actibus militaribus ſtrenuiſſimus, Deo devotus, ac juſtitiæ amator, rerumque geſtarum magnificentia ac animi magnitudine cæteros præcellebat Principes. Primo memorabile bellum cum Francorum Rege habuit propè civitatem Pariſienſem, de quo fugatis hoſtibus victorioſiſſimè triumphavit, & per multa bella victorioſus ſemper permanſit, tandem cupidine dominandi latiſſimè ductus contra Reinardum Lotharingiæ Ducem & Swiceros aliasque communitates illis confœderatas bellum habuit maximum, tribusque præliis ſuperatus in ultimo tandem occiditur.

Sunt, qui æſtimant eum in fuga a ſuis fuiſſe occiſum, ejus Sepulchro tale Epitaphium inciſum eſt:

Te tæduit pacis, tæduitque quietis in vita,
Hic jaces Karole jamque quieſce tibi.

CAPUT LXIII.

Summorum Pontificum continuatio.

CAlixto igitur Papa tertio ex humanis occumbente ſucceſſit ei Papa Pius ſecundus, prius Æneas Sylvius dictus, Poeta laureatus, Senis oriundus. Eligitur anno Domini MCCCCLVIII. ſedit annis ſex minus ſex diebus. Friderici III. Romanorum Regis ambaſiator & cancellarius ejusdem.

Paulus II. patria Venetus, eligitur anno Domini MCCCCLXIIII. pridie Kal. Decembris. ſedit annis VII. fuit filius ſororis Eugenii Papæ, moritur tandem apoplexia anno Domini MCCCCLXXI. V. Kal. Auguſti, ſecunda hora noctis.

Sixtus IIII. eligitur anno Domini MCCCCLXXI. Franciſcus antea vocatus, Generalis Ordinis Minorum, vir utique benignus & bonæ famæ tenuit Pontificatum annis XIII.

Anno Sixti primo Bernardus Juſtinianus Venetorum orator recitavit coram eo, quod Thurcus abſtuliſſet Chriſtianitati duo imperia, quatuordecim regna, XX. provincias & ducentas urbes, populumque abſque numero utriusque ſexus, hortabatur quoque ut ad reſiſtendum ſe diſponeret.

Innocentius VIII. patria Genuenſis, præfuit Eccleſiæ annis VIII. moritur tandem XXVI. die menſis Julii anno ſalutis MCCCCXCII. hic Leopoldum Ducem Auſtriæ dudum defunctum ob crebra ejus miracula enarrata in Sanctorum numero Confeſſorum aggregavit. Ejus temporibus in diverſis partibus & præcipue inter Carolum Francorum & Maximilianum Romanorum Reges controverſiæ ſunt exortæ.

Alexander VI. natione Hyſpanus ex Valentia civitate oriundus Epiſcopus Portuenſis poſt Innocentium XXVI. die Auguſti Pontifex creatur, tenuitque pontificatum annis XI. fuerunt tempora turbulenta & inquieta. Moritur anno Domini MDIII.

Pius III. prius Alexandrinus eligitur, vir utique humanus, benignus & Alemannorum amator. Optima ſpes fuit de eo ſi ſupervixiſſet, moritur pontificatus ſui die XIII. vel ut alii volunt ultra XXIIII. dies non ſupervixit.

Julius III. Cardinalis S. Petri ad vincula admodum ſenex, aſtutus, doctus eligitur anno Domini MDIII. poſt Michaelis, de quo in ſequentibus circa finem libri hujus habetur.

CAPUT LXIIII.

De quibusdam Friderici Imperatoris geſtis.

ANno Domini MCCCCLXXXVII. Fridericus Imperator Conventum magnum Nurmbergæ pro auxilio ferendo contra hoſtes ſuos & pro fide Chriſtiana habuit, & ibidem Principes Germaniæ congregari fecit. Eo quoque tempore bella inter Sigiſmundum Archiducem Auſtriæ contra Venetos ſedata ſunt. Poſtea Anno MCCCCXCI. Maximilianus Romanorum Rex non minorem Diætam congregationemque Principum Nurmbergæ habuit, multa de unione pace concordiaque pertractans.

Anno Domini MCCCCXC. die XII. menſis Julii in regia urbe CPolitana ingens tempeſtas prius inaudita delævit, antiquam columnam imaginis Conſtantini quondam Imperatoris minime læſit, octingentas autem domos ignis tempeſtasque conſumpſit & hominum tria millia: ut nec lignum nec forma ædificiorum illic remanſerit, Chriſtiani autem id providentiæ divinæ attribuunt.

CAPUT LXV.

De expugnatione regni Granatæ.

ANno Dom. MCCCCXCII. ſeptimo die Januarii Ferdinandus Luſitaniæ & citerioris Hiſpaniæ & Arragoniæ Rex unà cum Elizabeth uxore ſua ac Pares & Potentatus cum exercitu decem millia equitum & quinquaginta millia peditum electorum urbem Granatam intrarunt, & ejus poſſionem libere acceptârunt ac Meſquitam (hoc eſt templum Saracenorum) majorem in Eccleſiam dedicari mandaverunt. Meles ſiquidem Rex Maurus genere & religione Mahumetanus in Bethica provincia ulterioris Hiſpaniæ plaga, quæ Granata nuncupatur, uſque ad prædicta, eam poſſidebat in eaque regnavit. Hujus Provinciæ ager excellentiſſimus perhibetur, eo quod, quæ ad humanum victum quam neceſſaria ſunt, affluentiſſime gignat, montes ejus & flumina aurum & argentum producunt, armenta & pecudes nutriet ſine numero. Ferdinandus autem, de quo jam dictum eſt bellum malacenſe primo peregit anno Domini MCCCCLXXXVII. expugnataque urbe Malaca, tandem poſt longam obſidionem civitatis Granatæ, quæ incœpit a menſe Majo anni MCCCCXCI. Saraceni Mauri deducti ad magnam rerum inopiam deſperantes de auxilio poſt infinitos conflictus bellicôs XXV. Novembris pacta deditionis concluſa fuerunt, poſtea XCII. ſequentis anni ut ſuperius dictum eſt, Ferdinandus civitatem obtinuit, poſſidentque eam Chriſtiani uſque in præſens MDIIII. his diebus fuit quidam Heremita Nicolaus nomine, qui in ſuperiori Alemania & Suevia per vigenti annos abſque humano cibo vixit. Locus iſte ſuæ habitationis non longe diſtat a civitate Lucern in Diœceſi Conſtantienſi, demum ſenio confectus obiit in pace & ſepultus in Parrochia ſua.

CAPUT LXVI.

De imperio Maximiliani Rom. Regis.

ANno Domini milleſimo quadringenteſimo LXXXVI. die decima menſis Januarii Maximilianus Auſtriæ Burgundiæque Dux & filius Friderici III. Rom. Imp. Franckfordiam urbem ingreſſus, & demum die ſedecima Februarii peracto officio Dominico in Eccleſia S. Bartholomæi ab Electoribus imperii obſervato ordine bullæ aureæ felici conſeſſu annuentibus in Regem Romanorum electus eſt.

Poſtea eodem anno, decima menſis Aprilis in civitate Aquenſi maxima cum ſolennitate corona Caroli Magni ex archivis Nurmbergenſium coronatus fuit. Imperavit cum patre annis VII. defuncto autem genitore ſuo, Friderico videlicet Romanorum Imperatore anno Dom. MCCCCXCIII. imperavit uſque in præſens anno MDIIII.

Fuit autem Maximilianus uſque in præſens vir ſumma virtute decoratus, & in rebus militaribus admodum exercitatus, humanitate & liberalitate cunctos Reges antecedens. Rex certe digniſſimus nec ulla vitiorum labe notatus, venationi tamen cauſa recreationis admodum operam dedit. Fuit inſuper ſtrenuus, magnanimus & in-

per

ter cæteras virtutes humillimus, miſericors & Princeps utique Chriſtianiſſimus.

Hic tempore juventutis in Burgundiam acceſſit & Mariam filiam Ducis Caroli Ducis illuſtriſſimi ſibi in conjugem deſponſavit, & ob hanc cauſam Burgundiæ ducatum ſibi vendicavit, genuitque ex Maria conjuge ſua filium, Philippum Burgundiæ Ducem & filiam unicam Margaretham nomine. Mariæ autem præfati Maximiliani conjux non diu ſupervivens caſu equi currentis delapſa in quadam venatione, ut volunt aliqui *fractis cervicibus expiravit.

* malè docti.

CAPUT LXVII.

De geſtis Maximiliani Rom. Regis.

Maximilianus igitur Rex poſtquam ducatum Burgundiæ obtinuerat, provincias ducatui ſuo annexas ſubjectasque ſibi vendicavit, Brabantiam videlicet, Lymburgum, Lucenburgam, Gelriam, Flandriam, Hollandiam, Zellandiam, Friſiam aliasque urbes & civitates ſibi ſubjugavit, & poſtea Philippo unico filio omnia reſignans, ipſe negotiis Romani imperii incumbens.

Anno igitur Domini MCCCCXCI. conventionem Principum Nurmbergæ permaximam peregit per dies plurimos, ut pacem nedum Germaniæ ſed toti orbi ordinaret, Prælatos, Principes & communitates admonuit, ut huic ſalubri expeditioni contra infideles adjumento eſſe poſſet.

Poſtea idem Maximilianus adempta a Domo Auſtriæ per Mathiam Regem Ungariæ genitori, reſtituit, pacemque Ungariæ dedit, recepta tamen prius Wienna urbe potentiſſima, obſeſſa, expugnataque Alba regali civitate ditiſſima.

CAPUT LXVIII.

De interfectione nigræ legionis & quibusdam geſtis Regis Maximiliani.

Dum autem Rex Maximilianus per biennium pacem Hungariæ Auſtriæque dediſſet, reſtabant adhuc reliquiæ exercitus Mathiæ Ungariæ Regis, quas nigram legionem vocabant, qui tædio longæ pacis affecti partito agmine in diverſas utriusque Pannoniæ partes eruperant: duo millia ad confinia Moraviæ & Auſtriæ infeſta acie conſederant, fortalicio, quæ ipſi gentiliter tabernam vocant, ſe munientes, ex quo excurſionibus ſuis omnia loca cædibus & latrociniis turbabant, qui tandem Friderici Cæſaris juſſu obſidione ejecti expugnatoque fortalitio multis ex his cæſis aliisque captis, qui ſeptingenti ſupererant, hi oppidis & Baronibus, quorum fines invaſerant, traditi ſunt, ut digna illis ſupplicia irrogarent. Itaque trecentos ferme Wiennenſes laqueo necarunt, cæteros Eycingerus ſuſtulit, partim excoriatos partim ad rogum [illegible] partimque coctaliciis furnis immiſſos, vita illos privavit.

Iſte Maximilianus ſecundò anno ſui dominii in ducatu Burgundionum prope Flandriam cum Gallis maximum habuit bellum victoria dignum, in quo magna cum victoria Francorum potentiam ſuperavit. Maximilianus autem Romanorum Rex dum in Flandria quosdam ſibi rebelles compeſcuiſſet, aliaque pro utilitate Dominii ſui glorioſe fideliterque peregiſſet a civibus de Pruggis in Flandria doloſe intra civitatem præcluſus & in cuſtodiam honeſtam poſitus, tandem adveniente Friderico Cæſare Coloniam multisque Germaniæ Principibus ſibi adjunctis eum liberavit, inter hos Principes fuerunt Chriſtoferus Bavariæ Dux, vir animoſiſſimus, audaciſſimus & ad omnia exercitia militaria promptiſſimus. Frater quoque ejus Wolfgangus, Marchio de Baden & alii proceres. Provinciam Flandriam plurimum devaſtarunt. Huic Maximiliano poſt obitum Mariæ primæ uxoris ejus, de qua ſuperius dictum eſt, copulata fuit Duciſſa Britanniæ, ſed doloſe & fraudulenter per Karolum Regem Franciæ intercepta, qui & per quamdam ut dicitur diſpenſationem Innocentii Papæ VIII. idem Karolus acceperat in uxorem, ex qua copulatione multa ſecuta ſunt mala longo tempore.

Maximilianus autem ultimo alteram accepit uxorem filiam Ducis Mediolanenſis, de qua nullam habuit prolem uſque in præſens anno Domini MDIIII.

Anno Domini MD. Maximilianus Rex magnam fecit congregationem Principum in Auguſta Vindelicorum urbe, multa proponens, quæ Reipublicæ utilia fuerant & perneceſſaria valde.

CAPUT LXIX.

Continuatio Hiſtoriæ Bavarorum de Philippo Palatino Rheni & ejus filiis.

Defuncto igitur Ludwico Palatino Rheni ſucceſſit ei in principatu Philippus filius ejus vir prudens & aſtutus valde. Hic accepit in uxorem Ludwici inferioris Bavariæ Ducis filiam, quæ ſibi genuit octo filios, Ludwicum videlicet, Rupertum, Philippum, Chriſtoforum, Joannem, Georium, Heinricum & Ottonem, ſex quoque filias habuit, quarum unam Annam nomine Landgravio Haſſiæ in uxorem dedit, mortuo autem Landgravio in quadam venatione de equo cadente ex improviſo, uxor ejus Philippo Palatino genitori reſtituitur.

Rupertum verò procurante Duce Georio adminiſtratorem Friſingenſi Eccleſiæ præfecit, qui poſtea procurantibus Philippo genitore ſuo & præfato Georio inferioris Bavariæ Duce, accepit in uxorem Elizabeth filiam Georii Ducis, qui fuit frater matris Ruperti. Hoc dicunt per diſpenſationem Alexandri Papæ ſexti factum fuiſſe, ea intentione ut ducatus inferioris Bavariæ in poteſtatem Palatini deveniret, ex quo matrimonio, defuncto Duce Georio multa ſecuta ſunt mala. Albertus enim & Wolfgangus ſuperioris Bavariæ Duces veri & legitimi hæredes & in quarto gradu conſanguinitatis cum Georio Duce præfato fuerunt, ut patet ex literis admodum firmatis & ab anteceſſoribus eorum datis & ſigillatis.

Poſtea verò cum Rupertus filius Philippi relicto Epiſcopatu Friſingenſi matrimonium contraxiſſet, ſucceſſit ei in officio adminiſtrationis præfatæ Eccleſiæ Friſingenſis Philippus frater ejus, qui adhuc adminiſtrator exiſtit anno Domini MDIII.

Temporibus Friderici III. Imp. Rom. Philippum Palatinum jam dictum genitore ſuo Ludwico defuncto ex filia Regis (Siciliæ nato) adhuc infantem, Fridericus Palatinus frater Ludwici Palatini conſentientibus terræ ſuæ potioribus arrogavit, uſurpavitque gubernationem Provinciæ tanquam Dominus, Electorem Imperii ſe dixit, cœlibatum & ſine uxore eſſe in perpetuum promiſit, ne arrogato filio uxorem ducens præjudicium faceret.

Rogatus Nicolaus Pontifex quintus id genus adoptionis confirmavit; recuſavit Imperator Fridericus ſæpe multum requiſitus, cui poſtmodum in tractandis & ordinandis imperii negotiis Fridericus Palatinus per calliditatem multis modis reſtitit, in detrimentum forte generis, utilitatis Eccleſiæ & imperii, quæ vero poſtmodum Philippus Palatinus fecerit & Maximiliano piiſſimo Regi aut per ſe ſive per alios inſidioſus fuerit, iſtud Deus novit.

CAPUT LXX.

De Alberto ſuperioris & inferioris Bavariæ Duce.

DEfuncto igitur Alberto cognomento *Pio* Bavarorum inclyto Principe, de quo ſuperius in capitulo XLV. dictum eſt, ſucceſſerunt ei in ducatu duo filii ejus ſeniores Sigiſmundus videlicet & Johannes, quorum temporibus diverſæ oriebantur controverſiæ; & poſt paucos annos Johannes ex peſtilentia (ut aſſerunt) dies ſuos clauſit extremos, , videlicet Anno MCCCCLXIII. Poſtea Alberto de Padua e generali ſtudio revertente, fit conventio provincialis de negotiis, & ducatûs regimine pertractando.

Albertus igitur ut erat vir prudens & juſtitiæ amator, principatum conſentientibus provincialibus aſſumpſit, & ad tempus cum Sigiſmundo fratre ſuo provinciam rexit, amoto autem Sigiſmundo, qui ad regendum anhelabat minime ſed potius quiete vivere optabat, Albertus ducatum ſolus obtinuit circa annum Domini MCCCCLXVI.

Habuit denique Albertus quoſdam nobiles inferioris provinciæ, qui ſibi adverſabantur, quos tamen viriliter compeſcuit, & ſibi ſubjugavit, plures ſiquidem ex iis Duci Chriſtofero fratri Alberti favebant; quæ propter multa ſecuta ſunt incommoda.

CAPUT LXXI.

De uxore & filiis Alberti.

ANno Domini MCCCCLXXXV. vel circa id tempus accepit idem Albertus in uxorem filiam Friderici III. Rom. Imp. Kunigundam nomine virginem utique nobiliſſimam Deoque valde devotam, quæ ſibi genuit tres filios & quatuor filias. Primus dictus eſt Wilhelmus, alter Ludwicus, tertius vero Erneſtus vocabatur. Filia ſenior Sydonia, altera Sabina, tertia Suſanna, quarta vero puerili ætate defuncta eſt, de quibus poſtea loco ſuo patebit.

Anno verò Domini MCCCCXCII. Fridericus Romanorum Imperator, præfato Duci Alberto bellum indixit, auxiliantibus ſibi principibus & proceribus plurimis cum adjunctis civitatibus imperio ſubjectis & præcipue iſti ligæ aut confœderationi in tota Swevia ſimiliter aſtricti ſunt. Inter quos Fridericus Marchio Brandenburgenſis ex mandato Imperatoris capitaneus fuit, hi tempore æſtivali Bavariam manu armata & cum exercitu valido Bavariam prope Landſpergam occupantes, ſed tamen ſatis benigni fuerunt, nemini damnum inferentes, ſed prope villam Kaufringen & Opffenhauſen expectabant quouſque res concordata fuit per Maximilianum Romanorum Regem, qui ſe huic diſcordiæ interponebat. Cauſa hujus diſſenſionis fuit propter Ratiſponenſem urbem, quam ſibi Albertus Bavariæ Dux conſentientibus civibus uſurpaverat ſuoque dominio appropriavit. Habuit hic idem Albertus magnum dominium magnam jurisdictionem & privilegia tam intra, quam extra & prope civitatem illam. Ea enim civitas quondam Principibus Bavariæ paruit fuitque caput Noricæ gentis & ab eis primitus conſtructa. Sunt, qui dicunt Imperatorem præfato Alberto injuſte bellum pro hac re intuliſſe. Facta autem concordia Albertus Ratiſponam Imperio reſtituit, ſalvis juribus, privilegiis & dominiis ſuis.

CAPUT LXXII.

Quo anno idem Albertus in Capitaneum Romani Imperii electus eſt.

ANno Domini MD. facta eſt congregatio Principum Germanicæ nationis, conveniebantque & confluebant in Auguſtana Vindelicorum urbe nobiles & communitates tam ſpiritualis quam ſecularis dignitatis, procurante & mandante Maximiliano inclyto Romanorum Rege propter ſacri Romani Imperii ſubventionem contra Thurcos & alios quoſcunque Romano Imperio rebelles & adverſarios, factæ ſunt ibidem plures conſtitutiones & ordinationes perutiles, ſed quædam minus ſortitæ ſunt effectum propter aſtutiam & diſſenſionem quorumdam Principum: videntes autem tam Rex quam cæteri Principes quod perneceſſarium foret pro reipublicæ utilitate quatenus capitaneus eligeretur Generalis, Albertum præfatum Bavariæ Ducem omnium conſenſu, annuente & conſentiente Maximiliano Rege Sereniſſimo, in Generalem Sac. Rom. Imp. capitaneum elegerunt. Fuit enim Princeps ſingularis prudentiæ, honoris cupidus, juſtitiæ tenax, rigoroſus, pacificus ſed venationis quam plurimum oblectans, eam admodum diligebat fovebatque. Eccleſias Cathedrales * duas ex Schliers videlicet & Illmünſter tranſtulit ad Monacum, Sixto Friſingenſis Eccleſiæ Antiſtite multum reſiſtente, ſed & eo defuncto Philippus ſucceſſor ejus & adminiſtrator Friſingenſis, qui & filius extitit Philippi Palatini Rheni eandem proſecutus eſt cauſam in Romana curia, ſed Albertus hucusque victor extitiſſe cernitur.

* *Collegiatas* dicere debuit.

His temporibus Carolus Rex Franciæ, regnum Neapolitanum ſibi uſurpavit. Sed poſtea Rex Hiſpaniæ Gallos ſeu Francos cruento bello ſuperavit, regnumpue Neapolitanum manu armata obtinuit, cui Maximilianus Romanorum Rex ex Almannia bellicoſiſſimos viros in auxilium miſit, quorum audacia atque animoſitate Rex Hiſpaniæ multa geſſit prælia & glorioſe de inimicis triumphavit.

CAPUT LXXIII.*

* In Codice meo hiat.

CAPUT LXXIIII.

Wilhelmus igitur primogenitus ex Kunigunda matre nobiliſſima filia Friderici III. Imp. Rom. natus, in primæva floridaque ætate ſtudio litterarnm deditus, in brevi tempore ita eloquens & facundus evaſit in ſermone, ut coram quibuſdam Principibus doctiſque viris ſermonem oratorium faceret ab omnibusque plurimum honorabatur.

V. Cl.
JOANNIS AVENTINI
ORIGINES RATISPONENSES
vernaculè conſcriptæ.

* * *

Ex Cod. MSC. chartaceo Bibliothecæ Boicæ
deſcripſit atque edidit
ANDREAS FELIX OEFELIUS
Ejusd. Biblioth. Præf.

Monitum prævium Editoris.

HActenus mera *Excerpta* AVENTINI dedimus, æquum eſt, ut integrum ſemel opuſculum tanti viri proferamus in medium; ſi non alia re, certè ingenuitate ſua & priſca fide conſpicuum, quæ in noſtri ſcriptis, etiam dum aberrat a vero, perſpicuè ſemper elucet. Amabat ille atque in oculis ferebat Bojoariæ veteris Ocellum & verè ſui nominis urbem REGINAM, quod in ea liberali otio & obtenta ab aula ſcholaque (utraque aliena à moribus ejus) cum tenui congiario (d) miſſione, litteris atque paucis amicis cœlebs etiamnum operam daret. Hujus igitur Origines deſcribendas ſuſcepit AVENTINUS, idque patriâ & vernaculâ lingua, ut omnibus ſcriptum ab omnibus etiam legi poſſet, quem in finem & majus illud opus Annalium ſuorum jam tum (ſed alio ſchemate methodoque *Germaniæ illuſtratæ*) abſolutum, vernaculo ſermone è Latino reddidit. Neque enim quo erat rerum uſu & inſigni prudentia præditus, ignorabat vir Patriæ amantiſſimus ad conſtituendam probè Rempublicam plurimum conferre, ut cives Majorum ſuorum geſta, quæ aut imitentur aut devitent, probè ac rectè memoriâ teneant, quam ipſis notitiam qui data operâ intercipiunt vel occultant, næ illi omnem ſimul cum veritatis ſenſu, ingenuitatem libertatemque eripiunt, & mancipia potius ad cataſtam quam bonos cives ad officia ſocialia inſtituunt. Aliam longè viam tenuit AVENTINUS, infucati oris ſcriptor & totâ vitâ ſua Civicam meritus, ut qui non ſolum gentis ſuæ Principes juniores ad bonas litteras, ſed ipſos Bojos ad civilem prudentiam, quæ ex ritè perſpectis majorum faſtis paratur, fida & perita manu perducere conatus eſt; etſi parum gratos, memoresque (ut eſt ſeculi cujusque in benè meritos iniquitas) & hos & illos plerumque expertus fuerit. Sed olim iſta tellus & oblivio obruerunt, & vir inclytus meliori ſui parte ſuperſtes, eorum qui fortunæ ejus imperabant, jam famæ dominatur. Unde habent, quo neglectum ſui ſolentur hujus quoque ſeculi ingenia, quæ dum alii ad honores, ad opes, ad immerita ornamenta non tam contendunt, quam trudunt, chartis interim & libris impalleſcunt, & vel ignota vel contempta in medio ſuorum latent & jacent: affore aliquando tempus, quo *Ennii* (e) exemplo *mercedem gloriæ ab illis ferent, quorum Patres gloriâ affecerunt.*

Cæterum exemplar unde noſtrum deſcripſimus, in Bibliotheca Boica extat, inter Codd. MSC. vernaculè ſcriptos num. XLII. ſignatum, auctori

---

(d) Viginti quinque florenorum in ſingula trimeſtria. Vidi enim receptorum apochas.

(e) Apud Ciceronem L. I. Tuſcul. Quæſt.

ſuo ferè coætaneum, a quo an multum diverſum ſit, quod in illuſtri Bibliotheca *Reip. Lipſienſis* extare memorat Cl. FELLERUS (f), qui cum noſtro aliquando contulerint, omnium optimè arbitrabuntur.

Meminit hujus lucubrationis inter inedita AVENTINI, Bavaris hactenus non ſatis notus ejus biographus recentior, HENRICUS AUGUST. GROSCHUFFIUS, vir præmaturè muſis amœnioribus ereptus; cujus eruditam ſanè de Parente Hiſtoriæ noſtræ biographiam (g) curatæ à ſe *Annalium* editioni noviſſimæ præfixit Illuſtris GUNDLINGIUS, magnum in Re litteraria nomen, & manſurum.

V. Cl. Joannis Aventini Origines Ratisponenſes.

Von der gar alten Stat Regensburg, dergleichen an der ganzen Thonaw, ſo ferr ſie in weite Land rint, niendert iſt, auch an alten veſten Gepew und Gelegenheit des Lands. Es komen alda vier Waſſer zuſamen, oberhalb die Labar und Nab fallen in die Thonaw, underhalb da die Stat abgeth der Regen, die drey ſeind ſchiffreich. Die Laber hat Fiſch, Forchen, Krebs und der gleichen. Die drey rinnen von Mitternacht herab dem Nordgew. Die Thonaw von Weſten Nidergang aus Schwaben, da ſie entſpringt, gegen Aufgang oder Oſten durch Bayrn, Oeſterreich, Ungarn, Thurkhey und Wallachey, alda ſie in dem Land und Wies die Kriechen nennen Metropolis, das iſt die Mutterſtat, daraus all ander Stett in diſem Land geborn werden, und ausgeſchloſſen ſeind. Derhalben bin ich bewegt worden, diſer alten löblichen Stat ir Alter und Herkomen mit gar wenig Worten auf das kurzeſt anzuzeigen, aus dem man ein merers liederlich abnemen mag; ſo ietzo diſer Zeit von kurtz wegen unterlaſſen iſt worden.

Man list in der heiligen Schrift, das der allmächtig Gott nichts ſo hefftig ſeinen Weißagen und Geiſtlichen auch jeden Volck in der Gemein befolhen hat, dan das ſie der alten geſchehenen Ding warnemen, dieſelbige in ewige Gedächtnus prächten, iren Kindskinden fleſſig anzeigten, ſolches haben all recht geſchaffen Kunig, Fürſten, Herrn, Stett, alle Obrigkait gethun, wie es dan auch die Gottlich Geſchrift uberall und nemlich im Buech Heſter von dem aller Grosmächtigiſten Kunig Aſuero dem andern dis Namens in Perſia mit gar kurzen Worten zu verſtehen gibt.

Dieweil und die Juden, das alt Romiſch Reich, die alten Romiſchen Kayſer, ihre That fleiſſig haben aufgeſchriben, auch das aufzuſchreiben bevolchen, zu gut den Nachkomen: derhalben haben ſie mercklich an Gut, Ehr, Land und Leuthen aufgenomen, bald ſie ſolches verachten, haben ſie mit Gewalt widerumb abgenomen, und in diſe lezte Nött daraus ſind komen. Dan Plinius der Jung der gelert grosmächtig Burger, vaſt furnem und etwan Burgermaiſter zu Rom auch des Römiſchen Reichs Land-Hauptman in Bithinia, in dem Land, ſo wir iezt die groß Thurckey nennen und haiſſen, ſpricht: wo man ſich ſchämt und ſich nit befleist, das man alle That einſchreib, iſt ein wares Zeichen, das man nichts gutes oder treffliches thut. Dan wie Cicero der beruemtiſt und beredtiſt Römer und auch Burgermaiſter zu Rom des gantzen Romiſchen Reichs etwan Verwalter, ſagt: nichts können oder wiſſen, was vor ainen geſchehen, ſey nichts anders, dan ein Kind ſein. Es iſt bey den Alten gar ain alter Streit, hengt noch im Rechten, iſt noch kain Urtail darumb ausgangen, wer mer den gemainen Nutz fudert, mer Land und Leuten nuz ſey, jedermanns Frumenſchaff; der großmächtig Thatten thue, Land und Leut, Wittib und Waiſen beſchüzt, oder der ſoliches einſchreibt, in ewige Gedächtnus bringt, den Nachkomen zu guet, das ſie ſich darnach zu richten wiſſen.

Von welches wegen haben es die Alten alſo gehalten und geſagt: der iſt ſelig, der gros herrliche Thatten an Land und Leuthen wol thuet, der iſt auch ſelig, der ſolches einſchreibt, der iſt der ſeligeſt, dem ſolche bede Stuckh von Gott und der Natur beſchert ſeind.

*Darumb auch überall in der heiligen Schrifft haben die Propheten und Gelerten von groſſen Thaten und geſchehnen Dingen auf Bevelch Gottes lautter müeſſen machen: die haben darnach Man und Weib, Jungs und Alts, Gaiſtlich und Weltlich, auch die Kind und jungen Maid auf der Gaſſen in iren Firln * und andern Tantzen mueſſen ſingen. Solches haben auch thun die Teutſchen*

* ita Apogr.

(f) Monum. inedit. Faſcic. I. meminit & Cl. V. *Gotfridus Chriſtianus Goetzius* Prætor & Bibliothecarius *Lipſienſis* in Oratione ſolenni habitâ Lipſiæ MDCCXI. prid. non. Aug. cum Bibliotheca illa publicis uſibus aperiretur, aitque Anno MDXXXII. ab *Aventino* in comitiis Ratisponæ confectum, mihi rationes ſunt, quæ jam anno ſeculi illius XXVIII. abſolutum hoc opus convincunt.

(g) Vitis clariſſimorum Hiſtoricorum poſtea inſeruit Cl. V. CHRISTOPH. GOTLIEB BUDERUS, unà cum HIERONYMI ZIEGLERI ejusdem argumenti ſcripto. Jenæ 1740. 8.

ſchen mit iren alten Liederen, und Maiſter Geſangen von den Helden, die Kayſer Carl der Gros, der das Kayſertum in teutſche Land pracht, vil in diſer Stat Hof gehalten hat, alle zuſam bringen laſſen. Es kunt auch ainer bey unſer Zeit kain loblicher Werck thun, kein beſſer loblicher Buch ſchreiben, er prechte dan die alten Lieder uberall von den Schlachten zumal zuſamen, wie dan etwan Kaiſer Carl der Groß thun hat, in ain Buech lies drucken. Das ſein der gar alten Teutſchen unſer Vorvoder Chronica. Damit ichs aber nit zu lang mache, die Vorred lenger ſey dan die Sach an ir ſelbs, laß ichs pleiben, wiewol nott were vilmer von diſer Mainung zuſchreiben.

Wie dis Land bey den Alten haiſſe, darin Regenſpurg ligt.

WIe die alten Landbeſchreiber nemlich Ptolomeus der beruembtiſt der gantzen Welt nach rechter Kunſt Beſchreiber, auch die gar alt Römiſch welſch Canzley anzeigen, ſo hat dis Land, ſo wir izund ober und nidern Bairn nennen, und beſchloſſen wird von Weſten von Waſſerflus Lech, vom Nord von der Thonaw, vom Oſten von dem In, von Sudem von dem Gebürg, Vindelicia und Rhætia ſecunda oder inferior gehaiſſen; wer iezo auf unſer Sprach das ander oder unter Rieß und Land unter dem Lech, wie es dan unſer Kayſer Arnulph, ſo zu Regensburg ligt, in ainem alten Brief, der Lateiniſch geſchriben iſt, ſo er den Biſchof von Regensburg mit Namen Tuto und dem Cloſter zu S.Haimeran geben hat, zaigt an, des datum ſtett am achtzehenden Tag des Maien nach Chriſti Geburt im achthunderten acht und neunzigiſten Jare, im aylffen des Kaiſers Arnulphi im dritten des Kayſertums geſchehen zu Regensburg, aber die andern mainen, es hab den Namen und geheiſſen Rätſchen, wie ich etwan in ſeiner Zeit wurd anzaigen. Solchs bezaigt auch gar ain alter haidniſcher Stain in der alten Capellen eingemaurt, der diſe alte Römiche Schrifft auf ihm hat.

D. M.
E MEMORIÆ MISERRIMORUM
VINDELICIS PR MOCENIANO
E VICTORI E AUR
FII. VINDEL SURINUS
INFELIX PATER F. C.

Die Mainung Teuſch:

„ In den Ehren des Nothelffers der Todten
„ und zu ainer ewigen Gedächtnus der Le-
„ gion und den Kriegern des Lands Vinde-
„ licia, ſo erbarmlich umkomen ſein dem
„ Romiſchen Volck ſo zu Motzing, den Su-
„ nen Victori und Aurelio, ſo auch im
„ Land Vindelicia gelegen ſeind, hat die
„ Gedächtnus machen laſſen Surinus, ir
„ unglückſeliger Vatter.

Aus diſen Stain, und noch ainen zu Sal an den ſtainin Prucklin, drey Mail oberhalb Regensburg an der Thonaw verhanden, abzunemen iſt, das etwa die Teutſchen ab dem Nordgew über die Thonaw in das Römiſch Reich herüber gefallen ſein, haben das Römiſch Kriegsvolck an der Grenitz des alten Römiſchen Reichs in diſem Land damals Vindelicia genant, wie erſt anzaigt, ligend überfallen, in die Flucht gepracht, und jämerlich erwürgt, und villeucht in die Thonaw gejagt und ertrenckt, welches gar oft geſchehen iſt, wie die Romiſchen Hiſtoriſchreiber ſelbs anzeigen. Dan wie ich jezund von Stund an beſchreiben wird, die Thonaw und der Rhein ſeind des alten Romiſchen Reichs und Kaiſertums Grenitzen gegen teutſchen Landen mit Kriegsvolck mit oder nach aller Notturft beſezt geweſen. Wie uns der Thurck iezund thut, alſo thetten damals die Teutſchen, die zwiſchen dem Rhein und der Thonaw gegen Mitternacht beſchloſſen dem alten Römiſchen, und nemlich find ich in den alten Schrifften, Hiſtorien, Poeten und andern Griechen und Lateinern in obgenanten Plinio dem jungen, bey Martiali dem Poeten, ſo dieſelben Zeit gelebt, dieſelbigen beſchriben haben, das die Suri und Surini, von denen diſer Stain geſezt iſt worden, ain gros anſehentlich Geſchlecht zu Rom geweſen ſey bey Trajano dem vierzehenden Römiſchen Kayſer, welicher angehebt zu regieren, da man gleich zalt nach Chriſti Geburt hundert Jar. Weiter find ich, das der zwölft Römiſch Kaiſer Domitianus ain Eheleiblicher Sun Veſpaſiani, der Jeruſalem zerſtört hat, ain Krieg mit den Teutſchen, und nemlich mit denen umb die Thonaw wonend, angehebt hat. Die Teutſchen haben aber die oberhand angewunnen, ſein über die Thonaw in das Römiſch Reich gefallen, haben die Legion und das Geſtifft Römiſch Kriegsvolck alſo jämerlich erwürgt, mit ſampt den obriſten Feld Hauptleuten mit Namen Agrippa, Popeus, Oppius, Sabinus, Cornelius, Fuſcus &c. denen ſchluegens die Grind ab, ſchickten ire Häupter an langen Spieſſen hin und her in die teutſchen Land zu ainem Zaichen des Sigs, hencktens in iren geweyhten Wäldern auf, zwungen alſo den Kayſer Domitianum, das er inen järlichen Zins und Sold verſchreiben mueſt, haben in alſo das alt gros Romiſch Reich zinspar und gultpar gemacht. Das auch gemeldter Plinius der Zeit der Romiſch Burgermaiſter meldet in der Preis und Lobred und Danckſagung zum Kayſer Domitianum vaſt verunglimpfent in aller ſeiner Handlung. Diſer Domitianus hat angehebt zu regieren, da man zalt nach Chriſti Geburt zway und achtzig Jar, wer der Stain alt tauſent vierhundert und funffzig Jar.

Wie und wan dis Land an das alt welſch Römiſch Reich komen ſey.

WIe Euſebius und S. Hieronymus in ihren Chronicis aufgezaichnet haben, dreyzehen Jahr vor Chriſti Geburt, hat der ander Römiſch Kayſer Octavianus zugenambt

Auguſtus, das iſt der Heilige von Gott geweiht und erwelt, ſeine zwen Stieffſün Tiberium und Druſum heraus von Rom in dis Land an die Thonaw geſchickt. Die haben die Land ober dem Lech, damals Vindelicia und Rhetia genant, aber jezund Bayrn und Schwaben zum Römiſchen Reich pracht, die Herrſchaften und den Adel erſchlagen, die Land mit Römern und Walhen beſezt.

Den Reinſtrom hett vor der erſt Kaiſer Julius Octavii Vetter und erwelter Vatter zum welſchen Land und Römiſchen Reich pracht, und Auguſtus beſezt die zway Waſſer den Rhein und Thonaw mit geſtifften Kriegsvolck, das hett beſonder Freyhait mit Weib und Kinder, wie jezo die Geiſtlichen ire Güetter und Leben, lies inen Pfrund und Stifft, dorffts kainen, dan ainen Krieger, ſein Lebenlang leiben. War alſo imer ain welſche Beſazung an der andern, wie dan noch die alten Burgſtall uberal mit ſampt den alten Stainen und Römiſchen Schrifften ſolches bezeugen. Die Teutſchen warden damals über den Rhein und gegen Nord von den Römern und Walhen getriben, doch theten die Teutſchen, wie jezo der Türck uns thuet, darumb mueſten die Römer allzeit en der Thonaw und Rhein, ir Anzahl geſtifts Kriegsvolck haben wider die Teutſchen. Auf ir Seiten gegen Welſchland war es Römiſch, die ander Seiten teutſch. Es hetten auch die Römer an dem Rhain und Donaw ire Streit Schiff, und Hilff wider die Teutſchen, und iſt dis Land, wie die alt Römiſch Canzley anzaigt, zu Italien und Welſchland zugeaignet worden.

Wie die Stat Regenſpurg gebaut iſt worden, wies die Römer genent haben.

OBgenant zwen Brieder Tiberius und Druſus von irem Stiefvatter Auguſto, wie erſt obengemelt, in diſen Land mit Heeres Kraft geſchickt, da ſie alſo die Land bezwungen nur in ainen Sumer, wie es Strabo der ſelben Zeit in Leben, ſchreibt, zu Gehorſam pracht, baueten ſie nach alten Römiſchen Brauch new Stett und Fleckhen überall an Veſten gelegen von Natur Örteren, beſeztens mit alten Römiſchen Kriegsvolckh, desgleichen andern Römern und Walhen.

Unter anderen Stetten baueten oder vernewereten ſie auch die loblich Stat unter dem Lech an der Thonaw und oben an dem Lech, Augsburg nentens auf die Römiſch Zungen vom Keyſer Auguſto, und von inen baiden baid Stett. Die ander unter dem Lech an der Thonaw im Land Vindelicia oder Rhætia ſecunda, Auguſta Tiberii, jezo Regensburg das iſt Auguſtus Burg, gebaut in den Ehren Kayſers Auguſti von ſeinen elteren Stieffſun Tiberio. Die ober dem Lech im Land Rhætia prima oder ſuperior war im obern Rieß oder Ratſchon, in unſer Zung Auguſta Druſi darums auch Druſomagus Ptholomæus nent. Wer Auguſtus Burg gebaut in der Ehren Kayſer Auguſti von Druſo dem andern ſeinen Stieffſun.

Was für Römiſch Kriegsvolck in diſer Stat gelegen ſey?

WEiter iſt in diſer Stat Regenſpurg vormals Auguſta Tiberii genant allezeit gelegen ain Anzal ausklaubts geſtiffts Kriegsvolck bey ſechs tauſend zu Fues und funfhundert zu Roß, haiſt Römiſch Legio quarta Italica, wie zwen alt Stain zu Regensburg noch anzaigen, ſo ich jezo bald hernach ſetzen werd.

Dergleichen auf obbenanten Sal mer auf unſer Sprach die vierdt welſch Legion, das iſt das auſſerleſen geſtifft Römiſch Kriegsvolck, in den alten Römiſch Kayſerlichen Rechten Milites Limitanei und Riparii oder Riparioli in der Römiſchen Sprach genant. Das iſt das geſtifft Kriegsvolck an den Grentzen des heiligen Römiſchen Reiche und an den Geſtatten der Donaw, dan Limes haiſt Lateiniſch ain Grenitz und Ripa ain Geſtatt, wie wol Metellus ain alter Römiſcher Poet von Tegernſee in ſeinem Verſen und Reimen oder Liedern auch ander mer ſchreiben, die Thonawer haben die Alten Ripenſes genent. Darnach jezund Oeſterreich an die Thonaw ſtoſſen. wurd in der alten Kayſerlichen Canzley Noricum Ripenſe genant, wer Noricum an die Thonaw ſtoſſend.

Die alten Römiſchen Stain zu Regenſpurg noch verhanden, daraus man abnimpt, das alda quarta Legio Italica, das iſt, die viert Legion gelegen iſt.

D. M.
TE. PERPETVÆ. SECVRI. JVL. MVRSÆ.
CONI. PIENTI. VIX. AN. XLII. ROA-
FRITI FEMINÆ REVERENTIS. FILI.
FILIÆ. OBITIS. TE. IVLIÆ. NONNÆ.
MATRI. PIENTIS. VIX. AN. LXXX.
ET. JVLIÆ. VICTORIN. SOCRVI. VIX.
AN. LX. ITEM. VIVIS. AVRELIÆ. AVR.
MILITARI. FIL. TE. AMICIS. QVOR. IN.
M. CINESIA. ET. RIBISCA. ET. AMICI.
EOR. SS. TE. POST. H. OBITVM. EOR.
OSSA. RECON. N. EO. SEPVLCHR.
PERMIS. M. AVR. MILTO. H. M. EX. T.
ET. ONM. LEG. IIII. ITA. VV. FECIT.

Laut alſo auf unſer Sprach:

„ In dem Namen Gottes und der ewigen
„ Ruhe Marcus Aurelius Militaris der Rö-
„ miſch Hauptman der vierdten welſchen Le-
„ gion hat in ſeinen Leben diſe Gedächtnus
„ und Begrabnus machen laſſen, Juliæ Murſæ
„ ſeiner allerliebſten Hawsfrawen, ſo gelebt
„ hat zway und vierzig Jar. Roaſciti
„ der aller erſamiſten Frawen ſeines Suns
„ Dochter, die nun geſtorben, und Juliæ
„ Nonnæ ſeiner allerliebſten Mutter, die
„ gelebt hat ſechzig Jar. Weiter ſo noch
„ im Leben ſein, ſeinen Kinden ſeiner Doch-
„ ter Aureliæ und ſeinem Sun Aurelio Mi-

„ *litari und allen ſeinen guten Frunden, in*
„ *welcher Begräbnuß Cineſia und Ribiſca*
„ *mit ſampt irer Frewndſchafft ligen, nach*
„ *diſer Tod hat er ir Gebain in das ſelbig*
„ *Grab legen laſſen.*

Weiter hat obgenanter Kayſerlicher Hauptman diſe Gedächnus und Begräbnus aufbaut allen ſeinen Erben und allen, ſo noch in der vierten welſchen Legion im Leben ſein.

Der ander Römiſch Stain, ſo alhie in Regensburg in des Schwebels Haus an der Haid ligt:

IN HO DD. IOM
ARAM ALT X PE IVS
NV IPS AVR PERFINCI
ANVS EQVES AVRAT.
LEG. IIII. ITA DD NONO
K. AUG T SABVINO Æ
VENVSTO COS.

Die Mainung Teutſch:

In den Ehren aller Götter und Göttin, (h) iſt dis geweiehet worden, und nemlich in des allerheiligiſten, höchſten, gnädigiſten Notthelffers und Vatters, ſo im Latein Juppiter, das iſt der helffend Vatter genent wird, hat diſen hohen Altar aus Haiſſen Gottes ſelbs machen laſſen Aurelius Præfincianus ain Edler Römiſcher Man und Ritter der vierten welſchen Legion, und iſt geweicht worden am funf und zwanzigiſten Tag des Heumonats (i) da zu Rom Burgermaiſter waren Titus Sabuinus und Venuſtus.

Was Legio ſey, hab ich oben anzaigt: wie die alten Römiſchen Kayſerliche auch Geiſtliche Recht bieten, ſo hat man in allen gemainen Handlungen Brieffen und Geſchefften die Jarzal und Namen der Burgermeiſter zu Rom mueſſen ſchreiben, oder es hat ſunſt kein Krafft gehabt. Obgenant zwen Sabuinus und Venuſtus ſein zu Rom Burgermeiſter geweſen bey Kaiſer Gordiani Zeiten, als man liſt in der Chronic ſo Caſſiodorus von den Römiſchen Burgermeiſtern beſchriben hat, von Anfang der Stat Rom bis auf ſein Zeit, bis auf Kunig Dietrich von Bern bis auf das Jar Chriſti DXIX.

Ælius Lampridius der Kayſerlich Hiſtoriſchreiber thut Meldung diſer zweien Römiſchen Bnrgermeiſter im Leben Kayſer Gordiani, das er beſchriben hat zum Kayſer Conſtantino den Groſſen zuegenambt, ſagt, Kayſer Gordianus hab daſſelbig Jar, da diſe zwen Burgermeiſter zu Rom waren, den widerſpennigen Hauptmann Sabutianum im dritten Thail der Welt Affrica genant, durch ſeine Haupleut überwunden.

In den alten Keyſerlichen Rechten, ſo erſt dis Jar auf Bevelch des Durchleuchtigiſten Herrn Herrn Ferdinand Kunig zu Ungern und Beham, Erzherzog zu Oeſterreich &c. durch den Druck zu Baſel ausgangen ſein, find man geſchriben, das eegenanter Kayſer Gordianus, da diſe zwen Burgermeiſter zu Rom waren, nachfolgend Landboth und Geſchefft, das mans uberall halten ſoll, ausgen laſſen, und laut alſo:

Kaiſer Gordianus von Gott anzaigt und geweiht Aurelio Priſco dem Fuesknecht. Als unpillich iſt, wo aim die Schuldbrief verprunnen ſein, das ſich die Gelter widern zubezallen das jenig das ſie ſolten iren Geltern, alſo auch herwider mues man nit von Stund an und liederlich oder gleich eben, wo ir kein Schuldbrief oder ander glaubwürdige Urkund der Schuld habt, ſo bringts bey und weiſts in baider Geſtalt, das man euer Sag und Supplication Glauben geben mäg, ausgangen am XXIX. Tag des Brachmonats (iſt an Sanct Peters Tag) da zu Rom Burgermaiſter waren Sabuinus und Venuſtus, und wie Euſebius der Biſchoff und S. Hieronymus in ihren Chronicken aufzaichnet haben, ſo ſein diſe zwen Burgermeiſter zu Rom geweſen, da man zalt nach Chriſti Geburt CCXLII. Jar, und wär diſer Stain nun alt zwölfhundert und ſechs und achtzig Jar.

Ein Römiſcher Edelmann der Edlmans Stand zu Rom hat wollen halten, hat järlichen Einkomen mieſſen haben unſers Gelts funfzehentauſend Römiſch Gulden, ainer von Regiment, Rath, dergleichen Burgermeiſter daſelbſt dreymal ſo vil, wer funf und vierzig tauſend Gulden.

Der drit Stain iſt nit gar da, iſt in des Enckhofers Haus im Bach.

SIG PRO SA
SULL M
ALBINO ET
ÆMILIO
COS

Laut in Teutſchen alſo:

Wer diſen Stain hab ſezen und machen laſſen, ſtet nit da, iſt das Obertail daran darvon prochen, der Untertail iſt noch da, laut alſo:

Dis Bild hat laſſen ſezen, und weil er im Leben was, diſe Stat auserwölt fur ſich und die ſeinen, da zu Rom Burgermeiſter waren Albinus und Æmilius.

Diſe zwen Burgermeiſter ſein zu Rom geweſen nach Chriſti Geburt im Jar, als man zalt CCV.

Da umbs Römiſch Reich kriegten drey mit Namen Clodius Albinus, Peſcenninus Niger und Septimius Severus. Diſer hat

Ro

(h) Addidit antiquario ſuo more: *oder vvie vvir ſprechen aller Hailigen und Notthelffer und Notthelfferin.*

(i) Addidit non ſolum obſcurâ ſed & ineptâ diligentiâ: *War an Sant Jacobs Tag.*

Rom, Italien, alle Land um die Thonaw innen, bis gen Conſtantinopel. Niger het Aſien inn; Clodius Albinus den Reinſtrom, das Land Gallien, ganz Hiſpanien, Britannien, ſo jezo die Königreich Engelland und Schotten ſein.

Und obgenanter der ain Burgermeiſter Albinus Poſthumius iſt diſes Kayſers Clodii Albini Brueder geweſen von gar alten Geſchlecht zu Rom der gleichen Caſſius Æmilius der ain Burgermeiſter. Sein allhed nachmals von Septimio Severo der uber hand annam, die andern zwen Kayſer erſchlueg, jämerlich erwürgt worden. Solches zaigen an und beſchreibens als obgenanter Caſſiodorus Canzler Dietrichs von Bern, und ander Kayſerlich Hiſtori Schreiber, nemlich Ælius Spartianus ſo zum Kaiſer Diocletiano geſchriben hat, und iſt diſer Stain nun alt MCCCXX. Jar. Es ſeind noch vil mer alt Stain mit alten Römiſchen Buchſtaben und Schrifften albie zu Regensburg verhanden, die ich all in andern Buech, ſo ich von Teutſchen geſchriben hab, ſetze.

Wie ſunſt in gemain Regensburg gehaiſſen hab.

AUs diſen allen iſt offenbar, das allhie zu Regensburg von den Römern Auguſta Tiberii oder Tiberina, das iſt, wie oben angezaigt, Auguſtus Burg, kurtz Augsburg von Tiberio gebaut, alwegen gelegen. Legio quarta Italica, das iſt die viert welſch Legion, das auch diſe Stat ain Hauptſtat und beſondere Zuſlucht geweſen iſt aller Römiſchen Krieger ſo an Geſtatten der Thonaw gelegen ſeind die Krenitzen des Römiſchen Reichs von den Uberfallen der Teutſchen zubehuetten, darumbs dan in den alten lateiniſchen Geſchichten auch genant wurd Colonia Quartanorum das iſt ain Stat von Rom mit der vierten Legion beſezt.

Desgleichen lis ich, das diſe Stat von Römern und alten Lateiniſchen Hiſtoriſchreiberen zugenambt wurd Metropolis Ripariolorum und Caput Limitaneorum das iſt die Muetter und Hauptſtat der Römiſchen Krieger allzeit an Geſtatten der Thonaw ligent zubeſchüzen und zu beſchürmen die Gräntz des heiligen Römiſchen Reichs wider die groben unſinnigen ubelkomenden Bettler die Teutſchen, alſo nennet uns das alt Römiſch Reich und Kayſertumb. Obs aber ee und vor die Kayſer und Römer dis Land zum Römiſchen Reich, dem welſchen Reich bezwungen haben ain Stat geweſen ſey, wie es gehaiſſen hab, iſt nit not hie anzuzaigen. Iſt jezo genug, das ichs meld, was vor Augen iſt, und in den Römiſchen Schriften vorhanden iſt.

Wie lang die Römer und Walchen diſe Land und Stat ingehabt haben?

DAs iſt auch gewis, das diſe Stat mit ſampt dem Land die alten Römiſchen Kaiſer DXXI. Jar aneinander, durch Römiſch welſch Hauptlewt regiert haben wie ich ſolches alles in meinen Chronicken nach der Leng mit mereren Grund anzaig, und der erſt Römiſch welſch Hauptman nach obgenanten zweien Brudern Tiberium und Druſum iſt geweſen Lucius Piſo ains gar alten Geſchlechts zu Rom.

Wan der Chriſtlich Glaub in diſen Landen und in diſer Stat Regensburg geprediget ſey worden.

WIe S. Hieronymus und Euſebius Biſchof in iren Chronicken anzeigen als man zalt nach Chriſti Geburt XXXIIII. Jar iſt Sanct Paulus wunderbarlich bekert worden, und nachmals wie er ſelbs ſchreibt und ſich berumt XXXVI. Jar den Chriſtlichen Glauben gepredigt durch das weit preit Römiſch Reich von Jeruſalem aus geringsherum bis an die Thonaw und zu Rom zwei Jar an einander bey des ſechſten Kaiſer mit Namen Neronis Zeiten, ſein Schuler und Jünger deren er überall in ſeinen Briefen, dergleichen auch Lucas im Buch ſo er vom Predigen der Zwölfpotten geſchriben hat, gedenckt: nemblich Titus hat in diſem Land, ſo noch Dalmatien und Croatien und Windiſch Marck haiſſen, gepredigt, Fortunatus zu Agla damals die Hauptſtat in Kärnten, Marcus, nit der Evangeliſt, ſonder ſanct Paulus Schueler wie ich zu Paſſaw in des Tums Librey find, hat Chriſtlichen Glauben zu Lorch oder Paſſau gepredigt.

Albie zu Regensburg und in den Landen hinauf an der Thonaw Lucius aus dem Land Cypern neben Egypten, auch ain Schueler und geſipter Freund ſanct Paulus. Zu Mainz am Rhain Creſcens, Clemens zu Mets an der Musl, Trophinus zu Arlat in dem Delfinat und Franckreich. Aber es waren in diſen Landen der ſelbing Zeit nichts dan Römer und Wahlen und waren nit gut Chriſten, hatten kain Kirchen, kain Samlung, dorfften nindert zuſamen komen, ſy muſten ſich nur heimlich halten; dan das Römiſch Regiment und Parlament oder Camergericht zu Rom, hett ain hefftig Mandat laſſen ausgen, das man kein Chriſten leyden ſolt, man ſolts all als bös, aufrürig, abtrinnig Leut erwürgen. Ab diſen Both hielten unterweilen die Kayſer, und vorraus die Richter und Schergen hart, dan ſy namen der Chriſten Güetter ain. Zu Zeiten muſt man darvon laſſen. Es half nit, je mer man die Chriſten druck, je mer ir wurden, überall im Römiſchen Reich. Etlich Chriſten, ſo etwas hetten, kauften ſich ab von den Amptleuten, namen Brief und Sigl von inen, das ſy Chriſten mochten ſein, die wolten dan die Chriſten, die arm waren, ſolchs nit vermöchten, nit Chriſten laſſen ſein, und waren inen durch einander der Sach auch unains. Schalt ain den andern ain Ketzer, dorfften nit zam komen, das ſie ſich der Sach veraint hetten, und uberain wern kommen. Und ob ſchon der gemain

Bernhard Perger.	Erhard Halmperger *Kueſner.*

* * *

BONIZONIS

SUTRIENSIS PRIMUM,

POSTEA

PLACENTINI EPISCOPI

Liber ad Amicum

SIVE

DE PERSECUTIONE ECCLESIÆ

LIBRI NOVEM.

* * *

Nunc primum è Codice Membraneo unico Bibliothecæ
quondam Schedelianæ, hodie Bavaricæ,
deſcripſit atque edidit
ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Monitum prævium Editoris

De vita, obitu & ſcriptis Auctoris.

(o) De vita, rebus geſtis & ſcriptis BONIZONIS (o) Epiſcopi primum *Sutrienſis*, poſtea *Placentini* multi multa collegerunt, facem omnibus præferente BERTHOLDO CONSTANTIENSI, qui fere unus Hiſtoricorum isque germanus, viri, ævo ſuo & rebus motis, & ſcriptis editis & adverſitatibus, atque ipſa cruenta morte celebratiſſimi in Chronico ſuo mentionem fecit. Poſtquam vero quæ deperdita videbantur ingenii ejus monumenta paulatim e forulis Bibliothecarum, Eruditorum indagatione prominere cœperunt, induſtria in ipſum Auctorem curatius indagandi, ſimul excitata eſt.

Inter primos FERDINANDI UGHELLI, Antiquitatum Eccleſiaſticarum Italiæ, Statoris eximii, diligentia emicuit. Secutus eſt UGHELLUM indefeſſæ & copioſæ Eruditionis Bibliographus PETRUS LAMBECCIUS, qui de BONIZONE, occaſione reperti in arce AMBRASIANA Codicis agens, ut ille apud CICERONEM *in eam Provinciam ſic copioſe profectus eſt, ut domi prorſus nihil relinqueret.*

Bonizo igitur tempore magni illius diſſidii, quod Papam inter *Gregorium VII.* & *Henricum IIII.* Imperatorem, jura clavium & gladii horrendum in modum conturbavit, ærumnoſam vitam egit, & *Lambeccii* quidem elogio, pietate, eruditione & conſtantia clariſſimus emicuit. *Clericalem* vitam amplexus dum cœlibis vitæ officia non ſolum ſcriptis ſed & ſanguine tueri contendit, primus manſuetudine Evangelica excidit, & gladio, quem in adverſarios ſtringendum ſcriptorum ſuorum & declamationum velut tuba, miſeris illis & utrinque pudendis temporibus, perſuadere nitebatur, miſere tandem & barbarum in modum periit.

(o) In ejus nomine mirum, quantum varient Auctores. Putes in tenebris micare, Martino Polono *Boniſius*, Anonymo Mellicenſi *Ponizus*, Ptolomæo Lucenſi *Bonzo*, Bertholdo Conſt. *Bonizo*, aliis *Bonitho*, *Bonizus*, *Benizus*, *Bobinus* &c. Lambeccius, non malus etymologiarum arbiter, *Bonizo* (quod ille verum ejus & genuinum nomen ex Bertholdo Conſtantienſi agnoſcit) *Diminutivum* inquit, *a nomine proprio* BONUS *eſt, quemadmodum* DOMNIZO *a* DOMNUS, GUNZO *a* GUNTHERUS, ERIZO *ab* ERICUS *&* *alia ejus generis.*

Privatus etiamnum & priusquam majoribus Eccleſiæ dignitatibus admoveretur, *Epitomen Auguſtinianam* (de qua poſtea plenius) ad JOANNEM GUALBERTI (p) Vallis umbroſæ in Hetruria Abbatem, charitatis & man- (p)
ſuetudinis Chriſtianæ inſignem Magiſtrum, utinam & ſuum! volumine adhuc ſuperſtite perſcripſit. *Compoſuit autem* (verba LAMBECCII ponimus) *hanc Epitomen Auguſtinianam ante initium Pontificatus Gregorii VII. hoc eſt ante annum Chriſti MLXXIII. uti patet ex Epiſtola dedicatoria, quæ Joanni Abbati inſcripta eſt.* (q) Cujus obitum ad ejusdem anni, diem XII. Julii ejus (q)
acta referunt, primum interpolata a SURIO *, poſtea vero a morte *Lambecii* * Tomo IIII.
genuine & incorrupte edita.

Hujus igitur Joannis Abbatis Valumbroſiani maxime hortatu Auguſtinianam iſtam Epitomen ſcriptam fuiſſe Lambeccio viſum eſt, eo quod in Epiſtola nuncupatoria expreſſe legatur *ipſi inſudatum eſſe iſtud opus*, hoc eſt, ut ipſe interpretatur, *ſecundum ipſius voluntatem & in ipſius uſum non absque ſudore illud ex omnibus S. Auguſtini ſcriptis collectum & elaboratum eſſe.*

Erat autem, ut ſemel hoc moneam, Bonizo vir pro ſeculo ſuo non perfunctorie eruditus, vitæ etiam, quæ quidem morum & diſciplinæ puritatem ſpectat, inculpatæ & probæ, ſed animi præfervidi, iracundi, adverſitatibus exaſperati, & ſub obtentu veritatis aſſerendæ, usque ad Chriſtiani ſanguinis effuſionem ferocientis. Quæ quidem animi impotentia non ſolum adverſitates, inimicitias calamitatesque quamplurimas, ſed ipſam denique mortem eamque crudeliſſimam eidem acceſſivit. Ejus rei argumentum maxime premens, opus ipſum eſt, quod primi hîc ex antiquiſſimis membranis edimus *de Perſecutione Eccleſiæ ad amicum.* In quo unice in id eruditionis & eloquentiæ nervos intendit auctor, ut ſacrarum Litterarum, Patrum, Canonum & Hiſtoricorum ſententiis in rem ſuam accommodatis, perſuaderet ſuæ factionis hominibus, licere homini Chriſtiano religionis veritatem armis & ferro, ultro aſſerere. Quod ille quam veraciter quamque pertinenter præſtiterit, ipſe viderit, & alii arbitrentur. Nobis hoc loco aliud nihil propoſitum quam calamitoſi illius ſchiſmatis tenebras, nova hac, etſi picea & fumoſa face eque conflagrantis pene Chriſtianæ pietatis buſto rapta, porro illuſtrare.

Eo igitur ingenio, turbido & acerbo cum eſſet Bonizo, privatus etiamnum multorum in ſe odium concitaverat, adverſus quos *Joannis* Abbatis preces implorat, ut ſcilicet *orationis ſuæ ſcuto ab æmulorum eum latratibus protegeret*, quorum dentes potius, quibus dilacerandus erat, manſueto & prudenti conſilio cavere oportebat. Æmulorum vero nomine *Lambeccio* interprete, *Sacerdotes ſine dubio ſimoniaci & ſchismatici intelliguntur, cum quibus uti ipſi ſancto Abbati Joanni, ſic etiam amicis ejus & diſcipulis & præcipue quidem Bonizoni perpetua fuerat graviſſimaque contentio.*

Cæterum recte colligit vir ille clariſſimus, cum in ea præfatione nihil memoretur, quod BONIZONEM vel *Epiſcopum* vel *Exulem* indicet, eum opus illud prius quam in Epiſcopum *Sutrinum* electus fuiſſet, compoſuiſſe.

An vero *Bonizo* Abbatiæ *S. Petri de campo*, *Peruſii*, tum temporis præfuerit, & ad ipſum pertineant, quæ ex *Placito* Anno MLXXII. inter Abbatem hujus nominis & *Maurum* de prædio quodam in præſentia *Beatricis* Ducis & *Mathildis* paciſcentes refert illuſtris MURATORIUS (r), iis, qui (r)
locis controverſis & monumentis eorum viciniores agunt, diſcutiendum relinquimus.

(p) Baronius Suriusque *Gualbertum* perperam vocant obſervante Lambeccio, & his ducibus error hodie invaluit; patris nomen, Joanni filio tribuendi.

(q) Comment de Aug Cæſ. Bibl. Vindob. L. II. Cap. VIII. p. m. 787. In recenſione Codd. MSC. ex Arce Ambraſiana ad Cæſaream Bibliothecam delatorum. Cod. LXXXV.

(r) Italiæ mediæ Antiquitat. T. II. fol. 955. Diſſert. 131.

Ad *Sutrinum* vero Epiſcopatum quando pervenerit Bonizo, monumenta Eccleſiæ illius, parum adhuc feliciter refoſſa, non ſatis definiunt. UGHEL- (s) LUS (s) ea in ſede Anno MLXXVIII. floruiſſe tradit: COLETTUS vero in *Additionibus* ad idem opus, tempus prævertit, & annum MLXXV. mavult. * l. c. num. XVI. Ughelli verba hæc ſunt: * *Bonizus vir longe doctiſſimus floruit anno MLXXVIII.*

Ejusdem certe anni die XIII. Maij, S. Thomæ ædem Cremonæ a *Benizone* Epiſcopo *Sutrino* Legatoque Apoſtolico conſecratam fuiſſe idem * T. IIII. fol. 598. UGHELLUS * in Epiſcopis Cremonenſibus memorat.

Sed quo minus quiete eam ſedem obtineret *Bonizo*, atrocia inter *Gregorium VII.* cujus partibus mordicus adhærebat, & *Henricum IIII.* Imp. non jam gliſcentia ſed in apertum Italiæ Germaniæque incendium erumpentia odia efficiebant. Poſtquam enim Imperator Anno MLXXXII. primo vere denuo Romam exercitu petiiſſet, cum eam obtinere non poſſet, *Gregorio* urbem & ſe omni vi & conſilio tuente, finitima depopulatus eſt, (t) omnibus, qui Gregorii partibus addictiores eſſent, aut fugatis aut captis (t). BONIZO certe, quod acerbiori odio flagrans timidioribus conſiliis minus pateret, *Sutrii* ſubſiſtens, ab *Henrico*, qui e *Farvenſi Monaſterio* exercitum moverat, in captivitatem redactus eſt, uti eam expeditionem plenius perſequitur ad illum annum Rerum Italicarum illuſtre ſidus, & ab occaſu magis ad- (u) huc lucens, LUDOVICUS ANTONIUS MURATORIUS (u).

Quamdiu in Henrici vinculis hæſerit captivus Epiſcopus non memini hactenus a quoquam memoratum. Neque credibile *Bonizoni* liberum fuiſſe Concilio quod anno MLXXXIII. XX. Nov. componendis Sacerdotii & Imperii diſſidiis congregatum fuerat, intereſſe; quod ab eo omnes fere Epiſcopos, qui *Gregorii* Partes acrius fovebant, & in his *Hugonem Lugdunenſem, Anſelmum Lucenſem* & *Rainaldum Comenſem*, arcuiſſet *Henricus*: neque *Farvenſis* Monaſterii vicinia, quo plerumque ſe recipere conſueverat Imperator, credere ſinit *Bonizoni*, vel dimiſſo vel elapſo ad gregem ſuum redire integrum fuiſſe. Cui accedit quod ejectus a *Roberto* ex urbe *Henricus* anno MLXXXIV. *Sutrii* ſubſtiterit, uti ex charta conficitur Eccleſiæ *Piſanæ* (x) X. Kal. Junii tradita, quam refert UGHELLUS (x) ubi annum MLXXXXV. pro LXXXIV. irrepſiſſe, non advertentibus *Ughello* & *Coleto*, recte ex notis reliquis temporis ejusdem diplomatis, obſervat accuratus notarum au- (y) ctor in idem *Muratorii* opus germanico idiomate donatum (y).

Rediiſſe forte ad ſedem priſtinam *Bonizonem* noſtrum *Henrico* trans alpes repreſſo, etſi de anno ipſo reditus non exacte conſtet, rebus Sutrienſibus denſa caligine adhuc obnubilatis, vero tamen non eſt abſimile. Sedem denuo ſuam occupâſſe videtur tempore obitus ANSELMI *Lucenſis*, qui contigit anno MLXXXVI. die XVIII. Maij, uti patet ex loco HUBALDI, qui *beati* ANSELMI *Lucenſis* vitam in ſcripta miſiſſe, paſſim perhibetur. Eum locum, quem & *Ughellus* & *Oudinus* ex *Sebaſtiani Tengnagelii* collectione ſive *ſyntagmate veterum monumentorum pro Gregorio VII. aliisque nonnullis Romanis Pontificibus contra Schiſmaticos olim conſcriptorum* (quos inter non infimum locum obtinet PAULUS noſter *Bernriedenſis*) excerptum retulerunt, nos quoque ex eodem ſyntagmate repetemus, quod Bonizonem Eccleſiæ Sutrienſi anno MLXXXVI. denuo præfuiſſe & exequiis *beati* ANSELMI LUCENSIS, eodem anno, prout diximus, rebus humanis exempto, interfuiſſe exinde pateat. *Rogavit S. Anſelmus, quoad vixit, qua-* (z) *tenus in Capitulo Monaſterii S. Benedicti, quod eſt in ripa fluminis Eridani ſub obedientia ſacri Cluniacenſis cœnobii, unde frater ipſe ac monachus fuit, ſepulturæ commendaretur. Et cum concedentibus Epiſcopo atque Comitiſſa Mathilda cæterisque omnibus jam deferretur ad Monaſterium corpus: affuit ſubito Sutrienſis Epiſcopus nomine Bonizo, quem & Spiritus ſanctus ſuſcitavit, ut clama-*

(s) Italiæ ſacræ T. I. Edit. ſecundæ.
(t) Chron. Farvenſe apud Murator. T. II. P. II. Rer. Ital.
(u) Annali d' Italia T. VI. p. m. 274. & Interpr. Germ. p. m. 441.
(x) T. III. in Archiep. Piſan. n. 39. Col. 420.
(y) p. m. 452. T. VI. not. d.

clamaret dignum eſſe, ut in Epiſcopio Epiſcopus ſepeliretur. Tanta, inquit, Lucerna, non decet ut abſcondatur; ipſe adhuc vivens tanquam indignum ſe humiliavit, nos autem ut vere dignum exaltare oportet hominem, quem fuiſſe ſcimus ſanctiſſimum. Acclamatum eſt idem ſtatim ab univerſis; rapiturque a Monachorum obſequiis, in Epiſcopium defertur ibique venerabiliter ſepelitur.

Hæc D. ANSELMI *Lucenſis* Biographus, quem *Hubaldum* Epiſcopum *Mantuanum* aſſerit *Ughellus*. Eundem locum BARONIUS quoque, Annalium Eccleſiaſticorum Pater, retulit quidem (z); ſed duobus in locis mendoſe; id quod ante *Oudinum* alii dudum obſervaverant: nam *Domnizonem* pro *Bonizone* & pro Sutrienſi Epiſcopo, Epiſcopum *Sabinenſem* appellavit, deceptus haud dubie notiori ſibi Domnizonis nomine, qui de rebus geſtis Mathildæ ad ipſam Mathildam opus metricum ſcripſit a LEIBNITIO editum, cum vero uterque in aula celebratiſſimæ illius matronæ gratioſus fuerit, facile quæ ad alterutrumque pertinebant in unum fuere collata.

De fictitio hoc Epiſcopo Sabinenſi quem *Baronii* auctoritate inducti *Ughellus* & *Ciaconius* Cardinalium Epiſcoporum Sabinenſium catalogo ad annum MLXXVI. inſeruerunt, videndus *Oudinus*, qui errorem iſtum ex loco *Hubaldi* memorato diſpungit, & BOLLANDIANI ad d. XVI. Sept. *in vitâ B. Victoris Cap. X.* quorum verba integra hic legi merentur: *ſecundum Ciaconium in Gregorio VII. fuiſſet Domnizo, qui & Regizo, inquit, hic Sabinenſis Epiſcopus, cum dicat illum interfuiſſe exequiis S. Anſelmi Lucenſis, anno ſequenti MLXXXVI. defuncti. At nec Domnizo cum Regizone confundendus eſt, neque alteruter fuit Epiſcopus Sabinenſis, quantum exiſtimo; licet in noviſſima Ughelli editione uterque in Catalogo Epiſcoporum Sabinenſium reperiatur. Errori occaſionem dedit Baronius in annalibus ad annum MLXXXVI. Num. X. Nam cum in vita S. Anſelmi legatur, Sutrienſis Epiſcopus nomine Bonizo, ex ea apud Baronium legitur, Sabinenſis Epiſcopus Dominus Domnizo. Inde error Ciaconii æque ac Ughelli.*

Ad eundem annum MLXXXVI. pertinere ait *Ughellus* honorificam illam mentionem quam de Sutrienſi hoc Epiſcopo extare ait in quodam *Mathildis* Comitiſſæ *privilegio, a qua* (ſunt verba Auctoris noſtri) (a) *ob egregias animi dotes magno in honore habitus eſt.*

Sive igitur ad funebria tanti viri ultro advolaverit BONIZO, ſive apud beneficam illam Epiſcoporum exulantium fautricem altricemque, e vinculis *Henrici* vel delapſus vel dimiſſus jam tum hæſerit, dum certiora prodeant controverſiæ hujus monumenta, in medio relinquimus.

Medio certe illo tempore, donec ad *Placentinam* transferretur Eccleſiam vagam & extorrem vitam egiſſe, & ſubinde apud MATHILDAM liberalem Guelficæ factionis (b) hoſpitam diverſatum, pronum eſt credere (c). BERTHOLDUS enim *Conſtantienſis*, qui homo licet germanus Itali hujus Epiſcopi memoriam pene unus conſervavit, ubi de ejus ad Eccleſiam *Placentinam* translatione agit, expreſſe memorat *e ſede Sutrina pro fidelitate ſancti Petri* JAM DUDUM ANTE expulſum, memorat autem ad annum MLXXXIX. qui BONIZONI vitæ ſupremus, isque omnium maxime exitioſus extitit.

Bertholdi verba quibus omnem de *Bonizonis* cruenta morte notitiam ſubſtruunt magni nominis Auctores, hæc leguntur: *Bonizo Sutrienſis Epiſcopus pro fidelitate ſancti Petri jam dudum expulſus tandem poſt multas captiones* (multas inquit; ſæpius ergo in vincula datus) *tribulationes & exilia a Placentinis Catholicis pro Epiſcopo recipitur: ſed a ſchiſmaticis ejusdem loci effoſſis oculis & truncatus omnibus pene membris, martyrio coronatur.*

Ughellus in Epiſcopis *Placentinis*, BERTHOLDI locum paulo copioſius, forte ex aliis monumentis, ſequentem in modum diduxit: S. *Bonitius* (d), *quem Bertholdus in Chronico Bonizonem appellat. Hic cum libertatem Eccleſiaſticam contra Henricum Cadolaumque Pſeudopontificem ſtrenue propugnaret, de*

(z) T. XI. Annal. ad A. 1086. p. 58.

(a) L. c. in Epiſc. Sutrienſ. Add. XX. Col. 1275.

(b) In qua nihil ei, præter nomen mariti, diſplicuit.

(c) Ughellus loco mox citato: *Ob Eccleſiæ Romanæ defenſionem de Sutrina Cathedra depulſus eſt, poſtque* VARIA DURAQUE EXILIA &c.

(d) De Sancti titulo poſtea videbimus.

Sutrina ſede, unde primum Jus divinum dicebat, impio Imperatore jubente deturbatus eſt; deinde cum plura ærumnoſaque mutaſſet exilia, perveniſſetque Placentiam, ibi a Catholicis ejusdem civitatis eſt dictus Epiſcopus, dimicansque cum impietate ac factioſis ſchiſmaticis primum eſt carcere maceratus, poſtea truncatis membris atque exoculatus, prope ſanctum Domninum (e), *nobili eſt coronatus martyrio ſexto menſe quam Placentinam Eccleſiam cœperat adminiſtrare Anno MLXXXIX. Die XIIII. menſis Julii; ejus ſacrum Corpus Cremonam delatum, ibidem exceptum tumulo eſt, apud S. Laurentium, ubi hæc ſubjecta carmina inciſa leguntur:*

> NOBILE DEPOSITUM TIBI CLARA PLACENTIA GESSIT
> ANTISTES BONIZZO CHRISTI PRO NOMINE MARTYR
> SEPTIMA BIS JULII HUNC LUX COLLEGIT IN URNA.

Cauſam cædis plerique in HENRICI QUARTI factionem referunt GREGORIO VII. adverſantem: ſed propinquiores odii cauſæ ex motibus illis internecinis Presbyterorum hinc pro conjugio & ſub hujus obtentu ſæpe pro concubinatu, illinc pro cœlibatu, non jam ſcriptis & voce, ſed ferro & igne pugnantium, deducendæ veniunt.

Ipſe Bonizo totum hoc bellum inter Clericos, PATAREAM vocat, & diſerte aſſerit (etſi poſtea ſignificatio ejus nominis mutarit, & in victas partes rejecta fuerit) eos qui pro cœlibatu *Gregorio VII.* adverſus Clericos uxoratos, concubinarios & ſymoniacos adhærebant, PATERINOS dictos, quos inter ipſe BONIZO, non tam militis quam ducis officia dum in ſe ſuſcepiſſet, exitium ſibi denique & mortem crudeliſſimam in illo furentis populi æſtu accerſivit, *Paterinis* a factione ſibi oppoſita urbe ejectis. Non potuit autem non civitatis ordinem turbare tot mulieribus prolibusque, his quidem Natalium, illis juſtarum nuptiarum publicam honeſtatem, extremo familiarum dedecore ſeditioſe eripi: quo incendio ſemel excitato, ſub ſpecie honeſtatis publicæ & ruptorum ſocietatis civilis vinculorum vindicandorum, illi qui vere concubinarii ſimoniacique a juſtis nuptiis æque ac a vita cælibe abhorrebant, quorum pro illius ævi nota corruptela numerus longe maximus extitit, ut diſſolutioni ſuæ patrocinarentur, ſeditionis facem acrius etiam & implacabilius ventilarunt. Usque adeo ut, cum optimo cuique ac Chriſtianæ pietatis ac pacis amantiſſimo Sacerdoti in tam turbata republica locus nullus relinqueretur: ii, qui alterius quidem partis impuros & infrunitos, alterius vero feroces & extra omnem Chriſtianam manſuetudinem projectos mores, æqualiter abhorrebant, ultro ſe ex his fluctibus in tutiora pacatioraque reciperent, & ſub D. Auguſtini regula communem vitæ & diſciplinæ ſocietatem pudendis hiſce & cruentis diſſidiis præferrent.

Succeſſu temporis *Paterinorum* factioſum nomen, presbyteris uxoratis tandem ſuppreſſis, victæ parti adhæſit, tanquam obſcœnum & multa cæde ac ſanguine fœdatum, victoribus ut fit, quidquid in victoria propudioſum fuerat, in victos transferentibus. Uti eam rem cum ex ipſo *Bonizonis* loco a *Lambecio* excerpto, tum ex HUGONIS FLAVIACENSIS Chronico ad annum MLXXXIIII. luculenter docet, & ad amuſſim expendit Baronianæ meſſis vannus critica, PAGIUS (f). Sed & locus GALVANEI FLAMMÆ, qui Hiſtoriam Mediolanenſium ab V. C. ad annum circiter MCCCXXXVI. conſcripſit, hac de re conſulendus apud *Muratorium* (g) qui ejus *Manipulum florum* (ita opus inſcripſerat) ex Codice membraneo Mediolanenſi & altero Ambroſianæ dedit.

Cæterum de cæde BONIZONIS etſi ſeditionis illius Placentinæ mentionem faciant, uno fere ore obmuteſcunt Rerum Placentinarum Scriptores antiquiores. JOANNES DE MUSSIS civis *Placentinus* qui res patriæ ſuæ ab

---

(e) Ejectus ergo primum urbe, in vicina demum occiſus eſt. *Burgum* autem *S. Domnini*, inter Parmam Placentiamque via æmilia ſitum nomen a *S. Domnino* traxit, qui ſæviente Maximiliano martyrii palmam ibi nactus, uti id pluribus docet Ughellus Ital. ſacræ T. II. p. 62.

(f) Crit. Baron. T. IIII. ad An. MLVII. IX. & ſeq.

(g) T. XI. Rer. Ital. Cap. CL. Manipuli florum.

anno CCXXII. ad A.MCCCCII. luculento calamo deſcripſit,& quem a ſe editum plurimis verbis comendat MURATORIUS, de *Bonizone* tamen piſce magis mutus exiſtit. Idem etiam obſervamus in aliis Eccleſiæ illius Scriptoribus,etiam antiquioribus, qui ſua quoque e vetuſtioribus hauſerant,& quos a fide & rerum copia laudat toties laudatus *Muratorius**: & illi tamen tam uberes,tam * T. XVI. locupletes, tam luculenti, *Bonizonis* ne nomen quidem, nedum res geſtas Rer. Ital. p. & crudelem cædem memorant. Unius horum, quem *Muratorius* e Codice m. 448. Eſtenſi edidit, & de quo reperto fortunæ gratias agendas putat, jejunum Annalem in medium proferemus, iis firmandis quæ aſſeruimus: *A. C. MLXXXIX. fuit diſcordia inter milites & populares Placentiæ; & milites exierunt de civitate, habitantes caſtra & villas & prohibentes gentes Epiſcopatus venire ad mercatum Placentiæ, & tunc populares exeuntes de civitate contra milites, expugnaverunt caſtra usque ad Trabantianum. Et tunc milites per aliam viam congregati intraverunt civitatem excludentes de civitate populares, qui populares non valentes civitatem intrare ſteterunt juxta S.Lazerum, & tandem in feſto S.Michaelis invicem concordiam fecerunt.* *

Ubi nihil reperias, quod faciem illorum temporum referat, quibus * l. c. col. 251. *Arialdi* & *Herlibaldi* mali ſopiti ignes & incendia atrocius quam unquam antehac ſæviebant.

Cæterum quæ PETRUS MARIA CAMPIUS noviſſimus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Placentinæ, isque non indiligens ſed ſummorum virorum laudibus notiſſimus Scriptor de *Bonizone* congeſſit ex iisdem fontibus, unde noſtra hauſimus, deſumpta percepimus; neque enim ejus videndi atque evolvendi occaſio obtigit; idem ſed aſſeveranter pronuntiare de iis poſſumus, quæ de *Bonizone*, JOANNES LIVONUS *Carnutenſis*, Congregationis S. Mauri Monachus, varia eruditione conſpicuus Tomo I. Singularium ſuorum (h), ex (h) Lambecio aliisque deſultoria tamen brevitate collegit.

Hæc ſunt, quæ de vita & rebus BONIZONIS deque ipſius cruento obitu hactenus ad poſteros pervenere, quæque ex parte pro uberrima non modo Eccleſiaſtico ſed omnis politioris æque ac gravioris litteraturæ copia collato mecum ſtudio communicare dignati ſunt, per epiſtolas conſulti, viri ſupra laudes meas poſiti FRANCISCUS TOEPSELIUS Præpoſitus *Pollinganus* & (cujus jam vel nomen elogii inſtar eſſe cœpit) ejusdem antiquiſſimæ ſub regula D. Auguſtini *Canoniæ* Decanus, EUSEBIUS AMORTUS.

De *Sancti* & *Beati* titulo in hunc virum æſtu ſeculi & factionis ſuæ imprudentius accenſum a nonnullis collato Hagiographorum *Antwerpienſium* ſententiam eo referimus lubentius quo æquior nobis, nonnullorum recentiorum, nec auctoritate nec judicio nixa largitate, ſemper viſa eſt. Ita autem civitatis Chriſtianæ Tabularii & Archivi Collectores & Cuſtodes perpe- (i) tui (i): *Bonizonem Sutrienſem primum, deinde Placentinum, ut volunt * Epi-* * imo ve- *ſcopum, Sanctis Italiæ in priori ſuo catalogo annumerare auſus non fuerat Fer-* lint, nollint *rarius, aſt in altero generali paulo liberius pronuntiavit: Placentiæ, B. Bonizonis Epiſcopi & Martyris, de quo ut Sancto & Beato, nullus meminit hactenus. In annotationibus confuſe allegat, neſcio quos Annales urbis Placentinæ & Baronium ad annum MLXXXIX. Hunc igitur primum conſului, in quo de Bonizone nil prorſus reperi præter ipſiſſima verba Bertholdi Conſtantienſis, in appendice Hermanni ad dictum annum MLXXXIX.* Refert poſtea locum *Bertholdi*, accuratiſſimus CUPERUS (is enim annotationum harum auctor) & porro pergit: *His ponderis aut auctoritatis nec hilum Baronius de ſuo addidit, ne quidem Beati titulum Annales Placentinos alios non vidi præter eos, quos Italice vulgavit Petrus Maria Campius, alibi a nobis excuſſus, in Indice ſui operis Bonizonem canonizatum non recte aſſerens, nec magis vere narrans pag. 358. eum a Baronio vocatum S. Bonizonem, niſi inepte indicem, neſcio a quo concinnatum, pro annalium textu ſubſtituerit: nec Bucelinus, plus roboris adjungit, a quo male refertur tertia Junii. Admitto & ſuſpicio præclaros Bonizonis labores omnes & graviſſima vulnera ei a Schiſmaticis inflicta, at Martyrem unquam legitima auctoritate declaratum fuiſſe, vel ut talem, Sutrii, Pla-*

(h) Singularités Litteraires. T. I. Nombre XIII. p. m. 310 -- 313.

(i) In annot. de prætermiſſis die XIIII. Julii, quo loco de Typographi errore *Junium* pro *Julio* ponentis, me monuit Cl. AMORTUS, & per me alios.

Placentiæ aut Veronæ cultum, *non probant earum Eccleſiarum tabulæ* ; *nec Ughelli Elogium Tomo I. col.* 190, *ubi Bonizzus vocatur*, *de ullo cultu meminit*; *nec mihi licet Sedis Apoſtolicæ judicium prævertere*. His ſubjungit Epitaphium Cremonæ, in quo quidem Martyr audit *Bonizo*, ſed id recentius cum ſit, nihil firmat reclamante antiquitate. Obſervat SANDIUS in notis & animadverſionibus ad VOSSII de *Hiſtoricis Latinis* opus doctiſſimorum virorum acceſſionibus & lima hodie perpolitiſſimum, *Bonizonem* ſive *Bonithum* a nonnullis ONYTHONEM *dictum quod prima littera B. credita fuerit* * pag. 353. edit. Amſtel. 1677. in 12. *beatitudinis indicium* *. Quod obtuſi naſi recentius commentum, nemo non qui emunctiori utitur, deprehendit.

Nullam cæterum *Bonizonis* apud Bibliographos inſigniores SIGEBERTUM *Gemblacenſem*, HENRICUM *Gandavenſem*, JOANNEM TRITHEMIUM, *Cardinalem* BELLARMINUM, *Guilelmum* EISENGREINIUM, *Aubertum* MIRÆUM, *Antonium* POSSEVINUM, *Conradum* GESNERUM & ejus Epitomatores, neque apud *Geardum Joannem* VOSSIUM, quem de Hiſtoricis ſcribentem cura illa propius ſpectabat, mentionem occurrere, nemo cum *Caſimiro* OUDINO valde mirabitur, qui, quam ſupine argumentum illud vaſtiſſimum atque inexhauſtum plerique eorum (quos ipſa copia inopes ſubinde fecit) tractaverint, ſecum probe perpenderint. Tanta enim tamque immenſa cum eſſet eorum, quorum ſcripta tum paſſim exſtabant, copia, facile eorum, quorum tum & fama & lucubrationes alta caligine & ſitu premebantur, oblivio obrepſit.

Non tamen *Bonizonis* ejusque operum memoria ita omnino exoleverat, ut nullum penitus veſtigium extaret: nam & ANONYMUS *Mellicenſis*, Bonizoni noſtro ſynchronus, a *Bernardo* PEZIO in lucem protractus, ejus men- (k) tionem facit (k) his verbis: *Ponizo Sutrienſis presbyter Septimi temporibus ſcribit excerpta de Canonibus*. Et apud *Muratorium* Rerum Italicarum Tomo III. qui acta Pontificum Romanorum & vitas complectitur a NICOLAO ARRAGONIÆ S. R. E. Cardinale conſcriptas, in *Leonis IX.* vita manifeſte apparet *Nicolaum* Bonizonis Hiſtorias præ oculis habuiſſe: adeo non res tan- * p. m. 277. tum ſed & verba illius, ſua facit *. Nec in *Leonis* tantum ſed & in *Stephani IX. Nicolai II.* & *Alexandri II.* geſtis vitulo Bonizonis ſtrenue aravit *Nicolaus*, etſi ejus interim verbo non meminerit. Quod pluribus conficere, cum conferri jam inter ſe, opera noſtra utriusque ſcripta poſſint, hujus loci porro non eſſe videtur. Sufficiat ſaltem notaſſe in ſpecimen *Nicolaum* in vita *Alexandri II.* mentionem facere ſtatuti a Lombardis Epiſcopis *Guiberto Parmenſi* auctore facti, *ut aliunde non deberent Papam recipere*, *niſi ex paradiſo Italiæ*, quæ totidem verbis apud noſtrum leguntur.

RICOBALDUS quoque *Ferrarienſis*, Canonicus *Ravennas in Hiſtoria Imperatorum Romano-Germanicorum a Carolo M. usque ad annum MCCXCVIII.* * T. IX. Rer. Ital. producta apud laudatum *Muratorium* * qui eam pridem a V. Cl. *Joanne Georgio* ECCARDO editam, ope Codicis *Eſtenſis* purgatius & locupletius re- * col. 121. cudi fecit, in *Henrico II.* * Imp. quædam e *Bonizone* affert, nec niſi in ſolo nomine titubat *Deonitum* appellando. *In libro tamen Deoniti* (inquit) *quem miſit ad Comitiſſam Mathildam dicitur*, *quod cum dictus presbyter* (de *Gratiano* Papatus emptore ſermo eſt) *ſimplicitate ductus pontificatum ſibi per pecuniam acquiſiviſſet*, *ut ſchiſmati obviaret*, *ipſe mox errorem ſuum cognoſcens*, *ſuadente Imperatore ſe abdicavit officio*.

Hæc autem non apud Domnizonem (quem videri poſſet ſub Deonito ſuo intellexiſſe) cujus libri ad Mathildam extant ab Illuſtri Leibnitio recogniti, ſed apud Bonizonem noſtrum, & prolixius leguntur. Sed & ipſe Muratorius, pro ſumma ſua in edendis monumentis integritate monet loco *Deoniti* inter lineam adſcriptum in Codice *Bonici*. Adeo prope a vero abfuit vir tam perſpicax, ſed eum notioris Domnizonis nomen a vero abſtraxit, quem noverat Mathildi librum nuncupaſſe, ut reponeret: *an forte Donizi*, *ſeu Domnizonis*?

* l. c. col. 122. Sub Henrico IIII. * Hiſtoriam Hildebrandi Prioris Cluniacenſis poſtea Pontificis Gregorii VII. Archiepiſcopum Ebronienſem ſimoniæ miro argumento convincentis & ad abdicationem cogentis, iisdem fere verbis narrat,

---

(k) Cap. CXII. p. m. 489. ad calcem ejusdem Bibliothecæ Benedictino-Maurianæ.

quæ hodie Bonizone extante legimus. Quo loco *Riccobaldus* auctoris ſui nomen non jam truncatum aut deforme ſed vere & genuine refert *Bonizonem* vocando. MURATORIUS tamen adeo nihil ſuſpicatur genuini, ut & hic *Donizonem* reponendum putet.

Bonizonis denique meminit etiam *Martinus Polonus* in chronico etſi nec in omnibus codicibus, nec eodem modo. Juvat ea de re ipſum audire Lambeccium, qui octo ea in re inter ſe contulit, quos omnes locupletiſſima illa & vere Auguſta (cui præfuit) Bibliotheca poſſidet. Ita autem ille: *Hæc igitur ſunt illa chronica Bonizonis, ſive, ut idem alias corrupte appellatur, Boniſii de geſtis Pontificum Romanorum, quorum Martinus Polonus in chronici ſui præfatione meminit his verbis: „ Compilavi autem præſens opuſculum ex „ ſcriptis T. Livii, ex chronicis Oroſii, ex chronicis Damaſi Papæ de geſtis Pon- „ tificum, ex chronicis Boniſii Epiſcopi Sutrini de geſtis Pontificum, ex chro- „ nicis Pauli Diaconi &c. „ Ita enim hic locus revera legendus eſt, non autem, ut in Joannis Oporini editione Baſileenſi Anno MDLIX. in fol. & in Suffridi Petri editione Antwerpienſi Plantiniana anno MDLXXIIII. in 8. perperam & mendoſe legitur: de geſtis Boniſii Epiſcopi Sutrini, de geſtis Pontificum. Quam ob rem merito reprehendendus eſt Joannes Fabricius cognomine Cæſar, qui in editione ſua ejusdem Chronici Coloniæ Agrippinæ typis Gerhardi Grevenbruch A. MDCXVI. in fol. excuſa, verba præfationis Martini Poloni, quibus Chronicorum Boniſii, ſive Bonizonis de geſtis Pontificum Romanorum facit mentionem, omnino omiſit; nempe haud alia de cauſa, quam quoniam ipſi Boniſius iſte ſive Bonizo, prorſus fuit incognitus* (l). Hæc Lambecius, qui eodem (l) L. II. Cap. VIII. (m) variam memoratorum Codd. MMSS. Lectionem hiſce (m) indicat verbis: *neceſſarium arbitror, ut hic Coroilarii inſtar addam, quomodo idem locus ſe habeat in octo ſupra memoratis * Codd. MS. Aug. Bibl. Cæſ. In* *pag. 863. PRIMO *igitur &* SECUNDO *illorum Codd. legitur hoc modo: Item ex Chronicis Boniti Sutrini Epiſcopi de geſtis Pontificum & Imperatorum. In* TERTIO *legitur: item ex Chronicis Bobini &c. In* QUARTO *legitur: item de geſtis Boniſii Epiſcopi Sutrini de geſtis Pontificum. in V. VI. VII. & VIII. legitur: item ex Chronicis Bobini Sutrini Epiſcopi de geſtis utrorumque.*

Atque hæc ſunt, quæ de Bonizone pro argumenti & eruditionis copia ſive inopia potius, colligere potui. De quo vere aſſerere poſſumus, quod de Servii Sulpitii nobilitate Cicero * *Eam hominibus litteratis & hiſtoricis notiorem eſſe: Populo vero & Suffragatoribus obſcuriorem.* * Pro Muræna. Quod ſupereſt, ad ingenii ejus monumenta pertinet, quæ ſingula ordine recenſenda.

CATALOGUS OPERUM.

I.

Epitome omnium operum & ſententiarum S. Auguſtini Paradiſus Auguſtinianus inſcripta & in libros octo diviſa.

PRimus omnium hujus operis notitiam eruit Helluo ille librorum (quemadmodum Cato appellari ſolebat) Petrus Lambeccius Bibliothecæ Auguſtæ Cæſareæ Vindobonenſis Præfectus longe digniſſimus; is eum una cum aliis codicibus vetuſtis Cæſareo juſſu anno ſeculi ſuperioris ſexageſimo quinto ex arce Ambraſiana in Cæſaream Bibliothecam a ſe translatum, Libro ſecundo Commentariorum ſuorum, quos de eadem locupletiſſimos etſi ad finem non perductos poſteris reliquerat, diligenter & exacte recenſuit.

Extat opus in Cod. LXXXV. chartaceo in folio, conſcripto Anno MCCCCXXXIX. Nuncupaverat illud Bonizo Joanni Abbati, quem illum ſcientia pietate & Chriſtiana manſuetudine celebratiſſimum Joannem Gualberti Vallis umbroſæ fundatorem fuiſſe inter doctos dudum conſtat. Epiſto-

---

(l) In Diſſert. de Cod. MS. Ambraſiano LXXXV.

(m) In recenſ Cod. CCLIV. in quarto majori, qui Martini Poloni Chronicum continet. p. 872. ſeq.

lam illam notis ſuis reconditæ eruditionis illuſtratam integram fere inſerit Commentariis ſuis Lambeccius, quod in ea inſtitutum argumentumque operis plane & dilucide explicaretur. Eam hoc tanquam vere ſuo loco legi, ubi de Bonizonis rebus ex inſtituto agitur, nec intempeſtivum nec mole-
(n) ſtum erudito Lectori videbitur (n).

Bonizo in familia Dei minimus Joanni Reverendiſſimo Abbati ſalutem.

Dominica voce reus agitur, qui talentum ſibi creditum maluit, humo tegere quam nummulariis ad menſam commodare, cujus admiſſi culpam ſolicite vitare deſiderans, deliberavi Dei juvante gratia quamdiu ſpiritus vitalis meos vegetaverit artus, quicquid auditu cordis & corporis percipere, intellectu diſcernere, quicquid palato cordis potero ruminare, fratribus indigentibus libenter communicare. Suſcipe igitur Pater venerande EXCERPTUM SENTENTIARUM MIRIFICI DOCTORIS AUGUSTINI, *tibi ſudatum & per annum vix ad calcem perductum, quod octo voluminibus diviſum a me* PARADISI *nomine eſt decoratum, & non immerito* &c.

Refert poſtea Lambeccius, quæ de ſingulorum librorum argumento circa finem ejuſdem Epiſtolæ ſuæ memorat Bonizo, *accingere itaque* pergens, *Pater chariſſime & admirabilis Doctoris ſcrutare ſententias, & quid ſit Deus, & quid non ſit Deus, & quid ſit Trinitas, quidve Unitas ſubtili indagatione conſidera; & de diverſitate perſonarum & de uniuscujusque perſonæ proprietate & de miſſione Filii & de proceſſione S. Spiritus, & qualiter unum tria ſit, & qualiter tria unum ſint, & de divina Providentia in* PRIMO *lege & inveſtiga viriliter. In* SECUNDO *vero volumine de rationali quære creatura & qualiter Angelica creata ſit creatura qualiterve humana, & cur Deus Diabolum creaverit, quem præſcierat peccaturum, cur vero hominem; & de libero arbitrio & de gratia quære diligenter & invenies. In* TERTIO *vero de origine Adæ & de Paſcha & de Baptiſmi Sacramento & de corporis & ſanguinis Domini Euchariſtia & de charitate ſcrutare viriliter. In* QUARTO *vero cur adorandus ſit Deus, cum ſciat, quid nobis ſit neceſſarium, & de ſeptem petitionibus, & de diligendo Deo, & de lege naturali, & quod melius ſit ab homine quam a vitio vinci & de adipiſcendis virtutibus & de cavendis vitiis & de fugiendo mendacio, & de octo generibus ejuſdem, & de percipiendis alimentis, & adverſus Mathematicos & contra Origeniſtas, ſi quæſieris naviter, invenies dilucidatum. In* QUINTO *vero invenies de Doctrina Chriſtiana, & quod inter omnia ſigna verba obtineant Principatum & de ſignis ambiguis & de figuratis locutionibus & qualiter intelligenda ſit ſacra Scriptura & de cavendis barbariſmi vitiis & de
(o) artium peritia & de eloquentia & de ſeptem Tychonii* (o) *regulis, & de quinquageſima & quadrageſima. In* SEXTO *vero de auctoritate LXX. interpretum quive fuerint, & ab ipſo initio Geneſeos usque ad Salomonis tempora multiplices & difficiles, ſolutas a B. Auguſtino invenies Quæſtiones. In* OCTAVO *vero ſcriptum reperies, quid ſit infernus, & utrum in inferno mali tantum an etiam boni manſuri ſint, & an corpora poſſint eſſe in uſtione ignis perpetua, & quibus Sacrificium proſit poſt mortem & qualiter mortui in ſomnis viventibus appareant, & de oblatione & eleemoſyna pro defunctis & quod Adam morte Dominica ab inferno ſit liberatus, & de duabus reſurrectionibus, & quod peracto judicio ignis fiet conflagratio, & an ad Dominici corporis modum, omnium mortuorum reſurrectura ſint corpora, & de novitate corporis ſpiritualis & de poſſeſſione æternæ beatitudinis & de qualitate viſionis, qua Deus in futuro videbitur & de æterna civitatis Dei felicitate. Talibus deliciarum pomis veſcere, his te paſce deliciis ſicque ligni vitæ ſaginatus dulcedine ſermones Chriſti ſervabis, mortemque non guſtabis in æternum. Meæ quoque compatiens infirmitati, mei laboris non immemor ab æmulorum latratibus ſcuto tuæ orationis me protege.*

(n) Retulit ante nos Oudinus T. II. Comentar. de Scriptor. Eccleſiaſt. col. m. 739. ſeq.

(o) De hoc Tychonio natione Afro ad Gennadium Lib. de Scriptoribus Eccleſ. Cap. XVIII. & Auctores ibidem citatos in Auberti Miræi Scholio remittit Lambeccius Lectorem. De ipſo vero Donatiſtæ hujus ſcripto, ſæpius jam edito plura habet Cl. Schœtgenius L. XIX. Bibliothecæ Fabricii mediæ & infimæ latinitatis, p. m. 764.

Refert poſtea initium Libri primi his verbis: *omne, quod eſt, aliud eſt, quod conſtat; aliud eſt, quo conſtat; aliud quo diſcernitur, aliud quo congruit. Univerſa igitur creatura &c.*

In ipſius vero operis commendationem hæc porro adjicit indefeſſus ille Bibliothecarius: *Digniſſimum profecto eſt hoc opus, ut adminiculo typographiæ publici fiat juris, cum propter enucleationem doctrinæ S. Auguſtini, tum vero etiam reſpectu ipſius Bonizonis,* cujus res ex Bertholdo Conſtantienſi, Ughello, Baronio, Ferrarioque hoc loco prolixe & laborioſe proſequitur.

II.

De Eccleſiaſticis Sacramentis.

PRimus illud opuſculum Reipublicæ litterariæ indicavit JOANNES MABILLONIUS, ejusdem ornamentum longe maximum. Repertum & evolutum a ſe (breviſſimum enim eſt) in Ambroſiana Mediolanenſi cum anno MDLXXXV. Italiam, literariæ mercis Emporium ditiſſimum, pede impigro percurreret. Ita autem ille in itinere Italico Tomo I. Muſei Italici præmiſſo (p): *In alio Codice extat Bonizonis Sutrini Epiſcopi Liber de Sacramentis ad Galterium Leonenſis Monaſterii Abbatem: quo in Libro Auctor meminit alterius opuſculi ſui contra Ugonem ſchismaticum.* Hæc ibidem MABILLONIUS quaſi curſim. Preſſius pedem fixit Illuſtris MURATORIUS, qui opuſculum ipſum ex eodem, quem Mabillonius viderat *Ambroſianæ* Codice deſcriptum publici juris fecit in præclaro opere ANTIQUITATUM ITALICARUM MEDII ÆVI, *Diſſertatione XXXVII.* (q) Agens enim ex occaſione tabularum antiquarum in loco *Leni* Diœceſis Brixienſis exaratarum, Monaſterii Leonenſis ſive ad Leones ut poſterioribus temporibus appellatum fuit varia monumenta in lucem producit. Sed ipſum potius audire præſtat edendi opuſculi occaſionem explicantem. *Sed quando*, inquit memorato loco, *in Leonenſe Monaſterium incidimus, veniam mihi a Lectoribus polliceor* (veniam? imo gratiam) *ſi illud non ante dimiſero quam opuſculum hactenus luce carens hiſce veterum ſæculorum monumentis adjecero, ejus auctor eſt Bonizo*, de quo, poſtquam eum ex Bertholdo, Ughello, Lambeccio, Caveo & Oudino notiorem fecit, porro monet, opuſculi hujus ante ſe non ſolum Mabillonium ſed & ante iſtum Petrum Mariam Campium Hiſtoriæ Placentinæ auctorem tum adhuc ineditum, meminiſſe tanquam a ſe Romæ viſi ſub rubro *de Eccleſiaſticis Sacramentis.* Hoc *igitur opuſculum* (pergit MURATORIUS) *quod e MSto Codice Ambroſianæ Bibliothecæ olim ego hauſi ad* GUALTERIUM *Leonenſis Monaſterii non* ABBATEM (uti properanter legerat MABILLONIUS) *ſed* PRIOREM, *ſcriptum diſſertationi huic additum volo.*

Id nos, etſi multis rationibus doctorum virorum meditatione & exercitatione digniſſimum cum altioris ſit indaginis & jam publici juris factum ſit, aliis examinandum & recenſendum conſulto relinquimus.

Meminit in eo Bonizo alterius cujuſdam *Libri* a ſe ſcripti in *Ugonem ſchiſmaticum* de quo poſtea ſuo loco.

III.

Decretale, ſive ſyntagma Decretorum Eccleſiaſticorum ex ſacra Scriptura probatisque Conciliis, ut & ex Pontificum Romanorum & ſanctorum Patrum aliorumque orthodoxorum Auctorum monumentis collectum & ſecundum locos comunes in ſeptem libros diviſum.

ITa inſigne hoc opus recenſet Lambecius ex Codice membraneo Auguſtæ Vindobonenſis, quem merito propriis verbis rem enarrantem audimus. De Bonizonis enim lucubrationibus agens partim Theologicis partim Hiſtoricis

---

(p) Lutet. Pariſ. 1724. in 4. p. m. 13. – 1685. Aprili in deſcriptione Ambroſianæ Mediolanenſis.

(q) T. III. p. m. 599. ſeq. Diſſert. XXXVII. de Hoſpitalibus peregrinorum, infirmorum, infantium expoſitorum &c.

* Lib II. Comment. p. 797. ricis *unum*, inquit *, *præ cæteris memorabile reperi inter Auguſtæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis Codd. MS.*^{tos} *Hiſtoricos latinos, qui nondum certis numeris notati ſunt. Volumen, quo illud continetur, membranaceum eſt in folio minori ſeu quarto majori, & quantum ex ſcriptura aliisque circumſtantiis judicare licet, non multo poſt Bonizonis mortem exaratum eſt. Poſſeſſor hujus ra-* (r) *riſſimi & forſan unici* (r) *Codicis MS. fuit olim, ut ipſe primo ejus folio propria manu teſtatur Joannes Albertus Widmeſtadius Imperatoris Ferdinandi I. Conſiliarius & Provinciarum Auſtriæ orientalis Cancellarius.* Poſt cujus litteratiſſimi viri & ſeculi ſui Polihyſtoris ac Poliphemi laudes ne quidem poſt reconditæ eruditionis plenos de ejus meritis litterariis ſummorum virorum Schœlhornii & Maſchii Commentarios ſatis deprædicatas Lambeccius porro ita proſequitur: *Continetur autem jam memorato Codice hactenus ineditum Bonizonis Decretale, ſive ſyntagma Decretorum Eccleſiaſticorum, ex ſacra Scriptura probatisque Conciliis, ut & ex Pontificum Romanorum & ſanctorum Patrum aliorumque orthodoxorum Auctorum monumentis collectum & ſecundum locos communes in ſeptem libros diviſum: cui proœmii loco præfixa eſt Epitome Hiſtoriæ Pontificum Romanorum a S. Petro Apoſtolorum Principe usque ad Papam Urbanum II. qui die XII. Martii anni MLXXXVIII. electus eſt. Titulus jam memoratæ Epitomes hic eſt : Chronica Romanorum Pontificum edita a Bonithone Sutrino Epiſcopo viro per omnia doctiſſimo.*

Refert poſtea principium operis, quod cum in Codice Brixiano acephalo deſideretur, prout ille e Vindobonenſi deſcripſit, exhibemus: *Scripturus de Excellentia Romanæ Eccleſiæ & de privilegiis ad ejusdem Eccleſiæ Epiſcopum pertinentibus, & de conſtitutionibus ejusdem, ſolertem rogo Lectorem, ne citiſſime in meam prorumpat ſugillationem, dum viderit me in tam profuſo opere ſuccinctum, pauca dixiſſe de magnis. Quod ſi Moyſes omnem ſcientiam doctus Egytiacam, qui erat vir mitiſſimus ſuper omnes homines, qui habitabant in terra, quem Dominus noverat ex homine, incircumciſum ſe labiis dicit, ne mitteretur ad Egyptum, & Jeremias ſe puerum nominat, ne ad regna evellenda & plantanda, ædificanda & deſtruenda mitteretur excuſans: quid ego miſerrimus nullius bonitatis vel ſcientiæ mihi conſcius, aliud, quam me indignum tanto opere judicabo? Sed quia Deus in ſentibus locutus eſt, &, cum voluit, linguam rudentis reſolvit in verba loquentis, accepta fiducia ab illo, a quo omne datum optimum & omne donum perfectum eſt, ſupplicabo ei, orans ut meas utinam! non dedignetur inviſere ſentes. Mihi vero multa voventi ac cogitanti nil melius occurrit, quam quod hæc ſacroſancta Eccleſia nullis ſynodicis conſtiſtituta, ſed ipſius Domini eſt voce fundata, dicentis ad beatum Petrum: tu es Petrus; & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Cui addita eſt ſocietas beati Pauli Magiſtri gentium, ut quæ erat electa caput gentium, ſedes eſſet Apoſtolorum Principis & Magiſtri gentium. Ipſa eſt enim vertex & firmamentum omnium Eccleſiarum dicente Domino ad beatum Petrum: ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando converſus confirma fratres tuos. Quid dicam quod omnis Chriſtiana Religio &c.* Hactenus quidem Lambeccius ex Codice Vindobonenſi. Pleniorem operis hujus notitiam nobis ſuppeditat Codex Brixianus, quem ex archivo Eccleſiæ illius cathedrali recenſet vir non ſolum ab ea, quæ a ſanguine venit, ſed & vera illa quam litteræ pariunt nobilitate conſpicuus Joannes Hieronymus Gradonicus Can. Reg. Brixiæ ſacræ Auctor laudatiſſimus. Conſtituerat ille abſolutæ a ſe Pontificum Brixianorum (s) ſeriei (s) Codd. MSC. qui in archivo Eccleſiæ illius cuſtodiuntur Elenchum adjicere; ſed mutato poſtea conſilio eruditis ſpe ſua excluſis certe dolendo, intra unius Codicis recenſionem ſubſtitit, qui Bonizonis noſtri decretale continet. Sed ipſum potius, cui ante oculos & in genubus Codex ille fuit (t) narrantem audiamus (t). *Placet doctis Brixianis ſpartam hanc exornandam relinquere, & in unius tantum Codicis deſcriptione aliquantiſper immorari. Con-*

(r) Pleniorem multo inter Brixianæ Eccleſiæ Codices MS. latentem mox indicabimus. Eſt autem Vindobonenſis ille *Membranaceus* in *folio minori* ſeu *quarto majori, & quantum ex ſcriptura aliisque circumſtantiis judicare licet, non multum poſt Bonizonis mortem exaratus*, ut verba ſunt Lambeccii.

(t) Brixiæ 1755. ex Typogr. Joh. Bapt. Boſſini in 4. maj.

(u) In appendice de Codd. MSC. memorat. p. m. 443.

ſcriptus is eſt ſeculo XI. Titulum præfert ora ſecundæ paginæ, qui ſic ſe habet: BONIZONIS EPISCOPI DE SANCTORUM PATRUM AUTHENTICIS CANONIBUS AD GREGORIUM PRESBYTERUM.

Poſt brevem poſtea de Bonizone & ejus lucubrationibus ac libris notitiam porro ita proſequitur vir doctiſſimus: *At ex his nullus illo præſtantior cujus ex Brixiano Archivo nunc damus deſcriptionem, ſive res attendas, quas complectitur, ſive raritatem Codicis & præſtantiam conſideres. Alterius enim ſolum occurrit mentio in Vindobonenſis Bibliothecæ commentariis, quem rariſſimum fortaſſe etiam unicum appellat loco citato * Oudinus. Accedit illum mancum eſſe, cum* SEPTEM *duntaxat contineat libros,* DECEM *vero Brixianus. Prima charta cum deſideretur, libri etiam primi initium deeſt, reliquorum vero initia ſunt hæc:*

* T. II. p. 737.

Incipit LIBER SECUNDUS. *Quod ante ſit docendus omnis quam baptizandus: & quid ſit Baptiſmus: & quot modis fiat: & a quo ſumpſit exordium.*

Incipit LIBER TERTIUS. *Clemens Epiſcopo Jacobo in his civitatibus Apoſtolorum princeps primates inſtituiſſe ubi primitus archiflamines &c.*

Incipit LIBER QUARTUS: *Scripturus de Excellentia Romanæ Eccleſiæ & de privilegiis ad ejusdem Eccleſiæ Epiſcopum pertinentibus &c.*

Incipit LIBER QUINTUS: *Superioribus tribus libellis, qualis debeat eligi Epiſcopus . . . ſupereſt nunc de ſecundi ordinis Sacerdotibus & Diaconibus cæterisque ordinibus, prout Deus conceſſerit, enarrare, & primum ab ordinatione ordiamur &c.*

Incipit LIBER SEXTUS: *Monachorum quatuor eſſe genera beato Benedicto referente cognovimus &c.*

Incipit LIBER SEPTIMUS: *Scripturus de Regibus & Judicibus & de his, qui in laicali ordine ſunt conſtituti operæ pretium viſum eſt &c.*

Incipit LIBER OCTAVUS: *quia vero ſuperiori libro de Prælatis in laicalique ordine poſitis . . . Supereſt nunc in ulteriori libro qualiter ſubditi vitam debeant inſtituere, breviter indagare.*

Incipit LIBER NONUS: *Liber iſte medicinalis inſcribitur, eo quod ægrotantium varia continet medicamenta animarum.*

Incipit LIBER DECIMUS. *Superiori libro dixiſſe me memini. . . . operæ pretium viſum eſt mihi auctoritates & exempla SS. Patrum compendioſe colligere & judicia de criminibus qualiter judicavere, huic libello inſerere.*

Ex quibus omnibus non male concludit vir clariſſimus plurimum præſtare Vindobonenſi Codici hunc Brixianum.

Primus ejus operis mentionem feciſſe videtur Anonymus Mellicenſis ſuperius a nobis adductus, qui ab uno hoc opere Bonizonem videtur noviſſe. Poſt Lambecii vero recenſionem *Brixiani Codicis notitiam* (pergimus in verbis Gradenigi) *primus vulgavit in ſupplementis ad Labbæanam Conciliorum editionem* * DOMINICUS MANSIUS, *quem de pretioſi Codicis inventione reddideramus certiorem. Cl. Abbas* TROMBELLIUS *a nobis laudatus eum Codicem cum nobiſcum ante aliquot annos in citato archivo vidiſſet, provinciam ſuſcepit in lucem emittendi, obtenta in eum finem illius exſcribendi ab Illuſtriſſ. ac Rev.mis Canonicis facultate.*

*Tom II. in Præf. ad append. p. 3.

Optandum ſane Reverendiſſimum hodie Congregationis S. Salvatoris Abbatem generalem, & tot ingenii atque doctrinæ eximiæ monumentis inſignem JOANNEM CHRYSOSTOMUM TROMBELLIUM, ab ea ſpe nos non deturbare ob mendoſiſſimum & acephalum Codicem Brixienſem, quem obiter inſpectum officioſe nimis commendaverant alii. Maxime cum ſpes nondum decollarit ea, quæ vel hiant vel deficiunt e *Vindobonenſi,* reſarciendi, emendandi & redintegrandi. In Catalogo ipſo *Codd. Brixienſium* GRADONICO referente ita recenſetur: *Bonizonis Epiſcopi &c. &c. Collectio Canonum eſt anno MC. vix elapſo, confecta* (imo decennio ante & amplius diem ſuum jam obierat Bonizo.) *Opus ineditum eſt. Prima pagina deſideratur aliæque nonnullæ, nonnullis in locis.*

IV.

Epitome Hiſtoriæ Pontificum Romanorum.

EXhibet illam idem ille Codex Vindobonenſis modo memoratus, qui *Bonizonis Decretale* continet, *cui Proœmii loco præfixa eſt* (ſunt verba Lambeccii *) * loc. cit. p. 797. *a S. Petro Apoſtolorum Principe usque ad Papam Urbanum II. qui die XII. Martii anni MLXXXVIII. electus eſt. Titulus jam memoratæ Epitomes hic eſt : Chronica Romanorum Pontificum edita a Bonithone Sutrino Epiſcopo viro per omnia doctiſſimo.*

Illuſtris Muratorius, quem nihil fugit, quod Rebus Italiæ illuſtrandis quoquo modo faceret cum Lambecciana hæc legeret, nullum non lapidem movit, ut monumentum hoc publici juris faceret, uti ipſe teſtatur his verbis : (x) (x) *cujus poſtremi libri* (Epitomes Hiſtoriæ Pontificum Romanorum) *quum ego ſummopere avidus forem, intellexi tandem, nihil aliud illic exhiberi, niſi merum brevem catalogum Romanorum Pontificum, quales multos habemus, proptereaque ab eo ultra mihi procurando abſtinui.*

Poſtrema verba hujus Epitomes hæc ſunt : *Hucusque incipiens a beato Petro Apoſtolorum Principe usque ad noſtra tempora Romanorum Pontificum acta compendioſe digeſſimus, ſupereſt nunc, ut de* PRIVILEGIIS *ad Romanum Pontificem pertinentibus, & de* PRÆROGATIVA *ipſius ſedis, non profuſe ſed ſuccincte, Dei juvante gratia diſſeramus.* Poſtquam velut Proſphoneſin ad *Decretale* ſuum, de quo ſuperius egimus, progreditur.

CASIMIRUS OUDINUS, qui primus a Lambeccio, & ex illo potiſſimum Bonizonem Scriptoribus Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ inſeruit, alium ejusdem Epitomes Codicem MSC. ex THOMA SMITHO catalogi Codd. MSS. COTTONIANÆ memorat (y) his verbis : (y) *Extat aliud MS. exemplar hujus operis in Cottoniana Angliæ Bibliotheca ſub effigie Julii Littera A. Cod. VII. num. II. his verbis : Chronica Romanorum Pontificum edita a Bonithone Sutrino Epiſcopo, viro doctiſſimo, usque ad Urbanum II. ut habet titulus : Hujus Romani Pontificis acta, Auctor intime ſe ſcripſiſſe dicit.* Hæc ibi, ubi tamen fallitur vir doctiſſimus, dum exiſtimat Martinum Polonum, dum Bonizonem de geſtis Pontificum allegat, hanc epitomen præ oculis habuiſſe, cum conſtet *Librum ad amicum*, qui vere hunc titulum *Geſtorum* implet, deſignare voluiſſe.

V.

Contra Hugonem Schiſmaticum Libellus.

EUm librum, qui Urbani II. initia comprehendebat, hodie aut expectare jubemur latentem aut deplorare deperditum. Meminit ejus ipſe Bonizo duobus in locis, ſemel in opuſculo de Sacramentis Eccleſiæ, quod Muratorius in lucem protraxit, his verbis : *qualiter vero primus ſit* (S. Clemens Papa) *per electionem Petri, & tertius in gradu, ſi quis gnarus eſſe voluerit, legat* LIBRUM, *quem ſcripſi in* UGONEM SCHISMATICUM, *& ibi inveniet ad plenum dilucidatum* (z). (z) Et denuo atque copioſius in peroratione *Epitomes Pontificiæ Hiſtoriæ* de qua modo, ſequentem in modum *: * apud Lambeccium l.c. *Urbani vero Pontificis acta, & de ejus victoria, ſi quis ſcire voluerit, legat* LIBRUM, *quem ſcripſi in* HUGONEM SCHISMATICUM, *& ibi inveniet ad plenum dilucidata.*

De Hugone Candido Cardinali, qui & Alexandro II. apud Agnetem noſtram Auguſtam Henrici IV. matrem fluctus excitavit, & poſtea Gregorio VII. in gratiam Henrici filii maxime adverſatus eſt, temporum illorum Scriptores, pro partium quisque ſtudio plurima memorant. Ipſe Bonizo in rebus Alexandri II. prolixam mentionem facit, ſed uberiorem multo haud dubie in eo ſcripto, quo hodie caremus, fecerat, quod ipſum forte cum deplorata jamjam Auctoris noſtri ſcripta caput proferant, bono eventu emerget.

(x) Antiq. Italiæ Medii ævi Diſſert. XXXVII. col. 599. T. III.

(y) T. II. p. 744. 745. ubi mentio Catalogi hujus A. 1696. Oxonii in fol. editi. p. 2.

(z) Libello de Sacramentis. apud Murat. l. c. p. 602.

ANT. PAGIUS Criticæ Hiſtorico-Chronologicæ in Annal. Baronii T. IIII. ad A. 1044. p. 166. b. cui viro a ſe ſagaci, naſum criticum præterea finxit, prodigium eruditionis LONGUERYUS, ita de *Hugone*, occaſione hujus ipſius opuſculi: *Inſcriptus fuit in* HUGONEM SCHISMATICUM, *hoc eſt contra* HUGONEM *cognomento* CANDIDUM *Cardinalem Presbyterum T. S. Clementis, qui Anno MLXI. poſt obitum Nicolai Papæ caput & anteſignanus fuit eorum, qui novum Pontificem Romanum non niſi conſulto & conſentiente Imp. Henrico IIII. creandum eſſe contenderunt.*

VI.

Liber ad Amicum.

ITa eum indigitat ipſe Bonizo in fine *Epitomes Hiſtoriæ Pontificiæ*, Canonum collectioni a ſe ſuſceptæ, in Codice Vindobonenſi præfixæ. Eſt autem opus iſtud inſigne, ipſum illud quod ex membranis Boicis, novem libros complexis, modo in lucem protrahimus. Argumentum breviter ita adumbravit Bonizo: *Cæterum ſi quis de* THEOPHYLACTO *Tuſculano, qualiter* JOANNI *Sacerdoti vendidit Papatum, & quomodo uno eodemque tempore* THEOPHYLACTUS *&* GREGORIUS *&* SYLVESTER *Romanum non regebant, ſed vaſtabant Pontificatum, & qualiter* HENRICUS *Rex, Conradi filius, Romanam Eccleſiam a talibus peſtibus liberavit, gnarus eſſe voluerit, legat* LIBRUM, *quem dictavi, qui inſcribitur* AD AMICUM; *& ibi inveniet hæc ordinabiliter eſſe digeſta. Inveniet autem, & ibi Papa* CLEMENS *electus qualiter ſit, qualiterve* HENRICUS *Rex Imperator ab eodem ordinatus ſit, & de* DAMASO *ejus ſucceſſore quot in Papatu duxerit dies, & de præclaro* LEONE, *quid in Papatu egerit, qualiterve vitam finierit; & de* VICTORE *ejus ſucceſſore quid egerit, aut quid ejus temporibus novum evenerit; & de* STEPHANO *Godefridi Ducis germano, & qualiter ejus temporibus* PATAREA *apud Mediolanum exorta eſt; & de* NICOLAO *Papa & de lite, quam habuit cum* BENEDICTO *invaſore, & quid egerit in Papatu, & de* ALEXANDRO *Papa, & de lite, quam habuit cum* CADOLO *Parmenſe & de ejus victoria, & quid egerit in Papatu & de ejus fine, & de* SEPTIMO GREGORIO *& de ejus electione, & de vita ejus & moribus, & qualiter ad altare Domini in nativitate a* CENTIO *viro crudeli captus ſit, & eo die Dei gratia liberatus, & de Werra, quam ſuſtinuit ab* HENRICO *Imperatore, & de controverſia, quam habuit cum* WIBERTO, *& de ærumnis, quas ſuſtinuit & de obſidione civitatis & ſua, & qualiter a* ROTBERTO *Romanorum Duce ſit liberatus, & qualiter beato fine quieverit, aptiſſime declarata.* Hæc Bonizo, quæ verba exinde deprompta exacte repetit Baroniani operis inſignis commentator Pagius, & more ſuo inſertis notis illuſtrat *, ad quas Lectorem remittere placet; quantum autem pretium ſtatuerit ille ipſe Monumentorum Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ probus æſtimator ex verbis, quibus jacturam ejus deplorat, facile colligimus. *Profecto,* exclamat ille, *periiſſe opus, quod Annalibus Eccleſiaſticis maximam lucem affudiſſet ſummopere dolendum. Hæc tamen ſufficiunt ad declarandum, quantum is de rebus hoc tempore Romæ geſtis edoctus fuerit.*

Plenius id præſtabit opus ipſum, quod Eruditorum oculis ſubductum & longa oblivione memoria ipſorum exemptum, parum abfuit, quin ipſo fere in portu naufragium faceret. E Bibliotheca enim Boica, ubi latebat & fallebat ignotus Codex, in hominis privati Bibliothecam (ſuperfluam luxus & potentiæ ſupellectilem) traductus, a morte ejus, in angulo quodam familiæ herciſcundæ commodum tempus, donec ad bractearios iret, præſtolabatur, dum manum ducente Minerva in eum incidit vir Reverendus & gravioribus æque ac amœnioribus litteris, pro natalium & inſtituti dignitate inſtructiſſimus JOANNES EDELWECKIUS Clericor. Reg. D. Cajetani apud nos degentium tum Præpoſitus, qui profugum aut raptum familiæ reſtituit.

Codex ipſe membranaceus eſt in quarta, quam vocant, forma eaque minore & vere quadrata. In Bavaricam ex Schedeliana tranſiit, toties a nobis memorata. Antiquioris Domini nullum ibi veſtigium, in poſtico aſſere in ſchedula agglutinata, caractere, quem vocant Monaſtico legitur: *Libellus Boni Thonis, & eſt Chronica a Conſtantino usque &c.*

* Loc. cit.

In antico vero forinſecus: *Hiſtoria Bonithonis Sutrienſ. Epiſc. de Perſecutione Eccleſiæ.* Adjecta nota veteri Bibliothecæ *Stat. VII. Num. LIIII. A.* qui ordo, Bibliotheca ex arce Taufkirchenſi Monachium ab *Alberto* translata, poſtea immutatus, codicibus adhuc hæret illitus. Hodie inter Codd. MSC. Lat. num. DCXVIII. ſignatus eſt. Ipſe Codex caracterem ſeculi duodecimi ita graphice refert, ut paradigmatis loco rei diplomaticæ tyronibus eſſe poſſit: litteræ capitales hodie rubent, ſed in quibus veſtigia argenti, quo inductæ fuerant, adhuc manifeſta. De opere ipſo, nihil eſt, quod ante dictis adjiciam. Teſtem temporum illorum novum produco, an & veritatis? ii arbitrentur, qui veterum elogia, cum recenter reperti teſtimoniis conferent. Notas non adjeci idque conſulto, ne mihi coquos iniquiores redderem quam convivas, & quæ ſumma conſilii fuit, propter juſculum, piſcem perdere nolui: recentem præbui, alii condiant. Rerum Boicarum Scriptoribus inſeri a me Bonizonem, ſi qui erunt, qui vitilitigent, eos quidem dignos non habeo adverſus quos maximorum virorum (quod poſſim) exemplo me tuear; mihi certe auctor, hactenus deploratus, qui non germanicas ſolum res, verum Boicas quoque plurimis in locis illuſtraret, ſi alia omnia deſint (quo abunde tamen ſuperſunt) digniſſimus viſus eſt, qui prima quaque non data tantum verum etiam arrepta occaſione ederetur; quod ea contineat, *quæ qui legat, non multum deſideret contextam Hiſtoriam illorum temporum; ſic enim omnia de ſtudiis Principum, vitiis Ducum, mutationibus Reipublicæ perſcripta ſunt, ut nihil in iis non appareat* *.

* Nepos de Epiſt. Ciceronis ad Atticum.

Incipit Liber Bonithonis Sutrienſis Epiſcopi, qui inſcribitur ad AMICUM. *

* Hæc litteris argenteis.

Quare Eccleſia in perſecutione non exauditur.

QUæris a me unicum a tribulatione, quæ circumdedit me præſidium, quid eſt, quod hac tempeſtate mater Eccleſia in terris poſita, gemens clamat ad Dominum, nec exauditur ad votum, premitur nec liberatur, filiique obedientiæ & pacis jacent proſtrati, filii autem Belial exultant cum Rege ſuo. Præſertim cum qui diſpenſat omnia, ipſe ſit, qui judicat æquitate. Eſt & aliud unde de veteribus ſanctorum Patrum exemplis a me petis auctoritatem. Si licuit, ut licet, Chriſtiano pro dogmate armis decertare. Quibus tuæ mentis fluctuationibus ſi aurem ſani cordis adhibueris, facile reſpondebitur, tum quia in promptu nobis eſt, tum quia hoc tempore mihi ſcribere hoc valde viſum eſt neceſſarium, igitur de Dei miſericordia confiſi, qui linguas infantium diſertas facit adhoriamur ſermonem.

Mater Eccleſia quæ ſurſum eſt, nec ſervit cum filiis ſuis tum maxime liberatur, cum premitur, tunc maxime creſcit, cum minuitur. Nemo enim cœleſtis regni Abel concivis eſſe merebitur, niſi qui in præſenti Cain malitia ad puerum limaverit. Sic Enoch probatus repertus raptus eſt, ne malitia mutaret cor ſuum. Sic Noe humani generis reparator per ſexcentos ferme annos, quibus ab his, qui ſe injuſta maculaverant commutatione multa perpeſſus cum domo ſua mundo vindice aqua pereunte, liber evaſit. Quod ſi filii Jeruſalem aliquando captivi detinentur, tamen non ſerviunt, quod & ſi ſuper flumina quidem ſedentes [illegible] irriguas non delectantur, in ſalicibus ſuſpendunt organa, & non cantant canticum in terra aliena; ſed ad Jeruſalem ſuſpirant: & ideo beati, qui allidunt parvulos ad petram, filia autem Babylonis miſera. Sic Hebreus ille quidem Hur non tenuit Chaldæorum, Babilonio non ſervivit faſtui, ad Jeruſalem vero tetendit Melchiſedech videlicet, & ab eo benedictus ab Omnipotente pater multarum gentium appellatus eſt. Quod vero ſcriptum eſt duos filios habuiſſe, unum de ancilla & unum de libera, ſcilicet qui de ancilla ſecundum carnem, qui autem de libera per repromiſſionem; qui ſunt duo populi unus Catholicorum, alter vero hæreticorum, ſicut tunc qui ſecundum carnem perſequebatur eum qui ſecundum ſpiritum; ita & nunc. Unde dicit Scriptura: ejice ancillam & filium ejus. Nec enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Itaque Sara clamante ad Abraham Angelo intercedente, Hiſmael ex perſecutione exhæredatur, Yſaac vero hæreditate donatur. Ecce alia perſecutio, quam Yſaac ſuſtinet patienter. Fodit puteos, quos ante foderat pater ejus, invenit aquam, pro qua rixati ſunt Allophili. Non repugnavit, patienter ſuſtinuit, quamdiu invenit habundantiam & per habundantiam veniret ad Berſabe, quæ puteus ſeptimus & requies interpretatur, luce clarius demonſtrans, cum perſecutio ab his, qui foris ſunt, nobis infertur, tolerando devincendam. Cum vero ab his, qui intus ſunt, Evangelica falce prius ſuccidendam, & poſtea omnibus viribus & armis debellandam. Quod melius oſtendemus exemplis : ſed quid nobis cum allegoria ? veniamus jam ad Evangelicam veritatem. Veniamus ad lucem, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Veniamus ad verba cœlo terraque durabiliora, & inveniemus nihil nobis cum mundo amicum, nilve commune. Ideo non dolendum eſt nobis, cum perimus, ſed potius gaudendum. Sic enim Salvator ait: *nolite mirari, ſi odit vos mundus, ſcitote, quia me priorem vobis odio habuit.* Et iterum: *Pacem meam do vobis, Pacem relinquo vobis; non quomodo hic mundus dat, ego do vobis.* O quanta dignitas mundum cum filio Dei ſentire inimicum, ut Patrem, qui in cœlis eſt, una habere poſſimus amicum. Qui poſtea nos invitans ad Paſſionem, ſic ait: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere.* Et poſt pauca: *Si quis venit poſt me, abneget ſemet ipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.* Quodſi membra ſummi Capitis ſumus, debemus eum imitando eique inhærendo illuc tendere, quo eum perveniſſe pro certo cognovimus * probra & flagella & irriſiones & turpiſſimam mortem crucis, ad gloriam pervenit reſurrectionis & conſummatus factus gloria & honore coronatus ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Sic & nos, ſi filii ſummi Patris ſumus, per mundanas poſſeſſiones debemus commori ſecum, ut conreſurgentes ſimul conregnare poſſimus, quod illi matris noſtræ non habentes maculam neque rugam primi fundatores & documentis docuere & exemplis monſtravere. Reſpondet enim aliud princeps ovilis & vas electionis & filii Boarnages * & fratres Domini cæterique Dominici gregis arietes, aliud nos docuerunt, quia mundum cum pompis ſuis relinquentes, quæ ſurſum ſunt ſapiamus, non quæ ſuper terram. Quod exemplis monſtraverunt, cum irent gaudentes a conſpectu Concilii; quoniam digni habiti erant pro nomine JESU contumelias pati. Igitur poſtquam in omnem terram exivit ſonus eorum, conſummati facti conſtituti ſunt principes ſuper omnem terram. Hos ſecutus eſt Martyrum candidatus exercitus; qui per varia pœnarum genera mortem invenientes, æternam vitam lucrati ſunt. Quorum alii ſtipitibus ſuſpenſi, alii variis cruciatibus perempti, alii capite truncati, alii vivi excoriati, alii flammis concremati, alii fluminibus necati, alii vectibus perforati, alii vivi defoſſi, alii luminibus privati, alii membris cæteris debilitati, alii ſecti, alii lapidati, alii vincula & verbera experti, inſuper & carceres circumierunt in melotis & in pellibus caprinis. Hos ad tam præclaram gloriam perduxit Pontificalis Apex, qui quamvis pene toto orbe jam diffuſus, quod verbis prædicabat, oſtendebat exemplis. Præcipue Romanus Chriſtianusque Senatus, qui a beato Apoſtolorum Principe ſumens exordium per ducentos ferme annos ad pii Conſtantini tempora, continuis bellorum ſucceſſibus diebus noctibusque cum antiquo hoſte decertans XXXIII. vicibus de eodem venenoſo ſerpente triumphans, non ante deſiit tolerando certare, ſubjiciens ſibi principatus & poteſtates, quia ipſum Romani Imperii ducem Chriſtianæ ſubjecit Religioni. *Explicit Liber primus.*

* inſerendum forte *per* vel *poſt*

* ita Cod.

Liber ſecundus.

IGitur Conſtantino a Sylveſtro ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Epiſcopo baptizato & ab eodem Imperiali diademate ſublimato clauſa ſunt templa, reſeratæ ſunt Eccleſiæ, cœperunt parietibus depingi imago Salvatoris & e publico dejici imago Jovis: cœperunt altaria erigi & ſimulacra dejici; reddita eſt pax in toto orbe Eccleſiis, quamvis non longo tempore duratura. Nam ejuſdem pii Principis tempore, ſurrexit Arrius maximus Eccleſiæ devaſtator, a quo Ariana hæreſis exorta eſt, & ab eo mille hæreſeos novitates, contra quas omni Chriſtiano pugnandum pro officio ſui conſideratione nulli dubium eſt. Nam veternoſus ſenex dolens Imperialia vaſa, per quæ Chriſtianam perſequebatur Religionem ſibi eſſe ſublata, omnem ſe collegit in iram, & per quoſdam ſuæ artis viros falſa juſtitia inebriatos, non ceſſavit, nec ceſſat, nec ad uſque illius, qui extollitur ſuper omne, qui dicitur aut colitur Deus, tempora ceſſabit Eccleſiæ maculare puritatem.

Laudes Conſtantini.

Sed cum a Conſtantino cœperimus, Conſtantini laudes perſequamur. Hic eſt Conſtantinus, qui legem poſuit Evangelicæ doctrinæ conſonantem, ut omnes Epiſcopi Romanum Epiſcopum haberent Caput, ſicut omnes Judices Regem. Hic eſt Dominicæ crucis inventor Chriſtiani nominis maximus propagator, Almæ novæ Romæ fundator, Baſilicarum præcipuus fabricator: hic eſt, qui nobis ſanctam Nicænam Synodum congregavit, in qua omnium Epiſcoporum ſubſellia ipſe compoſuit, & ipſe ſub pedaneo ſedens ſcabello indignum judicans imperialem ſedem thronis illorum admiſceri, quorum ſedes judicaturæ ſunt duodecim tribus Iſrael. Cui cum quadam die libelli accuſationum ab Epiſcopis porrigerentur, fertur dixiſſe: abſit, ut ego judicem Deos. De vobis enim dictum eſt: ego dixi, Dii eſtis: neque enim rectum eſt, ut major a minore judicetur. Hic eſt, de quo legitur dixiſſe: quia ſi invenirem aliquem religioſo habitu circuamictum turpitudinem operantem, pallio meo cooperuiſſem eum, ne dignitas tanti nominis infamaretur. Hic reliquit filios, hæredes quidem regni ſed non religionis: Nam filius ejus Conſtantius, qui defunctis fratribus imperii poſt eum ſuſcepit Monarchiam, Arrianæ hæreſeos zelo mirabiliter vaſtavit Eccleſiam: nam Epiſcopos exilio relegavit, quoſdam vero gladio truncavit. Hic cum per Ermogenem Præfectum, Paulum Epiſcopum CPoli expellere niteretur, Populus Catholicorum Divinæ Legis zelo armatus in tantum pro veritate decertavit, ut ipſum Præfectum cum omni domo ſua

Conſtantius.

& familia igne cremarent. Quod factum non eſt a Sapientibus improbatum ſed potius laudatum. Quid referam de Alexandrinis, quanta pro S. Athanaſio Epiſcopo perpeſſi ſunt, quantasve laudabiles pugnas contra Arrianos zelo orthodoxæ fidei exercuerint. Quid de Mediolanenſibus, qualiter ipſi Conſtantio volenti Epiſcopos in Eccleſia latitantes capere, armis reſtitere, eosque ab illius cruentis manibus vi rapuere. Sed quoniam præfatus Conſtantius non patri equiparando, ſed quaſi paganorum more Epiſcopos, quamvis zelo Dei ſed non ſecundum ſcientiam perſecutus eſt, ejus temporibus Reſpublica multum vexata eſt: nam & Perſæ Romanos terminos tranſiere, & Francorum valida gens ripas Rheni invaſit, quæ usque hodie Chriſtianæ quidem ſed non Romanæ ſubjecta eſt ditioni. Quo mortuo Julianus. Julianus ei ſucceſſit in regnum, vir Apoſtata & Deo odibilis, qui per triennium, quibus non Romanum gubernavit, ſed vaſtavit Imperium, quantas Sacerdotum ſtrages dederit, quantosve Chriſtianos diverſis pœnis affecerit, non eſt facile dictu. Sed eodem tempore fuerunt non ſolum ſacerdotalis ſed etiam militaris ordinis, qui Jovianus. ejus veſaniæ aperte reſiſterent, ut Jovianus, qui ejus ſucceſſit Imperio; qui cum eſſet millenarius cingulo ante renuntiavit Valentinianus. quam dogmati ſed & Valentiniani divini amoris fervorem non prætermittam. Hic cum quadam die ex officio, erat enim Princeps cohortis legionum, Regem intraturum templum Fortunæ anteiret, eumque Sacerdos, ut moris erat, aqua aſperſionis intrantem aſpergeret, accidit, ut vir Chriſtianiſſimus guttam aquæ in chlamide ſua aſpiceret, moxque Chriſtiani nominis zelo ſuccenſus ante ſæviſſimi Imperatoris præſentiam in ipſo introitu templi, Sacerdotem pugno percuſſum proſtravit, clamans ſe Chriſtianiſſimum pro hac aſperſione potius maculatum quam purgatum. Quod factum in tantum Deo placuit, quod ante anni curriculum totius Romani Imperii Monarchiam ei tradidit gubernandam. Nam Juliano turpiter apud Perſas vitam finiente, cum Jovianus ei ſucceſſiſſet in imperium, ante anni curriculum in pace ſepultus eſt; quo mortuo Valentinianus ei ſucceſſit in regnum, vir urbanus & Chriſtianiſſimus, qui in primordio ordinatio- Valens. nis ſuæ fratrem ſuum nomine Valentem conſortem effecit Imperii, proh dolor! tradens ei totius jura Orientis, ipſe occidentales gubernavit regiones. Hic Mediolanum ſedem legit Imperii. Mortuo vero Auxentio hæretico & in pace ſepulto ſancto Dionyſio accidit, ut illuc convenirent ni. Epiſcopi Italiæ, ut ſibi in commune eligerent Epiſcopum, ad quod faciendum ſummopere expectabatur Regis præſentia, quod ut audivit, ipſe modis omnibus interdixit, dans Legem Evangelica veritate concordantem, ut nemo Laicorum Principum vel Potentum audeat ſe inſerere electioni Patriarchæ vel Metropolitæ, vel Epiſcopi; quod ſi factum fuerit, inordinata erit talis electio; adjiciens talem ſecundum Decreta Canonum eligite, qui noſtris poſſit mederi vulneribus. Quam piiſſimi Principis humilitatem Deus ex alto reſpiciens exaudivit, & ſibi & Eccleſiæ donavit Ambroſium Epiſcopum, Ambroſius Epiſc. qui quamdiu vixit erga Sacerdotem Dei devotiſſimus pacifice Imperium Romanum gubernavit. Sed a Pii Conſtantini usque ad Longobardorum crudelia regna quinque Romani Imperii Principes ſecundum Dei timorem & Epiſcoporum conſilia & præcipue ſub Romano Epiſcopo obedientes extitere, Eccleſias colendo, Clericos diligendo, Sacerdotes honorando, dum vixere alta pace Rempublicam gubernaverunt, & mortem vita æterna commutaverunt; qui vero inobedientes fuere malo fine perierunt; ut Valens Valentiniani frater, qui Valentiniano mortuo, cum ei ſucceſſiſſet, Valentinianus ejus filius cum Juſtina matre ſua hæretica aſſumens Tyranidem totus Arrianus Eccleſias orientales vaſtavit, Epiſcoposque exilio relegavit. Hujus quoque tempore Gothi & Maſagetes Hyſtrum tranſeunt, & Gothi. Illyricum occupant, Epirumque invadunt; demum venientes Calcedonam ipſum ſceleſtum interficiunt, Conſtantinopolin obſident. Sed mirabile dictu!

Dominica Aug. Dominica ejus relicta, quod vir non potuit, civitatem a barbaris liberavit. Fuere etiam alii peſtilentes, Mali Imperatores. ut quidam Zeno & Conſtantinus & Anaſtaſius, qui proterve loquens de Papa divino fulmine interemptus eſt; & Valentinianus, qui cum matre ſua Juſtina Aug. Juſtina regno ſuo expulſus eſt, ſed per Theodoſium pium Principem recuperatus eſt. Et Baſilius, & quidem Leo & Maritius, qui cum uxore & filiis ſuis a Foca morte damnatus eſt; & alii quam plures, qui Sacerdotem Dei inhonorantes Privilegia Romanæ Eccleſiæ auferre molientes & in præſenti vita non quievere, & in æternum periere. Quorum temporibus & Perſarum exercitus Meſopotamiam invaſit, & Sarracenorum peſſima gens omnem Aſtricam & Marmaricam & Lybiam & Egyptum & Arabiam & Judæam & Fenicem a Romana ſubtraxit ditione. Ab Aquilone vero Hunorum feritas & Gothica tempeſtas & Guandalorum procella omnem vaſtavit Occidentem, quamdiu decimum cornu beſtiæ Longobardicæ ſcilicet rabies de vagina furoris Domini extracta Italicas invaſit regiones. De qua perſecutione melius eſt ſilere quam pauca dicere.

Boni Impp. & Religioſi. Fuere etiam præterea religioſiſſimi Imperatores, ut Theodoſius & Honorius & item Theodoſius & Martiani & Valentiniani pia Dualitas, & Conſtantinus & Hyrene & Leo & Juſtinianus & quidam alii, qui ut ſuperius prælibavimus & alta pace Rempublicam gubernaverunt, & mortem vita æterna commutaverunt.

Imperante autem Theodoſio primo temporalem carpebant vitam Ambroſius & Auguſtinus & Jeronimus, qui ſalutifera vivendi multa nobis reliquere præcepta; quorum Ambroſius ne ab Eccleſia juſſu Valentiniani & Juſtinæ pelleretur, armis populorum defenſatus eſt, nec vituperavit Dei Sacerdos divinum populi fervorem ſed potius laudavit. Eodem quoque tempore Venerabilis Auguſtinus Bonifacium principem, ut Donatiſtas & Circumcelliones deprædetur & vaſtet, hortatur.

Sed quoniam Religioſorum Principum ſuperius mentio facta eſt, aliquid de vita eorum & legibus ab eis promulgatis huic opuſculo neceſſarium duxi inſerere. Nunc autem ab ipſo Theodoſio ordiamur: hic ſuſcepto regni gubernaculo Barbaros mirabiliter vicit & ſedavit, & Arrianos ab Eccleſiis expulit, & eas orthodoxis reddidit, Perſas intra fines ſuos ſtare coegit, Maximum Tyrannum regno expulit. Interea pacificato regno Theſalonicam veniens regia licentia populum inconſulte juſſit interfici. Qui dum Mediolanum veniſſet a liminibus Eccleſiæ a B. Ambroſio prohibitus eſt, ſicque cognoſcens peccatum ſuum tamdiu flevit extra Eccleſiam publice quamdiu veniam meruit *, data lege ut ſententiæ Principum ſub animadverſione prolatæ usque ad XL. dies non obtineant firmitatem.

Geſta Theodoſii.

* ita Cod. loco *donec* &c.

Quantam vero reverentiam erga Sacerdotem Dei Archadius & Honorius filii ejus habuerint; leges ab eis promulgatæ teſtantur in hunc modum: Imperatores Archadius & Honorius Auguſti Theodoro PP. Præſidi Præfecto. Si quis in hoc genus ſacrilegii incurrerit, ut in Eccleſia Catholica irruens Sacerdotibus & Miniſtris, vel ipſi cultui locoque aliquid importet injuriæ; quod geritur a Provinciæ Rectoribus animadvertatur, atque ita provinciæ moderator Sacerdotum & Catholicæ Eccleſiæ Miniſtrorum loci quoque ipſius & divini cultus injuriam capitali in convictos ſive confeſſos ſententia noverit eſſe vindicandum. Et poſt pauca: ſitque cunctis laudabile factas atroces Sacerdotibus injurias velut publicum crimen inſequi & de talibus ultionem mereri &c.

Quid vero Martiani & Valentiniani pia Dualitas ad beatum Papam Leonem ſcripſerit, audiamus: & tuam, inquiens, Sanctitatem principatum in Epiſcopatu fidei poſſidentem ſacris Litteris in principio juſtum credimus alloquendam, invitantes atque rogantes ut pro firmitate noſtri imperii & ſtatu æternam Divinitatem tua Sanctitas deprecetur.

Qualiter autem Conſtantinus, non ille primus, ſed alter cognomine pius Imperator ſcripſerit Domino Papæ advertite. Per Deum, inquiens, omnipotentem non eſt apud nos partis cujuslibet favor, ſed æqualitatem utriſque partibus obſervabimus, nullatenus neceſſitatem facientes in quocunque capitulo eis, qui a vobis diliguntur, quoquo modo ſunt, omni honore competenti & munificentia & ſuſceptione dignos eos habebimus. Et ſiquidem utrique convenerint, ecce bene: ſin autem minime convenerint, tantum cum omni humanitate eos ad vos dirigemus. Et poſt pauca: invitare enim & rogare poſſumus ad omnem emendationem & unitatem omnium Chriſtianorum, neceſſitatem vero inferre nullatenus volumus.

Quid vero alter Conſtantinus & Hyrene Auguſti ad Adrianum Papam ſcribant, attendite. Rogamus veſtram paternam beatitudinem, magis quidem Dominus Deus rogat, qui vult omnes ſalvos fieri & ad agnitionem veritatis venire, ut det ſeipſum & nullam tarditatem faciat, & accedat huc.

Quid Juſtinianus ſancto Papæ Johanni promulgatis legibus ſcribat, audite: petimus veſtrum paternum affectum ut veſtris ad nos deſtinatis litteris manifeſtum nobis faciatis, quod eos, qui prædicta recte confitentur, ſuſcipiat veſtra ſanctitas, & eos, qui judaice auſi ſunt rectam denegare fidem condemnat. Sed poſtquam, ut ſupra retulimus, Longobardica rabies Italiæ invaſit Regiones, per triennium quo paganitate detenti ſunt, quanta pœnarum genera quantasve amaras & crudeliſſimas neces Chriſtianis intulerint, non eſt facile dictu. At poſtquam in Arriana hæreſi baptiſma perceperunt paulo minus; ſed ita crudeliſſime per CXL. annos, quibus non gubernaverunt, ſed vaſtavere Italiam, tyrannide uſi ſunt, ut ſi quis harum calamitatum gnarus eſſe voluerit, legat Dialogorum librum & Pontificalia geſta Sanctorum, & inveniet calamitates calamitatum & miſerias miſeriarum. *Explicit Liber II. Incipit*

Liber III.

Adrianus I. PP.

Karolus M.

TEmporibus autem Adriani Summi Pontificis cum ſe præfatus Papa videret oppreſſum multis miſeriis direxit marino itinere ſuas Apoſtolicas litteras Karolo excellentiſſimo Regi Francorum, deprecans, ut ſicut ſuus pater ſanctæ memoriæ Pippinus, & ipſe ſuccurreret ſanctæ Dei Eccleſiæ adverſus inſolentiam & tirannidem Deſiderii Regis Longobardorum. Tunc ipſe a Domino protectus Karolus Rex adgregans univerſam regni ſui exercitus multitudinem per ſex menſes obſedit eundem Deſiderium in civitate Papia. Adveniente vero Paſchali feſtivitate magno deſiderio ad Apoſtolorum limina properavit. Cui Pontifex venerandas cruces, id eſt ſigna, obviam miſit, & univerſas ſcolas miliciæ & pueros portantes ramos olivarum ſive palmarum. Ipſe vero excellentiſſimus Rex, qua hora easdem ſanctiſſimas cruces & ſigna conſpexit, ſtatim de equo deſcendens cum ſuis ad beatum Petrum pedeſtris perrexit. Quem Venerandus Pontifex in Sabatho ſancto Paſchæ in gradibus ipſius Apoſtolicæ aulæ cum Clero & populo Romano præſtolatus eſt. Qui dum adveniſſet omnibus gradibus B. Petri deoſculatis ad prænominatum pervenit Pontificem.

Cum ſe mutuo amplexati fuiſſent, tenuit idem Chriſtianiſſimus Rex manum ipſius Pontificis & ita ad beati Petri confeſſionem cum omnibus ſuis properans ter-

Ludovicus I.

ræ proſtratus, Deo & ſancto ejus Apoſtolo vota perſolvit. Tunc Rex obnixe precatus eſt Pontificem, ut illi licentiam tribueret Romam ingrediendi, orandi gratia per diverſas Eccleſias; & deſcendentes pariter ad corpus beati Petri cum judicibus Romanorum & Francorum ſeſeque mutuo per Sacramenta munientes ingreſſi ſunt continuo Romam, celebrata vero Paſcali feſtivitate, quarta feria oblatis magnis donis Beato P., ad obſidionem Papiæ reverſus eſt, & auxiliante Deo & eodem Apoſtolo Deſiderium Longobardorum Regem cum conjuge ſua ſecum deportavit, & ſibi omne regnum ejus ſubjugavit. Quo mortuo Ludovicus ei ſucceſſit ejus filius vir mitiſſimus, qui primus omnium Francorum Regum imperiali ſublimatus eſt dignitate. Hic offerens Beato P. multa donaria, reſtaurans antiquitus facta privilegia, legem ſancivit impoſterum in hunc modum continentem.

In electione Romanorum Pontificum neque ſervus neque liber ad hoc venire præſumat ut illis Romanis, quos ad hanc electionem per conſtitutionem ſanctorum Patrum antiqua admiſit conſuetudo, aliquod faciat impedimentum. Et ſi quis contra hanc noſtram conſtitutionem præſumpſerit exilio tradatur, inſuper etiam ut nullus miſſorum noſtrorum cujuſque inpeditionis argumentum componere in præfata electione audeat, prohibemus.

Vita Cod.

Poſt cujus obitum per multa ſuccedentium temporum curricula usque ad peſtifera Lotharii tempora, qui ab eo ſuſcepere originem decentiſſime gubernare imperium; quos ſi quis ſtudioſus voluerit cognoſcere, legat leges ab eis promulgatas, videat ſepulturas Martyrum auro gemmiſque decoratas, Baſilicaſque eorum mira pulchritudine exornatas, Monaſteria quoque religioſa utriuſque ſexus ab eis conſtituta cohabitacula Clericorum regulariter viventium ab eiſdem primitus ordinata & per reliquias, quæ noſtris ſuperſunt temporibus ſatis poterit advertere, quam Chriſtianiſſimi quamque Deo amabiles extitere. Leges vero ab eis promulgatæ hæ ſunt: ex victis * Karoli & Lodoici Imperatorum: ſacrorum Canonum non ignari, ut in Dei nomine ſancta Eccleſia ſuo liberius potiatur, honore aſſenſum Eccleſiaſtico ordini præbemus, ut ſcilicet per electionem Cleri & populi ſecundum ſtatuta Canonum de propria Dioceſi remota perſonarum & munerum acceptione ob vitæ meritum & ſapientiæ donum eligantur, ut exemplo & verbo ſibi ſubjectis usque quaque prodeſſe valeant.

Item conſtitutio K. Imperatoris: volumus atque præcipimus, ut omnes noſtræ ditioni auxiliante Domino ſubjecti tam Romani quam Franci, Alamanni, BAUGUERII, Saxones, Lothoringi, Rixones, Galli, Burgundiones, Brittones, Longobardi, Guaſcones, Beneventani, Gothi, Hyſpani cæterique omnes ſubjecti nobis quocunque legis vinculo conſtricti, vel conſuetudinario more coñexi. Hanc ſententiam, qua ex ſexto decimo Theodoſii Imperatoris libro, Capitulo videlicet XI. ad interrogata Ablavii Ducis, qua illis & omnibus præſcripta miſimus, & inter noſtra capitula pro lege tenenda conſultu omnium noſtrorum fidelium poſuimus, lege cuncti perpetua teneant, ut quicunque litem habens ſive petitor fuerit, vel in initio litis vel decurſis temporum curriculis, ſive cum negotium perhortatur, ſive cum jam ceperit promi ſententia, ſi judicium elegerit ſacroſanctæ Legis antiſtitis, illico ſine aliqua dubitatione etiam ſi aliqua pars refragatur, ad Epiſcoporum judicium cum ſermone litigantium dirigatur. Multa enim, quæ in judicio copioſæ præſcriptionis vincla promi non patiuntur, inveſtigat & promit ſacroſanctæ Religionis Auctoritas. Omnes itaque cauſæ, quæ vel prætorio jure vel civili tractantur, Epiſcoporum ſententiis terminatæ perpetuo ſtabilitatis jure firmentur, nec liceat ulterius tractari negotium, quod Epiſcoporum ſententiis deciditur. Teſtimonium etiam licet ab uno Epiſcopo perhibitum omnes judices indubitanter accipiant, nec alius audiatur, cum teſtimonium Epiſcopi a qualibet parte fuerit repromiſſum. Illud enim veritatis auctoritate firmatum, illud incorrupte, quod a ſacroſancto Viro conſcientia mentis illibatæ pertulerit, hoc edicto ſalubri firmamus, & perpetua lege tenendum cenſemus.

Hæ ſunt leges Chriſtianis Imperatoribus dignæ, qui non, ut mos eſt, Græcorum Imperatorum per ſpadonum aſtutiam, ſed per Sacerdotum prudentiam regnum gubernaverunt, & ideo beati quia quousque in præſenti vixere alta pace quievere, & in futuro cum Chriſto regnabunt ſine fine.

Lotharius.

Sed cum prænominatus Lotharius ſæpe a Papa Nicolao eſſet ammonitus, ut Gualdradam pellicem ſuam dimitteret, & nollet acquieſcere, ſententiam meruit excommunicationis. Infelix autem non reſipiſcens ſed adjiciens peccatum peccato auſus eſt infamare donum Papæ ſenioris Romæ; & ideo non ſolum excom̃unicatus ſed etiam imperiali dignitate & omni Francorum poteſtate depoſitus eſt.

Quantas vero calamitates Romanis hic intulerit, & qualiter donum Papæ injuriaverit, eumque ſibi rationes prætendentem ſpreverit, & quomodo Eccleſiam S. Petri militari manu poſſedit, & quam turpiſſima morte perierit, teſtantur & Francorum Hiſtoriæ & ipſorum regnum usque hodie diviſum.

Calamitates Italiæ.

Interea Francorum regno per ſuperbiam exterminato Italicum regnum patiebatur varias calamitates. Nam nunc quidem per Longobardorum tyrannidem, aliquando vero per Burgundionum violentiam, plerumque vero per Salicorum ſuperbiam non regebatur, ſed potius vaſtabatur. Eodem quoque tempore Romana Eccleſia periculoſis ſubjacebat cladibus, nam Romanis auxilium Imperatoribus ferre non valentibus propter Senatorum frequentiſſimos incurſus,

curſus, Francis, ut ſuperius diximus, diviſis & ab Eccleſia ſequeſtratis, urbis Romæ Capitanei nomen ſibi inane imponentes Patritiatus, Romanam Eccleſiam validiſſime devaſtaverunt. Quod nomen ideo inane, quia in Romanis faſtis nec Paganorum tempore nec Chriſtianorum usquam invenitur. Si enim dignitas eſſet aliqua, aut per hanc tempora invenirentur, ſignata aut leges promulgatæ aut tabulæ inſignitæ. Sed in Romanis Legibus nusquam tale aliquid invenitur. Verum eſto aliqua dignitas ad conſtituendum forſan Imperatorem habilis, ordinationi vero Summi Pontificis nullatenus oportuna. Unde vero hæc ſubſtitio * ſumpſerit exordium, paucis, ſi potero, explanabo. Gothica tempeſtate & Guandalorum gladio & Longobardica rabie dum Roma premeretur, non ferentes impetum Barbarorum Romani, ab Imperatoribus patrocinium militum implorabant, quod illi, prout tempus conceſſerat, libentiſſime faciebant. Nam ex latere ſuo mittentes ſpadones viros probatiſſimos, veluti Narſum & Beliſarium & alios complures Magiſtros militum creabant. Qui venientes Italiam plerumque Barbaros fugabant, aliquando vero ſolos muros urbis tuebantur. Hos Romana popularis ſimplicitas velut patres urbis, Patricios appellabat, eo more quo usque hodie Romanæ civitatis magnates protectores appellat. Sed rei ordinem proſequamur. Hi vero, quos ſupra memoravimus, urbis Capitanei accepta tyrannide licenter cuncta faciebant. Nam non ſolum Cardinalatus & Abbatias & Epiſcopatus turpiſſima venalitate fœdabant, ſed ipſum etiam Romanæ Eccleſiæ Pontificatum non ſpectata aliqua morum dignitate nec aliqua tantæ Eccleſiæ prærogativa, ſolummodo ad libitum, cui placebat, vel qui plus manus eorum implebat, donabant; & non ſolum Clericis ſed & Laicis; ita ut uno eodemque die plerumque & Laicus eſſet & Pontifex; ſicque langueſcente capite infirmabantur, & cætera membra, in tantum, ut non ſolum altaris Miniſtri ſecundi ordinis Sacerdotes & Levitæ ſed ipſi Pontifices paſſim concubinati haberentur, ut ipſe uſus jam adoleret * infamiam, & conſuetudo turpiſſimæ venalitatis quodammodo videtur leviare delictum, & non tantum in partibus Romanæ ſed per totius Occidentis climata hæc agebantur; quippe tacente paſtore magis autem fugiente, imo vero ipſo lupo facto cuſtode, quis ſtaret pro ovibus?

Patritiatus nomen inane.

* ita Cod. forte *ſuperſtitio*.

* l. aboleret.

Dum hæc agerentur Saracenorum viliſſima gens oras maritimas Italiæ depopulata eſt; dehinc partem Calabriæ & omnem Siciliam invadit: ab Aquilone vero Ungarorum valida gens tranſiens Yſtrum omnes cohærentes ſibi regiones devaſtans, inſuper omnem Germaniam & Gallias usque ad mare Britanicum depopulans, ad ultimum per Burgundionum regna Italiam veniens ita eam depopulata eſt, ut pene captivis ductis ruriculis redigeretur in ſolitudinem. *Explicit Liber III. Incipit*

Liber IIII.

Ungarorum igitur bachante ſævitia ſurrexit quidam Saxonum & Francorum Rex nomine *Otto*, qui bis eos bello victos, tertio bello pene conſumptos intra fines ſuos eos habitare coegit. Sed quando tanti Regis mentio facta eſt, quibus majoribus ortus, vel qualiter ad Romani regni veniſſet faſtigia mihi ſcribere viſum eſt operæ pretium. Is enim Saxo genere, Henrici magni Saxonum & Francorum Regis fuit filius, qui primitus Dux Saxonum, poſtea vero defuncto Chuonrado Rege Francorum per Hemurardum ejus germanum regni ſuſcepit inſignia. Hic ſuſceptis regalibus ſignis Francia citiſſime ſedata Saxoniam ab ungarica ſervitute commiſſo bello liberavit. Deinde BAUARIAM expulſo REGE ARNULFO ſubjecit ſuæ ditioni, eamque poſt Henrico ſuo filio tradidit in Ducatum. Brocardum vero Suevorum Ducem in deditionem ſuſcepit. Dehinc occidentalem Franciam per Cunibertum ſuum generum Saxonum conjunxit Imperio; Utam quoque ſuam filiam Ludoico Latinorum & Francorum Regi tradidit in conjugium; ſicque ſedatis omnibus rebus filio ſuo Ottone Rege pro ſe jam deſignato Eccleſiarum Dei maximus fabricator & Chriſtianæ religionis propagator beato fine quievit.

Otto I.

Arnulfus Rex Bauariæ.

Cui ſucceſſit filius ejus Otto vir magnificus & totus chriſtianiſſimus. Hic primum, ut ſuperius diximus, Ungaros debellavit, & non ſolum omne ſuum regnum ſed etiam omnem Occidentem ab eorum ſervitute liberavit. Hic Ludovicum cognatum ſuum per Hugonis tyrannidem paterno ſolio pulſum regno reſtituit. Nam militari manu intravit Franciam Remorum civitatem obſedit & cepit, Pariſium intravit, Hugonem auctorem tyrannidis usque ad Britannicum mare perſecutus eſt. Inde Aquisgrani veniens, aquilam Romanorum ſignum, quod contra Germanos multis temporibus alis extenſis ſtabat, Francigenis usque hodie prominere præcepit.

Otto II.

Hinc Maguntiam veniens Ruodolfum Burgundionum Regem bella ſibi inferentem vita privavit & regno, cujus lancea, inſigne ſcilicet Imperii ante noſtras usque hodie portatur imperiales poteſtates.

His ita transactis, cum talis ac tantus Rex priore ſua conjuge orbatus eſſet, audiſſetque famam nobiliſſimæ atque prudentiſſimæ Adeletæ * quondam Lotharii Longobardorum Regis conjugis, quam ſimul cum Ottone Comite Belingarius tyrannus intra Canuſium per multos annos obſederat, tantæ Reginæ compatiens miſeriis ſimul & tanti Comitis admirans fidem, deliberavit ferre auxilium. Qui citiſſime congregans exercitus ſui multitudinem Belingario extincto filiisque ejus a regno expulſis regnum ſibi Ottonis conſilio Comitis pacatiſſime ſuſcepit & conjugem.

* erat inter lin. ſcriptum *Adelhaidæ*.

Dehinc ejusdem Ottonis conſilio cupiens Romam videre ad Joannem Papam urbis Romæ Sacramentum dedit corporale in hunc modum: tibi Domino Johanni Papæ ego Rex Otto promitto & juro per Patrem & Filium & Spiritum ſanctum & per lignum mirificæ crucis & per has reliquias Sanctorum, quod ſi permittente Deo Romam venero ſanctam Romanam Eccleſiam & te rectorem ipſius exaltabo ſecundum meum poſſe & nunquam vitam aut membra neque ipſum honorem, quem habes mea voluntate, aut conſenſu aut meo conſilio aut mea exhortatione perdes, & in Roma nullum placitum aut ordinationem faciam de omnibus, quæ ad te aut ad Romanos pertinent ſine tuo conſilio, & quidquid de terra ſancti Petri ad noſtram poteſtatem venerit, tibi reddam. Cuicunque autem regnum Italicum commiſero, jurare faciam illum, ut adjutor tuus ſit ad defendendam terram S. Petri ſecundum ſuum poſſe. Dehinc Romam tendens honorifice a Romanis ſuſceptus & a Domino Papa benedictione imperiali eſt ſublimatus, primuſque omnium Germanorum Regum appellatus eſt Imperator.

Hic pacata Italia Saxoniam cum uxore repedavit, ex qua ſuſcepit filium & nominis ſucceſſione & regni, cui Romani ſanguinis dedit uxorem CPolitani ſcilicet Imperatoris filiam. Idem cum Mainburc * Eccleſiam miræ pulchritudinis fabricaſſet, multoſque gentilium populorum ad viam veritatis revocaſſet, languore correptus vitæ terminum ſortitus eſt; cujus corpus in præfata Eccleſia condecenti honore humatum eſt.

* Hartmannus Schedelius, cujus quondam ille Codex fuit, in marg. adſcripſit: *Madeburck*

Otto III.

Cujus filius, cum ſuſcepiſſet imperium, patri per omnia æquiparans circa cultum Eccleſiarum cepit eſſe ſtudioſiſſimus & erga Chriſtianam religionem devotiſſimus. Hic regni rebus bene compoſitis Romam properavit, benedictionem ſuſcepit imperialem. Dehinc Apuliam tendens cum CPolitano bellum commiſit, & uno eodemque die bis victus victor apparuit tertio; qui Romam rediens vi febrium correptus ad limina Apoſtolorum occubuit, ibique in pace ſepultus quieſcit, vere beatus, terque quaterque beatus, qui ex tanto numero Imperatorum & Regum ſolus meruit inter Pontifices cum Apoſtolorum Principe conſortium habere ſepulturæ.

Hic filium quidem reliquit, ut hæredem quidem regni & nominis utinam & pietatis, qui cum puer regnare cepiſſet, & ad adultam jam perveniſſet ætatem, ſuaſu matris Johannem quemdam Placentinum Epiſcopum Græcum genere ad transmarinas partes legavit, ut ſibi Romani ſanguinis adſciſceret uxorem.

Ea tempeſtate Creſcentius quidam urbis Romæ Capitaneus, qui ſibi inane nomen Patritiatus vendicaverat, aſſumens tyrannidem, Dominum Papam, qui ſecundum Ottonem, patrem ſcilicet hujus adoleſcentis coronaverat, pontificatu expulit. Qui veritus Regis vicinitatem, nam Alpes jam tranſierat, illudque valde formidans, quod Papa Ravennæ ejus jam expectabat adventum, ſecum mente pertractans ſe hoc modo furorem Regis & Reginæ poſſe placare, ſi Johannem Epiſcopum, de quo ſuperius retulimus, amiciſſimum Regis Conlactaneum Reginæ, Pontificem ordinaret. Sed non eſt ſcientia neque conſilium contra Dominum; nam veniens præfatus Rex Romam Creſcentium diu obſeſſum cepit, & capite truncavit, invaſorem vero Summi Pontificis * zelo quidem juſtitiæ ſed plus juſto ſuccenſus lumine privavit, cæteriſque membris dehoneſtavit. Quod factum in tantum Deo & beato Petro Principi diſplicuit, ut antequam imperiali potiretur benedictione, priuſquam cynthia ter exactum conderet orbem Domino odibilis ſine viatico vitam finivit; & quamvis in ſuburbio, non XXX. milliariis ab urbe diſtante mortuus eſſet, communi conſilio omnes Romani ejus aſpernati ſunt ſepulturam. Cujus corpus inciſum cultris & Medicorum arte conditum Saxoniam dum fertur, translatum eſt *. Quo mortuo & in infernum ſepulto omnis Saxonum & Francorum & BAUARIORUM & Suevorum potentatus in ſimul conveniens, elegit ſibi in Regem Heinricum, ejuſdem ſanguinis virum chriſtianiſſimum moribus decenter ornatum. Interea Langobardi nacti * ſe tempus inveniſſe oportunum Papiam convenientes Arduinum eligunt in Regem, virum armis quidem ſtrenuum, ſed conſilio improvidum. Tedaldus vero Dux & Marchio ab ea ſe ſubtraxit conſpiratione ſeque & ſua teutonico contulit Regi, cujus conſilio & auxilio poſt multa bellorum varia diſcrimina Heinricus Rex Italia potitus Romam veniens, a Domino Benedicto Papa imperiali auctus eſt dignitate, quid plura? Principatus Apuliæ in pace poſſedit, Romanæ Eccleſiæ privilegia multa conceſſit, & dona ampliſſima dedit, deinde Papiam veniens, cum eam ſibi tunc non repugnantem magis dolo quam armis cepiſſet, ignique dediſſet, trans montes abiit, Pabebargenſem Epiſcopatum, cum non haberet filios, ex ſuo proprio conſtituit, eumque per cartulam offertionis beato Petro tradidit, ibique Eccleſiam beatorum Apoſtolorum Principum mirifice ornatam fabricavit. Hujus temporibus Stephanus Ungarorum Rex Sacramenta ſuſcepit Baptiſmatis & per eum omnis populus ſibi ſubjectus.

* potius *Pontificatus*

* ita Cod.

Electio Heinrici S.

* potius *rati*

Babenberg conſtituitur.

Stephanus Rex Hungariæ.

Præfatus vero Heinricus, cum filium non haberet, Apoſtolos elegit hæredes, & terminum vitæ ſuſcipiens beato fine quievit, cujus corpus in Eccleſia beatorum Apoſtolorum, quam ipſe dedicavit, decentiſſime humatum eſt. *Explicit* QUARTUS: *incipit*

Liber quintus. *

* In margine, ſed ab eadem manu litteris argenteis notatum.

CUi ſucceſſit in regnum Cuonradus cognomine, vir bellicoſiſſimus, qui & poſt mortem Imperatoris Heinrici Boemios ſigna regalia ferentes proſtravit & ſigna reduxit. Franciam vero tumultuantem citiſſime ſedavit; Canonem * quemdam Bavariorum Ducem

* Cunonem puto iñuis

Ducem aliquid de regni faſtigio ſibi vendicantem & Ducatu expulit, & patrimonio nudavit, & in Ungariam fugere coegit. Dehinc Saxoniam intravit, & omnibus regni negotiis ſic rite pacatis, Luticios adgreſſus bello patravit, & usque ad Bellagraſt fugere coegit.

His ita geſtis miſit Legatos ſuos honeſtos, ut decuit, ad Dominum Papam, & ſupplicans, ut ei vexillum ex beati Petri parte mitteretur, quo munitus poſſet ungaricum regnum ſuo ſubjicere Dominatui. Quod, ut audivit Papa, libenter conceſſit & mittens nobiles viros ex latere ſuo, Epiſcopum ſcilicet Portuenſem & Belinzonem nobiliſſimum Romanum de Marmorato, eis hæc tradidit præcepta, ut ſi Regi non diſpliceret, ipſi in prima acie vexilla portarent: quodſi Regi diſpliceret, hæc ei intimarent: victoriā, quam tibi ſpopondimus, vide hoc, ne tibi aſcribas ſed Apoſtolis. Quod & factum eſt; nam bello commiſſo fugerunt Ungari, capta etiam ungarici Regis lancea; quæ per eosdem nuntios Romæ delata eſt, & usque hodie ob ſignum victoriæ ante confeſſionem beati Petri Apoſtoli apparet.

Interea ungarica potitus victoria Italiam intravit, Aribertum vero Archiepiſcopum Mediolanenſem cepit, ſed fuga lapſus eſt; dehinc Romam veniens imperialem meruit benedictionem. Dehinc Mediolanum rediens, cum quædam ſuburbana depopulaſſet ab urbe repulſus eſt, ſicque infecto negotio alpes tranſiens vi febrium correptus occubuit, cujus corpus Spiræ decenti cum honore ſepultum eſt.

Heinricus II.

Huic ſucceſſit filius ejus Heinricus, vir ſapientiſſimus & totus chriſtianiſſimus hic in primordio ſui regni Ungaros tumultuantes vicit, & citiſſime ſedavit. Qui rite omnibus regni pacatis negotiis, dum ad Italiam tendere deſtinaret, Nuntii a Romana urbe venientes eumque retardantes mirabiliter reddiderunt ſollicitum. Nam ut ſuperius memoravimus urbis Romæ Capitanei & maxime Tuſculani per Patritiatus inania nomina Romanam vaſtabant Eccleſiam, ita ut quodam hæreditario jure viderentur ſibi poſſidere Pontificatum. Enim vero mortuo Joanne Benedicti Papæ fratris, *qui uno eodemque die præfectus fuit & Papa* *, cum ſucceſſiſſet ei Theophylactus, qui Alberici fuit filius Gregorius frater ejus nomen ſibi vendicabat Patritiatus. Hac occaſione Theophylactus neque Dominum timens neque hominem reveritus, qui cata antiphraſin vocabatur Benedictus, cum poſt multa turpia adulteria & homicidia manibus ſuis perpetrata, poſtremo cum vellet conſobrinam accipere conjugem, filiam ſcilicet Girardi de Saxo, & ille diceret nullo modo ſe daturum, ni renuntiaret Pontificatui ad quemdam Sacerdotem Johannem, qui tunc magni meriti putabatur, ſe contulit, ejusque conſilio ſemetipſum damnavit, Pontificatuique renuntiavit. Quod conſilium valde eſſet laudabile, niſi turpiſſimum poſt eſſet ſecutum peccatum. Nam idem Sacerdos, de quo ſupra retulimus, accepta hac occaſione nefando ambitu ſeductus per turpiſſimam venalitatem omnemque Romanum populum pecuniis ingentibus datis ſibi jurare coegit, ſicque ad Pontificalem aſcendit dignitatem, quem verſo nomine Gregorium vocaverunt. His ita geſtis Gerardus de Saxo cum aliis Capitaneis quemdam Sabinorum Epiſcopum ſibi eligunt Pontificem, quem verſo nomine vocaverunt Sylveſtrum. Quod audientes Gregorius Patritius & Petrus Germani Theophylatum ſpe conjugis deceptum ad Pontificalia iterum ſublevant faſtigia. Sed quis pro tantis calamitatibus nobis locus remedii, niſi vox illa Evangelica, quæ confortat Apoſtolum dicens: Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua. Sed certe & vere non defecit fides Petri, nec deficiet fides Romanæ Eccleſiæ in æternum. Nam in tanta & tam valida tempeſtate ſuſcitavit Dominus ſpiritum cujusdam Petri Romani Archidiaconi, qui convocans Epiſcopos, Cardinales *, Clericos, ac Monachos, viros ac mulieres, quos timor Domini aliquantum tetigerat, ſubtrahens ſe a præfatorum invaſorum communione, & zelo Dei ductus, ut quondam ille Omas, Hebraicus Sacerdos, Alpes tranſivit, Regem adiit, non cauſa accuſationis ſed pro communi utilitate Eccleſiæ, ejusque pedibus advolutus flens obſecrabat, ut Matri ſuæ deſolatæ quantocius ſubveniret, convocatisque Epiſcopis, qui tunc aderant, præcepit eis, ut Romam cum Rege tenderent, & ſynodum congregarent. Quod & ſine mora factum eſt. Abuſivus vero ille Gregorius, qui Romanæ Eccleſiæ cathedram regere videbatur, rogatus a Rege, ut ei obviam veniret, nihil mali conſcius apud ſe, ut res poſtea declaravit, usque Placentiam venit, Regemque ibi invenit, qui ab eodem ut decuit Papia honorifice ſuſceptus eſt. Non enim putabant, qui tunc aderant Epiſcopi fore religioſum ſine judicio aliquem damnare Epiſcopum, ne dum tantæ ſedis, qui videbatur, Pontificem, ſicque pergentes ſimul venerunt ad Sutrium; quo ubi perventum eſſet, rogavit præfatus Rex, qui tunc videbatur, Pontificem, ſynodum congregari. Quod conceſſit & Decreto firmavit. Erat enim Idiota & miræ ſimplicitatis vir. Igitur collecta ſynodo ſedit, qui vicem Romani Pontificis habebat, & ex præcepto ejus ſederunt Patriarchæ & Metropolitani & Epiſcopi per ſedes ſuas; inter quos tunc forte aderat Poppo Aquileienſis Patriarcha vir eloquentiſſimus, & Bruno Auguſtenſis Epiſcopus, & Rembaldus Arelatenſis Archiepiſcopus & alii quam plures, & quæſtione orta de Sylveſtro invaſore ab omnibus judicatum eſt Epiſcopatu & presbyterato nudatum in monaſterio diebus vitæ ſuæ tradi; de Theophylato vero ſuperſedendum fore judicaverunt, maxime cum ipſe Romanus Pontifex ſe judicaverit deponendum. De tertio vero quid facerent, quo ſe verterent, quibus accuſandi & teſtificandi adverſus judicem non dabatur licentia; cui cum ab Epiſcopis ſupplicatum fuiſſet, ut cauſam electionis ſuæ

Benedictus IX.

Gregorius VI.

Sylveſter III.

Sublatio ſciſmatis.

Quomodo Gregorius VI. renuntiavit Papatui.

* Hæc totidem verbis eraſis, ſed ab eadem manu in Codice ſubſtituta.

* Epiſcopis ſubjungit

ſuæ promeret, ut erat Idiota, omnem ſuæ electionis puritatem aperuit. Dixit ſe Dei miſericordia Sacerdotem fuiſſe boni teſtimonii & famæ & caſto corpore a pueritia ſemper vixiſſe. Quod non tantum laudabile ſed etiam quaſi Angelicum tunc temporis videbatur apud Romanos. Hujus rei cauſa multas acquiſiviſſe pecunias dicebat, quas ſervabat, ut ſarta tecta Eccleſiæ reſtauret vel aliquid novi magnum quid faceret in urbe Roma, cumque ſæpiſſime tyrannidem Patritiorum ſecum tractari & qualiter ſine ulla Cleri & populi electione Pontifices conſtituerent, nihil melius putabat, quam electionem Clero & populo per tyrannidem injuſte ſublatam his pecuniis reſtaurare. Quod vero, ut audierunt viri religioſi, ceperunt ſumma cum reverentia calliditates antiqui hoſtis ei inſinuare, & nihil quod venale, ſanctum eſſe dicebant. His & aliis ammonitionibus illectus Spiritum ſanctum cepit jam mente concipere, & zelum Dei, quem non ſecundum ſcientiam habuerat, ipſe cognoſcens, his verbis Epiſcopos allocutus eſt: teſtem Deum invoco in animam meam viri fratres, me ex hoc remiſſionem peccatorum & Dei credidi promereri gratiam; ſed quia antiqui hoſtis nunc cognoſco verſutiam, quid mihi ſit faciendum in medium conſulite. Cui illi reſpondentes dixerunt: tu in ſinu tuo collige cauſam tuam: tu proprio ore te judica, melius eſt enim tibi cum beato Petro cujus amore hæc feciſti pauperem hic vivere, ut dives ſis in æternum, quam cum Symone Mago, qui te decepit in præſenti divitiis niteſcere & in æternum perire. Quibus auditis ſententiam in ſe protulit hujuſmodi dicens: Ego Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei propter turpiſſimam venalitatem ſymoniacæ hæreſeos, quæ antiqui hoſtis verſutia meæ electioni irrepſit, a Romano Epiſcopatu judico me ſubmovendum. Et adjecit: placet vobis hoc (a): & reſponderunt: quod tibi placeet, & nos firmamus. Celebrata regulariter ſynodo in magna æſtuatione venerunt, Rex pariter & Epiſcopi, tum quia non haberent Pontificem, qui Regem imperiali donaret poteſtate, tum quia in eligendo alio Clerici quidem habebant electionem, populi autem ſubſequentis laudem minime habebant; Sacramento enim perſtrinxerat præfatus Johannes nunquam ſe vivente eos alium laudaturos Pontificem.

Sicherius Babenbergenſis Epiſcopus in Papam eligitur. Clemens II.

Interea cum non haberent de propria dioceſi, ut enim ſuperius memoravimus langueſcente capite in tantum languida erant cætera membra, ut in tanta Eccleſia vix unus poſſet reperiri, quin vel illiteratus vel ſymoniacus vel eſſet concubinatus. In hac neceſſitate eligunt ſibi Sicherium Babebarienſem Epiſcopum Canonibus interdicentibus neminem ad Romanum debere aſcendere Pontificatum, qui in eadem Eccleſia Presbyter & Diaconus non fuerit ordinatus, in cujus laude pauci quidem Laici, ſed qui non Johanni juraverant, conſenſerunt.

Primusque omnium poſt beatum Apoſtolorum Principem in tanta ſerie Romanorum Pontificum alias conſecratus Romanus Pontifex appellatus eſt. Sed ſecundum Decreta beati Papæ Innocentii, quod neceſſitas pro remedio reperit, ceſſante neceſſitate debet utique ceſſare, pariter quoque urguebat *, quia alius eſt ordo legitimus, alia uſurpatio, quam ad præſens fieri tempus impellit. Sed jam ad propoſita redeamus: igitur poſtquam imperiali eſt Rex auctus dignitate calamitatibus Reipublicæ compatiens civitatem a Patritiorum liberavit tyrannide, quod valde eſſet laudabile, niſi ſubſequens poſt macularet commiſſum. Nam rumoribus populi illectus, quibus credi non oportere maxima propoſitio eſt, tyrannidem Patritiatus arripuit, quaſi aliqua eſſet in laicali ordine dignitas conſtituta, quæ privilegii poſſideret plus imperatoria Majeſtate. Sed quid hac calamitate acerbius quidve crudelius, quam qui paulo ante Tuſculanos punierat pro tyrannide, eisdem damnatis vellet eſſe conſimilis. Quid namque eſt, quod mentem tanti viri ad tantum traxit delictum, niſi quod credidit per Patritiatus ordinem ſe Romanum poſſe ordinare Pontificem. Sed proh dolor! ubi tot Epiſcoporum prudentia, ubi tot juris peritorum ſcientia, ut quod non licuit Dominis, crederent licere ſervis. Non licuit alicui Imperatori ſumma tenenti in electionem ſe alicujus Romani Pontificis inſerere, licebit homini ſub poteſtate conſtituto? Sed dicent; legimus & Magnum Karolum Patritiatus nomine deſignatum. Quod ſi legerunt, quare non intellexerunt. Temporibus enim Magni Karoli Conſtantinus & Irene Romanum gubernabant imperium. Et ideo excellentiſſimo Regi Francorum quid Apoſtolicus his temporibus conferre potuit, quam patrem Romanæ urbis vocitare & protectorem. Sic enim legitur: Karolus Rex Francorum & Longobardorum & Patritius Romanorum. Nunquam enim eum imperiali legimus auctum fuiſſe poteſtate. * Sed poſt ejus obitum Ludoicus ejus filius primus omnium Regum a Romano ſanguine extraneorum imperialem meruit benedictionem, & ideo quia habuit ſumma non quæſivit infima. Sed jam ad narrationem redeamus:

* ita Cod. Librarii haud dubie vitio, forte *urgebat.*

* hoc & ſuperius dixerat, nec ſat ſcio quam bona fide.

Igitur Italicis rebus rite compoſitis Imperator Heinricus patriam remeavit ducens ſecum venerabilem Johannem, quem ſupra memoravimus; quem ſecutus eſt Deo amabilis Hildbrandus, volens erga Dominum ſuum exhibere reverentiam. Nam antea fuerat ſuus Capellanus. Non longo poſt tempore cum ad ripas Rheni præfatus veniſſet Johannes morbo correptus interiit.

(a) Hæc Sutrienſis ſynodus & acta ceſſionis voluntariæ Gregorii VI. ab hoc ſcriptore noſtro plurimum, in maxima Auctorum diſcordia, illuſtrantur; & ille etiam, quæ Sutrii acta fuiſſent, ei ſedi aliquamdiu profectus omnium optime tenuit.

Quo mortuo & in pace ſepulto venerabilis Hildebrandus Cluniacum tendens ibi Monachus effectus eſt, & inter religioſos viros adprime philoſophatus eſt.

Damaſus II. Pont. inthronizatur.

Mortuo interea Clemente Romano Pontifice Romani ad Imperatorem tendunt rogantes dari ſibi Pontificem, qui & conſenſit. Nam patritiali tyrannide dedit eis ex latere ſuo quemdam Epiſcopum virum omni ſuperbia plenum, mandans inclyto Duci Bonifacio, ut eum Romam duceret, & ex parte ſua inthronizaret. Quod & factum eſt; quem & alio nomine Damaſum vocaverunt. Is poſtquam Sedem Pontificiam invaſit, ante quam bis deni dies volverentur corpore & anima mortuus eſt; cujus tam celerem mortem audientes Ultramontani Epiſcopi, de cætero timuerunt illo venire. Interea Romani tam celeri morte Pontificis perterriti, tamen quia diutius ſine Pontifice non eſſe poterant, verſus Aquilonem tendunt, Alpes tranſeunt, Saxoniam pergunt, Regem ibi inveniunt, orant ſibi dari Pontificem; ſed quia hoc non poterat ad præſens leviter fieri, Epiſcopis quippe nolentibus Romam tendere, deliberavit Reni Franciam viſere, credens ex Lothariorum regno poſſe invenire Epiſcopum, quem Romanis daret Pontificem. Quod & factum eſt. Nam multis precibus & rogatu Romanorum vix perſuaſum eſt Brunoni nobiliſſimo, moribus decenter ornato, Tolano ſcilicet Epiſcopo. Veniente itaque eo Veſuntium Venerabilis Abbas Cluniacenſis obviam ei proceſſit ducens ſecum in eo comitatu venerabilem, de quo ſupra retulimus Hildebrandum. Qui cum cauſam itineris a quodam narrante audiſſet, cepit rogare patrem, ne illo tenderet, dicens eum non Apoſtolicum ſed Apoſtaticum (b) qui juſſu Imperatoris Romanum conaretur arripere pontificatum. Quod ut audivit venerabilis pater tacuit quidem, ſed Veſuntium venit, acceptaque occaſione quantocius hæc venerabili Epiſcopo intimavit, adjiciens ſimul & probitatem morum & integerrimæ ejus vitæ converſationem. Quid plura? rogavit Pontifex, ut ejus potiretur colloquio. Quod & factum eſt, congregatiſque tribus in nomine Domini ſecundum Evangelicum verbum, ubi fuit Deus in medio eorum. Nam ejus conſilio acquieſcens Papalia depoſuit inſignia, quæ geſtabat ſummenſque Scarſellam uſque ad Apoſtolorum limina properavit, veniensque in Eccleſiam Apoſtolorum principis, ſic Clerum & populum Romanum allocutus eſt. Viri fratres! audivi legationem veſtram, cui me contradicere non oportuit, & huc ad vos deſcendi primum orationis voto, dein veſtris volens obtemperare juſſionibus. Cui cum Epiſcopi & Cardinales hoc ei reſpondentes dicerent. Hæc fuit cauſa te vocandi, ut te nobis eligeremus Pontificem, & Archidiaconus ex more clamaret Dominum Leonem Pontificem S. Petrus elegit, populuſque ſubſequens vocibus iteratis hoc concreparet Cardinales & Epiſcopi ut moris eſt beatorum Apoſtolorum principis cathedræ intronizarent.

Bruno Papa dictus Leo.

(b)

Poſtquam papalem adeptus eſt dignitatem venerabilem Hildprandum donatorem tam ſalubris conſilii, quem ab Abbate multis precibus vix impetraverat, ad Subdiaconatus provexit honorem, quem & œconomum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ conſtituit, cujus conſilio ſynodum mox congregavit, in qua diverſarum regionum Epiſcopi convenerunt, in qua & ſub anathemate interdictum eſt non licere alicui Epiſcopo Archidiaconatus & Præpoſituras & Abbatias ſeu beneficia Eccleſiarum vel præbendas vel Eccleſiarum vel altarium commendationes vendere. Et ut Sacerdotes & Levitæ Subdiaconi cum uxoribus non coeant, quæ res magnam veternoſum ſerpentem concitavit in iram. Quod audientes Epiſcopi primo quidem veritati non valentes reſiſtere tacuere; poſtea vero ſuadente humani generis inimico inobedientes celavere.

Interea Romæ Epiſcopi & Cardinales & Abbates per Symoniacam hereſim ordinati deponebantur, & ibi ex diverſis provinciis alii ordinabantur, ut ex Lugdunenſi Gallia Ubertus ſilvæ candidæ Epiſcopus & ex Burgundionum genere Stephanus Abbas & Cardinalis & ex Romerici monte Hugo candidus; qui poſtea Apoſtata eſt effectus, & Fridericus Ducis Gotefridi germanus, & ex compendio quidam Azolinus Sutrinus Epiſcopus & ex Ravennatium partibus Petrus Damini vir eloquentiſſimus, & alii quam plures. Tunc fortis armatus, qui in multa pace cuſtodierat atrium ſuum, ſenſit ſe obligatum. Sequenti vero anno præfatus Pontifex ſinodum congregavit, in qua omnibus tam Clericis quam Laicis auctoritate S. Petri & Romanæ Eccleſiæ præceptum eſt, ut abſtinerent ſe a fornicatorum Sacerdotum & Levitarum communione.

Synodus.

Hæc ſynodus gladium in viſcera merſit inimici. Nam non ſolum Romæ incontinentes Sacerdotes & Levitæ ab altaris prohibebantur officio ſed & per vicinas circumquaque regiones & per omnem Tuſciam adjuvantibus Monachis viris religioſis & verbo prædicationis inſudantibus.

Et hic beatus Pontifex Legatos ſuos miſit CPolin, habens ſuper aliquibus cauſis adverſus græcos Epiſcopos quæſtiones, ex quorum numero fuit præfatus Fridericus Magni Ducis Gotteſridi Germanus, qui venientes CPolin a Monomacha Imperatore honorifice ſunt ſuſcepti.

(b) Hæc iisdem fere verbis leguntur in Leonis IX. vita Nicolao Aragoniæ S. R. E. Card. auctore!, qui e Bonizone haud dubie deſcripſit. Wibertus vero Archidiaconus Tullenſis Leonis Synchronus, quem Nicolao ſubjunxit Cl. Muratorius T. III. rer. Ital. Hiſtoriam de habitu peregrini aſſumpto Cluniaci Hildebrandi adhortatione omnino revincit. Quidquid ſit de hac ſive hiſtoria ſive uti ibidem exiſtimat Muratorius commento; in eo certe fallitur, quod ejus primum architectum Ottonem Friſingenſem exiſtimet, cum Bonizo dudum ante retulerit.

Dehinc Epiſcoporum negotio propter quos venerant, citiſſime ſedato ampliſſimis donis donati portanteſque beato Petro permaxima donaria ad propria repedabant.

Invaſio Normannorum.

Interea Normannorum fortiſſima gens, quæ Apuliam & Calabriam a Græcorum regni ſubtraxerat ditione Beneventanos invadit. Qua tempeſtate Beneventani compulſi Romam tendunt Beneventumque per cartulam offertionis beato Petro tradentes a Domino Papa implorant auxilium, quo facto non ſolum pro terris ſacræ Romanæ Eccleſiæ invaſis, verum & pro acerbiſſimis pœnis, quas Chriſtianis inferebant, commotus primum quidem gladio excommunicationis eos percuſſit, moxque eos materiali gladio feriendos judicavit. Sed quia conſilia Dei abyſſus multa, Dei ineffabili providentia bello commiſſo Normanni victores extitere, captumque Papam, ſed ut decuit honorifice tractatum per mediam ſtragem interfectorum usque Beneventum perduxerunt. Sed, quid plura, qui pro juſtitia dimicantes bello proſtrati fuerunt, hos Deus ſignis & miraculis ſibi valde placuiſſe demonſtravit magnam pro juſtitia poſteris dimicandi dans fiduciam, quando hos in numero Sanctorum connumerare dignatus eſt. His ita geſtis beatiſſimus Papa Romam rediit, cumque ad Eccleſiam Apoſtolorum principis perveniſſet, languore correptus, ante confeſſionem ejusdem Apoſtoli delatus & coram omni Clero & Romano populo tradens Deo amabili Hildbrando ejusdem Eccleſiæ curam cælo ſpiritum reddidit. Cujus corpus in eadem Eccleſia cum honore magno humatum eſt. Ad cujus tumulum ægri veniunt & ſanantur & infirmi a variis languoribus detenti usque liberantur.

VictorPapa Epiſc. Eiſteteuſ.

Sed cum perſenſiſſet venerabilis Hildebrandus Romanum Clerum & populum in ejus conſenſiſſe electionem, vix multis lachrymis & ſupplicationibus potuit impetrare, ut in ejus electione Pontificis ſequerentur conſilium, moxque cum religioſis viris Alpes tranſiens Imperatorem adiit, eique in tanta amicitia junctus eſt, ut crebris collocutionibus, quantum peccati in largitione Pontificis feciſſet, oſtenderet. Qui ejus ſalubri acquieſcens conſilio tyrannidem Patritiatus depoſuit, Cleroque Romano & populo ſecundum antiqua privilegia electionem ſummi pontificatus conceſſit, moxque quemdam Aſtenſem * Epiſcopum præfati Imperatoris œconomum contra voluntatem ejusdem Imperatoris Romam ſecum ducit invitum cumque in Eccleſia beati Petri ſecundum morem antiquum Clerus elegiſſet, populusque laudaſſet, ſtatim Cardinales, ut moris eſt, eum intronizantes alio nomine vocaverunt Victorem.

* Aiſtetenſem dicere voluit.

Synodus Florentiæ.

Hujus Pontificis tempore moritur inclytus Dux & Marchio Bonifacius, parvulos relinquens hæredes, & non longo poſt tempore Gotefridus Dux, vir magnificus & in bellicis rebus ſtrenuiſſimus Italiam veniens, ejus relictam accepit in conjugem. Quod audiens Imperator Italiam venit, eumque in Longobardico regno non invenit. Præfatus itaque Rex Longobardiam veniens in primis Ottonis filiam & Adelheidem adhuc infantulam ſuo accepit filio in conjugem, ſicque ſedatis omnibus Longobardici regni negotiis invitatus a Papa Florentiæ ſynodum mediavit; in qua ſynodo conſilio venerabilis Hildebrandi Symoniaca hæreſis & turpiſſima fornicatio Sacerdotum divino mucrone percuſſa eſt. Nam in eadem ſynodo multi Epiſcoporum propter Symoniacam depoſiti ſunt & quamplures propter fornicationis crimen; inter quos & Epiſcopus ejusdem civitatis depoſitus eſt; quid multis moror? celebrato rite concilio, benedictione auctus pontificali Imperator Longobardiam remeavit, cumque eo ventum fuiſſet, Beatricem cum unica filia Bonifacii nomine Mathildam (nam paulo ante ejus filius & major filia maleficio neſcio cujus obierant) dolo captas ſecum duxit ultra montes Bonefacii ambiens hæreditatem & neſciens, quod ſuprema dies in proximo ſibi pararetur. Nam vi febrium exagitatus mox ut Reni Franciam intravit, evocavit ad ſe Magnificum Ducem Gotefridum, redditaque ſibi uxore cum Bonefacii filia omnibusque ad eam pertinentibus poſſeſſionibus multum ſupplicans ut filio ſuo jam Rege deſignato portaret fidelitatem poſt paucos dies mortuus eſt, cujus corpus Spiræ honorifice cum patre ſepultum eſt, ſuſcepitque filius ejus cum matre regni gubernacula. Poſt paucos vero dies moritur & Papa (c), poſt cujus mortem convenientes in unum Clerici Romanæ Eccleſiæ ſimul cum laude populi eligunt ſibi Fridericum Caſſinenſis Monaſterii Abbatem, de quo ſupra memoravimus, quem alio nomine vocaverunt Stephanum, quem ſecundum antiquum morem ad altare beati Petri conſecraverunt Romanum Pontificem, is venerabilem Hildebrandum ad Diaconatus promovit ordinem, & eum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ordinavit Archidiaconem. *Explicit* Quintus, *incipit*

Liber ſextus.

EOdem tempore Mediolanenſis Eccleſia, quæ fere per ducentos annos ſuperbiæ

(c) Chriſtophorus Sandius V. Cl. qui notarum & animadverſionum in Gerardi Joannis Voſſii Libros III. de Hiſt. Lat. auctor eſt, non e plebe ſed ex Senatu lectus, de morte Victoris mira quædam a Bonizone (ſi quando in lucem protraheretur) ſibi promittebat, loc. cit. p. m. 196. ſed ille hic tanquam ſuper ova & ariſtas.

(d) faſtu (d) a Romanæ Eccleſiæ ſe ſubtraxerat ditione primum ſe inter alias Eccleſias ſubjectam eſſe cognovit, quod quando evenerit, quum poſteris credo neceſſarium huic opuſculo inſerere deliberavi. Mediolanenſis igitur civitas totius Longobardiæ Metropolis temporibus Romanorum Imperatorum ſedes erat Auguſtalis, in qua multi religioſi floruere Epiſcopi, inter quos & beatus Ambroſius gemma Sacerdotum, cujus flores eloquiorum usque hodie in Eccleſia redolent.

Hic ſecutus Orientales primum antiphonam in Eccleſia decantare conſtituit, & longo poſt tempore beatus Gregorius cantandi officium tribuit Occidentalibus. Qui cognoſcens, quod in unitate cantus tantum non eſt regnum Dei, ſed in obedientia & pace Mediolanenſem Eccleſiam in omnibus Sacramentis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ unitam per reverentiam beati Ambroſii doctoris, quem in hoc ſecutus eſt, intermiſcens illius antiphonas ſuis cantibus, ſecundum antiquum morem cantare permiſit. Poſt multum vero temporis cum ſe præfata Eccleſia Symoniacæ tota ſerviret Hereſeos *, Epiſcopi veriti Romanum judicium hoc proverbium ſeminavere in populo. Ambroſiana Eccleſia in ſuo ſtatu permaneat falſitatis arguentes Ambroſium, ſæpiſſime in ſuis ſcriptis hæc intonantem, hæreticum eſſe, qui ſe a Romanæ Eccleſiæ in aliquo ſubtraxerit ditione, præfati vero Romani Pontificis tempore Guuido Mediolanenſem vaſtabat Eccleſiam vir illiteratus & concubinatus & abſque ulla verecundia Symoniacus. Hujus Guidonis tempore fuere duo Clerici in præfata civitate, quorum alter nomine Landulfus ex majorum proſapia ortus vir urbanus & facundiſſimus; alter vero vocabatur Arialdus ex equeſtri progenie trahens ortum; vir liberalibus ſtudiis adprime eruditus, qui poſtea martyrio coronatus eſt. Hi cum ſæpiſſime ſacris incumberent libris & præcipue beati Ambroſii invenere, quantum crimen ſit talentum creditum abſcondere. Hujus rei gratia ſe Deo & beato Apoſtolorum principi committentes quadam die divina juvante gratia verbum prædicationis faciunt ad populum. In qua fraudes Symoniacæ venalitatis populo propalavere, & quam turpiſſimum eſſet Sacerdotes & Levitas concubinatos ſacra myſteria celebrare luce clarius demonſtravere, & quam hæreticum eſſet Romanæ Eccleſiæ non obedire beato Ambroſio teſte declaravere. Quod audientes, qui prædeſtinati erant ad vitam libenter accepere & maxime pauperes, quos elegit Deus, ut confundat fortia. Multitudo vero Clericorum, quæ in eadem Eccleſia eſt innumerabilis ut harena maris, concitaverunt Capitaneos & Varvaſſores Eccleſiarum venditores & conſanguineos & concubinarum ſuarum propinquos & ſeditione exorta ſilentium eis imponere ſatagebant, ſed ſpe ſua fruſtrati ſunt. Nam cum creſcente cottidie numero fidelium mirifici Dei athletæ acrius verbo inſudabant prædicationis, & propalata eorum nequitia cottidie Dei inimici impingebantur, & minuebantur, in tantum ut ipſum ejusdem Eccleſiæ dictum Pontificem ab Eccleſia quadam die expellerent. Quod videntes Symoniaci non valentes tamen veritati & tantæ multitudini reſiſtere confundebantur, eisque paupertatem improperantes *Paterinos*, id eſt pannoſos vocabant; & illi quidem dicentes fratri Racha rei erant judicio. Rachos enim grece, latine pannus dicitur. Hi vero beati, qui pro nomine JEſu digni erant contumelias pati. Quid plura: creſcebat quottidie glorioſum genus *Paterinorum*, in tantum ut deſtinarent mittere honeſtos viros Romam, qui beatum Stephanum Papam rogarent, ut ſecum mitteret religioſos Epiſcopos, qui illorum Eccleſiam a fundamentis reædificarent. In tanta enim & innumerabili turba Clericorum vix ex mille quinque poterant inveniri, qui non Symoniacæ hereſeos maculis non * eſſent irretiti. Quod ut audivit, Papa gaviſus eſt, & confeſtim miſit a latere ſuo Epiſcopos & cum eis Deo amabilem Hildebrandum Archidiaconem. Qui venientes Mediolanum, Archiepiſcopum ibi non invenerunt. Fugerat enim conſcientia accuſante eorum præſentiam; ſed a populo honorificentiſſime ut decuit, ſuſcepti ſunt. Qui per aliquantos dies confortantes plebem verbo prædicationis inſiſtebant. His ita geſtis Deo amabilis Hildebrandus ad Lugdunenſem Galliam usque pervenit, ibique magno celebrato concilio Symoniacam hæreſim & deteſtabilem Clericorum fornicationem usque ad Pyreneos montes & ad Britannicum mare perſecutus eſt. In quo concilio ſatis magnum miraculum & evidens per præfatum Archidiaconum Deus oſtendit. Forte in eadem ſinodo aderat Hebronienſis Archiepiſcopus, vir valde eloquentiſſimus. Hic cum ab aliquibus de Symoniaca hæreſi eſſet accuſatus ſequenti nocte omnes accuſatores pecunia fecit amicos, maneque facto inſultabat judici dicens: ubi ſunt, qui me accuſabant. Nemo me condemnavit. Quod audiens Archidiaconus præfatus ait ad Epiſcopum: credis o Epiſcope Spiritum ſanctum unius cum Patre & filio eſſe ſubſtantiæ & divinitatis? quo reſpondente, credo: dic, inquit, Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto: cumque hunc verſiculum fiducialiter cœpiſſet: gloria Patri & Filio, dicebat; ſed Spiritum ſan-

* ita Cod.

* ita Cod. ſed mendoſe.

(d) Hæc denuo totidem fere verbis ex noſtro tranſcripſit Nicolaus Aragoniæ Cardinalis in vita Stephani IX. qui etiam egregie vapulat eam ob rem a Cl. Muratorio, ignaro hæc a Scriptore Synchrono accepta; ſed & Papeprochium credulitatis ibi accuſat, ſchiſmatis aliquid ſubodorantem, quæ tamen non adeo vana fuiſſe Bonizo noſter, rebus obſcuris infeſtam facem præferens, palam facit, ut liquido appareat magnam rebus Eccleſiaſticis ex eo Scriptore in lucem producto acceſſionem factam fuiſſe.

ſanctum nominare non valebat, quem cum ſæpe cœpiſſet & nihil profeciſſet, pedibus ejus obvolutus Symoniacum ſe eſſe profeſſus eſt. Qui mox ut ab Epiſcopatu depoſitus eſt, gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto clara voce confeſſus eſt. Quod factum magnum terrorem intulit Symoniacis, in tantum ut in eodem die decem & octo Epiſcopi ſe profeſſi ſint Symoniacos eſſe, ſedibusque Epiſcopalibus renuntiaverunt. Celebrata igitur tam ſancta Synodo Eccleſiaſticis rebus rite compoſitis, Romæ ad Summum Pontificem citiſſime remeant. Præfatus vero beatus Stephanus Papa ſpiritum dicitur habuiſſe prophetiæ. Nam paucis diebus transactis antequam obiret, vocans Epiſcopos & Cardinales & Levitas, his verbis eos allocutus eſt: ſcio fratres, quia poſt mortem meam exſurgent viri ex vobis amantes ſemetipſos, qui non per decreta ſanctorum Patrum ſed per laicas perſonas hanc ſedem arripient. Quo audito omnes pariter negavere & Sacramento dato in manu Papæ ſe ſe mutuo ligavere, nunquam ſe aliter quam decreta ſanctorum Patrum exigunt, ad pontificalem aſcendere ſedem & aſcendentibus conſentire.

Poſt paucos vero dies in partibus Tuſciæ veniens, languore correptus ſpiritum cœlo reddidit, poſt cujus obitum Romæ Capitanei & maxime Gregorius Tuſculanus, qui patritialem ſibi inanem quondam vendicaverat dignitatem, aſſumentes tyrañidem quemdam Veliterenſem Epiſcopum Cardinalem contra hoc, quod Papæ dudum in manu ipſemet juraverat, ad papalem evehunt dignitatem, quem verſo nomine Benedictum vocavere.

Benedictus X. Henricus III.

Dum hæc ita gererentur Henrici Imperatoris conjunx cum filio parvulo, ut ſupra retulimus, regni tenebat gubernacula, quæ multa contra jus fœminea faciebat audacia. Hæc in primordio regni ſui omnes ejusdem Italici regni curas, cuidam Guiberto commiſit, Parmenſi nobili orto genere eumque Cancellarium appellavit. Interea Deo amabilis Hildebrandus cum Cardinalibus Epiſcopis & Levitis & Sacerdotibus Senam conveniens elegit ſibi Gerardum Florentinæ civitatis Epiſcopum, quem alio nomine appellavit Nicholaum. Hic idem præfatum Guibertum Italici regni Cancellarium ex parte beati Petri & per veram obedientiam invitavit ad ſynodum, & cum eo magnificum virum Gotefridum & non ſolum Tuſciæ ſed & Longobardiæ Epiſcopos, ut venientes Sutrium de perjuro & invaſore tractarent conſilium. Quos ubi Sutrium adventantes audivit præfatus Benedictus conſcientia accuſante ſedem quam invaſerat, deſeruit, & ad propriam domum ſe contulit. Hoc poſtquam Sutrio nuntiatum eſt venerabilis ſine aliqua congreſſione Nicolaus Victor Romam intravit, & ab omni Clero & populo honorifice ſuſceptus eſt, & a Cardinalibus in beati Petri inthronizatus eſt ſede. Nec multo poſt tempore veniens præfatus Benedictus, qui alio nomine Mincius vocabatur, ad genua Papæ provolvitur, ſe vim perpeſſum clamans, tamen perjurium & crimen invaſionis non negavit; qui ex propria confeſſione Epiſcopali & ſacerdotali ordine depoſitus eſt. Quo facto magnificus Dux Gotefridus una cum Cancellario & Epiſcopis domum remearunt. Venerabilis vero a Deo protectus Pontifex Apuliam tendens Normannos vinculo excommunicationis abſolvit, tradensque eis per inveſtituram omnem Apuliam & Calabriam & terras beati Petri ab eis olim invaſas, excepto Benevento, omnes inde ditiones acceperunt, & eos ſibi jurare coegit, & per eos citiſſime Romanam urbem a Capitaneorum tyrannide liberavit.

NicolausII.

Nam non ſolum Tuſculanorum & Præneſtinorum & Numentanorum ſuperbiam calcaverunt, ſed & Romam tranſeuntes Galeriam & omnia caſtra Comitis Gerardi usque Sutrium vaſtaverunt, quæ res Romanam urbem a Capitaneorum liberavit Dominatu.

His ita geſtis, Normannis Apuliam remeantibus Legati Mediolanenſium orant Papam, ut eorum Eccleſiæ funditus deſolatæ miſereretur. Hujus rei gratia confeſtim venerabilis Pontifex miſit Petrum Damiani Hoſtienſem Epiſcopum virum omni ſcientia præditum, qui præfatam Mediolanenſem viſitaret Eccleſiam. Qui eo veniens, magna cum diſcretione ea, quæ deſtructa invenerat, reædificabat. Nam ſumens Sacerdotes & Levitas, quos invenire poterat religioſiores, caſtæ vitæ & bonæ famæ, qui non per venalitatem ſuſceperant ordinationem, etſi a Symoniaco eſſent ordinati, reconciliabat, eisque Eccleſiam tradidit gubernandam. Ex quorum numero multi Religioſi usque ad noſtra tempora extitere. Quod aliquibus viſum eſt culpabile, ſapientibus valde laudabile. Quid enim laudabilius ea tempeſtate poterat inveniri, quam ut talis Eccleſia ſacerdotio non deperiret. Sed non longo poſt tempore congregavit præfatus Pontifex ſynodum, in qua Guido Mediolanenſis Epiſcopus volens nolens ſediſſe cogentibus *Paterinis* cognoſcitur, ducens ſecum cervicoſos Tauros Longobardos Epiſcopos: id eſt, Cunibertum Taurinenſem & Giſelinum Aſtenſem & Benzonem Albenſem & Gregorium Vercellenſem & Ottonem Novarienſem & Opizonem Laudenſem & Aldemannum Brixinenſem. Quibus omnibus in eadem ſynodo præceptum eſt, ut Sacerdotes & Levitas concubinatos ab altaris arcerent officio; erga Symoniacos vero nullam miſericordiam habendam eſſe decreverunt, & communi omnium Epiſcoporum conſilio in hac ſynodo hæc lex de electione Pontificis definita eſt, cui legi CXIII. Epiſcopi ſubſcripſere.

Petrus Damiani.

Lex de electione Pontificis.

„ Siquis Apoſtolicæ Sedi ſine concordia
„ & canonica electione Cardinalium * &
„ ſequentium religioſorum Clericorum fuerit
„ intronizatus, non Apoſtolicus ſed
„ Apoſtaticus habeatur, liceatque Cardinalibus
„ cum aliis Deum timentibus Clericis
„ & Laicis invaſorem & anathemizare,

* hoc verbum a paulo recentiori manu eraſo altero ſubſtitutum in Codice.

„ re, & humano auxilio & ſtudio a Sede Apoſtolica pellere, & quem dicaverint reponere. Quod ſi intra urbem hoc perficere nequiverint, auctoritate Apoſtolica extra urbem congregati in loco, qui eis placuerit, electionem faciant, conceſſa electo auctoritate regendi & diſponendi res ad utilitatem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ juxta qualitatem temporis quaſi jam intronizatus ſit. „

Concilio igitur rite celebrato Epiſcopi Longobardi domum remeantes, cum magnas a concubinatis Sacerdotibus & Levitis accepiſſent pecunias decreta Patrum celaverunt præter unum Brixienſem ſcilicet Epiſcopum, qui veniens Brixiam cum decreta Papæ publice recitaſſet a Clericis verberatus fere occiſus eſt, quod factum non mediocre *Patariæ* dedit incrementum. Nam non ſolum Brixiæ ſed & Cremonæ & Placentiæ & per omnes alias provincias multi ſe a concubinatorum abſtinebant communione.

Hujus quoque præfati Pontificis tempore, Hugo candidus Cardinalis Romanus, quem ſuperius a beato Leone Papa ordinatum eſſe retulimus, a Romanæ Eccleſiæ receſſit ſocietate. De cujus morum perverſitate melius eſt ſilere quam pauca dicere, ſed ut brevius cuncta perſtringam, qualis fuit oculis, talis fuit factis. Ut enim habuit retortos oculos, ita ejus retorta fuere facta.

Interea creſcebat non ſolum per Italiam ſed & per omnes Gallias numerus fidelium; Symoniaci de die in diem propalabantur Sacerdotes. Venerabilis vero Nicolaus Papa cum paucos in papatu vixiſſet annos, beato fine quievit. Poſt cujus obitum ſecundum majorum decreta Clerus & populus Romanus elegit ſibi Anſelmum Lucenſem Epiſcopum Mediolanenſem genere, nobili proſapia ortum virum utraque ſcientia pollentem, quem alio nomine vocaverunt Alexandrum.

Alexander II.

Interea Longobardi Epiſcopi nacti ſe tempus inveniſſe opportunum, in ſimul conveniunt auctore Guiberto, quem ſuperius diximus Cancellarium, & concilium celebrant malignantium, in quo deliberant non aliunde ſe habere Papam niſi ex paradiſo Italiæ, talemque, qui ſciat compati infirmitatibus eorum. Dehinc ultra montes pergunt animumque Imperatricis, utpote fœmineum alliciunt, figmenta quædam componentes quaſi veri ſimilia. Nam dicebant eorum Dominum, ut hæredem regni ita hæredem fore patritiatus, & beatum Nicolaum decreto firmaſſe, ut nullus in Pontificum numero deinceps haberetur, qui non ex conſenſu Regis eligeretur. His & talibus machinationibus decepta Imperatrix fœminea licentia aſſenſum dedit operi nefario, quale non fuit a die, qua gentes eſſe ceperunt: ut ubi nullus Clericorum Romanorum vel Laicorum interfuit Pontificum electioni, ibi Pontifex eligeretur a conſimilibus Fornicatoribus & Symoniacis, quive accipiens per manus Regis & Reginæ crucem & papalia inſignia ab Aquilone veniret Romam. Unde ſecundum Jeremiam pandetur malum ſuper univerſos habitatores terræ. Quid plura? eligunt ſibi Parmenſem Cadolum virum divitiis locupletem, virtutibus egenum; qui ſtipatus multis militibus, intravit Longobardiam habens ſecum in comitatu Cervicoſos Epiſcopos Longobardiæ neſcientes ſuave jugum Domini ferre. Tunc Symoniaci lætabantur. Concubinati vero Sacerdotes ingenti exultabant tripudio. Sed quid plura. Secundum Evangelicum verbum omnis exultatio iſtorum unius mulieris contradictione terræ proſtrata eſt, tantuſque ſuperborum potentatus ſola Beatrice interdicente velut fumus evanuit; ſed non longo poſt tempore præfatus Cadolus furtim Bononiam venit, in qua ſuos expectavit milites, quibus receptis Romam tendit, portans ſecum ingentia auri & argenti pondera. Sed tunc non defuere Romæ viri peſtilentes amantes ſemetipſos avari & cupidi, qui ei ſe conjunxere, inter quos & Romani Capitanei volentes Romanam urbem opprimere & ſub poteſtatem ſuam ut antiquitus redigere.

Interea Deo odibilis ille in prato Neronis caſtra metatus eſt, occultoque Dei judicio bello commiſſo victor apparuit. Sed, o ineffabilis Dei providentia, o mira Dei clementia, qui victor extitit, antequam menſis eſſet tranſactus veniente Duce Gotefrido Romam, multis precibus & magnificis donis eidem Duci collatis vix ut victus diſcederet, impetravit. Qui veniens Parmam ad officinam ſeculi iniquitatis collecta pecunia & tranſacto anno occulte quaſi fur Romaniam venit, ibique data magna pecunia collegit multitudinem equitum adjuvantibus Capitaneis & quibuſdam peſtiferis Romanis noctu civitatem Leonianam intravit, & Eccleſiam S. Petri invadit, maneque facto tantus terror cœlitus milites, qui ſecum venerant, invadit, ut omnes nemine cogente ſolo eo relicto in Eccleſia, fugam arriperent, qui conſilio Cencii cujuſdam peſtiferi Romani caſtrum ſancti Angeli intravit, ibique ſe tutatus eſt. Cui in eodem caſtro per duos annos obſeſſo poſt multas & varias calamitates, quas inibi paſſus eſt, non ante datum eſt ei inde exire, quam ab eodem Cencio trecentis libris argenti ſe comparavit, unoque clientulo contentus, unius jumenti adjumento inter oratores Bercetum ægre pervenit.

Dum hæc ita ſe haberent, Mediolanio * Canonica cohabitatio primum exorta eſt, quæ res magnam movit inimicis invidiam. Poſt paucos vero dies poſtquam hæc geſta ſunt, moritur Landulfus Mediolanenſis Clericus, de quo ſuperius retulimus, & in pace ſepultus eſt.

* ita Cod. Canonica cohabitatio incœpta.

Interea Teutonicorum Archiepiſcopi & Epiſcopi, Abbates, Duces & Comites curiam ſibi conſtituunt, in qua deliberaverunt Imperatricem dehinc privato ſcemate vivere indignum judicantes regnum muliebri regi arbitrio, tum quia monacha erat, & curis eam non decebat ſervire ſecularibus, tum quia eorum Dominus adultam jam videbatur aſcendiſſe ætatem, communique conſilio decrevere venerabilem Annonem Colonienſem Archiepiſcopum Regis & Reginæ tenere gubernacula, deponentesque Guibertum Italici regni Gregorium Vercellenſem conſtituere Cancellarium.

Præfatus vero Anno nil melius cogitans quam ut regnum ſacerdotio uniretur Italiam veniens Romam tendit, Papamque convenit, cur absque juſſu Regis Romanum accipere auſus ſit Pontificatum, cui cum Deo amabilis Hildebrandus dixiſſet in electione Romanorum Pontificum ſecundum decreta ſanctorum Patrum nil Regibus eſſe conceſſum, & ille reſpondiſſet ex Patriciatus hoc licere ſibi dignitate, mox venerabilis Archidiaconus has ſynodales objecit poſitiones, ex Symachi ſynodo, in qua interfuere CL. Epiſcopi: Laurentius Mediolanenſis Epiſcopus dixit: non placuit Laico ſtatuendum in Eccleſia habere aliquam poteſtatem, cui ſubſequendi maneat neceſſitas non auctoritas imperandi.

Eulalius Epiſcopus Syracuſanæ Eccleſiæ dixit: Laici, quamvis Religioſi nulla de Eccleſiaſticis aliquid diſponendi legitur unquam attributa facultas. Cumque ille decreta Papæ Nicolai objeciſſet eique citiſſime per decretum ejuſdem Papæ Nicolai, in quo CXIIII. Epiſcopi ſubſcripſere obviatum fuiſſet, rogavit præfatus Archiepiſcopus Dominum Papam, ut dignaretur ſynodum congregare & rationem de ſe reddere Quod ut ille audivit, licet a Romanorum Pontificum hoc eſſet alienum dignitate, tamen quia neceſſitas urgebat, facere promiſit, moxque apud Mantuam ſynodum evocaverunt, in qua Cadolus cum Longobardorum Epiſcopis poſſet convenire; ſed Longobardorum Epiſcopi una cum eorum Metropolitano omnes illo convenere præter Cadolum, qui conſcientia accuſante venire timuit. Venerabilis vero Papa veniens Mantuam & rationem de ſe reddens citiſſime omnes inimicos fecit amicos. Nam mox omnes Longobardi Epiſcopi pedibus ſuis advoluti reos ſe eſſe confeſſi veniam petiere & impetravere. Sicque regno & ſacerdotio unito Papa cum honore Romam remeavit, quique vero Epiſcopi cum alacritate tenderunt ad propria. Huic tanto conſilio interfuere Dux Gotefridus & Otto Saxo Dux Bajoariorum.

Synodus Mantuæ.

Otto Saxo Dux Bajoariorum.

His ita tranſactis Rex accepit conjugem Deo dilectam Bertam filiam Ottonis & Adaletæ *, quam pater ſuus infantulam ſibi dederat infantulo; qui rite celebratis nuptiis per ſe regni cœpit tenere gubernacula, moxque rogatus a Guidone Mediolanenſi Archiepiſcopo Cremonenſem Epiſcopatum ſuo nepoti donavit Arnulfo, qui qualiter Cremonenſibus antequam eligeretur Sacramento juraverit quamque in primordio levis moribus apparuit, quia multis credo notiſſima omitto narrare. Sed venditores Eccleſiarum Mediolanenſes Capitanei & Varvaſſores, cum viderent ſe pecuniis nudari, contriſtabantur, occaſioneque accepta cujuſdam prædicationis quam venerabilis Arialdus fecerat in populo dicens, non licere jejunare in diebus Pentecoſtes, ſeditionem movent in populo, quaſi hoc eſſet contra beati Ambroſii letanias, domum Clericorum ſimul viventium diripiunt, ipſumque poſt paucos dies a civitate expellunt. Cum peregre proficiſcens conjunxit cum eo quidam ſolo nomine Sacerdos, & eum propinquis Archiepiſcopi tradidit, quem accipientes & eum omnibus membris debilitantes poſtremo in lacum necaverunt *. Cujus corpus poſtquam decem menſes ſub aqua jacuit, revelatum eſt. Quod ut audivit Herlinbardus frater prædicti Landulfi Germanus colligens omnem multitudinem Paterinorum tamdiu caſtra propinquorum Archiepiſcopi obſedit, donec corpus venerabilis Airaldi ei reddiderunt. Quod Mediolani delatum in Eccleſia S. Celſi ſummo cum honore humatum eſt, ubi per ejus meritum usque hodie variæ infirmitates curantur.

* ſupra lin. *Adalheida*.

Berta Regina.

Arialdus martyrio coronatur.

* vox *necaverunt* eraſæ alteri voci ſubſtituta in Cod.

Interea Cremonæ verbum Dei mirabiliter creſcebat, qualiter vero XII. viri zelo Dei ducti conſilio Domini Chriſtofori Abbatis juraverint, & quomodo univerſus Cremonenſis populus hos imitatus eſt, & quomodo univerſos Sacerdotes & Levitas concubinatos ejecerunt, & qualiter ipſum Epiſcopum, qui in ipſo die paſſionis Domini Sacerdotem *Paterinorum* comprehendere nitentem verberaverint, & quomodo poſt ſanctum Paſcha honeſtos viros nuntios ad Papam miſere dicere non curabo. Scutum vero, quod Cremonenſibus per eosdem nuntios venerabilis Papa mandavit, huic opuſculo inſerere deliberavi: „ Alexander ſervus ſervorum Dei Cremonenſis Eccleſiæ religioſis Clericis & fidelibus Laicis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Inſpiratori omnium bonorum Deo & bonæ voluntatis Auctori uberes referimus gratias, qui vos adverſus hoſtem humani generis virtutum ſuarum telis armavit, & ad deſtruendam Symoniacam hæreſim ac fornicationum ſpurcitias Clericorum ferventer accendit. Erexiſtis enim ſicut in literis veſtris cognovimus contra verſutiam ſerpentis antiqui, & qui velut biceps coluber per fiſtulas geminarum faucium nequitiæ ſuæ ſuper vos venena nequiter evomebat ſancti zeli veſtri zelo perfoſſum atque preciſum ſe virtutis veſtræ pugione ſuſpirat. Plane qui ſerpenti dudum in paradiſo damnationis æternæ judicium intulit, ipſe vos adverſus modernam occulti draconis aſtutiam unanimiter incitavit. Quam ob rem ſanctis conatibus veſtris & hujus ſanctæ Sedis Apoſtolicæ accedat vigor, hoc ipſum apud vos per omnia decernimus obſervandum, quod a ſanctis Prædeceſſoribus noſtris & a cunctis pene ſanctorum Canonum Conditoribus non ambigimus inſtitutum, videlicet, ut tam Subdiaconi quam Diaconi ſed & permaxime Sacerdotes, qui mulieribus carnali commercio admiſcentur,

„ &

„ & Symoniaca ſorde polluti ſunt, & Eccleſiaſticis careant beneficiis & perceptæ priventur officio dignitatis. Indignum eſt enim, ut qui vel per incontinentiam carnis vel per commercium ſacrilegæ venalitatis ſuſcepti ordinis privatur honore, Eccleſiaſtica potiatur ulterius facultate. Cæteros autem Clericos, qui videlicet inferioribus potiuntur officiis, ſi legalibus conjugiis ſunt obligati in ſuis gradibus manere præcipimus, & competentia Eccleſiaſtici ſumptus beneficia non negamus. Sed quia nonnulla præter hæc, quæ vobis ſunt admodum neceſſaria, ut a noſtra reſpondeatur auctoritate conſulitis, hortamur ut ſynodale concilium, quod auctore Deo poſt proximum paſcha celebraturi ſumus prudentes ex vobis viros venire non pigeat, qui nobis quicquid exigendum eſt, veſtriſque utilitatibus conferendum non per judicia litterarum ſed per vivæ vocis officium patenter exponant. Huic enim bello, quod zelo divini fervoris eſtis aggreſſi non ſegniter ſed omni virtutis inſtantia Romana ſedes accurrit, brachium porrigit, clypeum defenſionis obponit, & vos ut magis ac magis circa membra diaboli non enerviter * inſurgere debeatis, accendit. Igitur unusquiſque veſtrum divinæ virtutis mucrone præcinctus dicat: ſi quis eſt Domini, jungatur mecum, ſicque cum Moyſe quaſi de porta in portam caſtrorum tanquam fervidus bellator in ſacrilegos irruat ut Symoniacæ venalitatis & clericalis adulterii januas, per quas diabolus in veſtram fuerat ingreſſus Eccleſiam cæſis cadaveribus claudat. Omnipotens dilectiſſimi filii ſua vos dextera benedicat, & per officium beati Apoſtoli ſui Petri januam vobis cæleſtis regni aperiat. „ His ſalutiferis amonitionibus accenſi Cremonenſes placitum Dei mox incipiunt, Symoniacos & fornicatores ab Eccleſia ſua expellunt. Quos imitantes Placentini Romanæ ſe continuo ſubjiciunt obedientiæ & Dionyſium eorum Epiſcopum a beato Papa excommunicatum abijciunt, & omnes *Pataream* per ſacramenta confirmant.

* ita Cod.

Eodem tempore Hugo candidus, de quo ſuperius mentionem fecimus, poſt multas miſerias & varias, quas ſub Cadolo paſſus eſt, tandem ad venerabilem Papam veniens veniam petiit & impetravit, cumque ad Hiſpaniam Legati fungens officio mitteretur, quicquid ædificabat, iterum diſſipabat. Nam Symoniacos primum quidem validiſſime perſequebatur, poſtea vero accepta pecunia reconciliabat, quod dum compertum Romæ fuiſſet, eum ab Hyſpanis ſtatim revocant, & Romæ habitare præcipiunt. Hanc in eum humanitatem oſtendentes præcipue reverentia ordinatoris ejus beati ſcilicet Papæ Leonis.

Interea præfatus Guido Archiepiſcopus Mediolanum veniens pœnitentia ductus depoſitis pontificalibus inſigniis privato vivebat ſcemate. Quod videntes Eccleſiarum venditores, de quibus ſupra mentionem fecimus, animum ejus levem ad deteriorem partem citiſſime inflectunt, mortale ei dantes conſilium ut Epiſcopatum cuidam Gotefrido Clerico nobili quidem progenie orto & ſatis facundiſſimo & ad omne nefas prono, venderet, & ſe ſe ad arcem transferret. Quod & ſine mora factum eſt.

Præfatus vero Gotefridus conſilio Symoniacorum & Mediolanenſium Capitaneorum & Longobardorum Epiſcoporum, Alpes tranſiit, Regem adiit, animumque Regis utpote adoleſcentis facillime venatus eſt. Nam & *Pateream* promittebat ſe deſtructurum, & Erlimbardum vivum capturum & ultra montes miſſurum, ſi ei per inveſtituram Mediolanenſem traderet Epiſcopatum. Hujus rei gratia & aliquantula pecunia data, inveſtituram, quam petebat, accepit, ſed Epiſcopatum non obtinuit. Nam a Deo protectus Erlimbardus ut audivit ejus conatum congregans multitudinem Dei exercitus, omnia caſtra ad jus Epiſcopi pertinentia ab ejus ſubtraxit ditione. Dehinc apud Caſtellionem ſuum hæreditarium caſtrum per multos dies eum obſedit, quod cum obſideretur, & pene capi poſſe videretur Symoniaci & concubinati Clerici noctu ignem in media Mediolanenſi civitate injecerunt, auctore quodam Clerico, cujus nomen inveſtigandum ſollerti Lectori relinquo, pro certo ſciens & indubitanter affirmans auctorem tanti flagitii dignum non eſſe ſacerdotio. Quid plura? ignis ædes corripiens glorioſaſque Baſilicas beatorum devaſtans Martyrum ad ultimum medietatem civitatis victor conſumpſit. Quod ubi Mediolanenſibus, qui forte ad obſidionem aderant, nuntiatum fuiſſet, terror maximus invaſit, relictoque Herlinbardo cum paucis Deum timentibus, ſtatim domum rediere. Sed miles Domini fortiſſimus, velut Judas Machabæus ſtetit imperterritus obſidioneque firmata ibi ſanctum Paſcha celebravit. Transacta vero paſcali feſtivitate præfatus Godefridus habens ſecum multitudinem equitum & peditum cum Herlinbardo pugnavit, & terga vertit; ſicque per Dei miſericordiam miles Dei incruentam poſſidens victoriam Mediolanum remeavit.

Gotfridus Dux Normannos Campania pellit.

Eodem quoque tempore Normanni Campaniam invadunt, quod cernens Deo amabilis Hildebrandus continuo magnificum Ducem Gotefridum in auxilium S. Petri evocat. Forte enim his diebus præfatus Dux venerat Italiam ducens ſecum excellentiſſimam Cometiſſam Mattildam inclyti Ducis Bonifacii filiam. Is congregans univerſam exercitus ſui multitudinem cum uxore & nobiliſſima Mathilda Romam veniens Normannos a Campania abſque bello expulit, & eam Romanæ reddidit ditioni. Et hoc primum ſervitium excellentiſſima Bonifacii filia beato Apoſtolorum Principi obtulit, quæ non multo poſt per multa & Deo amabilia ſervitia beati Petri meruit dici filia.

Mathilda dicta B. Petri filia.

Cum hæc ita ſe haberent a Deo protectus Herlibaldus volens Mediolanenſem Eccleſiam a Symoniaca liberare ſervitute, conſilio Papæ & Deo amabilis Hildebrandi in die ſancto Epiphaniæ adjuvantibus religioſis Clericis non ſolum Mediolanenſibus ſed & Cremonenſibus & Placentinis ſecundum decreta ſanctorum Patrum per electionem Cleri habere deliberavit Epiſcopum Ottonem, ejusdem Eccleſiæ Clericum nobili quidem genere ſed nobiliorem moribus, a religioſo Clero electum & a Catholico populo laudatum. Quod veternoſus ſerpens non æquis aſpexit oculis. Nam quosdam ſuæ artis viros invenit, & per eos ſeditionem movens in populo ipſum a Deo protectum Erlinbardum cum electo jam in palatio reſidentem armis circumdant, palatium invadunt, cuncta diripiunt, ipſum electum plagatum usque ad altare S. Mariæ tractum jurare compellunt, nunquam ſe amplius de eodem Epiſcopatu intromiſſurum. Dehinc eum cuidam Clerico ejusdem Eccleſiæ usque mane cuſtodiendum tradidere. Mane vero facto a Deo protectus Erlinbaldus ad Eccleſiam imperterritus venit; quod ut viderunt Eccleſiarum venditores & fornicatorum Sacerdotum propinqui clamare cœperunt, belloque commiſſo per Dei miſericordiam Dei miles palmam citiſſime obtinuit. Nam omnes Dei inimicos procul a civitate fugaverunt, omnibusque per Dei inimicos rebus Eccleſiæ ablatis in duplum reſtitutis Eccleſiam & palatium obtinuit, potuitque eodem die Electus Domini ſine ulla contradictione intronizari, ni Sacramenti vinculum obſtitiſſet. Hujus rei gratia mittuntur religioſi viri Romam, qui hæc Papæ intimarent, quod ut audivit venerabilis Alexander, & Sacramentum contra jus Eccleſiaſticum factum dixit non tenendum, & communi decreto tam Epiſcoporum Cardinalium quam Sacerdotum & Levitarum cum jure Mediolanenſem Electum judicavit. Moxque litteras ſuas ad Regem miſit, in quibus ammonuit eum ut filium, ut odium ſervorum Dei, quod animo conceperat, a ſe projiceret, & Eccleſiam Mediolanenſium ſecundum Deum habere permitteret Epiſcopum. Quod ut Rex audivit mox ex latere ſuo ſuos miſit a ſecretis, qui venientes Longobardiam Novariæ ſibi curiam conſtituunt, & multitudini Epiſcoporum collectæ ibi dato Sacramento confirmant, hoc eſſe regiæ voluntatis ut Gotefridus conſecraretur. Quod audientes Longobardi Epiſcopi, licet ab Eccleſia eſſent excommunicati, eum libenter non ſacraverunt, ſed execraverunt. Forte huic execrationi ex Mediolauenſi Eccleſia quidam Clerici interfuere, ex quorum numero fuit Tedaldus, qui eo vivente eundem invaſit Epiſcopatum. Quod ut audivit venerabilis Otto Mediolanenſis electus ad Romanam ſe contulit ſedem, ubi omnes Eccleſiaſticæ cauſæ terminantur.

Hugo vero candidus, de quo ſupra retulimus, Gallicanam a Domino Papa impetravit legationem, ubi multa contra jus & fas operatus eſt, quod ſuo ordine poſtea narrabitur. Eodem tempore Cadolus Parmenſis Epiſcopus corpore & anima defunctus eſt, & non multo poſt Ravennas Epiſcopus mortuus eſt.

Interea Parmenſis Guibertus, de quo ſupra memoriam fecimus Parmenſem mirabiliter ambiebat Epiſcopatum. Nam adiens Regem multis precibus muneribusque, ſatagebat, ut ſibi daretur Epiſcopatus, quod cum impetrare non valuiſſet, & omnibus tam propinquis ſuis quam extraneis, tam majoribus quam minoribus, tam Clericis quam Laicis omnino contradicentibus ad Imperatricem ſe contulit. Forte ea ibi aderat his diebus, eaque interveniente Ravennatem accepit Epiſcopatum. Parmenſis vero cuidam Everardo Colonienſi Clerico traditur.

Præfatus vero Guibertus veniens Longobardiam Ravennam intravit multitudine gravi & in magno, ut ſui moris eſt, potentatu. Et non poſt multos dies in quadrageſimæ diebus Romam venit cauſa conſecrationis, ſynodo jam celebrata, in qua & Hugo candidus a Cluniacenſibus Monachis & a quibusdam religioſis Epiſcopis publice de Symonia arguitur, & in qua *hortatu* * Imperatricis quosdam Regis Conſiliarios volentes eum ab unitate Eccleſiæ ſeparare, publice Dominus Papa excommunicavit. Sed jam ad narrationem redeamus. Præfatus vero Guibertus veniens Romam habens ſecum Dionyſium Placentinum Epiſcopum, ante multos annos ab eodem Papa depoſitum, ovina ſimulata indutus ſimplicitate, multos decepit, & præcipue Deo amabilem Hildebrandum. Is cum ſæpe numero Papam rogaſſet, ut ei manum imponeret, & ille nollet acquieſcere, ſpiritu prophetiæ plenus fertur dixiſſe: ego quidem jam delibor & tempus reſolutionis meæ inſtat, tu vero ejus ſenties acerbitatem. Quod & eventus poſtea declaravit. Quid plura? Conſecratione vero rite celebrata, Sacramento ſe obligavit ſe fidelem eſſe Papæ Alexandro ejusque ſucceſſoribus, qui per meliores eſſent electi Cardinales, nullo modo Imperatorem nec Regem nominans vel patritium, quod Sacramentum bene conſervavit. Nam venerabili Alexandro defuncto & venerabili Hildebrando per meliores Cardinales electo religioſus Archiepiſcopus debitam ſubjectionem in tantum ei contulit, ut vocatus ad ſynodum veniret, & in eadem ſynodo per privilegium ſuæ Eccleſiæ dextera ei ſederet, & non extorta confeſſione ſed ſpontanea eum modis omnibus Papam profiteretur. Sed jam rei ordinem proſequamur: Paſcali igitur celebrata feſtivitate cum a beato Papa & venerabili Archidiacono licentiam remeandi Ravennam accepiſſet, antequam eandem urbem intraſſet, ei mors Papæ nuntiata eſt, nam in natali S. Georgii B. Alexander ſpiritum cœlo reddidit. *Explicit Liber VI. Incipit*

* hæc vox eraſæ alteri ſubſtituta in Cod.

Liber VII.

EOdem itaque die præfati Pontificis corpore in Eccleſia S. Salvatoris humato, cum circa ſepulturam ejus venerabilis Hildebrandus eſſet occupatus, factus eſt de repente concurſus Clericorum virorum ac mulierum clamantium: Hildebrandus Epiſcopus. Quo audito venerabilis Archidiaconus expavit, & velociter volens populum placare concurrit ad pulpitum, ſed eum Hugo candidus prævenit, & populum ſic allocutus eſt: viri fratres! vos ſcitis, quia a diebus Domini Leonis Papæ hic eſt Hildebrandus, qui ſanctam Romanam Eccleſiam exaltavit & civitatem iſtam liberavit. Quapropter quia ad Pontificatum Romanum neque meliorem neque talem, qui eligatur, habere poſſumus, eligimus hunc in noſtra Eccleſia ordinatum, virum vobis nobiſque notum & per omnia probatum. Cumque Cardinales Epiſcopi Sacerdoteſque & Levitæ & ſequentis ordinis Clerici * ita Cod. conclamaſſent, ut mos eſt: * *Gregorium PP. Scs. P. eleg.* continuo a populo trahitur, rapiturque, & ad vincula beati P. non ad Brixianorium invitus intronizatur. Qui ſequenti die ſecum mente pertractans ad quantum periculum deveniſſet, cœpit æſtuare & mœſtus eſſe; tamen collectis fidei & ſpei viribus, quid potiſſimum faceret, non aliud invenit, quam ut Regi ſuam notificaret electionem, & per eum ſi poſſet, ſibi papale impoſitum onus devitaret. Nam miſſis ad eum continuo litteris & mortem Papæ notificavit, & ſuam ei electionem denuntiavit, interminatuſque ſi ejus electioni aſſenſum præbuiſſet nunquam ejus nequitiam patienter portaturum. Sed longe aliter evenit, quam ſperaverat. Nam Rex illico miſit Gregorium Vercellenſem Epiſcopum Italici regni Cancellarium, qui ejus electionem firmaret, & ejus intereſſet conſecrationi. Quod & factum eſt. Nam in jejunio Pentecoſtes Sacerdos ordinatur, & in natale Apoſtolorum ad altare eorundem a Cardinalibus ſecundum antiquum morem Epiſcopus conſecratur. Cujus conſecrationi interfuit Imperatrix una cum excellentiſſima Beatrice Duce tunc vidua. Nam ante paucos dies magnificus Dux Gotefridus obierat.

Venerabilis vero Pontifex mox ut curam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſuſcepit, nil melius eſſe deliberavit, quam in primordio Regem admonere, ut Epiſcopatus non venderet, ſe ſeque ſubjectum eſſe ſanctæ Romanæ Eccleſiæ recognoſceret. Nam continuo hujus ſanctæ Legationis miniſtram fecit eſſe glorioſam Imperatricem ejuſdem Regis matrem, habentem ſecum in comitatu venerabiles Epiſcopos Girardum (e) Oſtienſem (e) & Ubertum Præneſtinum & Rainaldum Cumanum, quæ Alpes tranſiens filium in partibus Bajoariæ invenit. Quid plura? Legatis Romanis à Rege honorifice ſuſceptis, cum per multos dies ſermonem correctionis ab eis cotidie audiret, ad ultimum vero ſuos familiares, quos ante beatus excommunicaverat Alexander a ſuo prohibuit colloquio. Dehinc rogatus ut ſynodum mediaret, Epiſcopos facie tenus congregavit, mente detractans, nullum omnino concilium in ſuo regno celebrari, quod rei ſubſequens comprobavit eventus. Nam per Lemarum Bremenſem Epiſcopum virum eloquentiſſimum & liberalibus ſtudiis adprime eruditum, concilium interruptum eſt. Is enim dicebat ex antiquis privilegiis Maguntino conceſſum eſſe Epiſcopo in Germaniæ partibus vicem habere Romani Pontificis; ideoque non licere Romanis Legatis ſinodum in ejus legatione celebrare, non bene recogitans illud primi Leonis capitulum Theſſalonico Epiſcopo miſſum, in quo ita legitur: ſic enim committit Papa omnibus Archiepiſcopis vices ſuas, ut in partem ſint vocati ſollicitudinis non in plenitudinem poteſtatis. Quid plura? Hujus rei gratia Lemarius Archiepiſcopus a Legatis Romanis ſacerdotali officio ſuſpenſus eſt. Dehinc concilio hac ſagacitate interrupto, cum Rex omnia, quæ Romani Legati poſtularunt, ſe libenter facere promiſiſſet, magnis muneribus donati Romam cum honore remearunt, portantes ſecum præfati Regis litteras, quibus venerabili Papæ Gregorio omnibus modis debitam ſubjectionem ſpondebat. Poſt paucos vero dies quidam Hermannus Babenbargenſis Epiſcopus Romam cauſa ſuſcipiendi pallii veniebat, quem literæ Regis anticipavere, quibus Papæ ſignificatum eſt ſe quorundam malignantium fraude deceptum illi pro pecunia Epiſcopatum tradidiſſe. Quod ut quæſitum eſt & ita inventum præfatus Hermannus ab Epiſcopatu depoſitus eſt, & alius in loco ejus præcepto Domini Papæ intronizatus eſt, qui poſtea ab eodem Papa pallii dignitate donatus eſt, quod & itidem de Conſtantienſi Epiſcopo factum eſt.

Dum hæc ita gererentur Mediolanenſes Capitanei Eccleſiarum venditores, de quibus ſupra retulimus, colloquium cum Rege faciunt, animumque ejus ad deteriorem partem flectunt; nam ei promittunt, & Pataream deſtructuros & Herlinbaldum occiſuros. Quod Rex libenter audivit, & voluntarie, quicquid petierunt, promiſit.

Interea venerabilis Gregorius nihil mali de Rege ſuſpicans ſynodum congregavit, in qua Guibertus Ravennas Epiſcopus ſedit, & innumerabilis multitudo Epiſcoporum ex provinciis diverſis congregata, in qua dum negotium Placentinorum & Cremonenſium tractaretur, præfatus Guibertus Cremonenſes mirabiliter infamavit, quem per Dodonem egregiæ indolis juvenem ejuſdem Cremonæ civem liquido claruit eſſe mentitum. Nam is in media ſynodo & Cremonenſes abſolvit ab infamia, & ipſum notavit infamia. Quid plura? his & aliis negotiis ſedatis Robertus cum Normanmannis excommunicatur in eodem ſynodo. Cui ſynodo interfuit excellentiſſima Cometiſſa M. * & Azo Marchio, & Giſulfus Salernetanus Princeps. Concilio igitur rite celebrato cum Epiſcopi ad propria remearent, Guibertus cum Pontifice Romæ remanſit.

(e) Is celebris illo ævo Gerardus ad purpuram tandem erectus, civis Ratiſponenſis filius fuit, ſingulare Bojorum ornamentum.

* Mathildis.

Hic Papæ promittebat ſe contra Normannos magnam expeditionem facturum & contra Balneo Regis Comitis ſe poſt paſcha cum eodem Papa caſtra metaturum. His & talibus ſubdolis machinationibus animum Papæ nihil mali ſuſpicantem decipiebat. Animus vero ejus velut feræ belluæ iram gerens nihil aliud quam quod poſt rei demonſtravit eventus cogitabat. Nam per omnes fere quadrageſimales dies, quibus inibi moratus eſt, Romam orationis occaſione circuiens quosque peſtiferos invenire poterat, vel Papam propter juſtitiam odientes faciebat amicos, dataque pecunia Sacramento vinciebat, inter quos & Cencium Præfecti Stephani filium, quem ſupra temporibus Papæ Alexandri cum Cadolo fuiſſe memoravimus.

Cencius,

Is defuncto patre temporibus Papæ Alexandri cum præfecturam vellet adipiſci, ab omnibus Romanis propter ferocitatem animi repudiatus eſt, communique conſilio traditur præfectura alteri Cencio cujusdam Johannis Præfecti filio, qui quamvis nomine æquivoci, tamen longe erant diverſi moribus; in hoc omnium malorum ſpecies in altero bonorum. Hic compatrem ſuum absque omni cauſa interfecit, & domum ejus funditus deſtruxit; idem & latronum particeps & prædonum adjutor, per multa & varia adulteria, quæ perpetravit, vel perpetrantes tutatus eſt, Romam ex libera fecit ancillam. Nam in ſancti Petri ponte turrim miræ magnitudinis ædificans omnes tranſeuntes reddidit tributarios. Hunc talem & tam peſtiferum conjunxit ſibi præfatus Guibertus, & per eum ſe armavit contra Sanctum. Erant præterea Romæ multi peſtilentes, juſtitiam odientes, ut concubinatorum Sacerdotum filii & propinqui; ſed & venerabilis Pontifex in principio ordinationis ſuæ omnibus Romanis Clericis dedit optionem, ut aut canonice nihil proprium poſſidentes ſecundum regulam Sanctorum viverent, aut relictis bonis Eccleſiæ ſeorſim domi manerent; quorum multi ante elegere privati vivere quam ſuave jugum Domini ferre; qui mirabiliter Papæ erant infenſi & non ſolum ii, ſed & eorum propinqui.

Erat præterea Romæ antiqua & peſſima conſuetudo, quam beatus Papa ſuo tempore funditus ab eadem Eccleſia extirpavit. Nam in beati Apoſtolorum Principis Eccleſia erant ſexaginta & eo amplius manſionarii Laici conjugati & plerique concubinati, qui eandem Eccleſiam per vices ſuas die noctuque cuſtodiebant, quorum poteſtate omnia, præter majus, erant altaria, quæ orationibus cotidie vendebant. Hi omnes barba raſati & mitras in capite portantes Sacerdotes & Cardinales ſe eſſe dicebant, ſicque oratores decipiebant & præcipue Longobardorum ruſticam multitudinem, qui eos credentes Sacerdotes, ſe eorum commendabant orationibus. Hi intempeſtæ noctis ſilentio cuſtodiæ occaſione varia latrocinia & turpia ſtupra exercebant. Quos beatus Papa cum magna difficultate ab Eccleſia Apoſtolorum Principis expulit, & eam religioſis Sacerdotibus commiſit cuſtodiendam. Hos tales præfatus Guibertus ſibi fecit amicos, venerabilis autem Gregorius Eccleſiam S. Petri juſſit oratoribus claudi usque ad tempus matutinale, nam ante pervigiliarum excubias multa ibi fiebant homicidia & hac occaſione multa furta & adulteria. Erat præterea in eadem Eccleſia alia peſſima conſuetudo quam idem venerabilis Papa funditus extirpavit.

Cottidie antequam dies illuceſceret, & plerumque antequam aurora curſum ſuum inciperet, Cardinales avaritiæ quæſtu Miſſas ſuper altare Principis Apoſtolorum celebrabant, quibus ex auctoritate B. Petri & ſua omnibus interdixit, ut non liceret eis deinceps ante horam diei tertiam ad altare B. Petri Miſſam celebrare; quæ res magnam ſibi concitavit invidiam. Quid plura? præfatus Guibertus veluti Catilina omnes ſceleratos, quos potuit, ſibi fecit amicos. Dehinc propinquante paſcali feſtivitate licentiam remeandi Ravennam a venerabili Papa petiit & impetravit, promittens ſe poſt paſcha ſupra Balneo Regis Comites exercitum ducturum.

Interea venerabilis Gregorius expeditionem contra Normannos præparabat, veniensque obviam Duci Beatrici usque ad caſtrum S. Fabiani eam ſimul cum filia ad expeditionem invitabat, quas volentes pia mente Papæ obedire præcepto Longobardicus Varvaſſorum tumultus impedivit. Nam ſeditione ſubita exorta expeditionem diſſipavere, ſicque infecto negotio Papa Romam remeavit: Beatrix vero cum filia ad propria rediere. Non longo poſt tempore Papa languore corporis in ſuburbio Romæ ſubito corripitur. Cencius vero, de quo ſupra memoravimus, credens eum jam morti deſtinatum, odium, quod mente conceperat, ſubito evomuit. Nam fidei commiſſor illis diebus fuerat cujusdam Cencii ſcilicet Gerardi Comitis filii, qui beatis Apoſtolorum Principibus curtem unam teſtamento legaverat; Deo vero odibilis ille credens Papam jam mortuum vel jam morti proximum ſacrilegii ſimul & perjurii crimen incurrens teſtamentum falſaverat, curtemque ſuis applicavit uſibus, ducentis libris datis tantum Apoſtolorum Principibus. Interea convaleſcente Papa ſuper hoc cepit exagitari negotium. Quid plura? Peſſime egiſſe convincitur, datisque obſidibus curtem ſecundum defuncti voluntatem Apoſtolorum reddidit Principibus; ſed ejus furor non quievit. Nam ejusdem peſtiferi conſilio Hugo candidus, de quo ſupra memoravimus, ſecundo ad Apoſtaſiam verſus eſt. Hic Apuliam tendens Robertum & Normanos dudum a Papa excomunicatos contra ſanctam Romanam Eccleſiam mirabiliter excitavit: nam dicebat eos falſo excommunicatos & Papam, non ſecundum decreta ſanctorum Patrum Pontificem, ſed ſanctæ Romanæ Eccleſiæ invaſorem, adjiciens ſe cum ſuis fautoribus Roberto coronam imperialem daturum, ſi eum militari manu ab Eccleſia pelleret.

Quod cum cotidie palam & clanculo in curte præfati Ducis muſſitaret, hanc a prudentiſſimo Duce accepit reſponſionem, quia tibi neceſſe eſt, ſi placet in auro vel argento vel in aliqua alia pecunia vel in equorum & mulorum adjumento a me ſuſcipe munificentiam, mihi vero ſuadere non poteris contra Romanum me armari Pontificem. Nefas enim eſt credere per tuas inimicitias vel alicujus poſſe Papam deponi, qui electione Cleri & laude populi Romani, cum cathedra pontificalis vacaret, intronizatus ad altare S. Petri ab Epiſcopis Cardinalibus conſecratus eſt; ſicque cum magno dedecore repudiatus ad Guibertum ſuæ nequitiæ fautorem ſe contulit.

Cum hæc ita gererentur Mediolanenſes Capitanei & Varvaſſores Eccleſiarum venditores ad colloquium Regis remeantes Mediolano magnas excitant ſeditiones, machinamenta quædam fingentes, nam ſimplices quoque ſeditionis ignaros hoc modo alliciebant: dicentes ſe integritatem beati Ambroſii velle jurare. A Deo vero protectus, de quo ſupra retulimus, Erlinbaldus videns machinamenta diaboli paulatim creſcere, æſtuabat neque potiſſimum quid faceret aliud inveniebat, niſi ut ſe & Dei populum volentem pro juſtitia dimicare velut fortiſſimus Judas armis defenſaret. Quid plura? Creſcebat cotidie numerus infidelium, & de die in diem numerus minuebatur Paterinorum. Eodem quoque tempore Mediolanenſis civitas tota incendio concrematur, in qua multæ mirabiles Eccleſiæ & præcipue Mater Eccleſia ſolo tenus deſtruitur; quæ res inimico humani generis ad decertandum contulit arma: nam omnes ſive amici ſive inimici quaſi una voce clamabant hoc eſſe peccatum Paterinorum.

Mediolanum exuritur.

Poſt paſcha vero derepente congregato exercitu & multitudine conjunctorum Herlinbaldum nihil mali ſuſpicantem invadunt, eumque bellare temptantem in media platea interficiunt, aliosque perſequuntur & deprædantur, eumque ignominioſe nudatum obliti generis ejus & dignitatis ad ignominiam totius Chriſtianitatis per totum diem relinquunt inhumatum. Nocte vero a religioſis viris apud S. Dionyſium cum honore ſepultus eſt. Ad cujus ſepulchrum magna mirabilia usque hodie operatur Deus. Sequenti vero die quemdam Sacerdotem nomine Liprandum auribus mutilaverunt & naſu; (f) quicunque vero conjurationi non conſenſerunt, aut occidebantur, aut facultatibus nudabantur, quorum multi Cremonam venientes, honorificentiſſime a fratribus ſunt ſuſcepti, ut autem auditum eſt de morte Erlinbaldi non ſolum Romæ, ſed usque ad Britannicum mare omnes Catholici ſunt contriſtati, flentesque dicebant: quomodo cecidit potens, qui pugnabat bellum Domini.

Interea Gregorius Papa quadrageſimali tempore ſynodum congregavit, in quo Guibertus vocatus dum venire noluiſſet ob perjurii crimen ab Epiſcopali officio ſuſpenſus eſt. Et Hugo candidus ſecundum Apoſtoli præceptum dicentis hæreticum hominem poſt primam & ſecundam correptionem de vita, ab Eccleſia perpetuo ſequeſtratus eſt. Forte his diebus Deo odibilis ille Cencius, de quo ſupra retulimus, à Præfecto urbis Romæ captus tenebatur, qui ſecundum Romanas leges capitalem ſuſcepit ſententiam; ſed precibus glorioſæ Matildis, quæ ibi aderat illis diebus & multorum Romanorum civium vix emeruit, ut vivus dimitteretur, datis obſidibus in manu Papæ & turri, per quam ad cœlum aſcendere nitebatur, quæ funditus deſtructa eſt.

Cencius prece Matildis liberatur.

Interea Guibertus Ravennæ contra Dominum ſuum Papam callidus armabatur, nam ſuis litteris conveniens cervicoſos Longobardos Epiſcopos & præcipue Tetaldum Mediolanenſem Archiepiſcopum mirabiliter contra Papam inſtigabat. Sed quoniam iſtius Tetaldi mentio facta eſt, qualiter ad Mediolanenſem venerit Epiſcopatum, breviter, ſi potero, intimabo.

Tetaldus Epiſc. Mediolanenſ.

Glorioſo Erlinbaldo pro nomine JESU martyrizato cum mors ejus Regi fuiſſet nuntiata, memor promiſſionis ſuæ, quam antea Mediolanenſibus promiſerat Capitaneis, mox ad Italicam partem deſtinavit Comitem Everardum ſuum Conſiliarium, quem ante Papa Alexander excommunicaverat, qui veniens Longobardiam, mox in Roncalia curiam congregavit, ibique Mediolanenſibus pro morte Erlinbaldi gratias agens, eos trans montes invitavit, promittens eis, Dominum ſuum, Epiſcopum quem vellent daturum. Dehinc omnes Paterinos publicos Regis clamavit inimicos, moxque Placentinos ibi in vicino poſitos, cum propter puſillanimitatem animi inveniret imparatos, pleroſque ab urbe fugavit, quoſdam vero in deditionem cœpit, qui conſilio beatiſſimæ Beatricis liberati ſunt.

Cremonenſes vero, quos fidei plenos & virtutibus munitos audivit, non pro Dei timore, ſed quia non potuit, immunes dereliquit. Quid plura? Eligunt ſibi Mediolanenſes Capitanei Eccleſiarum venditores ex præcepto Regis communicato peſſimo conſilio Tetaldum Mediolanenſis Eccleſiæ Clericum, qui ante Gotefrido fidelitatem juraverat, virum nobili quidem genere ortum & ſatis corpore pinguem, ſed virtutibus tenuem. Hunc talem ſecum ad Regem ducunt, quem Rex, oblitus inveſtituræ quam ante Gotefrido dederat, parvi pendensque jusjurandum quod Rapot ex ſua parte juraverat Novariæ dudum Epiſcopis, hoc eſſe regiæ voluntatis ut Gotefridus conſecretur, non ſolum contra leges divinas & Chriſtianorum Regum morem ſed etiam contra Tyrannorum conſuetudinem, vivente altero inveſtivit.

(f) Eodem mortis genere quo Herlinbaldus, interiit etiam paucis annis poſt Auctor noſter.

Hic talis Mediolanenſem vaſtabat Eccleſiam. Huic Guibertus Hugonem candidum miſit, cujus conſilio Regem adiret, & ejus animum ad deteriorem partem inflecteret. Quod & factum eſt.

In illo tempore grave & inauditum flagitium Romæ patratum eſt. Nam Deo odibilis Cencius conjuratione facta, in ipſa nocte nativitatis Chriſti, Papam Sacramenta celebrantem, ab altare S.Dei Genitricis Mariæ, quod dicitur ad præſepe, rapuit, & vulneratum ad turrim quam Romæ habebat * miræ fortitudinis, violenter usque produxit. Quid plura? Romani mox turrim obſident, maneque facto vi capiunt, ipſumque ſceleſtum interfeciſſent, niſi eum beatiſſimus Gregorius boni Magiſtri diſcipulus precibus & ſupplicationibus a morte liberaſſet. Dehinc cum Lateranis Papa remeaſſet, ſequenti die Romani auctorem tanti flagitii cum omnibus ſuis complicibus a civitate expellunt, turresque eorum ſolotenus deſtruunt.

*paulo ante deſtructam dixerat.

Bellum Henrici contra Saxones.

Cum hæc ita gererentur, Saxones rebellaverunt, cujus rebellionis cauſam propter prolixitatem ſcribere devitavimus, unum ſcientes, quia propter grave & inſolitum onus ſervitutis, quod eis quidam imponere ſatagebant, ad tam graves devenere inimicitias; ſed jam rei ordinem ſequamur: Saxonibus rebellantibus intravit Rex Saxoniam in manu valida & multitudine gravi, habens ſecum eximium Ducem Rodulfum, & Ducem Guelfonem & præclarum Ducem Gotefridum nobiliſſimæ Matildis conjugem & Ducem Theodericum & innumerabilem Marchionum & Comitum multitudinem, qui derepente Saxones imparatos invadunt, & quamvis cruentiſſimam tamen habuere victoriam. Nam in illa pugna ex parte Regis XV. milia homines cecidiſſe referuntur, taliterque victor infecto negotio Franciam remeavit, moxque convocans multitudinem Epiſcoporum, non quæſivit Deum auctorem ſibi, nec ei gratias retulit pro collata victoria; ſed exaltatum eſt cor ejus, & elati ſunt oculi ejus, ponensque in cœlum os ſuum, Hugoniſque candidi, de quo ſuperius retulimus, acquieſcens conſilio, Dominum Papam, qui per tres annos univerſalem Eccleſiam in pace gubernaverat, ſecundum exemplum peſtiferi Lotharii, de quo ſupra retulimus, litteris abdicavit; ſuoſque Epiſcopos ſubſcribere coegit; proh dolor! non recogitans illud venerabile tertii Leonis Capitulum, in quo ſic legitur: ſi quis ſe a Romanæ Eccleſiæ ſegregaverit ſocietate, nec januam cœli ingredi, nec vinclis peccatorum poterit ſolvi. Interea litteræ unitatem Eccleſiæ ſcindentes per Legatos Romam deferebantur, nam juſſio Regis urgebat, qui venientes Placentiam omnes Epiſcopos Longobardos congregaverunt. Quibus ex parte Regis præceptum eſt, ut factum Regis confirmarent. Sed longe aliter factum eſt, quam ſperavere. Nam omnes proprio ore ſuo Dionyſio Placentino Epiſcopo prævio, publice juraverunt nunquam ſe amplius obedientiam præſtituros Papæ. Dehinc hujus legationis miniſtrum ex officina iniquitatis ſcilicet Parmenſi civitate faciunt quemdam Rolandum Clericum, qui veniens Romam fortè illis diebus Papam in ſynodo reſidentem invenit. Is diaboli repletus ſpiritu in media ſynodo ex parte Regis, laici ſcilicet hominis, Pontificale ei interdixit officium, eique præcepit, ut de ſede deſcenderet, quod ſecundi ordinis Presbytero ſine judicio ab ipſis etiam Epiſcopis, ſi diceretur, eſſet culpabile. Dehinc Cardinalibus præcepit, ut ultra montes tenderent, & inde ſibi Pontificem aſſumerent. Venerabilis vero Gregorius ſecundum boni Magiſtri exemplum convitiatorem ſuum prius a morte liberavit, dehinc vix ſedato tumultu ſynodum cum alacritate celebravit. Sequenti vero die litteræ ab Ultramontanis Epiſcopis Papæ delatæ ſunt, quibus ſe peccaſſe & erraſſe confitebantur, veniamque impetrabant promittentes ſe deinceps utpote Patri obedientiam præbituros; ſed cum tempus inſtaret, quo ſynodus ſolvi debuiſſet, venerabilis Gregorius, qui pro ovibus ſuis mori paratus erat, dedecus S. Romanæ Eccleſiæ illatum non eſt paſſus inultum; ſed conſilio omnium Epiſcoporum numero CX, Regem, qui ſe ex ovibus Chriſti non cognovit, Principemque hujus inauditæ rebellionis excommunicavit, & a regno Dei judicavit alienum, quod nec novum quidem fuit nec reprehenſibile. Reprehenſibile non: quia regulis ſanctorum Patrum præcipientibus factum. In Calcedonenſi enim Concilio, in quo ſexcenti interfuerunt Epiſcopi, ita legitur de Dioſcoro Alexandrino: quomodo ſecundus exceſſus priorem iniquitate valde tranſcendit. Præſumpſit enim excommunicationem dictare adverſus ſanctiſſimum Papam Leonem, Anatholius Epiſcopus CPolitanus dixit: propter fidem non eſt damnatus Dioſcorus, ſed quia excommunicationem fecit Domino Archiepiſcopo Leoni. Nunquid ibi legitur inquiſitionem factam fuiſſe, utrum juſte an injuſte Dioſcorus ipſam excommunicationem dictaſſet? non plane: ſed abſque omni controverſia hi in eo multati ſunt, quia cum eſſet inferior potiorem quibuslibet conatus eſt laceſſere injuriis. Quod vero in octava ſynodo ſancti Patres ſuper hoc negotio diffinivere advertite: Dominicum ſermonem, quem Chriſtus ſanctis Apoſtolis & Diſcipulis ſuis dixit: quia qui vos recipit, me recipit, & qui vos ſpernit, me ſpernit, & qui poſt eos ſecundum ipſos facti ſunt ſūmi Pontifices & Paſtorum Principes in Eccleſia Catholica dictum eſſe credentes definivimus neminem prorſus mundi potentum quemquam eorum, qui patri-

Excomũnicatio Imperatoris.

patriarchalibus ſedibus præſunt, inhonorare aut movere a proprio throno tentare, ſed omni honore & reverentia dignos judicare, præcipue quidem ſanctiſſimum Papam ſenioris Romæ; dehinc vero Alexandriæ ac Antiochiæ ſeu Jeroſolymorum, deinceps CPoleos Patriarcham; ſed nec quicunque circumſcriptiones contra ſanctiſſimum Papam ſenioris Romæ ac verba complicare vel componere ſub occaſione quaſi diffamatorum quorundam criminum, quod & nuper Focius & multo ante Dioſcorus fecerunt. Quisquis autem tanta jactantia aut audacia uſus fuerit, ut ſecundum Fotium & Dioſcorum in ſcriptis & ſine ſcriptis injurias quasdam contra ſedem Petri Principis Apoſtolorum moveat, æqualem & eandem quam illi condemnationem accipiat. Si vero quis aliqua Dei poteſtate fruens & potens pellere temptaverit præfatum Apoſtolicæ cathedræ Papam, aut aliorum Patriarcharum quemquam anathema ſit. Porro ſi ſynodus univerſalis fuerit congregata & facta fuerit, & de ſancta Romanorum Eccleſia quævis ambiguitas & controverſia, oportet venerabiliter & cum convenienti reverentia de propoſita quæſtione ſciſcitari & ſolutionem accipere & aut provectum facere aut perficere, non tamen audacter ſententiam dicere contra ſummum ſenioris Romæ Pontificem. Ecce qualiter imitatores Foci & Dioſcori pro ſola infamia Romani Pontificis audiſtis damnandos & potentes quosque, tentantes pellere ſenioris Romæ Papam a ſede audiſtis anathemizatos. Non eſt ergo reprehenſibile Regem tentantem Papam a ſede ſine judicio pellere, excommunicare, quod ſanctorum Patrum regulis eſt roboratum. Inuſitatum vero non eſt, quia multos legimus Romanos Pontifices pro minoribus cauſis non ſolum excommunicaſſe, ſed etiam a regno depoſuiſſe. Quod melius patebit exemplo: Innocentius Papa Arcadium Imperatorem Theodoſii Magni filium pro eo quod Joannis Chriſoſtomi depoſitioni interfuit, quia Theophilus Alexandrinus unacum aliis orientalibus Patriarchis cum conſenſu aliorum Epiſcoporum ſine aſſenſu tamen Romani Pontificis dictaverat excomũnicatum, eorumque depoſitionem caſſavit. Reverendiſſimus vero Imperator mox ut factum cognovit, non rebellis extitit, ſed veniam humiliter petiit & impetravit. Conſtantinus Papa Juſtinum Imperatorem, Juſtiniani filium propter non decentem Legatorum ſuorum ſuſceptionem excommunicavit, qui poſtea in CPolitanæ urbis platea pedibus ejus cum regno proſtratus tamdiu veniam petiit, donec impetravit. Sed & Anaſtaſius Papa Athanaſium Imperatorem excommunicavit, qui proterve loquens de Papa, in ipſo palatio fulmine percuſſus interiit.

Tertius vero Gregorius Papa non ſolum Imperatorem Leonem excommunicavit, ſed & regno privavit. Stephanus vero Papa Karolum Pippini Regis fratrem a regno depoſuit, & Pippinum in loco ejus conſtituit, & Gregorius Doctor Romanus Papa omni dignitate privavit, quicunque privilegii ſui paginam violaverit. Sic enim in quodam ſuo privilegio ſubſcripſiſſe invenitur: Gregorius Senatori Presbytero & Abbati Xenodochii Francorum inter cætera: hæc igitur omnia, quæ hujus præcepti decretique noſtri pagina continet, tam tibi quam cunctis, qui in eo ordine quo es locoque ſucceſſerint, vel eis quorum intereſſe potuerit, in perpetuum ſervanda decernimus. Si quis vero Regum, Sacerdotum, Judicum atque ſæcularium perſonarum hanc conſtitutionis noſtræ paginam cognoſcens contra eam venire tentaverit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reumque divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat. Et quid dicam de Nicolao, qui duos Imperatores uno eodemque tempore excomũnicavit, orientalem ſcilicet & Michaelem propter Ignatium CPolitanum Epiſcopum ſine judicio Papæ a ſede pulſum, occidentalem vero nomine Lotharium propter Gualdradæ ſuæ pellicis ſocietatem.

Quid dicam de Romanis Pontificibus, cum Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus, lilium Eccleſiæ, maximum Tyrannum excommunicaverit, Theodoſiumque Imperatorem ab Eccleſia expulſum excommunicaverit. At quis niſi mente captus ignorat regiam poteſtatem ſubjectam eſſe Pontificibus. Quis enim credat ſe a Romani Pontificis ſubjectione eſſe alienum, niſi qui peccatis ſuis exigentibus in ovium JESU numero non meruit numerari. Sed jam rei ordinem proſequamur. *Explicit* SEPTIMUS, *incipit*

Liber VIII.

INterea poſtquam de Banno Regis ad aures perſonuit vulgi, univerſus noſter Romanus orbis tremuit, & diverſe Itali atque Ultramontani ſuper his decrevere. Nam Itali poſt paſcha apud Papiam concilium celebrant malignantium, in quo omnes pariter Longobardi Epiſcopi & Abbates Auctore Guiberto imitantes Focium & Dioſcorum, excommunicaverunt Dominum Papam ſenioris Romæ, quod a ſeculo non eſt auditum, ut tot uno tempore inimicus humani generis mente captos contra ſanctam Romanam Eccleſiam armaſſet Epiſcopos. Dum hæc in Italia gererentur diabolo ſuadente Ultramontani Principes inſimul conveniunt, & ſalubri concilio partes alterutras quaſi in judicio conſtituunt, vel perſpicue eis innoteſceret, utrumne Papa Regem poſſet excommunicare nec ne? vel utrum juſte excommunicatus eſſet vel non? Legem enim ſuam nolebant deſtruere, quia perſcriptum eſt, ut ſi quis ante annum & diem ab excommunicatione non fuerit ſolutus, omni careat dignitatis honore. Prudentiſſimi igitur illius regni Epiſcopi, Abbates & Clerici comũnicato conſilio ſecundum ſanctorum Decreta Patrum & majorum exempla decrevere

Regem a Papa poſſe excommunicari, ſed ſecundum Foci & Dioſcori imitationem juſte excommunicatum. Quid plura? nil melius ſecundum tempus invenientes dato Sacramento firmavere, Ducibus ſequacibus Ruodolfo & Guelfone atque Theoderico. Nam Gotefridus excellentiſſimæ Mathildis conjux ante paucos dies obierat, aliiſque illius regni Pontificibus firmavere, ut ſi Rex eorum vellet acquieſcere conſilio Papam ultra montes ante anni circulum ducerent, qui eum abſque malo ingenio a vinculo excommunicationis abſolveret, Regemque cogentes dato Sacramento proprio ore juraverunt, Papæ privatum ſe expectare judicium. Quod cum factum fuiſſet, omnes iterum unanimiter juravere, ut ſi Rex Sacramentum datum obſervare voluiſſet, expeditionem cum eo facturos in Italiam & Imperiali dignitate ſublimato Normannos aggreſſuros, & Apuliam & Calabriam ab illorum dominatu liberaturos. Quod ſi peccatis ſuis exigentibus Sacramentum datum irritum feciſſet, nunquam eum amplius pro Domino neque pro Rege ſuſcepturos.

Interea mittunt Romam Treverenſem Epiſcopum ut Papam ultra montes apud Auguſtam ducerent, ſed quomodo apud Placentiam ejus calliditate captus fuerit, & non ante liberatus quam eis litteræ a Spira Placentino Epiſcopo, ut dimitteretur, perlatæ fuiſſent, propter longitudinem Hiſtoriæ dicere intermitto.

Papa Gregorius Auguſtam petiit.

Interea venerabilis Gregorius pacis gratia ſumma cum difficultate itineris Auguſtam tendebat, hyems enim graviſſima tunc ingruebat. Rex vero derepente parvi pendens Sacramentum Italiam intravit. Et ſunt, qui dicunt eum Pontificem incautum voluiſſe capere, quod ſatis videtur veriſimile. Nam Gregorius Vercellenſis Epiſcopus ejus vero Cancellarius, cui ut Papam duceret ultra montes a Principibus fuerat imperatum, poſtquam Apennini tranſierat jugum audivit eum in Vercellenſi occulte deveniſſe civitate, quod dum Papæ nuntiaſſet, mox Canuſium tutiſſimum Excellentiſſimæ Matildis caſtrum intravit.

Interea Rex videns ſua machinamenta propalata, omni prout videbatur depoſita feritate, columbina indutus ſimplicitate Canuſium adiit, & per aliquot dies ſuper nives & glacies diſcalceatus pedibus perdurans omnes minus ſapientes decepit, & a venerabili Gregorio, quamvis ejus non ignorante verſutias, abſolutionem quam petebat, invenit Sacramento Dominico mediatore in ipſa miſſarum celebritate hoc modo. Nam divinæ Menſæ aſtantibus Epiſcopis, Abbatibus, Religioſis, Clericis ac laicis hoc modo fecit eſſe participem, ut ſi ſe mente ut corpore feciſſet humiliatum, & ſi ſe jure crederet Pontificem, ſeque vero excommunicatum ſecundum imitationem Phoci & Dioſcori & per hoc crederet poſſe abſolvi Sacramentum, ut amplius illi fieret in ſalutem, ſin vero aliter, ut Judæ per bucellam intraret in ipſum Satanas. Quid plura? celebrata Miſſarum celebritate convivium commune habuerunt. Dehinc ei omnibuſque ab excommunicatione ſolutis præceptum eſt, ut ab excommunicatorum ſe caverent conſortio. Sunt vero nonnulli, qui dicunt eum vitam & membrum & ſuum honorem Papæ juraſſe. Ego vero de ignoto omnino nihil affirmo.

Interea Rex, poſtquam a banno abſolutus fuit, ſatis in facie devotus & obediens apparebat Papæ, nam ab omnium Epiſcoporum ſe conſortio ſequeſtrabat, reputans eos excommunicatos, noctibus eorum nefariis acquieſcens conſiliis, illud mente tractabat, quod poſtea rei monſtravit eventus, ſicque faciebat per omne tempus, quo Placentiæ demoratus eſt, maxime metuens præſentiam matris ſuæ religioſiſſimæ Imperatricis, quæ forte ibi aderat.

Per idem tempus Deo odibilis Cencius, de quo ſupra memoravimus, ad eum venit, quem diebus, utpote excommunicatum recuſabat, noctibus vero totum ſe ejus peſtiferis donabat conſiliis, cumque videret Papam nullo modo a Canuſio caſtro poſſe divellere, Papiam tendit, ibi Deo odibilis Cencius amara morte mortuus eſt, cujus funus Guibertus cum aliis excommunicatis mirabili pompa celebravit.

Elogium Henrici Regis ab hoſte

Cum hæc in Italia gererentur, Ultramontani Principes apud Forken conveniunt, & ſibi Ducem Rudolfum Regem conſtituunt, virum magni conſilii & armis ſtrenuiſſimum. Quod factum magnam cladem intulit Romano orbi. Interea Rex Papiæ degens, ubi audivit de electione Rudolfi, mirabiliter commotus eſt, ſed quia homo magni conſilii & mirabiliter ſagax eſſet, ſimulata humilitate per nuntios Papam rogavit, ut Rudolfum excommunicaret, quod Papa ſe facturum illico promiſit, ſi vocatus rationem hujus facti reddere non poſſet, non enim Canonicum videbatur, ſi ante excommunicaretur, quam vinceretur, ſed Rex mente effrænatus velociter montes tranſiit, & impigre BAJOARIAM Franciamque recepit. Sed quid plura? Haud ſegnior Rudolfus Franciam invadit, bellumque committitur graviſſimum & multa millia hominum ex utraque parte ceciderunt, ſunt, qui dicunt hujus prælii Henricum fuiſſe victorem, quamplures autem palmam hujus Rudolfo Regi aſcribunt certaminis, ſed quiſquis victoriam, cruentiſſimam tamen poſſedit victoriam.

Cencius interfectus.

Interea Romæ grave malum & irrecuperabile damnum de repente exortum eſt. Nam Cencius præfectus vir chriſtianiſſimus per inſidiam Stephani fratris Cencii, Deo odibilis, de quo ſupra memoravimus, occiſus eſt, cujus corpus dum Romæ apud S. Petrum delatum fuiſſet, Deus per eum multa fecit mirabilia. Romani vero communicato conſilio caſtrum, in quo ſe nefandus ille receperat, vi capiunt, ejuſque capite & manibus truncatum cadaver ignibus tradunt, caput vero ejus & manus in cortina beati Petri ſuſpendunt, reliquos vero tanti ſceleris fautores quoſdam interfecere, quoſdam vero a patria eliminaverunt.

Synodus Romæ.

Poſt paucos vero dies, poſtquam hæc geſta ſunt Gregorius venerabilis Pontifex Romam cum honore remeavit, moxque ſynodum congregavit, in qua amborum Regum nuntii interfuere, quibus & B.Petri auctoritate præceptum eſt, ut non pugnarent, ſed locum eligerent, in quo ambarum partium Epiſcopi poſſent ſecurè convenire, reddituri rationem ante ſanctæ Eccleſiæ Legatos, quod ſalubre conſilium diabolo inſtigante interruptum eſt, & iterum acie pugnatum eſt, in qua multa millia hominum ex utraque parte cecidere, & maxime Boemiorum. Quod ut Papæ nuntiatum eſt in proxima quadrageſima (nam in feſtivitate S. Agathæ hoc graviſſimum bellum commiſſum eſt) ſynodum congregavit, in qua amborum Regum nuntii interfuere, qui proprio ore juravere Concilium non culpa Dominorum ſuorum interruptum, ſed quis eorum fuerit perjurus, quia non ſatis apparet, dicere omitto. Sed quid plura ? venerabilis Pontifex religioſos Epiſcopos ultra montes mittere deſtinavit, qui Regibus interdicerent, ut non pugnarent, & Epiſcopos ad Concilium vocarent; Petrum ſcilicet Epiſcopum Albanenſem virum religioſiſſimum, qui ante Epiſcopatum temporibus Papæ Alexandri ex præcepto Abbatis ſui contra Symoniacam per medios ignes tranſivit illæſus *, & Oudalricum Paduanum Epiſcopum virum valde eloquentiſſimum & Heinrico Regi ſatis fideliſſimum, & Aquileienſem Patriarcham, qui Alpes tranſeuntes Regem in BOJOARIA inveniunt, ſed neque ſupplicationibus neque precibus neque aliqua quavis calliditate potuerunt efficere, ut ſynodum pateretur Rex Henricus in ſuo eos regno celebrare, ni Ruodolfum abſque vocatione vellent excommunicare, quod dum illi facere noluiſſent interdicentibus Canonibus infecto negotio Romam rediere. Iterum actu pugnatum eſt, & multa millia hominum ex utraque parte cecidere. *Incipit*

*unde & Petrus Igneus dictus.

Liber nonus.

INterea Rex Heinricus deliberato conſilio miſit Romæ Legatos Lemarum ſcilicet Bremenſem Archiepiſcopum, de quo ſupra retulimus, & Pabebarienſem Epiſcopum & alios quamplures ſuperbiam & inauditam portantes legationem ut ſi vellet Papa Rudolfum abſque judicio excommunicare, debitam ei præberet obedientiam, ſin aliter: acquireret ſibi Papam, qui faceret ſecundum ejus voluntatem. Venerabilis vero Pontifex, qui pro veritate mori paratus erat, non ſolum rationem prætendentem non condemnavit, ſed & ipſum Regem ſuperbe loquentem excommunicavit. Quod factum populo Romano magnam dedit fluctuationem.

Interea præfati Regis Legati Tuſciam venientes a ſubjectione excellentiſſimæ Cometiſſæ Mathildis omnino temptabant avertere, & quia plebs ſemper cupida novarum rerum infida prioribus Dominis, tum quia eadem plebs, naturaliter infida eſt, quod voluerunt, facillime facere potuerunt. Dehinc venientes Longobardiam relicto Marchione Alberto & Comite Boſone in partibus Tuſciæ, omnes Principes Longobardorum ad colloquium invitantes apud Brixianorium diviſo regno & ſacerdotio ad Regem remearunt.

Interea venerabilis Pontifex poſt Pentecoſten cum Ruberto Marmannorum Duce citra Aquinum habuit *, eumque ab excommunicatione abſolvit, qui ejus proprius factus miles omnem Apuliæ & Calabriæ ab eo ſuſcepit principatum.

* ſubaudi *colloquium* &c.

Cum hæc gererentur, Longobardorum Epiſcopi & Principes apud Brixianorium conveniunt; haud ſegnius ibi Rex occurrit cum ſuis Epiſcopis ac Ultramontanis Principibus, ubi communicato peſſimo conſilio eligitur Guibertus in Romanum Pontificem a conſimilibus, nullo ibi Romano aſtante Clerico vel Laico, Præſidente Romanæ cathedræ venerabili Papa Gregorio, qui jam per quinquennium in pace univerſalem rexerat Eccleſiam. Quod factum diabolicum non eſt auditum a die, qua gentes eſſe cœperunt, usque ad diem hanc, & quia peccatum plerumque eſt pœna peccati ex radice ſuperbiæ, ex perjurio pervenit ad inobedientiam, per inobedientiam Guibertus cecidit in excommunicationem, per excommunicationem pervenit ad idolatriam.

Hunc talem ut ſuperius retulimus, nullo Romanorum Clericorum & Laicorum ibi præſente vel conſentiente excepto Hugone candido, qui peccatis ſuis exigentibus ab Eccleſia jam diu fuerat ſequeſtratus, elegit ſibi Rex Heinricus in Pontificem, & huic ſuadente Dionyſio Placentino Epiſcopo ore proprio juravit, ab eo coronam Imperialem ſuſcepturum. Quid plura: ita omnes mente cœcati ſunt, ut non reſpicerent faciem terræ, & quia procul a Romana urbe caſtra metati erant, proh dolor, omnes, qui ibi aderant, & pſeudo - prophetam adoravere proni, & quotquot adoraverunt a matris Eccleſiæ ſinu longe ceciderunt.

Celebrata igitur taliter Apoſtolorum Principum feſtivitate Rex tanti Pontificis auctus benedictione remeavit ad propria; Guibertus vero cum ſuis complicibus Papalia ſecum deferens indumenta intravit Italiam. Sed quia conſilia Domini abyſſus multa ineffabili Dei providentia non flagella Domini ſecundum quod meritus erat, ſuſcepit Henricus ſucceſſum, qui mirabiliter adderet nequitiæ ſuæ ſuperbiam. Nam non longo poſt tempore intravit Saxoniam in potentatu magno & manu robuſta, cui ex adverſo occurrit Rudolfus & acerrimo bello commiſſo Heinricus turpiter terga vertit, in quo prælio victor Rudolfus occubuit.

cubuit. Nec ſicut ſolent mori ignavi, mortuus eſt Rudolfus, non fugiens vel latibula quærens occiſus, ſed ſuper ſtrages inimicorum & ſuper cadavera mortuorum plagatus a ſuis inventus eſt; cujus mors Heinrico poſt VIII. dies in quodam caſtro latitanti & de fuga cogitanti nuntiata eſt, qui mox extollens in altum cornu ſuum & loquens adverſus Dominum iniquitates, non recognoſcens Sathanæ calliditates credidit Deo ſuum placuiſſe peccatum. Poſt paucos vero dies poſtquam hæc geſta ſunt, ejus filius cum exercitu excellentiſſimæ Matildis pugnavit & victoriam obtinuit. His elatus ſucceſſibus derepente Italiam intravit, & poſt paſca ducens ſecum beſtiam Romam tendit, & in vigilia Pentecoſtes in prato Neronis caſtra metatus eſt. Sed o Deus quis non tantorum prudentum virorum poteſt mirari amentiam. Nam etſi mentis oculos perdiderant, corporeos tamen non amiſerant. An non videbant, quis ab eis ducebatur, quam a Romanis honorifice ſuſcipiebatur? nam cernere erat pro cereis lanceas, & pro Clericorum choris armatos, pro laudibus convitia, pro plauſibus ululatus. Quid plura? poſt agrorum vaſtationem & multa & varia homicidia, poſt varias clades & miſerias, quas Romani nolentes pſeudopapam ſuſcipere perpeſſi ſunt; cum eodem Rex Longobardiam infecto negotio rediit.

Henricus Italiam cum Guiberto venit.

Sequenti vero hyeme ducens ſecum peſtiferum, iterum Romaniam intravit, & depopulans urbes, & caſtra evertens ad ultimum per omne quadrageſimale tempus Romam obſedit, & poſt paſcha exercitu per civitates & vicina caſtra undique circumfuſo, dimittens apud Tyberim Guibertum, ipſe Longobardiam remeavit.

Guibertus vero ut Alcimus* ſatis agebat pro ſacerdotio ſuo, nam per omne feſtivum tempus magnas deprædationes & varias Romanorum civium truncationes faciebat; dehinc ſegetes & agros flam̄a depopulans, de penuria vel fame filiorum male cogitabat. Sequenti vero hyeme, iterum Rex Romæ reverſus eſt, & poſtquam Sacramentis datis firmatum eſt omnes Religioſos ex quocunque regno volentes Romam viſere venire ſecuros, poſt captionem Hoſtienſis Epiſcopi aliorumque religioſorum Monachorum & Clericorum, videns ſe a Cluniacenſi Abbate & ab omnibus Epiſcopis tam Clericis quam Monachis haberi excom̄unicatum ad calida mox ſe convertit argumenta, nam ut popularem captaret favorem, dixit ſe a venerabili Gregorio coronam velle accipere Imperialem, quod ut populus audivit Romanus non ſolum Laici, ſed & Religioſi, qui videbantur, tam Epiſcopi quam Clerici, Abbates, Monachi cœperunt ſuppliciter lacrymis fuſius orare ut Patriæ ferè perditæ miſereretur. Venerabilis vero Pontifex, qui pro veritate mori paratus erat, negavit ſe omnino facturum, ni prius de excommunicatione publice ſatisfaceret; quod cum Rex conſcientia accuſante facere renuiſſet, & per multos dies a Romanis venerabilis Pontifex rogaretur, ut Regem ſuſciperet, & ille ad omnes preces maneret immobilis, paulatim cœpit præfatus Rex vulgi ſibi favorem acquirere, cumque pecunia & terrore & vi omnes fere ſibi acquiſiviſſet Romanos de fortitudine venerabilis Gregorii deſperans ad dedecus & infamiam totius Eccleſiæ Guibertum in ſede S. Petri ordinare conſtituit, & cum non haberet Epiſcopos Cardinales Sacerdotes ſanctæ Romanæ Eccleſiæ nec Levitas nec conprovinciales Epiſcopos, quibus mos eſt Papam inthronizare, nemo enim ex tanto numero, niſi qui a fide exulaverat cum eo fuerat, antea enim maluerant propriis ſedibus carere, & ſi oporteret omnibus membris debilitari quam participes fieri coinquinationis. A Mutienſi Epiſcopo & a Bononienſi & Acvenenſi in ſede beati Petri inthronizatus eſt, quod fantaſma a ſeculo non eſt auditum. Dehinc in paſcha a tali benedictionem imperialem accepit, ſicque civitatem intravit ducens ſecum triformem chimeram, & ad Lateranenſe usque pervenit palatium.

* ita membran.

Geſta Henrici Romæ

Venerabilis vero Gregorius ut cognovit populi trepidationem jam dudum in arce S. Angeli ſe locaverat, ad cujus obſidionem Rex omnes Romanos armavit. Ipſe vero diſſimulans fortiſſimi Ducis Roberti adventum neſcire Capitolina domo deſtructa ad Eccleſiam S. Petri, cum Guiberto veniens civitatem S. Petri, quam Leo IIII. Papa ædificaverat, funditus deſtruxit, ſicque vale faciens Romanis unacum Guiberto receſſit; ſed antequam ad Senam veniſſet fortiſſimus Dux Ruodpertus Romam aggreſſus, non per triennium ut Heinricus, ſed ſequenti die, qua venit, perfidam civitatem armis cepit, & Papam ab obſidione liberavit, & fere omnes civitatis Romanæ regiones victor ferro flammaque poſſedit. Dehinc apud Lateranenſe palatium permultos dies degens multa millia Romanorum vendidit ut Judæos, quoſdam vero captivos duxit usque Calabriam, & tali pœna digni erant multari, qui ad ſimilitudinem Judæorum paſtorem ſuum tradiderunt. Quid plura? Venerabilis Papa una cum Ruoberto Salernum usque pervenit, ibique per aliquot dies degens ſaluberrima monita populis impendebat; ſed non longo poſt tempore infirmitate corporis correptus ſpiritum cœlo reddidit; ad cujus ſepulcrum Deus multa millia miracula usque hodie operatur, vere terque quaterque beatus, qui meruit pro nomine JEſu contumelias pati. Et ille quidem cum Petro * regnat in cœleſtibus, hic vero omnibus odioſus a nemine viventium, quamvis a quibusdam gratia Regis dicatur, Apoſtolicus habetur. Tamen ſunt, qui gratia Regis quædam confingunt machinamenta, volentes Dominum Gregorium infamare, ſed non valentes. Sunt enim, qui dicunt, eum non jure fuiſſe Apoſtolicum propter quædam decreta Nicolai junioris, quibus anathemate interdictum ferunt, ut nemo

Obitus Gregorii VII. miraculis clarus.

* in Cod. *cum P.*

aſpirare audeat ad Pontificatum Romanum, niſi ex conſenſu Regis ejuſque filii, quod falſiſſimum eſſe omnibus modis declarabitur, quamvis & ſi verum eſſet, tamen nullius momenti eſſet. Nam etſi licet Romanis Pontificibus rigorem Canonum temperare pro neceſſitate temporum, tamen non licet omnino deſtruere. Quid enim aliud eſſet niſi omnino Chriſtianam legem deſtruere, Decreta ſanctorum Romanorum Pontificum, qui ſanguine ſuo Eccleſiam fundavere infringere, & ſacroſancta quatuor Concilia, quæ ab hominibus velut Evangelia ſunt veneranda, irrita facere. Sed bonæ memoriæ Donum *Nicolaum* ab hac liberemus infamia & teſtibus idoneis eum talia non dictaſſe demonſtremus. Veniat *Guibertus* teſtis idoneus, a quo Cæſar Imperialem accepit coronam, & falſa locutos eos evincat. Si enim verum eſt ſecundum Decreta Nicolai, ut non Apoſtolicus habeatur, qui non ex conſenſu Regis Romanum eſſe electum Pontificem * & Alexandrum abſque ejus voluntate Romanæ ſedi intronizatum, reſtat eundem non Apoſtolicum ſed excommunicatum. Quod ſi excommunicatus & ab Eccleſia Dei ſequeſtratus, & ſi excommunicatus Guiberto quid contulit, dum eum ſacravit Epiſcopum. Benedictionem, quam non habuit, dare non potuit, ergo maledictionem, quam habebat, donavit. Igitur ſi maledictus, quomodo Papa? Sed hoc falſum eſt: Guibertus enim jure Epiſcopalem accepit Benedictionem & Alexander Papa, qui contra voluntatem Regis Romanum adeptus eſt Pontificatum teſte Guiberto Apoſtolicus legaliter ordinatus eſt. Quod itidem de Cæſare ſentiendum eſt, ſi enim hoc verum eſſet, quomodo homo magni conſilii & ſollertis ingenii Papæ Alexandro per tot annos dediſſet obedientiam, & quomodo a Guiberto ejus Epiſcopo Imperialem ſuſcepiſſet coronam? Accedat tertius teſtis Hugo candidus Cardinalis Romanus, & probet eos eſſe m̃citos (g). Quomodo enim in ipſo die ſepulturæ præfati Papæ Gregorium elegiſſet. Si enim Decreta vera ſunt, ergo excommunicatus eſt: quod ſi excommunicatus & infamis: ſi vero infamis, quomodo apud Brixianorium civibus Romanis nolentibus ſolus Hugo Guibertum Papam potuit eligere? Falſa ſunt autem hæc & puerorum ludo ſimilia. Quamvis venerabilem Gregorium in ordinatione ſua conſenſum Regis habuiſſe nulli dubium eſt. Nam Vercellenſis Epiſcopus Gregorio à Rege miſſus ejus interfuit conſecrationi. Quod ſi aliquid adverſus eum habuit, decuit in primordio dixiſſe, antequam Legatos ejus honorifice ſuſcepiſſet, priuſquam ab eis abſolutionem excom̃unicationis publice (h) ſuſcepiſſet, antequam Herimannum Pabenbarienſem Epiſcopum ei deponendum Romæ miſiſſet, priuſquam alterum in ejus ſede ex præcepto ejus poſuiſſet. Quod ſi dixerit ſe juvenem ſuorum deceptum fuiſſe aſtutia Conſiliariorum, quid de Lemaro Bremenſi Archiepiſcopo dicemus viro ſapientiſſimo & omnium artium peritiſſimo? nonne poſtquam ab ejuſdem Papæ Legatis officio ſuſpenſus eſt, tamdiu ſacerdotio ſe abſtinuit, quamdiu a Saxonia Romam veniret, ducens ſecum illius regni Philoſophos Giticlinum Colonienſem & Guczolonem Præpoſitum, qui poſtea Maguntinam vaſtavit Eccleſiam, & Mainardum Pabebargenſem, & cum his Papæ pedibus advolutus tam lacrimabiliter veniam petiit, donec impetravit, & officium ſacerdotale recepit. Dicerem quidem, ſi Papa non erat, cur apud Canuſium ab eo excommunicationis abſolutionem ſuſcepit, niſi eſſent, qui dicerent extortam confeſſionem non eſſe confeſſionem. Quod qui dicunt, male Decreta beati Alexandri Quinti poſt beatum Petrum Romani Pontificis intelligunt, non enim aliam dicunt eſſe extortam confeſſionem, niſi quando vel ſuppliciis vel minis veritatem cogitur negare, vel in idolatriam peccare, veritatem proferri vel invitum *. Hoc reorum eſt, & hæc non eſt extorta confeſſio ſed invita. Quando quis cogitur hæc profiteri veritate prodente, quod prava mente negare deliberaverat.

* ita Cod.

(g)

(h)

* ita Cod.

Sunt & alii, qui dicunt venerabilem Gregorium Papam legaliter fuiſſe, ſed contra ſe ipſum ſententiam damnationis dictaſſe, nam in ſecunda feria poſt Paſca apud ſanctum Petrum, cum Regem excommunicaſſet, adjecit: omnibus vobis notum ſit, quod ſi uſque ad feſtivitatem S. Petri, Henricus non reſipuerit, mortuus erit aut depoſitus, quod ſi hoc non fuerit, mihi credi amplius non oportet. Quod verbum male intelligentes avide rapuere, & quidam ſecundum ſuam voluntatem ad malam partem declinavere. Sed hoc non fuit in ſemetipſum dictaſſe ſententiam: aliud enim eſt dicere; mihi credi non oportet & aliud; judico deponendum: nec ſententia dici poteſt, quæ ante ventilatam quæſtionem profertur. Sed nec ullam poſſidebit firmitatem ſententia, quæ ſine conſideratione pronunciatur, & quamvis popularis ruſticitas aliter intellexiſſet, quam debuit, tamen omnis, qui ſanum ſapit, eum vera dixiſſe non dubitat. Nam cum in lege ſcriptum ſit, ſi quis in nomine Domini prophetaverit, & non evenerit, quod prædixerit, lapidibus obruatur, quia nomen Domini irritum fecit. Quid eſt, quod Jonas de ſubverſione Ninive prophetizans, cum Ninive non ſit ſubverſa, nec mortuus legitur nec reprobatus, non quod ſpecialis ibi eſt intellecta ſubverſio. Sed quia dictum eſt, verte impios, & non erunt, ſic Protoplaſto Dominica voce dictum eſt: in quacunque die manducaveris, morte morieris, cum poſt vetitum guſtum nongentos & eo amplius annos vixiſſe comprobatur, niſi quod ei mor mortem interminatus eſt pœnalem non naturalem, qua anima nexu corporis liberatur. Tres enim mortes ſcriptura referente didicimus, unam ſpiritualem, qua anima viciis moritur, & Domino vivit, de quo ſcriptum eſt: beati mortui, qui in Domino moriuntur. Alteram naturalem, qua anima nexu corporis liberatur, tertiam vero pœnalem, de qua ſcriptum eſt, anima, quæ peccaverit, ipſa morietur. Qua morte mortuum eum, qui apud Brixianorium pronus adoravit beſtiam, nulli dubium eſt. Sed dicunt eo die eum a regno depoſitum non fuiſſe, non intelligentes *aut* disjunctivam eſſe conjunctionem non affirmativam, quamvis etſi non ante humanos oculos tamen forſan ante divinos oculos depoſitus eſt. Quis enim Saulem neget poſt Samuelis verba dicentis ad eum: ſcindet Deus regnum tuum hodie a te, & dabit meliori te,& poſt datam unctionem diabolico ſpiritu plenum usque ad duriſſimum Gelboe prælium ad perniciem ſuam ante humanos oculos regnaſſe. O quanto melius eſſet, ſi eo die, quo a Domino reprobatus regia eſſet poteſtate privatus, quam poſt cupidine regni inflatum per Doech Idumeum Sacerdotem Domini interficeret, & octoginta viros Ephot accinctos lineo juſſiſſet necare; & ſi eodem die, ut ſuperius dixi, eſſet repudiatus non Diabolum in Samuele adoraſſet, nec ejus verba audiſſet dicentis: tu & filii tui cras mecum eritis. Quid plura. Satis liquido patet eum mortuum fuiſſe & depoſitum eo die, quo Guibertum pronus adoravit.

(g) ita Cod. in qua voce fateor me hærere.

(h) Vox *publice* in margine inſerto ſigno ab eadem manu videtur adſcripta, ſed atramento tamen diverſo.

Item ſunt quidam, qui dicunt venerabilem Gregorium vere Romanum fuiſſe Pontificem, ſed Regem abſque ratione excommunicaſſe ſecundum Decreta Felicis Papæ & Martyris, in quibus ſic legitur: nemo ſuis rebus expoliatus aut a ſede pulſus poteſt excommunicari vel judicari priusquam omnia ei redintegrentur, *& cætera.* Sed quamvis hoc Capitulum ſpecialiter ad Epiſcopos pertinere videatur, tamen evidentiſſime demonſtrabitur nihil eis prodeſſe, quo minus oſtendatur Regem juſte fuiſſe excommunicatum. Si enim de regno aliqua fuiſſet controverſia utrumnam juſte vel injuſte regni teneret gubernacula, cedo; deberet prius ſuo reſtitui loco quam excommunicari & judicari. Sed inter Papam & Regem non aliunde orta eſt controverſia, niſi quia ſecundum Phocium & Dioſcorum ponens in cœlum os ſuum ſine judicio temptavit pellere a ſede Dominum Papam *ſenioris Romæ* *. Secunda vero excommunicatio propterea facta eſt, ut cum ſemel & bis & ter ammonitus fuiſſet a Domino Papa, ut non pugnaret,& locum daret in ſuo regno celebrandi Concilium & renuiſſet, imitatus Magiſtrum Gentium promptum ſe dicentem ad omnem ulciſcendam inobedientiam, rebellionem ſuperbi filii excommunicando compeſcere curavit non volens eum mortificare, ſed ad pœnitentiam vocare.

Sed cum ſuperius a me quæſiviſſes amice dulciſſime, ſi licet Chriſtiano armis pro veritate certare, Hyſtoriam petebas, quam nunc contexui, licet multis notiſſimam, tamen poſteris profuturam ut cognoſcas, quia ſi licuit unquam Chriſtiano pro aliqua re militare, licet contra Guibertiſtas omnibus modis bellare. Si enim beatus Gregorius pugnandum contra Symoniacam & Neophitorum hereſin pro officii ſui conſideratione omnibus præcepit, quanto magis contra hanc, quæ mater eſt omnium hæreſium pugnandum eſſe, nullibi dubium eſt, nec milites a regno Dei alienos eſſe judicabimus, quos Baptiſta Domini non ſolum abhorruit (i), ſed potius ut militarent contenti ſuis ſtipendiis præcepit. Dominus vero noſter *Jeſus Chriſtus* nonne centurionis fidem antepoſuit filiis Iſrael? Sed & ejus ſervulum curare non dedignatus eſt. Poſt glorioſam vero ejus ad cœlos adſcenſionem, primitiæ gentium, qui crediderunt ex militibus fuere, & in tantum eorum elemoſinæ & orationes acceptæ fuere, ut Simone Petro in domum Cornelii intrante antequam ei & qui cum eo erant, manus imponeret,& Baptiſmi aqua mundaret ſancti Spiritus ſuſcepere cariſmata. Et cum ſint quædam officia, ad quæ redire poſt Baptiſma (k) ſub gentilibus Ducibus militavere. Quare, ſi licuit pro terreno Rege, non licebit pro cœleſti? Si licuit pro Republica, non licebit pro Juſtitia? Si licuit contra Barbaros, non licebit contra Hæreticos? Nonne S. Hylarius, ut in hiſtoria legitur, Francorum Clodoveum Regem contra Hæreticos Arianos armavit? Sed & beatus Auguſtinus inſignis Doctor Bonifacium hortatur, ut Circumcelliones & Donatiſtas ſuſpenderet atque perſequeretur, eique ſic ſcribit inter cætera,

Bonifacio ſpectabili viro, A. ſalutem! gravi de pugna conquereris, dubites nolo, utile tibi tuisque dabo conſilium. Arripe manibus arma, oratio aures pulſet Auctoris. Quia quando pugnatur, Deus apertis oculis proſpicit, & partem, quam aſpicit, juſtam illi donat palmam & victoriam. Noli exiſtimare in armis bellicis non poſſe Deo placere. In his fuit ſanctus David, cui Dominus tantum perhibuit teſtimonium: de fructu ventris t. p. S. S. t. In his fuit & Centurio, de quo dicit Dominus: Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Iſrael. In his fuit & Cornelius cujus elemoſinæ fuere acceptæ apud Deum. Quid dicam? Hoſtem pugnantem neceſſitas perimat non voluntas. Idem de ſermone Domini habito in monte cum de beatitudinibus loqueretur & veniſſet ad *Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam*, æqualiter dixit Beatos eſſe, qui perſecutionem inferunt propter juſtitiam, ac ſi qui perſecutionem patiuntur propter juſti-

*ita Cod.

(i) potius legendum *non abhorruit*, requirente ſenſu.
(k) inſerendum haud dubie *non licuit*, etſi codex non habeat.

juſtitiam. Hieronimus vero in Tractatu Pentateuci ſic meminit, dicens: ſi Hebreo præceptum eſt patri & matri & uxori, quæ dormit in ſinu ſuo non parcere, ſi ſe voluerit a veritate avertere, quanto magis tibi o Chriſtiane, hæretico ſcindenti Domini JEſu veſtem non eſſe parcendum cognoſcas. Idem ad ruſticum Nerbonenſem: non eſt impietas pro Deo crudelitas. Præfatus ſanctus Jeronimus in tractatu Jeremiæ ad Euſebium Cremonenſem ſic ſcribit inter cætera: homicidas & adulteros & reos mortis ſceleſtos perdere non eſt homicidium ſed legum obſervatio. Venerabilis vero Ambroſius gemma Sacerdotum in quadam ſua Epiſtola ſe armis populorum defenſatum a Juſtinæ Imperatricis rabie gloriatur. Sanctiſſimus vero Gregorius ſydus aureum a Mauritio Imperatore arguitur, eo quod milites Romanæ urbis muros tuentes larga ciborum & armorum honorificentia plusquam ab Imperatore ſoliti erant accipere, impendebat. Quid vero veloci Magiſtro militum ſcribat, audiamus: (1) nec utile (1) viſum eſt, ut aliquanti illuc milites transmittantur, quos gloria tua amonere & hortari, ut parati ſint, ad laborem ſtudeat, & occaſione inventa cum glorioſiſſimis filiis noſtris Marcio & Vitalio loquere, & quæcunque vobis adjutore Deo pro utilitate Reipublicæ ſtatuerint, & ſi adhuc ad Ravennates partes Aiulphum cognoveritis excurrere, vos a dorſo ejus ſicut fortes viros condecet, laborate. Item Marcio & Vitalio inter cætera: glorioſi filii eſtote ſolliciti, quia quantum comperi, hoſtis collectam habet multitudinem, & in armis dicitur reſidere. Si hic curſum Deo ſibi irato mittere voluerit, vos loca illius, quantum Deus adjuverit, deprædate. Idem in moralibus: crudelem interficere non eſt crudelitas. Audiſtis ſanctorum Patrum documenta, advertite & pro veritate pugnantium exempla: Hermogenem præfectum Paulum Conſtantinopolitano Epiſcopo zelo Arrianæ hæreſeos perſecutionem inferentem legimus cum omni domo ſua ab orthodoxis igne crematum, nec hoc vituperatum ſed ab omnibus ſcimus eſſe laudatum. Quid vero de Alexandrinis dicam. Nonne propter varias pugnas & diverſa certamina, quæ contra Arrianos exercuere, in toto mundo laudantur? An non Mediolanenſes a Catholicis condigna gloria extolluntur, qui orthodoxos Epiſcopos in Eccleſiam fugientes de manu Conſtantii liberavere. Nonne Cirillus Epiſcopus Alexandrinus, cujus laus in Epheſino Concilio eſt Amonium Monachum, qui Oreſtem præfectum ſaxo percuſſit zelo Dei ductus, quamvis non ſecundum perfectam ſcientiam, qui ab officio ejusdem Oreſtis ob hoc fuerat lapidatus, inter Martyres collocavit?

Veniamus nunc ad noſtra tempora, & videamus, quid pugnanibus contra Normannos ſub Papa Leone omnipotens contulit: gloria enim & honore coronavit eos, & ſignis & prodigiis ſibi complacuiſſe comprobavit. Quid vero de Herlinbaldo viro religioſo & Decentio Romano præfecto viro chriſtianiſſimo dixerim, ad quorum ſepulchra multa miracula Deus operatur? Igitur pugnent glorioſiſſimi Dei milites pro veritate, certent pro juſtitia, pugnent vero animo adverſus hæreſim extollentem ſe adverſus omne, quod dicitur, & quod colitur. Emulentur in bonum excellentiſſimam Comitiſſam Matildam filiam beati Petri, quæ virili animo omnibus mundanis rebus poſthabitis mori parata eſt potius quam Legem Dei infringere & contra hæreſim, quæ nunc ſævit in Eccleſia, prout vires ſuppetunt omnibus modis impugnare in manu, cujus credimus, quia tradetur Siſara & ſicut Sabin in torrente Ciſon diſpergetur, quia exterminavit vineam Domini, & depaſcitur eam ut ſingularis, factus ut ſtercus terræ. Nos autem ſecundum officii noſtri tenorem oremus, ut incenſa igni & ſuffoſa * ab increpatione vultus tui citiſſime pereat.

* ita Cod.

Explicit.

---

(1) imo *nec inutile* legendum potius. Sed ita codex, plus ſatis mendoſus.

ROTULUS CENSUALIS

CANONIÆ D. SALVATORIS POLLINGANÆ

Ord. Canon. Reg. S. Auguſt.

⁂

Ex Apographo R. P. PROSPERI GOLDHOVERI *cum membranis Autographis contulit atque edidit*

ANDREAS FELIX OEFELIUS.

Monitum prævium Editoris.

EXhibeo tibi monumentum antiquitatis mediæ prorſus inſigne, traditionum videlicet prædiorumque cenſualium *Canoniæ Pollinganæ* rotulum membranaceum ad *Huſſiorum* usque tempora aſcendentem. Impetrari illum a ſe paſſus eſt publicis uſibus Reverendiſſimus illius *Canoniæ* Præpoſitus, FRANCISCUS TOEPSELIUS *Monacenſis*, vir non colendis ſolum verum & augendis, retinendisque, ſi quando divortium minentur, litteris, natus datusque. Is igitur pro ſua in ſtudia mea ſingulari benevolentia non ſolum ipſam membranam (Palladium aliquod Domûs ſuæ) inſpiciendam attulit, verum edendi quoque & cum apographo exactiſſimo conferendi copiam fecit.

De rotulorum ejusmodi vario uſu multi multa memorarunt, e quibus unius MABILLONII, quo Duce Res Diplomatica caput efferre cœpit, pauca in rem præſentem protuliſſe ſuffecerit: ita autem ille *Libro primo* operis diutiſſime manſuri *, ubi primo eoque præcipuo loco de monumentis illis in longa volumina deductis ſermonem inſtituit. *Inter ejusmodi monumenta*, inquit, *primum tribuo locum* ROTULIS, *in quibus mortuorum nomina deſcripta erant &c. præter hos alii erant* ROTULI CENSUUM *ſervorumque cœnobialium, ex quibus unum vidi Corbejenſem, qui pluribus ulnis conſtat. Alii item Rotuli chartarii, litteras & inſtrumenta cujusvis Eccleſiæ continentes &c.*

* De arte Diplom. L. I. C. IX. n. I.

Procedit poſtea ad deſcriptionem ejusmodi *rotulorum*, ut oculis ſubjicere videatur. *Conſtabant membranis in longum perrectis &c. in quibus aliæ aliis membranæ (ubi res exigebat) adſuebantur, quantum ſatis erat capiendis duorum vel trium ſeculorum nominibus & geſtis mortuorum, quorum nuda ferme nomina in necrologiis adſcripta erant.* Pergit poſtea ad uſum publicum ejusmodi monumentorum ſive ut ille nominat *perpetuorum rotulorum*, ut ab *annuis* diſtingueret. *Perpetui iſti rotuli in publico aliquo cœnobii loco, paſſim in Capitulo, proſtabant, convoluti in ligneo ſuſpendiculo verſatili ut facile membranea iſthæc volumina convolvi & explicari poſſent.*

Simile quid apparet in noſtro, ubi ferreum aliquod ceu veru utrinque prominens ſuſpendiculi ejusmodi vices præſtat. Operæ pretium fecerimus, ſi exactam *Rotuli* hujus deſcriptionem ipſius REVERENDISSIMI PRÆPOSITI verbis ad me ſcriptis, cum apographum illius ad me mitteret, in medium protulerimus. *Deſcendendo ad particularia Rotuli noſtri, conſtat is ex pergameno optimo, habetque ſuturas ſex, in longitudine pedes geometricos Pariſinos XI. cum dimidio, in latitudine autem ſex pollices ſeu digitos talis pedis geome-*

trici exæquat, continetque traditiones ſexaginta, in autographo tamen nullis numeris diſtincta, quos nos claritatis majoris gratia addidimus, facile omittendos, ſi aliter viſum fuerit. Retinere placuit in comodum & præſentiorem uſum legentium. *Puncta autem aut lineolæ ſuper vocabula, quibus apographum plenum eſt, rectius in typo omitterentur, nullum enim punctum ſuper vocabula in toto rotulo occurrit.* Nobis de his monere potius, quam mutare ſatius viſum, cum typis utamur mobilibus, nec ſpecimen æri inciſum exhibeamus. *Scriptura, ut manifeſtum eſt, rei factæ quam narrat, ſemper eſt coæva. Quis autem vel quot ſcripſerint, dici non poteſt. Videtur ferè una eademque manus omnia ſcripſiſſe, usque ad ſex ultimas traditiones, etſi nil certi ſtatui poſſit.* Circa poſtremas illas traditionum formulas notatu dignum, nomina familiarum ſive cognomina inter lineas addi & adſcribi cœpta. Quem morem in omnibus diplomatibus Sec. XI. & XII. obtinuiſſe, maxime circa privatos, obſervat MABILLONIUS. (l) Apographum, quo in his excudendis uſi ſumus, quodque cum ipſis, quas penes nos habuimus, membranis collatum, ſumma fide atque cura deſcriptum deprehendimus, multis abhinc annis inde deſcripſit vir *Reverendus* atque ejusdem *Canoniæ confrater*, PROSPER GOLDHOVERUS præter aſtronomicas diſciplinas, in quibus eminet, antiquitatum domeſticarum ſimul ſtudioſiſſimus, Magnum Auctorem ſecutus PRÆSULEM ſuum, cujus *ſuccincta informatio de Canonia Pollingana* (m) quanta Hiſtoriis Patriæ ex ejus vigiliis literariis acceſſio futura ſit, ſi modo curæ regiminis patiantur, ſatis ſuperque teſtatur. Adjicio promulſidis loco Excerpta quædam Diplomatica res *Pollinganas* iis præcipue temporibus, quibus maxime caligant, illuſtrantia, quæ ejusdem Reverendiſſimi mihique faventiſſimi Præſulis inveſtigationi debentur. Accepit ille a viro eruditiſſimo & antiquitatum ordinis ſui non minus quam Patriæ Indagatore indefeſſo PHILIPPO NERIO PUELLIO, *Canoniæ Neocellenſis* Bibliothecario, cui ex Archivo vicinæ *Brixinæ* favente haud dubie Eccleſiæ illius Hiſtoriographo, bonis & doctis notiſſimo, JOSEPHO RESCHIO obtigere.

Illuſtrantur illis præter *Pollinganas*, res quoque *Henrici Leonis* & nonnihil conferunt immortalibus conatibus, quibus vir longe ſupra laudes meas poſitus CHRISTIANUS LUDOVICUS SCHEIDIUS, Auguſtæ Domus Guelficæ, Bojorum quondam Dominatricis, origines, Poſteris pergit aſſerere. Sed & B. HARTMANNI Epiſcopi *Brixinenſis*, qui in agro *Pollingano* lucem aſpexit, & locum genialem item ut celeberrimus ille GERHOHUS, illuſtriorem reddidit, memoria, acceſſionem nonnullam exinde conſequitur.

(l) l. c. L. II. C. XXII. §. VI. b. c. *Si quis porro ſubſcribentium aliquod tum cognomen, quantumvis ridiculum habuiſſet, aut dignitatem aliquam: nomini ejus proprie hoc diſcrimen in ſpatio ſuperlineari adſcribebatur.*

(m) Ginzburgi typis Joan. Chriſtoph. Wagegg. 1760, in fol. ubi in iis, quæ ibidem de me habet, affectum quidem exoſculor, judicium non admitto.

Hic eſt deſcriptio prædiorum, quæ optinuit & acquiſivit Eccleſia Pollingenſis ſub viro glorioſo Chonone ejusdem Eccleſiæ Præpoſito, & ejus ſucceſſore Chunrado Præpoſito.

I. Notum ſit tam futuris quàm præſentibus, quod quidam vir Nobilis nomine Werinherus pro remedio animæ ſuæ tradidit Eccleſiæ Domini Salvatoris Pollinge prædium, quod Maginbach habuit. Hujus rei teſtes ſunt Odalſcalcus de Walheshoven & frater Wito cum duobus filiis ſuis Bernhardo, & Odalſcalco de Huſen, Bernhardo de Ogenburch, Magnes, & Odalricus de Lohhuſen, Arnolt de Rieth, Marquart de Hohenwanc, Hartman & Aribo de Tutenhuſen.

II. Notum ſit tam præſentibus quàm futuris, quod quidam vir nobilis, Bernhardus nomine, prædium quoddam Rieth dictum, quod à Brixinenſi Epiſcopo Reginberto, & ab ejusdem Eccleſiæ Advocato Comite Arnolfo in fide ſua Eccleſiæ Domini Salvatoris in Pollinga delegandum acceperat, eidem Eccleſiæ, datis VI. Marcis à Fratribus, delegavit.

Hujus rei teſtes ſunt idem Bernhardus & filius ejus Bernhardus, Magens & Odalricus de Lohhuſen, Artman & Aribo de Tutenhuſen, Chonrat, & frater ejus Gerhart de Becgingen, Chonrat & Sigifrit de Wilheim, & alii quàm plures de Familia ejusdem Eccleſiæ.

III. Notum ſit tam futuris quàm præſentibus, quod quædam femina nobilis nomine Waltpurch tradidit Eccleſiæ Domini Salvatoris Pollingæ prædium, quod habuit Trunnes duos manſos, & tercium quem habuit in villa Muron. Hujus rei teſtes ſunt Bernhardus filius ejusdem Waltpurch, & Odalſcalcus de Odratingen, & Wito frater ejus, & duo filii ejus Odalſcalcus & Dietericus, & Bernhardus advocatus ejusdem Eccleſiæ, Berhtolt de Ufelendorf, Magens de Lohhuſen, Hartman & Aribo de Tutenhuſen, Egino & Odalſcalcus de Ebrolvingen, Chonrat de Beckingen, Ortolf de Perge, Dietpolt de Poule, Arnolt de Rieth, Sigeboto & Odalricus de Wilheim, Chonrat de Huſen, Odalricus de Odertingen, Meginhart de Wolenbach, Adelbertus Heinricus, & alii quàm plures ejusdem Eccleſiæ famuli.

IV. Notum ſit tam futuris quàm præſentibus, quod quidam nobiles viri Wito ſcilicet de Huſen, & Berhtolt de Ufelendorf tradiderunt Eccleſiæ Domini Salvatoris Pollingæ prædium, quod eſt ſitum Incinmos rogante & agente Imia uxore ejusdem Witonis.

Hujus traditionis teſtes ſunt Bernhardus ejusdem Eccleſiæ Advocatus, & Odalſcalcus, & duo filii Witonis Bernhart & Odalſcalcus, Hartman & Aribo de Tutenhuſen, Arnoldus de Rieth, Odalricus, Wigolt de Huſen, Chonrat & Sigfrit de Wilheim, Adelbertus & Odalſcalcus & Heinricus de Ebrolvingen, Heinricus Engilmarus & Adelbertus de Perge, Adelpertus, Rodolf, Waltger, & multi alii de Familia ejusdem Eccleſiæ.

V. Notum ſit tam futuris, quàm præſentibus, quod quidam vir nomine Becilinus de Chirhdorf prædium, quod eſt ſitum Herwigeswiler & Lancwate, permiſſione & licentia Domini ſui Guelfonis Ducis tradidit Eccleſiæ Salvatoris Domini n. J. X. in Pollinga cum omni reditu ſuo.

Hujus traditionis teſtes ſunt Heinricus Decanus de Nazzenburen, Manegoldus Præsbiter de Chirhdorf, Regenhardus Præsbiter de Schiringen, Waltherus Præsbiter, Becilinus miles, Heinricus & Gerhardus frater ejus de Stainheim, Albero de eadem villa, Wernherus de Mindelowe, Odalricus de Louhtorf, Wolveram de Chirhdorf, Heinricus de Statingen, Erlwin & filius ejus Rodegerus de Hirſcelle, Chonradus, Odalricus de Piſenberc.

VI. Notum ſit tam futuris quàm præſentibus, quod Bernhardus Advocatus Eccleſiæ Domini Salvatoris contradidit Eccleſiæ eidem dimidium manſum, quem habuit in villa Hetiningen, pro remedio animæ ſuæ, & pro calice ponderante octo marcas argenti, & unciam auri, quem ablatum ab eadem Eccleſia vendiderat, & in uſum proprium redegerat, receptis tribus talentis ab Hiltiberto ejusdem Eccleſiæ Præpoſito.

Hujus rei teſtes ſunt hii: Hartman & Aribo de Tutenhuſen, Adelbertus & filius Odalſcalcus, & Engilman de Ebrolvingen, Arnolt de Rieth & frater ejus Erneſt, Sigiboto de Poule, Chonrat Stolz & Gebolf de Wilheim, Anshalmus & filius ejus Chonrat de Hugolvingen, Adelbertus, Rodolf, Chonrat, Richart, Zaizoif, Perhtolt, Ratolt, & alii quàm plures de familia ejusdem Eccleſiæ.

VII. Notum ſit tam futuris quàm præſentibus, quod Chonradus Comes & Dux de Dahwoe tradidit prædium ſuum, quod habuit Odratingen ſimul cum hominibus utriusque ſexûs in fide in manus Chonradi Comitis de Valei delegandum, *& nunquam in alios, niſi in uſus proprios abſolvendum, Eccleſiæ Domini Salvatoris in Pollinga.*

NB. Hæc verba ab eadem manu ſunt ſupra lineam interjecta.

Hujus rei teſtes ſunt Dux Welfo ſenior, Chonrat puer & Arnolt Comes de Dahwe, Eberhardus de Fricchendorf, Otaker de Talmudesdorf, Aribo de Tadendorf, Pilgrimus de Wolmuteshahe, Gebehardus de Oetenburc, Baltwinus de Burchſtal, Fridericus de Bangen, Odalricus & filius ejus Odalricus de Vôhhuſen, Adelbertus Zollo de Pfafenhoven, Eberhart de Maiſah, Adalbero & frater ejus Marcwart de Mohingen, Marcwart & Adelbertus de Gruonharteshoven, Degenhart de Sephelt, Wolfirigil de Chuniswiſen,

wiſen, Otto Comes de Valai, Otto de Aſchaim, Heinricus de Buron, Odalricus de Sandowe, Fridericus & Ortolf de Sigmarshuſen, Pilgrimus & filii ejus Heinricus & Chonrat de Ecenhuſen, Werinherus & filii ejus Ortlieb & Witelieb de Biberbah, Amelbertus & Hereman, & Dietmar de Otershuſen, Willehart de Rihgershoven, Witelieb & filii ejus Volmar, & Witelieb de Pelehaim, Wato de Gekenbund, Burchart & Gotefrit de Rötbah, Berhtolt de Mukersbah, & alii quàm plures de Familia ejusdem Comitis & Ducis.

VIII. Notum ſit tam futuris quàm præſentibus, quod Odalſcalcus de Rieth tradidit Eccleſiæ Domini Salvatoris Pollingæ dimidium manſum, quem habuit Gecenes.

Hujus rei teſtes ſunt Rodegerus de Rieth, Hartman de Tutenhuſen, Chonrat Mancus Sigboto, Menhart, Chonrat, Pillunc, Eberhart, Albericus, Dietericus, Lantfrit, Gebino, Heinricus, Chonrat, Heinricus, Odalricus de Wilheim, Arnolt de Buohberc, Goteſcalcus Berhtolt Rodolf de Perge, Heinricus, Chonrat de Polling & alii quàm plures de præſentibus.

IX. Notum ſit tam futuris quàm præſentibus, quòd Hartmannus de Tutenhuſen unacum filia ſua Hailica, & duobus filiis ejusdem Hailicæ tradidit Eccleſiæ Domini Salvatoris Pollingæ dimidium manſum in loco, qui dicitur Arbenrieth.

Hujus traditionis teſtes ſunt Heinricus de Ubingen, Dietericus de Tagedmeswanc, Hartman de Tutenhuſen, Heinricus, Chonrat, Bernhart, Odalſcalcus, Hereman, Chonrat, Odalſcalc, Bernhart, Rodolf, Amelger, Marcwart, Chonrat, Perhtolt, Waltger, Adelbertus, Chonrat, Adelbertus, Heriman, & alii quàm plures.

X. Notum ſit tam futuris quàm præſentibus, quod Chonradus Dux & Comes de Dahwoe tradidit prædium ſuum, quod habuit Rumne integrum manſum Eccleſiæ Domini Salvatoris Pollingæ cum viro Colono ipſius prædii ſimul cum prædio illius.

Hujus rei teſtes ſunt Otto de Aſchaim, Adalbero de Mohingen, Volmar de Wikershoven, Fridericus de Sigmarshuſen, Berhtolt de Mukersbah, Adelbertus de Baigendorf, Heinricus de Merane, Rodeger de Rötbah, Pilgrim & filii ejus Chonrat & Heinricus de Ecenhuſen, Sigfrit de Dahwoe, Dietpolt de Arcebah, Witelieb de Beleheim, Heinricus de Ozzenbah, Purchart de Ombah, Heinricus de Schwainbah.

XI. Notum ſit tam futuris quàm præſentibus, quod Boto de Igilingen tradidit Eccleſiæ Domini Salvatoris Pollingæ integrum manſum Aſche ſitum cum omnibus pertinentiis ſuis.

Cujus traditionis teſtes ſunt hii, Hartman de Tutenhuſen, Rudeger de Rieth, Becilinus de Chirhdorf, Marcwart de Marpah, Gerhart de Beckingen, Egilolf de Gagers, Odalrih de Gershuſen, Rudeger de Odratingen, Menhart, Chonrat, Heinricus, Chonrat de Wilheim, Heinrih, Chonrat, Bernhart, Rodolf, Adelbertus, Lantfrit, Adelbertus, Heinrih de Polling & alii quàm plures de Familia ejusdem Eccleſiæ.

XII. Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti tam futuris quàm præſentibus, quod prædium Odratingen ſitum, quod Imma uxor Odalrici de eadem villa, quamvis injuſtè poſſederat dimidium ſcilicet manſum, de quo inter ipſam & fratres Monaſterii Pollingenſis controverſia extiterat, Boto de Igilingen medius intervenit dato precio ipſi Immæ & filiabus ejus ac marito ejus Rodegero litem ipſam diremit, & per manum Marquardi de Marpah, cui delegatum fuit, Eccleſiæ Domini Salvatoris Pollingæ rogante & agente, ac præſente eadem Imma, impetrante & ſuſcipiente etiam ejusdem Eccleſiæ Præpoſito Chonrado, & Advocato Bernhardo contradidit.

Quod teſtantur prioris traditionis teſtes Hartman de Tutenhuſen, Rodeger de Riet, Becilinus de Chirhdorf, Marquart de Marpah, Gerhart de Beckingen, & cæteri ſupra taxati.

XIII. Notum ſit tam futuris quàm præſentibus, quod duo fratres Arnoldus, & Wernherus de Giltihingen tradiderunt prædium ſuum Eccleſiæ Domini Salvatoris Pollingæ, quod habuerunt Giltihingen, & Magenbah, in pratis & ſylvis, quæſitis & inquirendis, & tertiam partem Eccleſiæ in Giltihin ſitæ, quæ eos jure parentum ſuorum contingebat, & omnem familiam ſuam, quam habuit in famulis & ancillis, Numero XX. Chadelhohum cum VIII. filiis, Odalricum cum filiis ſuis Purchardum & fratrem ejus Heinricum & ſororem Geburgam, Gerricum & filium ejus, Heinricum cum tali ſervitio, quo hactenus ſerviunt, & omnes decimationes eorundem prædiorum, & omnes de liberis agris, quæ ſibi paterna ſucceſſione debebantur.

Hujus rei teſtes ſunt Wolfram de Gundingen, Hedenricus, Gelpherat, Lantfrit, Odalhoh, Hainricus Chonrat de Bohaim, Sigmar & filius ejus Sigmar, Rapoto, Sigmar, Erchenbolt, Diemar, Ortwin & filii ejus Berhtolt, Walther, Gerolt, Swiker, Chonrat, Chadelhoh, Eberhart, Chonrat, Burchart, Heinricus, Willehalm de Giltihingen, Menhart, Chonrat, Heinricus, Chonrat, Heinricus, Odalſcalcus, Chonrat de Pollinga, & alii quàm plures de familia Eccleſiæ P.

XIV. Notum ſit tam futuris quàm præſentibus, quod quædam mulier nobilis Adelheit nomine, filia Bernhardi de Roteſe prædium ſuum, quod Mûgis habuit, & quod ei à patre & fratribus in partem hæreditariam provenit, tradidit Eccleſiæ Domini Salvatoris Pollingæ, pro quo cuidam Herburgæ Miniſteriali Domini Adelberti Comitis de Tyrol data ſunt XXX. talenta ab eadem Eccleſia, & eò amplius, quæ idem prædium in Beneficio & Vadimonio habuit.

Hujus rei teſtes hi, Bernhardus Advocatus ejusdem Eccleſiæ, Bernhardus, &

Engilingus, & Gebino filii ejus. Hartman & Aribo, & Adelbertus de Tutenhuſen, Rodeger, Odalſcalc, Heribort de Rieth, Goteſcalc, Berhtolt de Perge, Sigibot, Menhart, Chonrat, Alberih, Chonrat de Wilheim, Arnolt, Wernher de Bohberc, Gerolt, Hademar, Rodeger, Swiker de Odratingen, Waltger, Heinricus, Adelbertus, Lantfrit, Richart, Chonrat, Odelſcalc, Reginhart, Gerwic, Chonrat, Berhtolt, Waltger, Bernhart, Rembertus de Pollinga.

XV. Quatuor Fratres Nobiles Egilolf, Rapoto, Dietricus, Rapholt, tradiderunt prædium ſuum Gagers ſitum Eccleſiæ Domini Salvatoris Pollingæ.

Hujus traditionis teſtes ſunt hii, Bernhart, Egilinc, Arnolt, Ludewic de Roteſê, Hartman, Aribo, Adelbertus, Hartman de Tutenhuſen, Rodegêr de Riet, Marquart, Heinricus, Eberhart de Murpah, Chonrat, Gerhart de Beckingen, Chonrat, Sigbot, Alberih, Pillunc, Eberhart, Odalricus, Menhart, Chonrat, Hainrih, Chonrat, Heinrih de Wilheim, Odalrih, Lantfrit, Gerolt, Hademar, Rodeger, Swiger de Odratingen, Goteſcalc, Berhtolt, Eberhart de Perge, & omnis Familia ejuſdem Eccleſiæ.

XVI. Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti, quod quidam homo nobilis Hartman nomine de Williburgæ Riet tradidit prædium ſuum unam curtem, quam habuit Brunnon Eccleſiæ Domini Salvatoris Pollingæ.

Hujus traditionis teſtes ſunt hi, Bernhart, Chonrat, Sigbot, Odalſcalc Præsbyter, Luipolt, Menhart, Alberih, Sigfrit, Odalrih, Dieterih, Chonrat, Pillunc, Eberhart, Heinricus de Wilhaim, Rodeger, Odalſcalcus de Riet, Odalſcalc, Lantfrit, Dieterih de Ebrolvingen, Eberhart, Goteſcalc, Berhtolt, Adebreht, Hartwic, Otto de Perge, omnes quoque cives Pollingenſes.

XVII. Notum ſit tam præſentibus quàm futuris, quòd Odalricus de Igilingen integrum manſum in eadem villa & Rihcardis nobilis fæmina dimidium manſum Chucinchoven ſitum tradiderunt Eccleſiæ Domini Salvatoris Pollingæ.

Hujus traditionis teſtes ſunt hii, Otacher, Purquart, Otto, Rodeger, Walther, Otacher, Hûc, Hartwic, Chonrat, Odelſcalc, Rodeger, Boto, Chonrat, Heriman de Igillingen, Swiker, Ortolf, Heriman de Bocholn, Gebehart, Gebehart de Chucinchoven, Iimo, Chonrat, Heinruh, Wernher, Otto, Bernhart, Alewih de Erringen, Hartwic, Hiltibrant, Rodeger, Heinrih, Timo de Mulehuſen.

XVIII. Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti, quod Welfo Dux dedit Eccleſiæ Domini Salvatoris Pollingæ manſum unum Winchele ſitum, qui fuit Odalrici de Egilingen, rogante & agente Odalrico Domino ejuſdem prædii, quod factum eſt per manum Poponis Comitis de Andehſe & per manum Hartmanni de Tutenhuſen, in cujus manum ſcilicet Poponis Comitis delegavit Dominus Welf eidem Eccleſiæ tradendum, & Popo Comes in manum Hartmanni in fide eidem Eccleſiæ delegandum.

Hujus traditionis teſtes ſunt hii, Ortolf, Berhtolt de Otringen, Heinrih, Heriman de Rammungen, Manegolt & filii ejus Hartman, Manegolt de Sibenaihen, Hiltibolt de Schwanegow, Odalrih de Sandowe, Uto, & Wulfwin frater ejus de monte Albano, Adelgoz de Emmilineſtetin, Rodolf & Irmerdegen de Chichilingen, Popo & Rodolf de Bitengow, Berhtolt Comes de Anedehſe, Heinrih Comes de Wolfratehuſen, Adelbertus Comes de Tyrol, Gotefrit Comes, & Robertus de Rumesberc, Gotebolt de Walreſteine, Adelgoz Advocatus Eccleſiæ Auguſtenſis, Egino Comes de Nifen, Heinricus de Buron, Eberhart Abbas de Campidona, Chonrat Abbas de Fozen, Otto Præpoſitus & Odalricus Præsbiter de Rettenboh.

XIX. Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti, quod prædium Riet ſitum cum capella poſſederunt Otrammus & filius ejus, qui fuerunt de Familia Eccleſiæ Domini Salvatoris; Facta lite inter fratres ejuſdem Eccleſiæ & Berhtoldum de Hohenwanc adjudicatum eſt Eccleſiæ Domini Salvatoris judiciario ordine coram Heinrico Duce Bawariæ & Saxoniæ, & Bertholdo Comite de Anedehſe.

Hujus rei teſtes ſunt hii, Fridericus & Otto Palatini de Witelinespach, Heinricus Præfectus de Regenſpurc, Heinricus de Stoufen, Heinricus de Buron, Eberhart de Fricchendorf, Hartman & fratres ejus Hartwicus & Walchon de Williburgeriet, Adelbertus de Pfafenhoven, Chonrat de Irinesburc, Berhtolt de Tombrunnen, Heinricus de Widah, Manegolt de Sibenaichen, Jordan, Heinricus de Burſen, Dietericus eo tempore Præpoſitus Ducis H (Heinrici) de Cehmanneshuſen, Adelbertus de Bitengow.

Poſt hæc verò Giſila Miniſterialis Brixinenſis Eccleſiæ accepit illud de manu Fratrum Pollingenſium ad ſervitium trium denariorum ſingulis annis usque ad obitum ſuum.

Hujus rei teſtes ſunt Rodegerus de Rieth, Rodolfus, Marquart, Heriman de Bitengow, Engilhart de Mamenhoven, Chonrat de Wilheim, Heriborte, Chonrat, Odalricus de Rieth, Menhart, Chonrat de Wilheim. De Congregatione Wernher Presb. & Decanus, Chonrat Presb. Chonrat Presbyter, Witigo Presbyter, Dietricus Subdiaconus, Ortolf, Heinricus, Dietricus, Manegolt, Rodolf. De Familia verò hi, Rihart, Lantfrit, Heriman, Heriman, Odalſcalc, Odalſcalc, Aribo, Menhart, Marquart, Gerhoh, Lantfrit, & alii quàm plures de eadem Familia.

Geſta ſunt autem hæc ab Incarnatione Domini Anno M.C.LXII, quo & deſtructa eſt Mediolanum, & quo celebratum eſt Concilium in decollatione S. Joannis Baptiſtæ in Epiſcopatu Biſunti, ſuper fluvium Saona, cui interfuit Fridericus Imperator Romanus, & Ludewicus Rex Franciæ, &

Heinricus Dux Saxoniæ & Bawariæ. Factum autem judicium de prædio Riet ſito Eccleſiæ Poll. in caſtro Landeſpurch coram Principibus ſupra taxatis, cum quibus ipſe Dux idem adiit Concilium.

XX. Notum ſit omnibus fidelidus Chriſti, quod homo quidam nobilis Egilolfus nomine de Wile tradidit Eccleſiæ Domini Salvatoris Pollingæ prædium ſuum, quod habuit Epſenhuſen.

Hujus traditionis teſtes ſunt Nodunc, Ramunc, Marquart, Heinricus Bart de Wile, Ortolf Berhtolt de Otringen, Odalricus de Sandowe, Odalricus de Landesburc, Lantfrit, Rihart, Heinricus, Chonrat, Rodolf, Odalſcalc de Pollinga, Menhart, Chonrat de Wilheim.

XXI. Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti, quod quidam homo nobilis Willehalm nomine de Oetenhaim tradidit Eccleſiæ Domini Salvatoris Pollingæ dimidium manſum Epfenhuſen ſitum.

Hujus rei teſtes ſunt Gerwicus de Pirgen, Sigibot, Albericus, Pillunc, Chonrat, Menhart, Chonrat de Wilheim, Hainricus, Chonrat, Menhart, Adelbertus de Pollinga; & alii quàm plures de eadem Familia.

XXII. Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti, quod prædium Odratingen ſitum in ſuperiori villa manſus integer & dimidius cum Molendino in inferiori, quod poſſederant Odalricus, qui fuit de Familia Domini Salvatoris Pollingæ, & Lantfridus filius ejus hæreditario jure, cùm lis inde facta fuiſſet à multis adjudicatum eſt Eccleſiæ Domini Salvatoris Pollingæ coram Judicibus Heinrico Duce II. & Berhtoldo Comite de Anedehſe: inſuper & prædictus Lantfridus de Odratingen pro remedio animæ ſuæ idem prædium tradidit eidem Eccleſiæ cum unica filia ſua.

Eodem tempore dimidius manſus Arbenriet ſitus, quem poſſederat Heinricus filius Meregarte, qui fuit de Familia Domini Salvatoris Pollingæ eadem ratione & eodem jure adjudicatus eſt eidem Eccleſiæ.

Hujus rei teſtes ſunt Walchon de Steimbach, Hartman de Tutenhuſen, Arebo de Tadendorf, Rodeger de Rieth, Grifo de Anedehſe, Engilhard de Mammhoven, Sigibot, Chonrat, Albericus, Menhart, Chonrat, Heinricus, Chonrat, Heinricus, Heriman, Mereboto de Wilheim, Gerolt, Haedemar, Rodeger, Sigfrit, Switger, Chonrat de Odratingen, Heinricus, Chonrat, Bernhart, Engilhart, Odalſcalc, Menhart, Marquart, Adelbertus, Heriman, Berhtolt, Waltger & alii de Pollinga.

XXIII. Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti, tam futuris quàm præſentibus, quod Eckehardus de Werde delegavit prædium Walchenſpach ſitum, duos ſcilicet manſos, pertinens ad Monaſterium Rôte in manus filii ſui Hugonis conſervandum Berngero de Pfafenhoven, qui emit illud XX & VI talentis Ratiſponenſis Monetæ à Fratribus Pollingenſis Monaſterii, quibus uſus ipſius tunc pertinuit, ipſi & uxori ejus Hiltigundæ, & filiis ejus Berngero, & Chonrado, & cæteris filiis ejus; factum eſt autem hoc petitione Diemotæ & Odalrici de Johhuſen & Eberhardi de Fricchendorf.

Hujus rei teſtes ſunt hii, Rodegerus & Heinricus & filius ejus de Lindahe, Bernhart, Berhtolt, Sizo, Wirnt, Pero de Pfafenhoven, Aribo & Gotefrit de Hetenhuſen, Adelbertus de Pollinga.

De ſupra dictis verò talentis .....† eſt, & veſtitus & litteris inſtructus eſt puer Pabo filius Diemodis de Johhuſen in Monaſterio Pollingenſi pæne per annos XII. cætera autem attributa ſunt..... dæ ſorori ejus inibi perpetuo manſuræ.

XXIV. Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti, quod Rodegerus de Pforzheim tradidit prædium ſuum Eccleſiæ Domini Salvatoris Pollingæ in eadem villa ſitum manſum unum, Germaringen dimidium, Sligen dimidium & quartam partem unius, licentia & authoritate Domini ſui Heinrici Ducis.

Hujus traditionis teſtes ſunt Rotpertus, Rodegerus, Otto, Walther, Alewicus, Alewicus, Alewicus, Heinricus, Burchart, Heinricus Presbyter, Dietericus, Marquart, Heinricus de Pforzheim, Gerunc Presbyter de Sligen.

Ipſe Dux Heinricus ipſa prædia eidem Eccleſiæ conceſſit petente eodem Rodegero in caſtro ſuo Landeſpurc, & cæteris Miniſterialibus licentiam indulſit conferendi ſe ipſos, & amicos & filios & filias ad Monaſterium Pollingæ.

Hujus rei teſtes ſunt Gotefrit Comes de Rumesperc, Heinricus de Stoufen, Manegolt de Sibenaichen, Heinricus de Beddernowe, Heinricus de Dahſperc, Hartman de Sibenaichen, Heinricus de Ubingen, Heriman & Ortolf de Bocholon, Odalricus de Sandow, Adelbertus & Sigbot de Bitengow, Sigbot de Stoufen.

XXV. Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti, quod Venerabilis Hartmannus Brixinenſis Epiſcopus Anno ab Incarnatione Domini M. C. LXIII. in inventione S. Crucis rediens à curte regali Imperatoris Friderici, quæ habita eſt Mogontiæ, cùm & ipſa deſtructa eſt, tradidit Eccleſiæ Domini Salvatoris Pollingæ prædium ſuum Ebrolvingen ſitum, manſum unum, quod poſtea accepit Arnoldus miles dictus Bernhardi à Fratribus Eccleſiæ ejusdem non in beneficium ſed in ſervitium more Coloni, ſcilicet duarum urnarum in inventione ſanctæ Crucis eisdem fratribus reddendarum, usque ad obitum ſuum, quod nullus filiorum ſuorum hæreditate jure beneficii poſſidere poterit.

Hujus rei teſtes hii, Chonradus Presbyter de Pollinga, Heinricus Presbyter de Ungene, Regenhart, Purchart & filius ejus Purchart de Velleſ, Arnolt, Wigant de Rot............cker, & Fridericus de Brixen, Rodeger de Riet, Rodeger de Pforzheim, Wernher de Uffingen, Mancus, Riche . . . . Chonrat, Chonrat, Odalricus de Wilheim, Rotpertus de Riherſpuren, Hartman,

man, Marquart de Tutenhuſen, Hartman de Partchirchen, Odalricus de Perge, Fridericus & Marquart de Biſenberc, Arnolt, Wernher de Bohperch, & plures de Familia FF.

XXVI. Notum ſit tam futuris quàm præſentibus, quod Wulfliez de Pollinga tradidit prædium ſuum ipſe & filius ejus, qui hæres videbatur, quod habuerunt Oulſtat, Eccleſiæ Domini Salvatoris Pollingæ præſente Domino Chonrado Eccleſiæ ejusdem Præpoſito. Hujus rei ſunt (teſtes) Richardus, Adelbertus, Meinhardus, Adelbertus de Pollinga, Heinricus de Prixina & alii quàm plures.

XXVII. Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti, quod quidam de Familia Domini Salvatoris Heinricus nomine de Mungiſingen tradidit Eccleſiæ Domini Salvatoris Pollingæ prædium ſuum in eadem villa ſitum, videlicet unius curtis ſitum, & XII jugera.

Hujus traditionis teſtes ſunt Dietericus, Engilſcalcus, Eppo de Bitingow, Marquart de Tutenhuſen, Heinricus de Marpah, Menhart, Chonrat, Becilinus, Odalricus, Arnolt, Arnolt, Heriman, Odalricus, Heriman, Dietericus de Wilheim, Richart, Chonrat, Chonrat, Heinricus, Berhtolt, Gerwicus, Berhtolt, Heriman, Lantfrit, Lantfrit, Arbo, Adelbertus, Rodolf, Adelbertus, Odalſcalcus de Pollinga, Chonrat, Gotehalm, Menhart de Oulſtat.

XXVIII. Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti, quod quidam homo nobilis Odalſcalcus nomine de Ufelendorf tradidit Eccleſiæ Domini Salvatoris Pollingæ prædium ſuum, quod habuit Waltrameſperc videlicet VII agros cum unius curtis jure.

Hujus rei teſtes ſunt hii, Chonradus Auguſtenſis Epiſcopus, Odalricus Canonicus & Præsbiter majoris Eccleſiæ, Adalbertus, Chonradus Præsb. de Steingademe, Eberhart, Goteſcalcus, Perhtoldus de Perge, Hiltibertus, Eberhart de Eſchinloh, Berhtolt de Huſen, Berhtolt de Poule, Chonrat de Wilheim, Riherus, Egilolf de Burenbah, Dietericus de Zaizmanningen, Lantfrit, Lantfrit, Bernhart, Rodolf de Pollinga.

XXIX. Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti, quod Heinricus Dux Bawariæ & Saxonum & Advocatus Eccleſiæ Pollingæ contradidit eidem Eccleſiæ Pollingæ prædium Vorſterſriet dictum, quod antiquitus eidem Eccleſiæ pertinuit, & quo ipſe ab Imperatore Friderico inbeneficiatus fuit, prius de manibus omnium, qui hoc jure beneficii poſſederant, legitimè ſolutum & liberè receptum, dein regali poteſtate & liberalitate Imperatoris Friderici ſibi conceſſum per proprium clientem ſuum Dietericum de Cehemanneshuſen. Transmiſit Eccleſiæ Polling. delegandum; quod & factum eſt.

Hujus actionis & traditionis teſtes ſunt. Otto Comes Palatinus junior, Odalricus de Lapide, Heinricus de Widah, Jordan, Heinricus, Heinricus de Ubingen, qui mediator hujus rei fideliſſimus extitit, Rodegerus de Rieth, Goteſcalcus, Berhtoldus de Perge, Chonradus Mancus, Becilinus, Meinhardus, Chonradus, Albericus, Odalricus, Odalricus, Chonradus, Heinricus, Chonradus, Herimannus, Chonradus, Aribo de Wilheim, Lantfrit de Pollinga.

XXX. Notum ſit tam futuris quàm præſentibus, quod quidam homo nobilis Rodegerus nomine de Riet tradidit prædium ſuum, quod habuit Oſtendorf Eccleſiæ Domini Salvatoris Pollingæ apud villam Genigen actum jure Suevorum, cujus uſus & ſervitia idem Rodegerus à Præpoſito & Fratribus ejusdem Eccleſiæ jure beneficii per aliquos annos retinuit, quos tandem rogante Præpoſito & Fratribus ex integro eidem Eccleſiæ reſignavit.

Hujus rei teſtes ſunt Comes Gotefrit de Romeſperc, Heinricus de Buron, Rotpertus, Chonradus de Lederen, Manegolt de Sibenaichen, Swiker, Ortolf, Heriman de Bocholon, Hiltibrant de Genigen, Marquart de Lengenvelt, Berhtolt Presb. de Helmeshoven, Alwich de Oſtendorf, Gebehart, Ortolf de Germàringen, Rodeger de Pforzheim, Eppo de Landeſperc, Dietricus de Cehmanneshuſen, Dieterih de Stoufen, Siboto de Stoufen, Baltwin de Raiſtingen, Chonrat de Gerute, Heinricus de Beſſenacher, Albreht de Pflocdorf, Albertus de Owe, Heinricus de Aſche, Rihat, Artlieb, Rodeger de Otradingen, Eppo.

Actum Landeſperc ultra Pontem.

XXXI. Notum ſit tam futuris quàm præſentibus, quod Adalbertus quidam Miniſterialis Auguſtanus de Perge delegavit prædium ſuum, quod habuit in eadem villa in manus Riheri de Purenbah in fide conſervandum Eccleſiæ Domini Salvatoris Pollingæ ad id, quod ipſi Fratres ejusdem Eccleſiæ diſpoſuerint.

Hujus rei teſtes ſunt Egilolf de Gagers, Egilolf de Purenbah, Goteſcalch, Riceman de Perge, Meginwart de Openriet, Arnolt de Piſenberc, Bernhart, Odeſcalc, Berhtolt, Rodolf, Chonrat, Berhtolt, Waltger, Heinricus, Heinrih, Rodolf, Lantfrit, Gotefrit, Meinhart, Gerwic, Rodolf, & alii quàm plures de Pollinga.

XXXII. Item ipſi teſtes ſunt, quod quidam nobilis Arnolt nomine de Piſenberc eidem Eccleſiæ contradidit pratum quoddam in loco, qui dicitur Bözhartes-hart.

XXXIII. Notum ſit tam futuris quàm præſentibus, quod Eberhardus & filii ejus de Oulſtat tradiderunt duos agros Eccleſiæ Domini Salvatoris in eadem villa.

Hujus rei teſtes ſunt Chonrat, Wernhere, Pernhart, Heinricus de Piſenberc, Rodeger de Pforzheim, Waltger & frater ejus Meinhart de Oulſtat, Perhtolt, Luitolt, Dieterih, Meinhart, Adelpreht, Heinrich, Chonrat, Gerunc, Reginboh, Pabo, Reginhalm, Adelhart, Wulfliez, Gozwin, Popo, Wichart, Reginhart, Adelpreht, Eberhart, Perhnhart, Friderih de Oulſtat.

XXXIV. Notum ſit tam futuris quàm præſentibus, quod Wernherus de Bohberch prædium ſuum, quod in eodem loco habuit, delegavit Eccleſiæ Domini Salvatoris per manum Berhhardi de Huſen Domini ſui præſente ſua matre Hiltipurga.

Hujus rei teſtes ſunt Bernhardus de Huſen, Wolfirigil de Mulles, Egilolf de Gagers, Chonrat de Wilheim, Lob de Omeras, Herimannus de Rotſe, Arnoldus de Wilhem, Wernherus de Bohberch, Rihpertus de Hetiningen, Rihhart, Chonrat, Berhtolt, Waltker, Berhtolt, Rodolf, Adalbero, Heinricus, Adelbertus, Meinhart, Chonrat, Heinricus, Heinricus, Heriman, Etzo, Adelbertus, Herimannus, Bernhart, Bernhart, Heinricus de Pollinga, & alii quàm plures de Familia ejusdem Eccleſiæ.

XXXV. Notum ſit omnibus tam futuris quàm præſentibus, quod Heinricus de Stoufe prædium de Forſtarrieth, quod ipſe ab Imperatore Friderico tradendum Eccleſiæ Domini Salvatoris Pollingæ ſuſcepit in Fide, potente Heinrico Duce Bawariæ & Saxoniæ, Advocato ejusdem Eccleſiæ & Miniſteriale ejus Heinrico de Ubingen eidem Eccleſiæ contradidit.

Hujus traditionis teſtes ſunt Heinrich de Stouphe, Heinric de Selwe, Heinrich de Ubingen, Marquart de Tutenhuſen, Wernher de Puochperg, Heinrich Ungereht de Marechpach, Arnold de Wilheim, Otto de Piſenberch, Gebene de Wilheim, Luitfrit de Puorren, Friderich de Piſenperch, Olrich de Oppenrieth, Waltrich de Wilheim, Heinrich Merreche, Adolt & Oelrich Miniſteriales ſanctæ Mariæ de Oeſpurch, Ruodiger & Walther de Pforzhaim, Marquart & Heinrich de Antorph, Otto ſervus Domini Rudigeri de Rieth. De Familia autem ejusdem Eccleſiæ Albreth, Walker, Walther, Waltrich, Oelſcalch, Cuonrat, Perhtolt, Megenhart, Perhtolt, Conrat, Heinrich & frater ejus Arnolt de Incenmos, & quam plures alii de Familia ſancti Salvatoris. Actum eſt autem in inventione ſanctæ Crucis ſcilicet V. N. Maj. Anno ab Incarnatione Domini M. C. LXVIIII.

XXXVI. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis Marquardus de Mamenhoven prædium quoddam Pucheim ſitum, ſex videlicet jugera, quod in manu ejus delegatum fuerat, petitione cujusdam Hernuſti Nobilis de Howedorf, & uxoris ejus Berhtæ, & IIII Filiorum eorundem Eccleſiæ ſancti Salvatoris Pollingæ ſimul cum inveſtitura potenti manu contradidit.

Hujus rei teſtes ſunt per aurem tracti, Engelhart Præco de Mamenhoven, idem Herneſt de Howedorf cum IIII filiis ſuis, Megenwardo, Oelrico, Rapotone, Hernuſto, & alii Nobiles de Howedorf, Eigel, Oedelhart, Purchart, Reimpreht, Heinrich, Engelram, Gotefrit, Pero, Bernhart, Dietrich, de Familia autem Pollingenſis Eccleſiæ Richer, Megenwart, Walther, Heinrich, Swicher, Albreht, Zwiche.

Actum Anno ab Incarnatione Domini M. C. LXXI. Indictione IIII. III. K. Junii. Howedorf præ foribus Eccleſiæ.

XXXVII. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quàm præſentibus, quod Welfo Dux cum manu Miniſterialis ſuæ Gertrudis & duorum filiorum ejus Swikeri & Utonis tale prædium, quale ipſi Oſtendorf legitimè poſſederunt cultum & incultum, quæſitum & inquæſitum ſimul cum Eccleſia & dote ejus Eccleſiæ ſancti Salvatoris Pollingæ potenti manu ſimul cum inveſtitura tradidit.

Hujus rei teſtes ſunt, qui viderunt & audierunt, Comes Perchtolfus de Anedehs, & fidelis ejus Egilolf de Antorf, Comes Diepoldus de Voheburch, Comes Heinricus de Eppan, & fideles ejus Swikerus de Gurlan, & Volkmarus de Flies, Comes Perhtoldus de Wizzenhorn, Olricus nobilis de Antorf, Ortolf de Piſenberch, Wuolfwin de monte Albano, Manegolt & frater ejus Hartman de Sibenaiche, Rudolf de Chikelingen, Oelrich de Huſen, Chunrat de Hophen, Rihhart de Hennertingen, Heinrich de Mortare, Swiker de Egelingen, Perhtolt de Iginespach, Oelrich de Sardes, Luoduwich Plebanus, Tragebote Plebanus de Chuferingen, Reginbote de Wale, Chuorat de Löben, Perhtolt de Richelingen, & alii quam plures de Miniſterialibus Ducis Welfonis, & Familia Ducis Heinrici & prænominatorum Principum. Actum Widergeltingen in domo Welfonis Ducis Anno ab Incarnatione Domini M.C. LXXII. Indictione V. VII K. Februarii.

XXXVIII. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam præſentibus quàm futuris, quod Odelricus Archipræsbiter Brixinenſis Eccleſiæ & Engirramus filius Chaldelhohi de Sets prædium Slût dictum Nebilriet, quod nobilis mulier Gertrudis in manus eorum tradiderat, quod eam hereditario attigerat, illô tradendum, quo filius ejus Albertus Burcravius expeteret hoc ipſum prædium petitione ipſius Alberti in manus Marchionis Perhtoldi de Andesh tradiderunt cultum & incultum, quæſitum & inquiſitum cum ſylvis & pratis, ut ipſe bona fide & inconvulſa Eccleſiæ ſancti Salvatoris Pollingæ extraderet;

Et hujus traditionis teſtes ſunt per aurem tracti: de Nobilibus Otto de Irinsburc, Hugo de Tufers. De Miniſterialibus verò ipſius Marchionis Gotefrit de Uningen, Dietericus Galla, Olſcalcus Galla, Rudolf de Hohinrein, Olricus de Rotinburch. De Miniſterialibus quoque Brixinenſis Eccleſiæ Oelſcalcus de Stilvis, Ruopertus conſanguineus ejus de Riſinſtein, Willihalmus de Velturnis, Reimbertus Garro, Merboto de Chaſtilrut, & ipſe Burcravius Albertus, Ebruvinus & frater ejus Witigo de Monte, & alii quam plures de Miniſterialibus ejusdem Eccleſiæ. Actum Anno ab Incarnatione Domini M.C.LXXIII. Indictione VI. VI.K. Februarii, infra ambitum Eccleſiæ in dextro latere.

XXXIX. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam præſentibus quàm futuris, quod Fridericus de Wittoltshoven prædium ſuum ſitum Waltrammeſperch, quod eum hereditario jure attigit, Eccleſiæ ſancti Salvatoris Pollingæ potenti manu ſimul cum inveſtitura tradidit.

Et hujus traditionis teſtes ſunt Chonradus Præsbiter, Eglo Diaconus, Heinricus Diaconus, Chonradus & Chonradus Subdiaconi. De Laicis verò frater Heinricus, frater Manigoldus, frater Herliebus. Chonradus de Witoltshoven. De Familia ejusdem Eccleſiæ Richardus de Pruke, Albertus Zvvich, Ortwinus, Heinricus Wiſihoc, & frater ejus Herimañus Man, Meinhardus, Duringus nobilis, Chonradus Cocus, Rudolfus Volgſanc & frater ejus Engilhardus, Herimannus & filius ejus Heinricus, Pernhardus Urla, Albertus Fiztum. Actum Anno ab Incarnatione Domini M. C. LXXIII. Indictione VI. II Idus Februarii.

XL. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam præſentibus quàm futuris, quod quidam Miniſteriales Ducis Welfonis, Uolricus & frater ejus Bernhardus tale prædium, quale ipſi Witolshoven & Perge hæreditario jure habuerant, cum pratis, paſcuis, & ſylvis & molendino, quæſitis & inquiſitis licentia Domini ſui Ducis Eccleſiæ ſancti Salvatoris potenti manu ſimul cum inveſtitura tradiderunt.

Et hujus traditionis teſtes ſunt Dieto de Ravinſpurch, Perhtolt de Furte, Hortolf de Piſenberch, Friderich & frater ejus Heinricus de Waltpurch, & alii quam plures de Miniſterialibus Ducis, & de Familia Miniſterialium. Actum Cuncillæ in magna ſolempnitate ejusdem Ducis. Anno D. Incarnationis M. C. LXXIII. Indictione V. V. K. Junii.

XLI. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod Perhtoldus Comes de Tirol duas vineas & unam curtem bene ædificatam, & duo jugera agri in ſuperiori Mais ſita, & præterea hortum cum omni inveſtitura Eccleſiæ ſancti Salvatoris Pollingæ per manum Miniſterialis ſui Heinrici Sirppan contradidit. Et hujus traditionis teſtes ſunt per aurem tracti.

Idem Comes Perhtoldus, Alban de Morît, Rudiger de Tirol, Heinrich & Durinch, & Albret fratres ejus, filii Domini Duringi de Toret, Chonrat de Tirol, Marquart filius Ekkiberti de Tuvers, Gebolf de Tirol. De Familia ejusdem Eccleſiæ Chonradus Presb. Heinricus Diaconus, Chonradus Subdiaconus, Perhtolt Accolitus, frater Herliebus, frater Albertus, frater Heinricus, Heinrich Wiſoh, Pernhart Rami, Pernhart, Perhtoldus, Lantfrid, Albreth Fiztum.

XLII. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quàm præſentibus, quod quidam Amelgerus Miniſterialis Brixinenſis Eccleſiæ ſex agros, qui computati ſunt ad tria jugera, & pratum ad IIIes carradas cum omni inveſtitura Eccleſiæ ſancti Salvatoris eum manu ſororis ſuæ & filiorum ſororis contradidit.

Hujus traditionis teſtes ſunt Fridericus de Witoltshoven, Ulric Mancus, Hantil de Wilheim, Rudolf, Bernhart, Gerolt, Friderich, Lantfrit, Heriman, Adelpreth, Heinrich, Chonrat de Riet, Adelperth Zvviz, Ortwin, Perhtolt, Chonrat, Heriman, Chonrat, Adelperht Fiztum, Lantfrit, Chonrat, Amelger, Ortolf & alii de eadem Familia.

XLIII. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris, quàm præſentibus, quod quidam viri nobiles Perhtoldus & filius ejus Perhtoldus tale prædium, quale ipſi Löhdorf poſſederunt, tres videlicet manſus & unum Northoven ſitum, cum ſylvis, pratis, & paſcuis & cum omni inquiſitione Eccleſiæ ſancti Salvatoris ſimul cum inveſtitura tradiderunt.

Hujus traditionis teſtes ſunt hii, Heinricus de Mindilberch, Hartman de Sibenaiche, Perhtolt & Heinricus frater ejus de Lödorf, Otto de Löhdorf, Rudiger de Pforzheim, Dietericus de Cemanneshuſen. De Familia verò Eccleſiæ Heinrich de Pforzheim, Albertus Zvvick, Herimannus Mannili. Acta ſunt hæc Anno ab Incarnatione Domini M. C. LXXIIII. ante cimiterium Löhdorf in Octava Epiphaniæ coram multitudine virorum ac mulierum, qui omnes ſunt in teſtimonium aſſumpti.

XLIV. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam præſentibus quàm futuris, quod quidam vir nobilis Walchuon de Stainegebach, & frater ejus Hartnidus unacum proprio ſuo famulo Rudigero & uxore ſua & filiis tradiderunt Eccleſiæ S. Salvatoris tale prædium, quale ipſi Hvwnshoven poſſederunt cultum & incultum cum pratis & agris, quæſitis & inquiſitis unacum inveſtitura, acceptis ab ipſa Eccleſia VIII talentis & LX numis Auguſtenſis Monetæ.

Hujus traditionis teſtes ſunt Perhtoldus de Löhdorf, Perhtoldus Siboto, Otto de Pöle, Becilinus, Ulricus Hantili, Albricus, & filius ejus Chonradus, Dietricus Veroneſis, Chonradus, Heinricus, Aribo, Marquardus Guofo, Herimannus, Waltherus de Wilheim. De Familia Eccleſiæ ipſius Meinhardus & frater ejus Heinricus, Perhtoldus & frater ejus Waltkerus, Chonradus Cem̃tar. Bernhardus Cem̃tarius, Chonradus, Gerwicus & alii quam plures de villa Poule.

Actum ab Incarnatione Domini Anno M. C. LXXV. XIIII. K. Nov.

XLV. Notum ſit omnibus tam præſentibus quàm futuris, quod Fridericus Miniſterialis Brixinenſis Eccleſiæ tale prædium, quale ipſe in pago Witolteshoven dicto poſſedit in paſcuis & pratis & agriculturis Eccleſiæ ſancti Salvatoris Pollingæ potenti manu ſimul cum inveſtitura contradidit ea conditione, quod fratres prænominatæ Eccleſiæ ſibi perſolvant XII talenta, quæ perſolvit Arnoldus Presb. de Giltichîgen pro remedio animæ ſuæ & pro adjutorio Giſilæ puellæ, quam inibi poſuit perpetuò manſuram. [Cùm ergo primò conſtitit, quod in Chriſto migravit, aut ipſum prædium vivens abnegavit, & Eccleſiæ S. Salvatoris bona fide confirmavit, prænominata VI talenta ſibi aut filiis ſuis fratres debent perſolvere, quod ſi noluerint, ipſum prædium ipſe & filii ſui tam diu, quoad usque perſolvant, in vadimonio debent poſſidere.]

Hæc intra Parentheſin clauſa à manu coæva ſubducta ſunt.

Hujus traditionis & editionis teſtes ſunt
Spruntze
hii, Chonrat, Ludewicus, Otto de Ebrolvingen, Wieman, Chonrat, Reginhart, Hartlieb de Vellenbach, Chonradus Stolz de Wilheim, Heinrich de Zâmef. De Familia Eccleſiæ Waltker, Perhtolt, Ruodolf, Heinrich, Marquart, Durinch, Megenwart, Perhtolt de Lohdorf, Gerhoch, Meinhart,
Hantili
Perhtolt, Dietrich, Ulrich, Arnolt, Lant-
Mancus
frit, Rihpreht, Chonradus, & alii quam plures de Familia. Anno M. C. LXXVI. XV. K. Mart.

XLVI. Notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris, quod Hartmannus de Tutenhuſen vineam Pradelle ſitam cum omnibus pertinentiis ſuis, & unam curtem Fûlneſſe ſitam Eccleſiæ S. Salvatoris Pollingæ ſimul cum inveſtitura potenti manu contradidit.

Hujus traditionis teſtes ſunt Nobiles Heinricus & Fridericus frater ejus de Altendorf, & fidelis ipſorum Perhtoldus Miniſterialis Ratisponenſis Eccleſiæ, Bernhardus de Huſen, & fideles ejus Wernherus de Buohberc, Arnoldus de Wilheim, Chonradus Spenze, Pertholdus de Lödorf. De Forenſibus Wilheim Chonradus Judex antiquus, Waltricus Judex, Menigoz, Heinrich & filius ejus Meinhart, Heinrich Pollingenſis & Filius ejus Heinricus, Ludewicus & filius ejus Chonrat, Engildie. Hartmannus & frater ejus Diepoldus Sororii ipſius Hartmanni, Ulricus Mancus, & alii quam plures. Conradus Cemtarius, Meinhardus de Pollinga.

XLVII. Notum ſit omnibus tam præſentibus quàm futuris, quod quidam Nobi-
Chornlin
lis de Hohmotîgin Chonradus nomine tale prædium, quale ſibi hæreditario jure ſucceſſit, in villa Egolfingen ſitum Eccleſiæ S. Salvatoris ſimul cum inveſtitura potenti manu contradidit.

Hujus traditionis teſtes ſunt Heinricus de Altendorf, Rupertus de Stilves, Reimbertus de Tutinhuſen, Ortolfus de Habechowe, Richerus de Wilheim, Waltherus de Tutingen, Gozwin de Hohmotingen, Chon-
Wiſihoc
radus Cemtarius, Heinricus, Meinhardus, Lantfridus de Pollinga, Perhtoldus de Löhdorf.

XLVIII. Notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris, quod Fridericus Comes Palatinus prædium, quod dicitur Gruoba cum Molendino ſimul cum inveſtitura Eccleſiæ S. Salvatoris potenti manu contradidit.

Et hujus traditionis teſtes ſunt Otto Palatinus junior, frater ejusdem Frid. Otto nobilis de Aſcheringen, Fridericus Rudigerus de Srovenhuſen, Chonradus de Wolvoldsdorf, Albertus de Owe, Perengerus de Scönberch, Rupertus de Ritten, Albertus de Puochpach, Sifrit de Witilinesbach, Otto miles de Ubingen.

XLIX. Notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris, quod duo viri nobiles Eberhard de Mahrpach & Lantfridus de Dietelhoven tale prædium, quale in Dietelhoven poſſederunt, in pratis & agris & ſylvis, quæſita, & inquiſita ſimul cum inveſtitura Eccleſiæ S. Salvatoris potenti manu tradiderunt.

Et hujus traditionis teſtes ſunt Bernhardus nobilis de Wilheim, idem Eberhardus & Lantfridus, & fratres quatuor Meinhart, Heinricus, Perhtoldus, Chonradus de Dietelhoven, qui uſum ejusdem prædii tenuerunt. Pernhardus de Fünſingen, Wernherus de Puochperc, Pertoldus de Mahtinſtein, Hartman & Diepoldus de Tuttenhuſen, Perhtoldus de Scownburc,
Sprinze Hantili
Chonrat, Ulricus, Rudolfus de Wilhaim, Perhtoldus de Löhdorf. De Familia Eccle-
Zvvic Stuf
ſiæ Gerwicus, Dietricus, Albertus, Pernhart, Sigehardus, Pernhardus, Rihpertus,
Cemtarius
Heinricus & alii quam plures.

L. Notum ſit omnibus tam præſentibus quam futuris, quod Bernhardus nobilis de Wilheim prædium tale, quale Wernherus Fidelis ipſius in Puohperch Eccleſiæ S. Salvatoris tradiderat, in uſus ſuos attraxit, & aliud prædium pro eo in Aheperch cum omnibus pertinentiis ſuis taliter, qualiter Heinricus venator illud habuerat, eidem Eccleſiæ ſimul cum inveſtitura potenti manu contradidit.

Et hujus Concambii teſtes ſunt idem Bernhardus, & Fideles ejus Wernherus de Puohperc, Chonradus Garre, Rihkerus,
Sprinze Hantili
Chonradus, Ulricus, Meinhardus de Wilheim, frater Heinricus, frater Herliebus, frater Albertus, Albertus, Heinricus, & alii plures de Familia.

LI. Notum ſit omnibus præſentibus & futuris, quod quidam homo nobilis Manegoldus de Gennahe prædium, quod ipſe in eadem villa jure hæreditario poſſederat, Eccleſiæ S. Salvatoris cum omnibus pertinentiis ſuis potenti manu ſimul cum inveſtitura jure Suevorum tradidit.

Et hujus traditionis teſtes ſunt hii, Heinricus Diaconus, frater Heinricus Wernherus de Emenhuſen, Manigoldus de Sibenaiche, Heinricus de Pirchmanc, Marquardus de Pluwenhoven, Heinricus Judex de Igilingen, Ainhardus de Scongö, Chonradus Judex de Scongö, Perhtoldus de Tagebrehteshoven, Wernherus de Wilheim, Gerungus & filius ejus Gerungus, Heinricus, Ruotpertus, Gotefridus & frater ejus Ulricus

Keiſſe
cus de Uningen, Perhtoldus de Fruotingen, Ulricus Suohzugel, Marquardus & Reimbertus frater ejus de Tutnhuſen, Perhtoldus de Löhdorf, Rudiger de Pforzheim,
Sprinze
Chonrat, Ulricus Mancus de Wilheim, Albertus, Albertus, Herimannus, Waltkerus, Chonradus, Bernhardus, Heinricus, Pernhardus, Ulricus & plures de Familia ejusdem Eccleſiæ.

LII. Notum ſit omnibus præſentibus & futuris, quod Bernhardus Nobilis de Funſingen tale prædium, quale ipſe in Rotſe hæreditario jure poſſederat a ſorore ſua Brigida per X talenta, & à conſanguineo ſuo Bernhardo de Wilhaim per advocatiam ejusdem loci abſolutum cum pertinentiis ſuis omnibus, ſylvis, pratis, & paſcuis, quæſitum & non quæſitum, cultum & incultum Eccleſiæ Salvatoris noſtri potenti manu ſua, & matris ſuæ Dominæ Adelheidæ ſimul cum inveſtitura acceptis XXX tribus talentis contradidit.

Hujus traditionis teſtes ſunt Hainidus nobilis de Andehs, Albero nobilis de Slibingen, Ulric de Niuchingen, Siboto de Nannesheim, Arnoldus, Heinricus, Perhtoldus, Gerungus, Heinricus, Perhtoldus, Chonradus de Gennahe.

LIII. Notum ſit omnibus præſentibus & futuris, quod Perhtoldus, & Marquardus de Hohinwanc talem litem & controverſiam, qualem pro prædio Rieth cum fratribus in Polling habuerunt, petitione amicorum ſuorum & fratrum, dimiſerunt, & quidquid Juris in eo habere potuerunt, Eccleſiæ S. Salvatoris acceptis XI talentis tradiderunt.

Hujus rei teſtes ſunt Udelſcalcus & filius ejus Perhtoldus de Ufelndorf, Bernhard de Wilheim, Gozwin de Wintahe, Chonradus Wille, Marquart de Tutenhuſen, Arnoldus de Ehingen, Gerungus de Hohinwanc, Chonrat Finche, Eberhart de Hohinwanc, Wernherus de Puohperc, Chonradus de Lochuſen, Otto de Perge, Perhtoldus de Pöle, Albertus de Aſcheringen, Oſericus de Ufelndorf, Chonradus Sp'nze, Heinricus, Ulricus de Wilheim, & plures de Familia.

LIV. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod Rudigerus filius Milonis & Giſiiæ de Abazan partem poſſeſſionis paternæ, quæ eum hæreditariè contingebat, ſcilicet partem vineæ ad quatuor urnas vini Tridentinæ menſuræ Eccleſiæ S. Salvatoris per manum avunculi ſui Witſardi, & fratrum Witſardi, Altfridi, Alberti, pro remedio animæ ſuæ & parentum ſuorum potenti manu tradidit.

Hujus traditionis teſtes ſunt frater Heinricus, in cujus manum delegatum eſt in altari locandum: Prædictus Witſardus, & frater ejus Milo, Fridericus, Solvangnus, Heinricus, Gotefridus, Adelbertus Diaconus, Martinus, Turſo, Badiltus, Vivianus & filius ejus Adelbertus, & multitudo aliorum de Abazan.

LV. Notum ſit omnibus tam præſentibus quàm futuris, quod quidam Ulricus & tres filii ipſius Ulricus, Albertus, &
Incim̃oſar
Bernhardus Chonradum, quem quodam jure injuſtè poſſederunt, & agrum, qui jacet in Incimoſen, tradiderunt Domino Salvatori absque ulla contradictione, pro qua cauſa Perhtoldus Præpoſitus ejusdem Eccleſiæ tradidit eis XII ſolidos.

Hujus rei teſtes ſunt Otto de Hunshoven, Gunterus, Chonradus, Ulricus,
Pd'rrare
Glize Chocelar Herbeſt
Bernhardus, Hainricus, Chonradus, Chonrat, Wernherus de Wilheim, Hainricus,
Tivvel Chrd'vve Chunich
Ulricus, Pertoldus, Chonrat, Ulricus & alii quam plures.

LVI. Quoniam generatio præterit, & generatio advenit: ob memoriam ergo reformandam cunctis Chriſti fidelibus tam præſentibus, quàm futuris innoteſcimus, quod Dominus Kunradus Milo tradidit Eccleſiæ Domini Salvatoris in Pollingen dimidium manſum in Haslach, per manus fratris ſui Domini Udalrici, & uxoris ſuæ Dominæ Helichen in remedium animæ ſuæ.

Hujus rei teſtes ſunt Dominus Abbas Albertus de Wezinsbrunen, & Dominus Pertholdus Prior, & Dominus Albertus Capellanus ejus, & Dominus Fridericus de Stamms, & filius ejus Ulricus, & Marchardus Præpoſitus ejus, & Rudegerus de Uffingen, & Ortolfus de Uffingen, Dominus Hainricus Garrau, Dominus Kunradus de Tainingen, Judex Heinricus de Wilhaim, & quàm plures de Familia hujus Eccleſiæ.

LVII. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam præſentibus quàm futuris, quod Dominus Rötpertus nobilis de Salurne tradidit Eccleſiæ Domini Salvatoris in Bollingen pro remedio animæ ſuæ, fratrumque ſuorum Heinrici & Gebehardi, omniumque parentum ſuorum curiam in Uberache ſitam, ſcilicet poſt mortem ſuam tali pactu, ut ſingulis annis in anniverſario ipſius R. memoria omnium parentum ſuorum aput eos agatur.

Hujus traditionis teſtes ſunt Perhtoldus paterfamilias, Domini Eberwinus, Eglo, Manegoldus, Albertus, Hainricus, Siboto, Sacerdotes. Diaconi Lantfridus & Ulricus, Hainricus & Ulricus converſi. Dominus Ulricus miles ejusdem R. de Wernesdorf, Ulricus de Sarentin, Pabo de Gürlan, Ulricus de Tuzingen, item Ulricus Comites ejus. De Familia Eccleſiæ Hainricus Pictor, Hermannus Hainricus Piſtor, Bernhardus, Gebehardus, Wernhardus, Hainricus Comes, Richerus, Menhardus & alii quàm plures.

LVIII. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam præſentibus quàm futuris, quod Hainricus de Wilheim de Familia Eccleſiæ noſtræ poſſedit octo jugera agri ea conditione, ut idem Hainricus & uxor ejus annuatim denario perſolvant, quibus de hoc ſæculo migrantibus, quicunque fratrum ſuorum poſſedit, modio ſiguli perſolvat. Frater ſuus Chonradus poſſedit tria jugera agri ea conditione, ut ſingulis annis dimidiam libram ceræ perſolvat, Dominus Ulricus & frater ſuus Swikerus poſſederunt duo jugera Dietelhoven pertinentia.

LIX. Prænotatio agrorum, quos Dominus Perhtoldus devorator ſpecificavit Eccleſiæ Pollingenſi, de quibus IIII urnas vini apud Bozann pro ſtatuto cenſu ſolvere promiſit. Unus hortus retro Eccleſia, de quo factum eſt pomeriolum, item hortulus exterior adjacens, item unus ager apud Pradez continens quantitatem unius jugeris, item foſſatum totum, quod tendit, donec adulnis in agris, continens pene quantitatem unius jugeris. Item pratum in Ruedelez de una carrada feni. Cui ſpecificationi interfuit Dominus Heinricus, Dominus Eckhardus Frazzones, Reimbertus, Pezel, Heinricus Schick, Heinricus Zot. Chuo Schaller, Heinricus Gurlian, Sifridus Wolfpertus, Werinherus Scol, & alii quàm plures.

LX. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam præſentibus quàm futuris, quod Dominus Bernhardus de Huſen partem nemoris, per quod manat aqua, quæ dicitur Liutaske ad XL manſus, & prati ad præſens ad centum carradas fœni eo jure, quo ipſe poſſederat, Eccleſiæ S. Salvatoris pro remedio animæ ſuæ & parentum ſuorum tradidit.

Et hujus traditionis teſtes ſunt, Arnolt, Ulrich, Chunrat, Bernhart. Fideles ipſius Bernhardi, Hartman, Marquart, Dietpolt, Hartman de Tutenhuſen. Otto & filius ejus Grifo de Huneshoven, Siboto & Otto de Portenhuſen, Hainric & filius ejus Chunrat, & ſervus ejus Chunrat de Zam̃ez, Vit de Tyrol, Pertolt de Lohtorf, Rudiger de Pforzhaim, & ſervus ejus Hainrich & alii quàm plures.

Actum inchoante Anno ab Incarnatione Domini M. C. LXXVIII. Indictione XI. VI Kal. Jan. in die S. Joannis Evangeliſtæ ſub Advocato Duce Hainrico & Chunrado Præpoſito ejusdem Eccleſiæ.

EXCERPTUM

Ex Archivo Epiſcopali Brixinenſi in Tyroli, ubi Libro 3.^{tio} inter illos, qui dicuntur Saalbuch, ſequentia cum præfixô hoc titulô reperire eſt.

Quomodo Monaſterium, & Præpoſitura in Pollingen appropriata fuit Eccleſiæ Brixinenſi &c.

Privilegium Domini Hainrici IV. ſuper Pollingen.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis. Hainricus divina favente Clementia Rex. Omnibus Chriſti noſtrisque fidelibus tam futuris, quam præſentibus notum eſſe volumus, qualiter nos ob remedium anime Patris noſtri, pye memorie, Hainrici Imperatoris Auguſti, noſtramque in Chriſto felicitatem inſtinctu quoque fidelium noſtrorum, nec non ob peticionem ac fidele ſervicium Altwini Epiſcopi, ad Eccleſiam Brixinenſem in honore SS. Ingenuini & Caſſiani conſtructam, Monaſterium & Præpoſituram in villa Pollingen in pago Höſen, (*ad hoc verbum in margine adjungit Amanuenſis,* Amerſee) in Comitatu autem Sigemari Comitis ſitam, cum omnibus ad eam pertinentibus, hoc eſt, prediis, edificiis, utriusque ſexus mancipiis, omnique jure, & utilitate, quam nos inde hucusque habuimus, in proprium dedimus, atque tradidimus: Ea videlicet racione, ut predictus Altwinus ejusdem Brixinenſis Eccleſie Epiſcopus ſuique ſucceſſores, liberam inde poteſtatem habeant tenendi, conſtituendi Dei ſervicium ibidem exercendi, ſtabiliendi, meliorandi, nullo modo quoque minuendi, ſive deſtruendi; Et ut hec noſtra Regalis Tradicio ſtabilis & inconvulſa omni permaneat tempore, hanc Cartam conſcribi, manuque propria corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri.

Signum Domini Hainrici  Quarti Regis.

Sigehardus Cancellarius vice Sigefridi Archi-Cancellarii recognovi.

Data III. Id. Jun. Anno Domini Incarnationis M. LX. V. Indict. III. Anno autem Ordinacionis Domini Hainrici Quarti Regis XII.^{mo} Regni verò IX.

Actum Baſileam. In Dei nomine feliciter. Amen.

Hæc ſunt formalia ex dicto Libro 3.^{tio} C. C. C. ſignato, & ùt videtur, Saculo XIII. conſcripto.

In eodem Libro ſequitur Diploma, ſeu potiùs litteræ reverſales ab Henrico in cauſa advocatiæ à B. Hartmanno ſuper Eccleſiam Pollinganam ipſi traditæ, emanatæ; quæ licèt tam in Gewoldo, quàm Informatione Canoniæ legendæ ſint, attamen, quia quidquam ſpeciale in hoc Libro præſeferunt, atque antiquitatem magìs ſpirantes deprehenduntur, illas ſubjungere lubet.

HENRICUS Dux Bawarie

Hic conſpicitur imago Henrici genu dextrum flectentis.

HARTMANNUS Epiſcopus Brixinenſis

Hic conſpicitur imago Hartmanni cum Infula & Pedo ſtantis, & manum dextram Henrici dextræ imponentis.

Super Advocatia in Pollingen.

IN nomine Sancte & individue Trinitatis. Heinricus divina clemencia Bawarie atque Saxonie Dux. Quociescunque ſuper Eccleſiaſticis negociis Religioſorum peticiones admittimus, a Chriſto, cujus Miniſtri ſumus, devocionem noſtram remunerari eterna retributione non dubitamus. Quapropter notum eſſe volumus tam preſentis quam futuri temporis Chriſti fidelibus, quod nos ad peticionem Prepoſiti & Fratrum Pollingenſis Eccleſiæ Advocaciam ejuſdem loci a Domino noſtro Hartmanno venerabili ſancte Brixinenſis Eccleſie Epiſcopo feodali jure recepimus, eo nimirum tenore, ut nunquam a manu noſtra vel heredum noſtrorum ad Subadvocatos vel Vicarios beneficiali jure deſcendat. Sed perſonaliter dicioni ac protectioni noſtre pertineat, & ſi forte ex aliquo caſu hoc per nos, vel per legitimos ſucceſſores noſtros im̃utari contigerit, predicti fratres reclamandi, & alium ſibi Advocatum eligendi liberam habeant facultatem, factumque exiſtimatione careat. Preterea decrevimus, nullam exactionem vel paratam a nobis, vel a Vicario noſtro, ſeu heredum noſtrorum inibi fieri, niſi juxta antiqua jura, & Conſtituciones Imperatorum & Regum: emolumentum enim noſtrum vita eterna. Ut ergo hujus deliberacionis, vel conſtitucionis noſtre ſollempnitas rata permaneat, cartam hanc conſcribi & ſigillo noſtro inſigniri juſſimus. Teſtes vero, qui huic actioni intererant, hii ſunt: Fridericus Palatinus Comes, Marchio Bercholdus, Adelgoz Auguſtenſis Advocatus, Eberhardus de Uriuhendorf, Heinricus de Wida, Heinricus de Bedernwoe, Heinricus de Ubingen, Ortolfus & Hermannus de Bochelon, Heinricus de Buron, Mangoldus & filii ejus Hartmannus & Manegoldus de Sibenaichen, Chunradus de Memmingen, Heinricus de Mazingen.

Acta ſunt hæc Anno Dominice Incarnationis M.C.LX. Indict. VIII. Anno Imperii Domini Friderici invictiſſimi Imperatoris Romanorum VIII.

Porrò ad manum ſiniſtram ſupra relatæ imaginis B. Hartmanni adjuncta eſt imago Salvatoris mundi, circulo ovali incluſa, intra quem juxta collum Salvatoris ad dextram ſcriptum eſt: SALVATOR: *ad ſiniſtram dein:* MUNDI: *ſupra imaginem ſequentes leguntur verſus:*

Suſcipe Salvator, tuus eſt hic verus amator,
Protegit Eccleſiam providus ipſe tuam
Hanc Pollingenſem, manet ejus tuta per enſem.

Præterea eidem Libro ſcheda ejuſdem characteris inſerta eſt, quæ, quò reſpiciat, mihi impoſſibile fuit reperire; interim ſequentia in illa ſcripta leguntur:

„Hanc item tradicionem predictus Heinricus ſecundo confirmavit in monte Atelen in ordinacione Domini Heinrici hujus ſedis Epiſcopi, ſucceſſoris Domini Richeri venerabilis Epiſcopi, preſentibus Cathedralibus Canonicis, videlicet Domino Werinhero Archidiacono, Domino Burchardo Archidiacono, Domino Rudolfo, Domino Cuonrado, quoque Pollingenſi Prepoſito, & Domino Cunrado Prepoſito Novecelle. De Laicis vero, Oudalricus Comes de Eppan, Dominus Odalſcalcus, Dominus Burchardus, Sabionenſis, Dominus Albertus Dapifer, Dominus Willehalmus, Dominus Otager & frater ejus Ruobertus, Dominus Waltherus de Monte.

Item hanc eandem tradicionem tertio factam a Domino Sigefrido fratre prefati Heinrici ipſe Sigefridus confirmavit in manum ejuſdem venerabilis Heinrici Epiſcopi, qui aliquando Salzburgenſis Eccleſie fuerat electus, apud Cenobium Wiltin, preſentibus Eccleſie Miniſterialibus his. Uolſcalco, Ruobert, Willehelmo, Walthero, Alberto, Otacro, Ruodegero, & fratre ejus Tragebodo, Friderico de Zelehuobe, Friderico de Griezſtetin. Eccleſiaſticis perſonis: *Prepoſito Cuonrado de Pollinge*, Prepoſito Heinrico de Wiltin, Abbate Paldewino. Prepoſito Degenhardo de Diezze, Prepoſito Cuonrado de Novacella, & omni curia ipſius Epiſcopi, & Oulricus, qui hanc atteſtationem de eadem re conſcripſit.

Porrò in eadem membrana Brixinenſi ſequentia leguntur. „ Hi ſunt homines, quos Prepoſitus Pollingenſis contulit Eccleſie Brixinenſi ſub forma, qua continet privilegium ſuper hoc conſcriptum A. D. 1239. Gertrudis, Margarinna cum filio ſuo Eberhardo. Item ſoror ejus Agnes cum pueris ſuis Friderico, Heinrico, Diemude, & Agnete. Item Otto cum pueris ſuis. Et Heinricus cum pueris ſuis.

Finis Tomi ſecundi.

INDEX
RERUM, PERSONARUM, LOCORUM
LOCUPLETISSIMUS
In Tomum II. Scriptorum Rerum Boicarum.

A.

Aba

A*Bach*, caſtrum, ab Ulrico de Abenſperg tenetur. 158. b. Henricus ſenior Conradum Nothaft Præfectum in Abach conſtituit. 315. b. A diverſis reluitur. 316. a. Ædificatur. 335. a. A Ludovico Ottonis F. conſtruitur. 504. a.

de *Abazan* Familia 832. a.

Abe

de *Abenſperg*, Altman & Eberhardus, Comites. 43. b. Ulricus. 104. b. 113. a. b. 121. a. Winhard. 147. a. Ulricus, caſtrum Abach tenet. 158. b. Margarithæ Lud. Bav. viduæ bona in Bavaria adminiſtrat. 175. a. b. Joannes teſtis in nupt. Guilielmi & Margaritæ Clivenſis. 216. a. Albertus. 303. a. Jodocus. 304. a. 309. b. Ulricus. 316. b. Joannes. 326. a. b. Albertus. 354. b. Theodoricus Epiſc. Ratisp. ejus acta. 509. a. Nicolai cædes. 517. b. Comitatus ejus ad Bavariæ Duces devolvitur. 517. b. Nicolai cædes. Ejus uxor Martha Comitiſſa de Wirtemberg. 572. a. Comites recenſentur. 606. b.

Abenſtorffer Balthaſ. 301. a.

Abl

Ablein, Petrus, Canonicus Habacenſis. 234. a.

Abr

Abrahamus Epiſcopus Friſingenſis Eberſpergenſem Eccleſiam dedicare renuit. 8. a. Cur? Ibid. Obſidetur Friſingæ & capitur. 8. b. 13. a. 16. b. Hartwicum Abbatem Tegernſeenſem *benedicit*. 68. b.

Abs

Abstorf. 43. b.

von *Absberg*, Paulus. 328. b. Joannes Leonardus. 442. b. Henricus Epiſcopus Ratisponenſis eligitur, ſed Ruperto Palatino cedere cogitur. 514. b. Eidem ſuccedit. 515. a. Ejus geſta, libros liturgicos emendari & typis excudi curat. ibid. Ejus iter Romanum in negotiis propriis & Ludovici Divitis. 516. a. Obit. 519. b. Henricus Judex Landishutanus. 762. a.

Abt

Abtshoven prædium, ante Teutlingun dictum. 24. a.

Acc

Accaron deſtruitur. 340. a.

Ach

Achachircha, ibi curtile donat Tegernſeenſibus Henricus II. Imp. 80. a.

Achslag fl. 248. a.

Achdorffer Andreas zu Elfenbrun. 304. a. Caſpar Canonicus in Percholtzgaden. 675. a.

Achdorf. 443. b.

Achalm Comites. 591. a.

Ada

Adalbero Comes de Sempta. 10. a. b. Obit. 11. a. 12. a. b. 15. b. 21. b. vid. *Adelbero*. Uxor ejus Luitgard. ejus deſcenſus. 711. a.

Adalbertus Monachus. 18. a. ex milite. 22. b.

Adalpero Oudalrici Comitis de Sempta progenitus. 22. b. Tradit quædam Monaſt. Eberſperg. 23. b. Monaſterii Dominus. 24. a. 26. b.

Adalbart filius Dietrami. 23. a.

Adalhartesheim vicus. 27. b.

Adalbero Abbas Eberſperg. 37. b. 41. a.

de *Adalingen* Luitold & Werinhart. 38. a.

S. *Adalbertus* Abbas Emmeram. 501. a.

Adalhardis Baroniſſa de Ochſenſtain uxor Hermanni Badenſis, Rudolfi F. 582. b.

Adalhardis Heſſonis dicti *Wecker* Marchionis Badenſis uxor, Comitiſſa de Reineck. Ejus liberi. 582. b.

Adamus Abbas primus Eberacenſ. Coloniâ ortus. Ejus laudes. 604. b.

Adalhaidis Duciſſa Carinthiæ & Comitiſſa Tyrol. uxor Friderici Marchionis Miſniæ. 626. a.

Adalhardis Ludovici Balbi uxor II. ejus filius poſthumus Carolus Simplex. 642. b. 643. a.

S. *Adalhada*, ejus parentes, Ottoni M. Imp. nubit. Ejus liberi. 644. b.

Adalberonis Presb. Donationes Eccleſiæ Dieſſenſi factæ. 696. a.

Adalbertus Archiep. Saliſb. 709. b. 716. a.

Ade

Adelbero Comes de Sempta. 5. b. Ejus acta. 6. 7. 8. a. Cum fratre Eberhardo familiam herciſcitur. 10. a. 12. a. b. Eberſperg caſtrum deſtruit, ut clauſtrum ampliaret. Ibid. 17. a.

Adelheidis de Saxonia, Eberhardi Comitis de Sempta uxor. 8. b. 13. b.

Adelgerius Laicus: ejus de ſpontanea paupertate ſententia. 9. a. 14. b.

Adela mater Ruodperti Abbatis Eberſpergenſis. 37. a.

Adelzhauſen. 174. b. Georgius Adelzhauſer precibus impetrat ab Erneſto Duce, ut paternum prædium Walgershoven ipſi liceat reluere. 216. b. Joannes zu Weickertshoven. 314. a. Ulricus. 324. a. Ibi prædium exuſtum à Rupertinis. 441. a. Heinrich de Adelhueſen. 691. a.

Adelzhover Ulrich Præf. in Moringen. 310. b.

Adelburg caſtrum. 326. a.

Adelbertus Juvavienſis Archiepiſcopus. 334. a.

Adelman Joannes. Comment. in Blomenthal. 375. b. 414. b. Ruotpertus, Canonicus. 658. b.

von *Adelzhaim*, Zeizolf. 492. b.

Adelzreiter Joannes, Cancellarius Boicus. Sub ejus nomine Mimus Hiſtoricus agitur. 527.

Adelberg Monaſt. Virg. 598. b. Nobilium, Ord. Præmonſtr. 602. a.

Adelhaid, al. *Adalhard.* Conradi Salici mater, Hermanni uxor Franciæ Comitis, poſt Herm. de Hohenloh. Ejus liberi. 603. a. b. Epitaphium & acta fabulis mixta. 604. a. Collegiatam in Oringen fundat. Ibid.

Adelſpach Monaſt. Ord. Ciſt. 604. b.

Adelhaidis, Hainrici Landgravii Thuringiæ Regis Rom. conjux, ejus parentes. 633. a. 635. b.

Adelhaydis Imperatrix obit. 672. b. Ottonis II. uxor II. 799. b. 800. a.

Adelungishoven Bernhardus. 674. b. Henricus. Wirntho. 690. a.

Adelgoz Advocatus Eccleſiæ Auguſtenſis. 826. b.

Adj

Adjutor Eccleſiæ, quis? 103. b.

Adm

de *Admunde* Chunigundis. 672. b.

Ado

Adolfus de Naſſaw. Imp. Ludovico Severo Bavariæ Duci expenſas itineris Francof. pro electione refundit. 117. b. Weichnando Vice - Domino Rudolphi Comitis Palat. Bav. Ducis villam Weyſſenprunn obligat. 123. b. Ejus litteræ quibus dotem filiæ ſuæ Mechtildis, Rudolphi Palatini uxoris, firmat. 135. b. Ejus cædes. 337. b. Ei ſe dedunt Lawingenſes. 340. a. Bello ſuccumbit. 340. b. A Moguntino & Epiſcopis contra Albertum Imperator eligitur. Cauſa electionis memorabilis, ad tempus obtinet. Ludovico Severo durior ob negatum ſuffragium & Alberti favorem. 535. b. Filiam Mechtildem Rudolpho Lud. Sev. F. deſpondet. Ejus expeditio Miſnica parum proſpera. 536. a. Eum ſui tuentur adversùs Alberti molitiones. 536. a. b. In prælio inter primos cadit. Volcmarus victoriam tam injuſtam Numinis providentiæ relinquit. 536. b. In feudis conferendis tenacior. Ejus ſepultura. 537. a. Ei Marchiones Miſnenſes bellum inferunt. 626. a.

Adolfus Dux Bav. Guilielmi F. ejus tutor Erneſtus patruus, de bonis maternis ei cavet. 222. a. Monachii educandus. 223. a. Sub tutela Alberti III. 229. a. 303. a. Cœlebs obit. 570. b.

Adolfus Dux Juliacenſ. & Montium Comes de Ravensburg. 213. b. Ei de dote cavent Erneſtus & Albertus. Ibid. Frater Eliſabethæ, Stephani Bav. Ducis uxoris, filiam Margaretham Guilielmo Bav. Duci deſponſat. 215. Acta nuptialia. ibid.

Adolfus de Monte, Comes. 143. b. 144. a.

Adolfus Elect. Mogunt. adversùs Dietherum æmulum pugnat. 245. a.

Adolfus Palat. Rheni, Dux Bav. Rudolphi F. 144. a. Ejus jura in Gundolfingen conſervat Ludovicus Bavarus. 148. a. Naſcitur. 340. b. Ejus nuptiæ cum filia Comitis de Oetting. 556. b Rudolfi Balbi F. Simplex dictus, de eo rythmi. 576. a. b. Uxor. Ibid.

Adorf, Joannes Theol. Prof. Ingolſt. Georgio Duci parentat. 364. a. Parochus ad D. V. ibidem Vicarium ſeditioſum juſſu magiſtratûs dimittit. 453. b.

Adr

Adrianus I. 797. a.

Adrianus Papa Bertholdum II. Abbatem Tegernſeenſem ob tyrannidem excommunicat. 73. a.

Adrianus IIII. 333. b.

Adrianus V. 715. b.

Adrianus VI. ejus bullæ commiſſoriæ reformandi & viſitandi Monaſteria Bavariæ. 272. b. 273. a. b. 274. a. b. 275. a 276. b. 277. a. b. Ejus breve pro Theologiæ Profeſſoribus in Acad. Ingolſtadienſi. 277. b. Quintam redituum unius anni bonorum Eccleſiaſticorum Ducibus Bavariæ permittit in uſum belli contra hoſtes religionis. 278. a. 279. a. b.

Adrienſis Diœceſis, Feuda Eſtenſia continet. 138. b.

Adv

Advocatus donationes ſuſcipit. 26. b. Prædia ſuſcepta triduo poſſidet. 27. b. 44. b. Advocati matriculares Monaſterii Tegernſeenſis. 71. a. Advocatorum conſenſu Abbates electi. 72. Eorum poteſtas reſtringitur. Ibid. Advocatiæ Eberſpergenſis dimidium à Principe redimit Conradus III. Abb. Tegern. 75. a. Advocati Monaſteria affligunt. 82. a. Eorum officia judiciaria. ibid. Eorum exactiones frumentariæ coercentur. 82. b. Advocatos ſibi eligendi jus prætendunt Tegernſeenſes Abbates. 84. b. Advocatiæ jura. 118. b.

Aerding. 117. a.

de *Aerebach* Henricus. 691. a.

Aez

Aezinger. Eis quædam in præfectura Aiblingenſi oppignorat Joannes Dux Bavariæ, Stephani F. quæ reluuntur. 299. b.

Aff

de *Affiginngin* (Perenhart.) 25. b.

Affalterer Erhard. 313. a.

Afi

de *Afilchoven* Oudalrich. 39. b.

Age

von *Agenwanch*, Jörg. 298. a.

Agi

Agilulphus Theodelindæ maritus alter. 636. a.

Agn

Agnes Auguſta, Henrici III. Imp. uxor quædam Eberſpergenſibus reſtituit juſſu mariti morientis. 45.b. Collegium S. Nicolai Paſſaviæ, Altmanno Epiſcopo favens, reſtaurat. 332. a. Bojos regit. 792. Ei iniquior Bonizo. 806. a. Factæ Monachæ regni adminiſtratio ab Epiſcopis aufertur. 807. b.
Agnes, filia Henrici Landgravii Haſſiæ & Agnetis Bavaræ, filiæ Ludovici Bavariæ Ducis Gerlaco Comiti de Naſſau, deſpondetur. 125. a. Pacta dotalia. Ibid. Dimidium dotis ejus confert Albertus I. Imp. Ibid.
Agnes Regina Bohemiæ, ſoror Clariſſa obit. 344. b.
Agnes, Ottonis R. Hung. & Bavaræ Ducis filia, vidua. 147. a.
Agnes Comitiſſa de Graispach & Marſtetten, Comitis de Nyffen vidua, ejus genus. Ei quædam oppignorantur pro dote & vitalitio. 170. b. 171. a. b.
Agnes Stephani Bav. Ducis F. cœlebs. 341. a.
Agnes, Gertrudis Thuring. & Hermanni Badenſis F. ſoror Friderici decollati, Viennæ ſepulta. 635. b.
Agnes Ottonis Illuſtris uxor. Ejus deſcenſus. 337.a. Ludovicum filium parit. Ibid. 575. a. De ea Rythmi. 563. b. 633. a. b.
Agnes Ottocari F. Rudolpho nubit Rudolfi Aug. F. 532. b.
Agnes Ludovici Severi F. ex Anna Glogavienſi. 556. a.
Agnes Ottonis M. Bav. Ducis uxor. 562. a.
Agnes Palatina, Rudolfi F. Caroli IIII. conjux Auguſta. 576. a.
Agnes Badenſis. 582. a.
Agnes Badenſis, Friderici decollati ſoror. Uxor Udalrici Ducis Carinthiæ, poſtea uxor Ulrici Comitis in Hewnburg. Ejus liberi. 582. b.
Agnes Badenſis, Abbatiſſa Lucidæ Vallis, ſecunda fundatrix. 584. a.
Agnes Badenſis Bernhardi F. deſponſata Duci Sileſiæ. Eo contempto nubit occulte Joanni Baroni de Hewn. In carcere cæca effecta, obit. 584. b.
Agnes Badenſis Bernhardi F. uxor Gerhardi C. in Sleswig. 584. b.
Agnes filia Dedonis Marchionis Luſatiæ, obit. 587. a. Uxor Ducis Meraniæ. 625. b. 627. b.
Agnes F. Ottonis ſenioris Ducis Meraniæ, uxor Friderici II. Aug. eo mortuo uxor Udalrici Ducis Carinthiæ. 587. b.
Agnes F. Boleslai Ducis Lignicenſis uxor Ulrici de Wirtemberg. 592. a. 595. a.
Agnes Palatina Rheni, Adelhaida ſoror ejus. 609. a.
Agnes Brandenburgica Haſſiæ Landgravio deſtinata, monialem induit Bambergæ. 616. b.
Agnes Friderici II. F. uxor Conradi Landgrav. Thuring. 631. a. 632. a.
Agnes Duciſſa Meraniæ obit, Dieſſæ ſepulta. 658. a.
Agnes Regina Franciæ obit, Bertholdi Ducis Meraniæ F. 665. a. 307. b.

Aha

Ahaim prædium Comitum de Sempta. 6. 9. a.
Ahaimer, Wilhelmus & Caſpar contra eos judicio agit Erneſtus Dux. 207. a. b. 208. a. b. Caſtro Valleiæ nomen *Ahamſtain* impoſuiſſe accuſantur, quod ipſis per ſententiam interdicitur 207. b. *Wilhelmus* Thomæ Krellen filiam rapit. 207. b. Pœna raptoris. 208. b. Abactor & fericida. 208. a. Ab uxore divortit. In judicio cognoſcit Vicarius Friſingenſis junctus propinquis utriusque partis, & Conſiliariis Erneſti Principis. 207.b.208.a. Ahameri Eberſpergenſibus graves. Ibid. Wilhelmus & Caſpar mulctati ope Erneſti in gratiam Guilielmi Ducis redeunt. 208.b. Dorothea Leutenpeckin Guilielmi Ahamer uxor. 208. a. b. 209. a. Vitus, Erneſti Ducis Vice-Dominus Bav. ſuperioris. 299. b. 300. b. 303. b. Georgius ze Hagnaw. 304. a. Vitus Vice-Dom. 309. a. 326. b. Chriſtophorus. 329. b. Georgius. 362. a. Wolfgangus. 373. a. b. 392. a. Pro Rupertinis pugnans pecora abigit & prædas agit. 443. b. Wilhelmus Waſſerburgi cum militibus Alberti nomine recipiendus à Preyſingio impeditur. 481. a. Georgius Magiſter curiæ Henrici Landishutani. 731. b. Lucas zu Wildenaw. 774. a. 108. b. Righer. 113. a. Hartpert. 127. a.
Aham prædium. 9. a. al. *Aheim*. 12. b. 13. a. Ahaheim dicitur. 13. b. 21. b. Ab Ulrico Comite Semptano Eberſpergæ donatur. 22. b. 24. b.
Ahauſen Monaſt. Ord. S. Bened. Georgius Abbas. 324. a. Albertus Abbas. 607. a.

Aho

Aholfing villa. 195. a.
von *Aholfingen*, Wilhelm. 310. b.
Aholming, arx. 313. b.

Aib

Aibling, caſtrum. 77.b. Judicium. 207.a.b. Caſtrum & forum. 219. a. b. 257. a. 299. b. Arx & oppidum. 353. a.

Aic

Aichinloch. 47. a.
de *Aichach*, Marquardus. 103. a.
de *Aichelberg*, Conradus Comes. 200. b. Conrad. 310. a.
Aichſtetter Fridericus, Cancellarius Guilielmi Ducis. 216. b. Erneſti Secretarius. 318. a. Alberti III. *Landſchreiber*. 321. b.
Aichberger, Joannes, Eques, Præfectus in Ingolſtadt. 268. b. Georg. 304. a. Georg. ſenior in Saeldenaw. 305. b. Joannes. 362. a. 418. a. Præfectus in Natternberg. 476. b.
Aicha urbs. 393. b. Ibi comitia & eorum ibidem acta. 417.a.b. 418. 419. 420. a. b. Metu tormentorum Haslangii conſilio ad deditionem compellitur. 480. b.
Aichſtadienſes panifices ſpoliantur. 457. b.
Aichar Conrad. 686. a.

Aid

Aid, der *Rain* und nit *Mayn*. 322. a.

Aig

Aigelsbach pagus exuſtus. 439. a.

Ain

Aindorffer (Caſparus) Abbas XLIII. Tegernſeenſis. Ejus acta. 75. b. 76. a. b. 77. a.

Ait

Aitterboven. 123. a.

Ala

de *Alamaringin* (Almar.) 23. b.

Alachildis Hadiwini militis uxor. 33. a.

von *Alazham* Gotfrid, inter Legatos Ruperti ad comitia in Aicha. 420. a.

Alb

Alb, vel *Albula* amnis, ditionis Badenſis. ejus piſces. 590. a.

Alb Monaſt. *Herrn-Alb*, virorum. *Frawen-Alb*, virginum, Ord. S. Bernhardi à Comitibus de Eberſtain fundantur, ibidem ſepultis. 590. a.

Albertus I. Imp. dimidium dotis Agnetis Haſſiacæ, matre Bavara natæ, confert. 125. a. A Rudolpho patre Dux creatur. 339. a. Ottoni Bavariæ Duci Regi Hungariæ turbas ſuſcitat, & libertate & regno privari facit. 341. a. Occiditur. Ibid. A patre Auſtriæ Dux creatur. 532. a. Imperium ambit. 535. b. Excluſus palam regnum prenſat, vim parat, & Adolfo bellum infert, & inſidias ſtruit. 536. a. Auſtralium & Ungarorum copia inſtructus in Suevia bellum parat adverſus Adolfum, aſtu bellico ſuperior. Cæſi à ſe Regis invidiam à ſe amoliri conatur. Principibus libertatem electionis præparatæ indulget. Eligitur, & cum uxore conſecratur. 537. a. b. Bonifacium VIII. Adolphi cædem ei improperantem donis placare ſtudet. Eo mortuo reſpirat. 338. a. Avulſa regni recuperare ſtudet. 538. a. b. Moguntino bellum infert, & Bingam expugnat: Colonienſem exagitat. Bavariæ Ducibus Schongaw eripit, caſtrum Schwabeck & Werdeam civitatem, cujus caſtrum funditus evertit. 538. b. Pace facta cum Principibus imperii Wenceslaum Regem Bohemiæ bello petit. Cauſa belli ex regnandi cupidine & aviditate alieni, ut Rege ejecto filium ſubrogaret. 538. b. 539. a. Infectis rebus è Bohemia exire cogitur. 539. a. Filium Rudolphum, poſt Wenceslaum veneno extinctum domeſticis inſidiis, Regem facit. Gravi ſuſpicione cædis Wenceslai & filii ejus laborat. 539. b. Dum bellum inſtaurat adverſus Bohemos, domeſticis inſidiis perit. Spiræ ſepultus. 539. b. 540. a. Ejus bellum cum Marchionibus Miſniæ. 613. a. b. Ei Miſnia reſignatur à Wenceslao juniore Rege Bohemiæ. 632. b. Ejus electio & cædes. 715. a.

Albertus II. Imp. ejus breve regnum, uxor, Ladislaus filius, & obitus. 725. b.

Albertus Ludovici Bav. F. inf. Bav. Dux, Comes Hollandiæ quæ portio ejus in diviſione hæreditatis paternæ? 176. b. Cum fratribus Stephano & Wilhelmo debita patris & oppignorata reluit. 177. a. b. 178. a. b. Quædam ab Abbate Altahæ inferioris reluit. 178. b. 179. a. Cum fratribus Wilhelmo & Stephano fœdus offenſivum & defenſivum cum Ruperto ſeniore Com. Pal. Rheni, init. 179. a. Rupertus ſenior ei quædam oppignorat. Ibid. Aliud fœdus cum Joanne Burgravio Norimbergenſi pro inferiori Bavaria. 179. b. Ei & fratribus ſe obligat Ludovicus Brandenburgicus de mutua defenſione. 179. b. 180. a. Inducias cum eo paciſcitur & hominibus ſuis Theodericus Epiſcopus Mindenſis. 180. b. Monetam ſuam Ratisponæ confert Diepoldo Frumolt. Litteræ deſuper traditæ. 181. a. Apud Albertum Nusberger pretioſa quædam deponit. 182. a. Cum Ludovico Romano, fratre ſuo à Ruperto ſeniore & Ludovico Brandenburgico reconciliatur. 183. b. Tabulæ tranſactionis. Ibid. Cum Ottone & Guilelmo fratribus à Petro Epiſcopo Cameracenſi abſolvitur. 188. b. Ad aram S. Sigiſmundi Friſingæ imaginem ejus Sancti argenteam cum uxore ſua Margaretha offert. 190. b. Rabino de Mauren ejus Cancellarius. 190. b. Una cum fratre Stephano & filiis ejus cum Ludovico Rege Hungariæ fœdus init contra Duces Auſtriæ. 191. a. b. 192. a. Tabulæ confœderationis. Ibid. De pace cum iis cogitat. 192. a. b. Cauſa belli limites Tyrolis. Ibid. Cum Carolo IIII. Imp. fœdus init. 192. b. 193. a. Nuptias filiæ ſuæ Johannæ cum Wenceslao ſtipulatur. 192. b. Cum Carolo IIII. de nuptiis filiæ Johannæ cum Wenceslao Caroli filio agit. 193. a. b. Cum uxore ſua Margarita Miſſam perpetuam fundat Straubingæ in ſacello caſtri noviter erecto. 194. b. 195. a. Litteræ fundationis. Ibid. Domum & hortum ſuum Straubingæ Carmelitis donat. 195. b. Intereſt coronationi Wenceslai generi ſui, Aquisgrani. 196. a. Paldvin ejus Cancellarius ſive *Landſchreiber*. 196. a. Ex ejus *Regeſtis* excerpta. 315. a. & ſeq. Claram Blachin dotat, Joannis Scheibinger uxorem. 315. a. Ejus uxor & liberi. 342. Caſtrum in Straubing condit. Intoxicatur. 343. a. Carmelitas fundat in Straubing. 343. b. Ejus ditiones. 572. b. Caſtrum in Straubing conſtruit, ejus mores. Fratris locum tenet per tricennium, per ſe regit annis XVI. obit, Hagæ Comitum ſepultus. Ejus uxores & liberi. 573. a. 721. a. b.

Albertus junior, Alberti filius Dux Bav. & Comes Holland. in Carmelitas Straubinganos beneficus. 195. a. b. Ei anniverſarium apud eosdem fundat Joannes frater ejus. 195. b. Fœderi ſubſcribit, quod pater cum Albertis patre & filio Auſtriæ Ducibus init. 197. b. Ejus parentes & fratres. 342. b. E Hollandia Straubingam venit. 344. a. Cœlebs vixit. Obit Straubingæ ſepultus apud Carmelitas in monumento magnifico. 574. a.

Albertus III. Erneſti F. Dux Bavariæ, Carmelitis Straubinganis privilegium fundationis ſuæ confirmat. 195. a. b. Ejus uxor Eliſabetha Wirtembergica. 201. a. In judicio compromiſſario comprehenditur inter Erneſtum & Guilielmum, eò quod ageretur de hæreditate matris. 203. b. Chartis quanti iuſerit? 204. b. à patre

Erne-

Erneſto cenſum annuum advocatiæ Illmünſter accipit. 210. b. Cum patre & patruo ad fundationem Miſſæ in ſacello arcis Wolferzhuſanæ concurrit. 213. a. Pacta nuptialia patrui ſui Wilhelmi confirmat. 216. b. Ejus ſigillum ſingulare. 216. b. Vide *Bernawerin*, Agnes. Patris viventis acta rata habet, & ſigillo ſuo munit. 222. b. Memoriam Agnetis amicæ ſuæ fundationibus fovet. 223. a. b. 224. a. b. Patris fundationem, qua manes occiſæ ipſius juſſu Agnetis placare ſtudet, confirmat. 226. a. Adolfi, Guilielmi filii, tutelam ſuſcipit. 229. a. Monaſt. Salmansweiller privilegia confirmat, vocat Abbatem *den Erſamen ſeinen lieben Diemutigen*. 229. a. Cum Comite de Helfenſtein reconciliatur. 229. b. Monaſterio inferiori Ratiſp. privilegia confirmat. 229. b. 230. a. Proceſſionem ſingulis diebus Jovis in æde D. Virginis Monachii fundatam confirmat. 230. b. 231. a. b. Joanni Hartlieb Medico ſuo ſynagogam Monachii donat. 231. b. De novo fundat Miſſam Straubingæ pro remedio animæ Agnetis ſuæ. 231. b. A Pontifice privilegia impetrat. 233. b. Monaſt. Pulnhoven privilegia confirmat. 243. b. 244. a. In Hoflach Miſſam fundat. 247. a. Ejus Officiales. 419. a. b. 320. a. b. Hoſpitale Weilhemii confirmat. 320. a. In Alting hoſpitale in patrocinium recipit. 320. a. Oſannæ Monaſt. inf. Ratiſp. Abbatiſſæ privilegia confirmat. 320. a. *Saal-Bücher* in Bav. ſuperiore ejus juſſu inſtaurantur. 320. a. Altenmünſter Monaſt. S. Joannis privilegia confirmat. 320. a. Nec non collegiatæ in Pfaffenmünſter. 320. a. Ejus Confeſſarius Præpoſitus in Underſtorf. 320. a. Viennæ agit. 320. b. Cum Henrico Oeſterreicher componitur. 320. b. Miſſam in arce Saulberg fundatam confirmat. 320. b. Executor fundationis Muckentalerorum ad S. Mauritiũ Ingolſtadii. 320. b. Jus inſignium confert. 320. b. In arce Starenberg Miſſam hebdomadariam fundat. 320. b. Præpoſituram in Andechs fundat. 321. a. Cum Margarita Clivenſi de hæreditate litigat. 321. a. Acta litis. Ibid. Ejus ſigillum. Ibid. Albertus Brandenburgicus arbiter inter ipſum & Ulricum Comitem de Wirtemberg. 321. b. 322. a. Henricum Vinder quæſtorem in vincula conjectum, innocentem declarat. 323. a. Cum Ludovico Divite de hæreditate Ludovici Barbati tranſigit. 355. a. b. 356. a. b.

Albertus III. Torneamento Ratiſponæ intereſt. 513. a. Podagricus, muſica gaudet. 513. b. Ejus nuptiæ cum Anna Brunsvicenſi. 514. a. Odium in patrem ob cædem Agnetis ſuæ. 570. a. dictus Pius, ejus parentes, proſopographia, amores, morbi. Tragœdia amicæ, conjugium, amores novi. Bohemicæ linguæ gnarus, à proceribus delatam coronam recuſat. 570. b. Cauſa recuſati regni Bohemici. Annam Brunsvicenſem ducit, ab Eliſabetha Wirtembergica ſpernitur ob amores vagos. 570. b. Andecenſe Monaſterium fundat, ibi ſepultus cum ſuis. 571. a. Eum maritum recuſat Eliſabetha Wirtembergica. 570. b. Ejus geſta, indoles, amores, amicæ cædes, conjugium, liberi, mors & ſepulturæ. 729. b. 730. a. b. Acta monetaria & mors. 768. a.

Albertus IV. Dux Bojorum Auguſtino Koelnero in gravioribus negotiis publicis & domeſticis confidentius utitur. 100. Solus imperat. 248. a. Ei litteras reverſales tradit Joannes Abbas Campidunenſis ſuper protectione decennali Monaſterii ſui. 248. b. Altahæ inferiori aucupium concedit. 249. a. Nec non Pruelenſi Monaſterio. Ibid. Cum Caſimiro Rege Poloniæ fœdus init. 249. b. 250. a. b. Cum Wladiſlao Rege Bohemiæ fœdus init. 251. a. A Sixto IIII. bullas impetrat. 253. a. b. 254. a. b. 255. a. b. Cum fratre Sigiſmundo tranſigit. 256. a. b. 257. a. Alexio Abbati Rottenſi venationem concedit ad tempus. 257. a. Bullas à Sixto IIII. obtinet. 258. a. b. 259. a. b. Et Innocentio VIII. 259. b. 260. a. b. Friſingenſium contra eas molimina ſubvertit. 260. b. 261. a. b. A Slierſeenſibus in Advocatum eligitur. 266. a. b. Weltenburgenſe Monaſterium malo regimine collapſum ſublevare nititur. 267. a. Sigiſmundi filio naturali arcem Egenhoven concedit. 267. a. b. 268. a. De ejus Officialibus Excerpta. 323. a. b. 324. a. b. ſeq. Partem in Newen Nuſsberg emit. 323. a. Monaſt. Scotorum ad S. Jacobum Ratiſponæ in patrocinium ſuſcipit. 324. b. Pollingana quædam prædia ad decennium conducit. 324. b. Hoholtingeris Cœlnpach tradit. 324. b. Ratisponenſibus quædam jura vendit, perpetuò reluenda. 325. a. Caſtrum Schœnberg Haſelbeckiis vendit. 325. a. Adlburg caſtrum ſuum reluit. 326. a. Chriſtophori fratris ſui æs alienum ſolvit. 327. a. Arcem Schœnberg Wolfgango de Kolberg vendit. 327. b. Schwabeck à Wolfgango Duce Auguſtanis conceſſum reluit. 327. b. Hieronymo Stauff Magiſtro curiæ ſuæ arcem & dominium Falckenſtain tradit. 327. b. Ab Eckeris de Kapfing quædam reluit. 327. a. Vid. *Kieſer*, Eraſmus. Ejus acta cum Hermanno de Janowitz Bohemo. 329. a. Ejus & Monacenſium diſſidia cum Helvetis ab Ulrico Duce de Wirtemberg componuntur. 329. b. Cum ſuis crucem rubeam togæ aſſuit bello Boico, Ruperto albam ſive griſeam aſſumente. 347. b. Vivo Georgio, ne in partes Ruperti tranſirent ſtatus, allaborat. 351. a. Ejus argumenta pro ſucceſſione Bavariæ inferioris. 351. a. b. 352. a. b. Cum fratre ſuo Wolfgango jura ſua proponit ſtatibus. 371. b. Cum eodem Auguſtæ ſtatuum Legatis ſe jungit, & de non recipiendis Ruperto & Eliſabetha convenit. 390. ſeq. Tabulæ conventionis. Ibid. Legatos ſtatuum, Auguſtæ præſentibus filiis ſuis Wilhelmo & Ludovico audit. 393. b. 394. a. Actio Aichæ coram ſtatibus. 421. b. 422. a. Ingolſtadii cum exercitu recipitur. 439. a. Cum exercitu iterato Ingolſtadium venit, Marchiochione Brandenburgico comite. 444 a. nonnullos civium Ingolſtadio cum ſuis ejici petit & impetrat. 444. b. Temulantiam præſidiariorum verbis caſtigari jubet. Ibid. Werda Ratisponam cum ſuis & regiis copiis contendit. 448. b. Ejus epiſtola de victoria Schœnbergenſi. 449. a. Rupertinis reſpondet nihil Kueffſteinii contra jus belli actum. 451. b. Monachii comitia convocat & à ſtatibus auxilium petit atque impetrat. 459. a. Animum gratum promittit, talem etiam filios erga ſtatus, habituros beneficii memores. 459. b. De pace cogitare incipit. 460. a. cum fratre Wolfango ſtatibus promittit ſe pecunias & impenſas in bellum præſtitas, bello finito exſoluturum. 460. a. b. Quatuordecim dierum inducias init ut eo tempore inter ipſum & Fridericum tutorem de pace ageretur. 460. b. 461. a. Suis nuntiat ſe cum Friderico pacem iniiſſe, hoſtilia interdicit, commeatus libertatem indulget. 466. a. b. De pace deliberat. 467. b. Ex XXII. deputatis octo Coloniam mittit, ipſe domi commoratur. 467. b. Cum fratre Wolfgango à Cæſare inveſtituram Bav. inf. vivo Georgio obtinet. 472. a. Ligæ Suevicæ accedit, ad XII. annos. 472. b. Cum Ulrico Wirtembergico fœdus init, ut & cum Wilhelmo Landgravio Haſſiæ. 472. b. Pecunias mutuo accipit à Frid. March. Brand. Ibid. Primæ actionis in judicio Cæſaris acta. 473. b. Novi Collegii fundationem Ingolſtadii ſigillo ſuo firmat. 474. a. Ejus in bello Boico conſilium. 480. a. Cum fratre Wolfgango Philippo Palatino bellum denuntiat. 481. a. Maximilianum ad Alpes ſequitur & caprearum venatum viſendamque Tyrolim. 485. b. Ejus milites quod prædæ nihil ad illos rediret, murmurant, ſed juxta cum ipſo diſſimulare coguntur. 486. a. Ab Epiſcopis Bavariæ ad pacem diſponitur. 486. a. Ei induciæ à Cæſare imperantur. 486. b. Conſtantiam ad comitia proficiſcitur, de laxandis pignoribus fruſtra laborat. 489. a. Pace facta Wolfgangum fratrem negligere incipit. 489. b. Monarchiam introducit, reliquos fratres titulo *Ducum* ſpoliat. Sed conſtitutio illa mox aboletur. 489. b. moritur. 492. a. Degenberg evertit. 515. b. Joannem Nusbergium everſis arcibus in Bohemiam fugere compellit. 515. b. Ratisponam ad comitia venit. 515. b. Conradum Cæcum de Nurnberga, Muſicum celebrem alit. 516. a. Extinctis Abenſpergiis comitatum occupat. 517. b. Landſpergam capit. 518. a. Ratisponam occupat, ſed reddere cogitur. 516. b. Leoninum fœdus disrumpit, & fœderatorum caſtra evertit. 519. a. Obit. 521. b. Ejus mors & liberi. 522. a. Ejus proſopographia, ex pede laborat. Papiæ & Sennis ſtuduit, Latinæ & Italicæ linguæ gnarus. Degenbergii caſtra evertit, quod ab eo ſcholaris & ſcriba dictus fuiſſet, & Chriſtophori fratri poſthabitus. 571. b. Fratrem Chriſtophorum capit, & in carcere retinet, regiminis conſortium poſtulantem. 571. b.

Albertus IIII. Ratisponam à ſuis Rectoribus oppreſſam ad defectionem ab imperio perſuadet, occupat, ſed imperio reddere à Friderico III. compellitur. Fœdus Leoninum diſſipat duce Bernhardino Stauffer coalitum. 571. b. Cum Ruperto de hæreditate Georgii bellum funeſtum gerit. Obit, Monaci ad D. V. ſepultus. 571. b. Occiſi Nicolai Abenſpergii ditionem & arces occupat. 572. a. Ejus geſta, ſtudium Patavii. Cum fratre Sigismundo regimen ſuſcipit. 738. a. Nuptiæ cum Cunigunda, ex ea liberi. Cum Friderico III. colliditur ob occupatam Ratisponam, qui adverſus eum ſtatus imperii excitat, reſtitutâ Ratispona res per Maximilianum componitur. 738. b. In generalem imperii Capitaneum eligitur. 738. b. 739. a. Ejus indoles. Eccleſias collegiatas in Schliers & Illmünſter Monachium transfert. 739. a.

Albertus V. Dux Bojorum. Acta translationis S. Quirini à Surio vitis SS. inſeri petit, nec impetrat. 65. a.

Albertus IIII. Dux Auſtriæ. Ejus deſcenſus & cognatio cum Bavariæ Ducibus. 574. b. 665. a.

Albertus Palatinus, Ottonis ſenioris Bav. Ducis F. & frater Ottonis junioris. 579. b.

Albertus Bav. Ludovici Nigri F. Canonicus Colon. & Argentin. 580. b.

Albertus Ottonis ſenioris Mosbacenſis F. Epiſcopus Argentinenſis. Ejus mores. 581. a.

Albertus Marchio Badenſis Caroli F. in expeditione pro liberatione Maximiliani I. ictu teli obit. Cœlebs. 585. b.

Albertus Marchio Badenſis quando floruerit? Ratisponæ comitiis Friderici I. intereſt. 587. a.

Albertus Auſtr. Friderici III. Imp. frater, ejus uxor, obitus & ſepultura. 597. a.

Albertus Comes Francorũ. Ejus origo. Conradum Comitem Haſſiæ occidit. 605. b.

Albertus Epiſcopus Friſingenſis. 671. a.

Albertus M. Epiſc. Ratisp. Baſileæ in Conventu ſui Ordinis altaria conſecrat. 609. b.

Albertus Bernhardi Anhaltini F. ejus geſta. Fit Elector Saxoniæ, capitur. 631. b.

Albertus Hartwici F. Otcarii frater, cum eo Tegernſee fundat. 640. b.

Albertus Presbyter Canon. Reg. Dieſſenſis Chronicon Monaſterii ſui conſcribit. 646. 669. a.

Albertus Præpoſitus V. Dieſſenſis. 648. b. 656. b. 690. a. 691. b. 692. b.

Albertus Præpoſitus S. Crucis Auguſtæ. 657. a.

Albertus Epiſcopus Solonenſis Suffragan. Auguſtanus. 669. a.

Albertus Dux Auſtriæ. 192. a. Cum filio ſuo Alberto fœdus mutuæ defenſionis init cum Alberto patre & Alberto filio, Comitibus Hollandiæ, Bav. inf. Ducibus. 197. b. Ejus filio Alberto juniori Joanna Bavara Alberti ſenioris Holl. Comitis filia deſpondetur. 197.

Albertus Brandenburgicus, Auſtriæ devotus, obit Francofurti. Ejus uxores. 614. b.

Albertus Brandenburgicus Magiſter Ordinis Pruſſiaci. 617. b.

Albertus Brandenburgicus. Ejus laudes. Ab Ænea Sylvio laudatur. 620. a. Ejus conjugia & liberi. 620. b.

Albertus Megapol. Suecorum Rex, à Margareta Regina Daniæ captus & dimiſſus, inglorius obit. 629. b.

de *Albradperc* (Frid.) 18. a. 19. a.

Albertus fundator Monaſterii Tegernſeenſis unde ortus? ejus geſta. 53. b. Fit Monaſterii ſui primus Abbas. 56. a. b. Dux Bavariæ perperam dicitur. 67. b.

Albertus I. Marchio Orientalis, ſive Auſtriæ. 69. b.

Albinus ex Hersveldenſi Monaſterio fit Abbas Tegernſeenſis. 69. b. Ejus geſta. 70. a.

Albertus Dux Auſtriæ Tegurinæ Eccleſiæ jura in diſtrictu Chunringiorum acquiſita, confirmat. 92. a.

Alber Vitzdumb von der Rott. 113. b.

Albrebt der Vitzdum von Straubing. 113. b.

Alburch 123. a.

Albertus Epiſcopus Paſſavienſis Duces Bavariæ ad abolitionem cenſus ungularis adigit. 140. a. b. 141. a. Ab Henrico ſeniore arbiter ſeu *Uberman* in controverſia cum Lud. Bav. nominatur. 165. a.

Albertus Dux Saxoniæ Erneſti frater. 250. b. Frater Amaliæ Lud. Divitis uxoris. 256. a.

Albertus Marchio Brandenburgenſis. 250. b. Caſimiri & Suſannæ Bavaricæ filius. 283. Germaniæ incendiarius quantus? Ibid.

Albrechtsdorf. 313. b.

Alburch. 315. a.

Albertus Eremita cum ſocio cellam condit propè Prennberg. 341. b.

Alberſtorffer, vid. *Allerſtorfer.* Ulricus Rentmaiſter in Oberland. 350. b. Ingolſtadienſes ut Rupertum Palatinum hæredem agnoſcerent Landishutanorum, Burckhuſienſium & Lauingenſium exemplo hortatur. 360. a. 361. a. b. 363. a. Inter triumviros Reip. regundæ à Georgio nominatur. 361. a. b. Rentmaiſter zu Neuburg. 476. b. Henricus, inter Friderici procuratores Friſingæ. 488. a.

Albertus Palatinus, Epiſcopus Argentoratenſis. Ejus inofficioſum in ſuos factum. 471.

Albertus Epiſcopus Caſtellenſis Ratiſponam venit. 499. b.

Alc

Alchinger Matthæus. 304. a.

Alchertshauſen curtis. 323. b.

Ald

